SUMMA

SANCTI THOMÆ

HODIERNIS ACADEMIARUM MORIBUS ACCOMMODATA

SÏVK

CURSUS THEOLOGIÆ

JUXTA MENTEM DIVI THOMÆ

INSERTIS PRO RE NATA DIGRESSIONIBUS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM

OPERA ET STUDIO

F. CAROLI RENATI BILLUART

REVINIENSIS, ORDINIS FF. PRÆDICATORUM, S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, ETC.

EDITIO NOVA, ACCURATE EMENDATA

Accedunt index testimoniorum ex bibliis desumptorum indexque generalis et alphabetical rerum atque verborum.

TOMUS VIII

DE CÆTERIS VIRTUTIBUS JUSTITÎÆ ANNEXIS? DE FORTITUDINE ; DE TEMPERANTIA?

DE SACRAMENTIS IN COMMUNI ET DE BAPTISMO

PARISIIS

APUD VICTOREM LECOFFRE, BIBLIOPOLAM

SG VIA DICTA BONAPARTE, 90

1886

TRACTATUS

WK CÆTERIS VIRTUTIBUS JUSTITIÆ ANNEXÎS, ET VITIIS OPPOSITIS.

I). Th. a. Q. 101, ad 122.

Absolutis iis quæ spectant religionem, supcrest ut agamus de cæteris partibus potentialibus justitiæ, quæ sunt pietas, observantia, dulia, obedieutia, gralitudo, vindicatio, veritas, amicitia, liberalitas et epiikia.

DISSERTATIO I.

DE PIETATE, OBSERVANTIA ET DULIA.

D. Th. QQ. 101, 102, 103.

ARTICULUS I.

De piclale.

2.101. a. Un a. J.-C.—*Dico* 1°Pictas definitur à S. Aug. lib. 83. Quæslionum, q. 3. ex Cicerone : *Virtus per quam sanguine junctis patriceque benevolis officium cl diligens Iribuilur cultus.*

Ibid. o. — Eæp/icati/r.'ITomoefiicilurdiversimode aliis debitor secundum eorum diversam excellentiam, et secundum diversa beneficia ab eis accepta ; in utroque autem Deus summum obtinet locum, qui et excellentissimus est, et est nobis essendi et gubernationis primum principium. Secundario vero nostri esse et educationis principia, sunt parentes et patria a quibus et in qua nati et nutriti sumus; et ideo post Deum est homo maxime debitor parentibus et patriæ. Unde, sicut exhibere debemus cui tum Deo, ut primo nostri esse et gubernationis principio, qui cultus dicitur religio :ila debemus exhibere cultum parentibus et patriae, ut secundariis principiis nostri esse et educationis; qui cullus dicitur pietai.

2· 101. a. 3. ad 2.—Quia tamenquæsunt creaturarum per quamdam superexccllentiam liansieruntur in Deum, ideo sicut Deus est et dicitur superexceilcnier Pater noster, quia longe excellentiori modo est principium essendi et gubernationis quam pater cl patria : ita cultus Dei per excellentiam nominatur pietas: omne opus bonum quo Deus coniur, dicitur opus pietatis, r-t qui exercent dicuntur pii. Et hoc est usitatissimum etiam in Ipsis S. Scripturis.

Ibid. a. 1. ad 2. — Item, quia Deus praecipue laudat opera misericordiae quæ sibi præ sacrificiis placcrc testatur, ideo vulgariter opera misericordiae dicuntur opera pietatis, misericordes dicuntur pii, et Deus ipse in nos misericors dicitur plus Pater.

Ibid. o. — Porro in cultu parentum includiturcullusomnium consanguineorum, non quod sint nobisessendi principium, sed quia inipsisparcnlumsanguisexistit,eosqueidco repræsenlant. Et in cultu patriæ includitur cultus convicium et omnium patriae amicorum , quia in ipsis ut in nobis favorem et auxilium patriæ conspicimus, et ideo illam nobis repræsenlant.

Itaque objectum *quod* pietatis, est cullus et obsequium ad quæ ordinatur ; objectum *cui,* sunt parentes et patria; objectum *formale sub quo,* est debitum ratione principii ortus nostri. Hoc debitum maxime respectu parentum dicitur communiter non posse reddi ad æqualitatem : quod intelligilur in eodem rerum ordine et obsequiis ordinariis. Nihil enim vetat in alio rerum ordine et obsequiis extraordinariis, quin beneficium a parentibus cl patria acceptum adæquetur, imo et vincatur, ut si filius eripiat patrem a morte instanti, aut ipsum convertat ad veram fidem. Imo debitum patriæ non videtur tanti momenti, cum videamus summos viros quibus omne solum est patria, hunc vulgarem patriæ affectum, licet alias non contemnendum, non magnifaccrc.

Q. 101. a.3·— *Diro*-2° Pietas est virtus specialis. *Colligitur ex didis,* quia nempe h^het speciale objectum, scilicet ru tum et obsequium parcnlibusct palriædebiium, oualo nussuntsocuiutarium principium ortus uxi-

tri. Ubi autem est specialis ratio debiti, ibi est specialis pars justiliæ ab aliis distincta.

Ibîd. ad 3. — *Nec* obstat justitiam legalem etiam tespicere patriam, id enim fit sub diversa ratione, pictas respicit patriam secundum quod est quoddam essendi principium, etjustitia legalis secundum quod est bonum commune.

Ibid. a. 2. o. — *Dico* 3° Ultra cultum etobsequium quæ per « debentur parentibus ut parentibus, debentur alia per accidens, scilicet subventio in necessitatibus, v. g. ut visitentur, si sint incarcerali; curentur, si sint infirmi ; sustententur, si indigeant. —Ibid. ad. 4. — Quæ omnia sub debito obsequio continentur, et in quarto Decalogi præcepfo, quod pertinet ad pietatem, per *honoralionem parentum* intelliguntur, ut ipse Christus interpretatur. Malth. 15.

Ibid. ad. 3. —Quamvishæc autem obsequia debeanturex pietate omnibussanguine juncliset patria} benevolis, non tamen æqualiter omnibus,sed præcipueparentibus; aliis autem secundum propriam facultatem et decentiam personarum, ut specialius dicam infra.

ARTICULUS II.

Utrum occasione religionis sint prætcrmittenda pietatis officia?

2- 104. a. 4. o. — *Dico,* contingere non posse ut occasione religionis praetermittenda sint veræ pietatis officia.

Ibid.— Quia religio et pietassuntduæ virtutes; nulla autem virtus alii virtuti contrarialur aut repugnat ; sed si quid virtuti contrariatur, jam desinit esse actus virtutis et fit malus : unde non potest esse quod pietas et religio mutuo se impediant, ut propter actum unius actus alterius excludatur.

ILid. — Quapropter, si quoddam opus quod videtur pietatis, puta quoddam officium in parentes, contrariatur religioni, ita ut nos retrahat a cultu Dei debito, non erit veræ pietatis opus, quia non fiet circumslantia debiti modi; non eslenim debitus modus quod bomoplus tendat adedendum patrem quam ad colendum Deum, cum debeat homo parentes præ Deo odisse, hoc est, minus amare, Malth. 10, et Luc 14.

Dixi, *si nos retrahat a cultu Dei debito;* quiasi cultus Dei sit liber, debet praetermitti, etobsequium reddi parentibus necessitatem patientibus. Similiter si sit tantum debitus ex lege ecclesiastica, ut si concurrat obligatio audiendi sacrum et succurrendi patri periclitanti, omisso sactoe, succurrendum est patri, quia præslal obligatio juris naturalis quam humani.

2. 101. ad. 4. item q. 289. a. G. o. et quodi. 3. a. 16. o. — *Exhis colliges* 1°quod, qui adhuc est in sæculo constitutus, si habeat parentes qui sine ipso commode sustentari non possunt, non debet eis relictis religionem ingredi, quia transgrederetur prarceplum dehonoralionc parentum; nisi forte ipse sine urgente salutis periculo in sæculo remanere non possit.

Dixi, *qui sine ipso commode sustentari nonnossunl,* ut indicarem non solum extremam sed etiam gravem necessitatem parentum impedire filium ingredi religionem. Licet enim S. Th. hic et Quodi. cit. non exprimat gravem, sed videatur tantum loqui de necessitate absoluta, tamen q. 189 citata, clara exprimit gravem, dumsicuti nos utitur lermino *commode.*

Ibid- _ o ' Si vero parentes sine filio non admodum ægrc vitam transigere possint, licitum esset ei desertis parentibus religionem intrare; quia filii non tenentur ad sustentationem parentum nisi in casu necessitatis, ut dictum est : unde Dominus, Malth. 8, et Luc. 9, reprehendit discipulum qui nolebat eum slalim sequi, intuitu paternæ sepulturæ, quia erant alii per quos illud opus impleri poterat, ut ait S. Qhrysosl. in hunc locum Malth.

3° Si, non obstante gravi necessitate parentum, filius ingrediatur religionem et profiteatur, valebit quidem professio ; sed suspensa manent ejus exeeutione, tenebitur egredi, si aliter parenti non possit subvcnire; quia ingredi non poterat, obligatione subveniendi jam contracta. Ita post Navar, et alios Sylvius hic.

Hie q. 10 t. et quod lib. cit. — 4° Sed si i ost professionem filii paler incidat in dic**tam gravem necessitatem et non extremam,** quamvis filius possit egredi consentiente prælato ut patri subveniat, non tenetur tamen, nec etiam potest, prælato repugnante ; quia qui est in religione professus, statu mutato, necampliussub patris potestalesed sub præ» lato exislens,repulaturquasi mortuus mundo! unde per hanc spiritualem mortem deobligatur a cura pendenda parentibus , sicut etiam deobligaretur per muriem u?m<

poralem. Tenetur tamen, salva sui praelali obcdicntia et suæ religionissiatu, pium studium adb'bere ut ejus parentibus subveniatur. Per quæ ultima S.Thomæ verba *paid* eum non poncre omnimodam paritatem quod hunc casum inter mortuos corporaliter , et religiosos mortuos spirituali ler ; sed velle duntaxal religiosum professum non teneri subvenire parentibus etiam in gravi necessitate, nisi quatenus fieri potest salva obedieutia et regulari observantia quam professus est. Ita post S.Tb. Cajet, bic, Sylvester, v. *Religio* 2, Silviushic et alii.

Dixi, *gravem el extremam necessitatem ;* quia si esset extrema aut quasi extrema sic, ut probabile non esset posse subveniri parentibus aliter quam per egressum filii, probabilius est quod posset et teneretur egredi, petita licet non obtenta licentia praelati. Quia tunc maxime urget praeceptum de honorandis parentibus, a quo utpole naturali et divino nemo per votum eximetur rimo non censetur emissum votum nisi sub hac conditione, *salva lege natures:* unde etiam extranea in pari necessitate constituto id præstari deberet, quanto magis parentibus.

S. Thomas autem non meminit hujus extrcmæaut quasi exlremæ necessitalis(intelligendus est enim superius de gravi et quK ; sitinfra extremam),quia extrema necessitas rara est, et in ea non solum parentibus, sed etiam extraneis, ut dixi, quilibet etiam ipse prælalus tenetur succurrere.

ARTICULUS III.

De observantia.

Observare, est aliquid anxie speculari seu notare: unde veneratio qua colimus eos qui sunt in aliqua dignitate , dicitur observantia, eo quod eos veluli anxie contemplemur, tum rcvtrendo, tum considerando num nostro indigeant obsequio, vel quid nobis imperatum velint.

2· 402. a. 2. in a. a. c. — *Dico* Observantia definitur a S. Aug. lib. 83 Quæslionum , q. 31, ex Cicerone: *Virtus per quam homines aliqua dignila le antecellentes quodam cullu et honore dignantur.*

Explicatur. Dicitur, *aliqua dignitate antecellentes* /per quoti intclliguntur superiores qui nos gubernant. Sicut enim pietas defert cultum parentibus, quia sunt auctoresvilæ nostræ, ita observantiasuperioribus, quia suul auctores gubernationis nostræ.

Ibid. a. 2. o.—Etenim gubernare, est movere aliquos in debitum finem,sicut nauta gubernat navem ducendo eam ad portum; omne autem movenshabetexcellentiam quamdam el virtutem supra id quod movetir.Unde in superiore duo consideranda sunt: 1° excellentia status cum quadam testate in subditosi 2° ipsum gubernationis officium. Ratione excellenti» debelur ei honos, qui est testimonium excellenti» alicujus. Ratione officii gubernationis debetur ei cultus, qui consistit in qu uio, dum scilicet aliquis eorum obedit imperio, et vicem pro beneficiis eorum suo modo rependit

ibîd. a. 1. ad 2.—Et quia qui excellunt scientia et virtute et aliis egregiis dotibus, licet non gubernent actu, sunt tamen idonei ad gubernandum; debetur etiam ipsis honos qui reductive pertinet ad observantiam.

Ibid. a. 2. ad 2. — His vero qui quidem sunt in dignitate constituti, tamen super nos prælationem non habent,sed super alios, debemusetiam honorem, sed diversimode: nostris quidem superioribusdebemus debito legali, ad quod scilicet reddendum homo lege compellitur ; illis vero qui nobis non sunt superiores, debemus debito morali, horest, ex quadam honestate.

Ibid. a. 1. o. — *Ex dictis colliges* 1· obser» vantiam esse virtutem distinctam a pietate, quia habet distinctum objectum; pietas enim defert cultum debitum alicui ut principio ortus; observantia vero debitum ut principio gubernationis: quæ debita cum sint diversas rationis, sicut beneficia quæ inde oriuntur, constituunt diversa formaliter objecta.

Ibid. a. 4. o. — *Colliges* 2°pietatem praeeminere observantiae, in quantum reddit cultum personis magis conjunctis et quibus magis obligamur.

Si *dicas* nos magis obligari erga principem quam erga patrem sic, ut si uterque foret in necessitate constitutus, praeferendus esset princeps patri. *R.* id deberi principi, non praecise ut me gubernat, qua tamen ratione illi debeo observantiam, sed quatenus gubernat patriam el bono communi est necessarius, qua ratione debelur illi officium pietatis aut justitiae legalis.

CATITULUS IV.

De dulia.

2. 403. «. 4. o.—Duæ sunt partes **obser-**vanti» , dulia scilicet et obedieatia.

Dulia potest accipi dupliciter , uno modo **late et** communiter, secundum quod exhibet reverentiam cuicumque homini, ratione cujuscumque excellenliæ; et sic continet sub se tanquam species pietatem et observantiam, et alias varias hujusmodi virtutes que homini reverentiam exhibent · alia enim e. alia ratione honoratur rex a subditis, paler a filiis,duxa milii bus,magistera discipulis, etc. Alio modo potest sumi stricte dulia, prout secundum eam sen us exhibet reverentiam domino;nam *dulia* græce, dicitur latine *servitus.*

2· 403. a. 3. o.—*Dico*1°Duliastrictesumpta quæ honorem et debitam servitutem exhibet homini dominanti, alia est virtus alatria quæ exhibet sen itetem divino Domino; bæc pertinet ad religionem, illa ad observantiam.

Ibid. —*Prob.* Ubi est alia ratio debiti, ibi necesse est quod sila ia virtus quæ debitum reddat : atqui alia ratione debetur servitus Domino et hom'ni ;scu alia ratione dominium competit Deo cl homini :crgo. *Prob. inin.* Deus plenarium et principale dominium habet respectu loliusclcujuslibelcreaturæ, quæ totali ler subjicitur ejus potestati; homo autem participat quamdam similitudinem dominii divin i, secundum quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam. Ergo.

Cætcrum *adverte* (quod jam notavi dum de religione), has v ces græcas, *lalria* cl *dulia,* idem omnino significare, nempe servitutem; sed quia in u'raque lingua, lamgræca quam latina, non habetur vo ahulum quod propricsigniticel cultum Deo convenientem, usu Ecclesiæ receptum csl ut lati ia significet cultum Dei, et dulia cultum crealuraruin, maximcbealorum in patria. Quamvis enim non simus eorum sei vi servitu er torosa, vili et abjecta ut mancipia, attamen propter eorum excellentiam debemus illos æslimare et revereri tanquam nostros dominos, eisque profiteri honorariamsubj clionem,qualiscsl illa de qua Apost. Galal. 5 : *Per charitalcm servile toviccm.*

2· 1. *o.* — *Dico* 2° Honor qui per duliam sivclate sive stricte sumptam exhibetur, coram Deo potest consistere in sulo interiori mqtucordis; coram hominibus autem consistit in signis exterioribus.

Ibid. — Quia honor nihil est aliud quam ttolinxouiLun do excellentia alicujus : unde homines qui volunt honorari, requirunt tes* timomum suæ excellenti® : atqui excellentiam sive Dei sive allerius possumus sola cogitatione et interiori acluanimi testari ef venerari coram Deo qui est inspector cordium, secus quoad homines qui nec vident occulta cordium, nec eis quicquam declarare possumus nisi persigna sensibilia : ergo.

Ibid.—Ilæcautem signa sunt triplicis generis : 1° verba honorifica ; 2° actiones honorific®, ut inclinationes, obvialiones, et alia hujusmodi; 3° res exteriores, puta, munerum oblatio, imaginum institutio, collatio dignitatum, quæ ideo per tropum solent appellari honores.

2· 403. ad. 1. — *Ilinc colliges* 1° reverentiam non esse idem quod honor : nam reverentia ex una parte est causa honoris, in quantum scilicet aliquis ex reverentia quam habclad aliquem, moveturad eum honorandum; ex altera parle est finis honoris, in quantum aliquis honoratur ad hoc utinreverentia habeatur ab aliis.

'Ibid. a. 2. o. — *Colliges* 2° honorem non deberi nisi superioribus, non quidem solis supcrioribusjurisdictioncaut gubernatione, sed omnibus qui in aliqua bona qualitate sunt superiores seu excellentes ; honor enim est testimonium cxccllenliæalicujus, ut dictum est. Id tamen sic intcllige, non quasi qui honoratur debeat esse excellentior honorante, sed vel quibusdam aliis vel etiam ipso honorante quoad aliquid, etsi non simpliciter. Et sic *palet* quomodo aequales ab æqualibus, et inferiores a superioribus possint honorari. De his jam dixi dum de detractione et contumelia.

DISSERTATIO II.

DE OBEDIENTIA CT INOBEDIENTIA.

D. Th. QQ. 104, 105.

ARTICULUS I.

Quid sit obedienlia?

2· 404. **a.** 2. **ad 1.** — *Dico* 1° Obedienlia est *Virtus per quam aliquis sui superioris præ^epto obtemperat, ex intentione salisfciendi eius pracepto.*

Ibid. — Dicitur, *ex intentione satisfaciens dicjuspræcepto,* ut distinguatur ab ohedientia materiali et latesumpla.Duplex enim distingui debet obedienlia : una materialiter **et** late sumpta **pro exeeutione** cujuslibct **actui**

virtutis præeepti; altera quam hic definimus, formaliter et stricte sumpta pro exeeutione actus boni præeepti, quia præceplus est. Oncdicnlia materialis, est quædam generalis virtus seu potius circumstantia cujuslibet actus boni præeepti ; ct inobedienUa sic etiam materialiter sumpta, generale peccatum seu circumstantia generalis cujusvis peccati. Obedienlia autem formalis, est specialis virtus; et inobcdicnlia formalis, speciale peccatum. Unde

Ibid. — *Dico* 2° Obedienlia formalis est specialis virtus ab aliis distincta; quia habet speciale objectum, nempe præceplum superioris formaliter qua præceptum. Cum enim inferiores suis superioribus mulla debeant exhibere, inter cætera hoc est unum speciale, quod teneantur eorum præccp obedire : unde ex præceplo opus fit debitum et necessarium factu, neiiolctur auctori la: superioris.

Dices. Neque religiosus prælalo, nequ filius patri, neque servus domino dicili perfccleobediens,qui expeclat præceplum, elabsquceo nihil vult facere : ergo objcclun» formaleobedienliæ non est præceplum. Vr. deS.Th.hica. 2.o.,dicit : *Tantovidetur oledienlia promptior, quanto expressum proeceptum obediendo prævcnil, voluntate superioris intellecta.*

R. D. ani. Non dicitur perfecte obediee obedienlia stricte et theologice sumpta, Λ'. obedienlia genoralim et vulgo dicla, *C. an', el N. conscq.* Hæc autem vulgo dicla obedientia, est quædam virtus qua quis voluntati superioris morem gerit, sive praecipi; I, sive non; hoc enim per se peculiarem htnestalcm habet, conducilque maxime ad bonam et suavem gubernationem, polcslquc imperari ab aliis virtutibus : si enim id faciat subditus ex reverentia in Deum cujus superior vices gerit, erit religionis; si ex reverentia in ipsum prælalum, erit actus observantis.

Ad D. Th. Non est quod de ejus mente dubitemus, cum nostra conclusio ct cju« probatio sint ex ipso ibidem iisdem fere terminis , riec vci ba quæ objiciuntur contraria sunt. Qui enim voluntate superioris intellecta, prævenil ol odiendo expressum ejus mandatum, vel in voluntate superioris iutelligil verum præceptum, licet tacitum lar tum; ut enim dicit S. Th. immediate anti objecta verba, *Voluntas superioris quocumque modo innotescat* (scilicet ut præripions)» *est quoddam tacitum præceptum* vel intelligit solum desiderium absque voluntate præcipiendi et obligandi. Primo modo indubie est prompt*or vera et proprie dicla obedienliaquam si expeeiaret expressum præceplum, qiii ibie.4verum præceptum, liret tari tum. Secu ndo modo est etiam promptior, non quidem in actu formalis et strictæobedienliæ, sed in præparalione animi; qui enim absque ullo præceplo voluntati superioris morem gerit, ostendit voluntatem promptissimam et paratissimam illi obedire si præcipiat. Possel etiam inlelligi de obeienlia vulgo dicla, ut supra.

Hic. q 81. a. 6. o. — *Dico* 3° Si obedienlia cmsideietur essentialiter ex pario objecti, e l inferior religione; quia religio magis de p opinquo accedit ad Deum quam obedienlia, in quantum religio operatur ea quæ directe et immediate ordinantur ad honorem d vinum.

Hic. q. 10'i. a. 3. o. — Si vero consideretur obedic ilia accidcnlalilcr ex parlc r'ns q >d contemnit ut inhæreal Deo,est ma\i ia i er virtutes morales, quia majus bon ai contemnit, scilicet voluntatem propriam, quam cæieiæ virtutes morales quæ contemnunt an urn bona externa.

Ibid.— Dixi, *inter virtutes morales;* quia certi m est virtutes theologicas quibus Deo secundum sect immediate inhæremus, pra> cel'creab-oluteobedienliæctaliis virlulibus mor.i ibus.

opponas contra primam partem illud vul are 1. Rcg. 13, *Melior est obedienlia quam vclimce,* id est, quam sacrificium quod est actus religionis.

Ibid, ad 1.—*R.* sensum S. Sci ipluræ osse, quod méfier sil obedienlia quam oflerrexictimam sine seu contra obcdienliam ; loquitur enim ibi Samuel de Saule, cui melius fuis*et obedire Deo quam pinguia animalia Amalecilarum in sacrificium offerre, contra Dei mandatum.

Addo o! cdicnliam quæ Deo præstalurex reverentia ejus, esse meliorem nudo actu reli io is;quia talis obedienlia involvilcliam religionem.

Petes uliumomnisobedienliasit ejusdem rationis scu speciei?

Ante responsionem , nota diversas esse portales imperandi quas respicit obedienlia. alia est divina, alia humana ; hæc, alia cc-

clesiasLica, alia politica sea civilis, sub qua intellige domesticam.

Fundatur poteslasdivina in ratione causæ ct effectus, quia causa naturaliter habet potestatem in effectum, ct cum Deus sit omnium causa, ila est omnium dominus. Ab hac divina potestate derivantur omnes humanæ potestates, sed diversimode. Potestas humana spiritualis seu ecclesiastica derivatur a Deo per positivam ordinationem , quatenus poteslasdivinacommunicatur humanitati Christi cui *data esi omnis potestas in coelo et in terra,* Alatth. 28. A Christo descendit in SS. ponliiicem ut ab ordinario in vicarium, ab isto in omnes rectores ecclesiasticos. Potestas humana civilis seu politica derivatur a Deo per naturalem rerum institutionem; hoc ipso enim quo Deus condidit singulos homines sui juris, eisque indidit naturalem inclinationem ad vitam socialem et politicam, censelur dedisse communitati quæ ex singulis junctis exurgit, potestatem se et singulos regendi ; naturaliter enim ex potestate partium in unum lotum coeuntium,resultat poteslas totius cui partes naturaliter subsunt, et a quo naluraliler reguntur; a tota vero communitate derivatur poteslas per commissionem in reges ad principes, et ab his ad officiales inferiores. Similiter hoc ipso quo Deus instituit conjugium maris et fœminæ ad procreationem liberorum, censetur concessisse potestatem parentibus in liberos, quia, *ut dixi,* naturaliter causa habet potestatem in effectus ; et etiam marito in uxorem, quia naturale est agenti movere patiens, et causæ principali instrumentum ; in conjugio aulem vir se habet ad instar agentis et causæ princi|ialis. Quantum ad potestatem herilem, esta Deo mediante auctoritate reipublicæ, qua servitus, seu herilis poteslas est instituta. His nolatis, quæ pro diversis materiis scitu necessaria duximus, ad quæstionem.

A.2. ad4. et a. 3. add.— *R.* Omnes obedienliæ sunt ejusdem speciei. *Ralioesl,* quia obedienlia non respicit auctoritatem præcipienlis in ejus commodum ct honorem, neque ut est tanta vel tanta, sicut reverentia respicit excellentiam propter quod diversificatur secundum diversitatem excellenti®; sed respicit præciseauctoritatem præcipicntis ut habentem sufficienter potestatem prædpiendi et obligandi, qualiscumque sit illa poteslas.

A. 2. ad 4. et a. 3. adi. –-Nihil impedit tamen quin diversarum Virtutum actus in unum et cumdein actum obedientiæ concur* rant : ut si jejunesin quadragesima ut satisfacias praecepto, erit actus obedientiæ; si hancobedientiani præslos ex reverentia erga præ'atos, erit actus observantiæ : si ex reverentia Dei, erit actus religionis; si ad refræ-nandas concupiscentias, erit temperantiæ ; si ut sis aptior ad serviendum Deo, erit iterum religionis.

Art. 2. ad. 4.—Utrum vero possit dari actus obedientiæ qui non sil simul actus alterius virtutis? *R. a/firmalive,* ut si praecipiat aliquid quod ex sesil indifferens,aut prohibeat aliquid quod non six ex semahim, pr®-cisc ad probandam obedientiam subditi. S» *quœras* ad quod vilium pertinebit transgressio talispræcepti, supposito quod non fiat ex contemptu, tunc enim foret inobedientia formalis : *R.* fore actum inobedientiæ generalis. *Palet ex prima conclusione.*

ARTICULUS II.

Utrum in omnibus sil obediendum ?

Hic a. 1.4. et 5. o.—*Dico.*Obediendum est Deo in omnibus; homini vero superiori obediendum quidem , non tamen in omnibus.

Prima pars patet, tum quia Deus est omnium dominus et quoad omnia, nec quidquam illicitum potest jubere; — A. 4. o. — tum quia sicutDcus est primus motor omnium quæ naturaliter moventur, ita etiam est primus motor omnium voluntatum : ergo, sicut naturali necessitate omnia naluraliasubdunlurdivinæ motioni, ita etiam quadam necessitate justili® omnes voluntates tenentur obedire divino imperio.

Secunda pars probaturi0 ex variis S.Scripluræ locis. Gen. 3, et Ephes. 5, Deus jubet uxorem obedire marito,Exod. 20, et Ephes. 6, filios parentibus ; Corinth. 3, servos domino, ct generaliter unumquemque suo superiori. Rom. 3 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sil; i* Petri 2: *Subjecti estote omni humanæ creatura propter Deum, sive regi quasi præcellenli, sive ducibus tanquam ab eo missis ;* Rom. 13 : *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit;* Ilæb. 0 : *Obedite praepositis vestris, ct subjacete cis ;* ei alibi.

Art. 4. o. — *Prob.* 2°. Quia, sicut ex ipso ordine naturali divinitus instituto inferiora in rebus naturalibus necesse habent subjici

motioni superiorum, ita similiter innurnanis ubi superiores movent inferiores per rationem et voluntatem; movereautem per rationem et voluntatem est imperare.

Art.f». o. — *Ex his sequitur* etiam fideles Christianos teneri obedire saccularibus potestatibus quamvis infidelibus ; quia fides Christi uæestprincipium jusliliænon tollit ordinem jusliliæ a Deo institutum , secundum quem ad conservationem status rerum humanarum interiores subjiciuntur superioribus.

Art. 5. v.—*Tertia pars conclusionis patet;* quia excipiuntur duo casus in quibus homo non tcnelurobedirc homini superiori · 1° si aliquid præcipial contra mandatum majoris superioris; 2° si præcipial id ad quod non se extendit ejus poteslas.

Ibid. — Quia, sicut potest contingere dupliciter quod aliqua res naturalis non moveatur a suo motore, uno modo propter impedimentum quod provenit ex tortiori virtute altcriusniuvenlis, alio modo ex defectu ordinis mobilisa l motorem ; ita similiter ex duobus potcsl coidingere quod subditus suo superiori non teneatur in omnibus obedire . uno, propter praeceptum majoris potestatis; unde S. Aug. Serrn. 6 de Verbis Dom. Si *quid lussent cïitator, numquid est libi faciendum, si contra proconsulem iubeal?* Rursus : Si *quid proconsul iubeal, el aliud imperator, numquid dubitatur, illo contempto , illi esse serviendum? ergo si aliud imperator, aliud Deusiubeal, contemplo illo, obtemperandum est Deo.*

Adverte tamen, non essesubdili examinarcsilne licitum vel illicitum id quod praecipit superior, tenerique ipsi obedire, nisi constet aperte esse contra Dei aut superioris potestatis mandatum : neque etiamsi dubitet an sit licitum, dispensatur ab obedientia; quia superior habetjus praecipiendi et exigendi obedienliam quo spoliari non debet propter dubitationem subditi. Debet ergo subditus deponeredubium. elsibi persuadereseposseel teneri in tali casu obedire, juxta illud S. Bernardi, dePræccptoclDispens.cap. 12: *QuidquidviceDcipraicipil homo, quod non sit cerium displicere Deo, haud secus omnino accipientium esi quam si vracipial Deus.*

I >.id.—Alio modo non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid præcipial in quo ei non subdatur. Non subditur autem homo homini in his quæ perlinent ad interiorem motum voluntatis, de quo fusius dum de legibus; neque in his quæ ad naturam corporis perlinent, quia ornnes homin·1* natura sunt pares, non hoc sensu quod, altent» s >la natura , nulla foret hominum inrqualitas, sed liocsensu quod, quant uni ad ea quæ«peetant naturam, hoc est, corporis sustentationem el prolis generationem, omncL. homines sint æqualessic, ut nullus in cis habeat potestatem super alium, nec ullus alteri olx-dire teneatur per scloquendo, et secludendo vinculum vel voti, vel aliud quo quis se obstrinxerit. Unde regulariter neque sei vi dominis, neque filii parentibus lenenturobedircdematrimoniuconlrahendo, de religione profitenda , de virginitate servanda , aut aliquo alio hujusmodi, de quo fusius modo.

Ibid.—In hisergo solum tenetur subditus suo superiori obedire, quæ perlinent ad dispositionem actuum el rcrum humanarum ; neque adhuc in his generaliter, sed determinate secundum rationem superio!itatis, sicut v. g. miles duci exercitus in his quæ perlinent ad bellum, servus domino in his quæperlinenlad servilia opera exsequenda, filius patri in his quæ perlinent ad disciplinam vitæct curam domesticam.

Dices 1° Apost. Coloss. 3. dicit : ***Filii,*** *obedite parentibus per omnia;* el postea : *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus.* Ergo.

Ibid. ad. 1. — 1?. verba Apostoli intelligenda esse de omnibus quæ perlinent adjus palriæ vol dominalivæ potestatis.

Dices 2° Ecclesia præcipil jejunia quæ corporis conservationem spectant. Ergo.

Λ. jejunium quale præcipit Eccle-ia aut religio non impedire conservationem corporis, cum non prohibeat alimentationcm, se l tantum de ejus modo el ordine disponat : quod non excedit potestatis ejus limites.

Dices 3° Sicut religiosi profitendo Vovent castitatem ct paupertatem, ita elobcdientiam : atqui tenentur quantum ad omnia servare casiitalem el pau portatom : ego similitor quantum ad omnia tenentur obedire.

Ibid ad. 3. et quodlib. 10. a. 10. ad 1. —· Λ. *D. maj.* Sicut, etc. ita profitentur obedienliam quantum ad omnia, *N.* quantum ad regularem conservationem secundum quam suis prælatis subduntur, *C.* Disparitas est ergo, quod votum conlinenliæel paupertatis respiciant speciale genus actus, sed votum obedientiæ respicit gencrahter oro

nes actus : unde nisi determinaretur ejus generalitas, esset religionum confusio, quia ad idem omnes tenerenlur

Ibid.— El ideo ad illa sola obedire tonentur religiosi,quæpossuntad suam regularem conservationem perlinere; et hæc est obedienlia sufficiens ad salutem. Si autem in aliis etiam obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis, dum tamen illa non sint contra Deum aut contra professionem regulæ; quia talis obedientia esset illicita. Unde potest (rrplex obedientia distingui : una sufficiens ad salutem, quæ scilicet obedit in his ad quæ obligatur; una perfecta, quæ obedit in omnibus licitis; alia indiscreta, quæ etiam in illicitis obedit.

Petes utrum moniales, etiam illæ quæ non voverunt explicite clausuram et in quarum monasteriis nunquam fuit servata, possint a suis supcrioribuscompolli ad illam, eæque peccent mortaliter si obedire recusent?

Λ. *affirmative*. Quia, licet forte clausura non contineatur explicite in regula, nec ad illam directe pertineat, continetur tamen implicite et ad illam indirecte perlinet, quatenus, ut experientia compertum est, aliquo modo est necessaria aut saltem maximeconveniens ad observantiam voti castitatis in monialibus : —ibid, quodlib. oit. — atqui qui vovet explicite aliquam religionem vel regulam, vovet implicite ea quæ ad illam reducuntur, ut sunt illa quæ vel necessaria vel valde utilia sunt ejus observationi. Unde, *ut praveniatur objectio,* non coguntur tales moniales ad amplius quam promiserint saltem implicite.

Confirmatur. Bonif. VIII, cap. *Periculoso, dcStatu Relig.* in6,1.3, lit.16; PiusV, bulla *Circa pastoralis,* clGreg.XIH, bulla *Deo sacris,* stricte præcipiunl ut omnes omnino moniales, etiam illædequibusestquæstio, ad perpetuam clausuram compellantur. Nemo autem dicet hosSS. pontifices præcipere id ad quod eorum potestas se non extendit.

Dc hoc casu late disserit Silvius hic, cui tamen non assenlior quoad omnia. Videtur enim docere quod, etiamsi diclæ moniales expresse intenderint in sua professione non se obliga» c ad clausuram, atque sub ista expressa conditione cl restrictione interna vola emiserint, possint nihilominus ad eam cogi, et peccare mortaliter si renuant, lluic, inquam, assertioni simpliciter et indistincte non assentior, siquidem certum sit totam obligationem voti ab intentione voventis pendere. Id autem diei non potest nec etiam implicite intentum seu volilum, quod sst explicite et formaliter nolilum.

St *dicas cum* laud, auctore, id saltem eas debuisse intendere· *esto,* sed non intenderunt, imo expresse excluserunt : unde sequitur quidem quod debuisset esse talis obligatio, non autem quod rcipsa sit. Quapropter, tametsi supponeres vota religionis in monialibus ex natura sua et necessario absolute exigere clausuram (quod tamen est falsum), mallem dicere in hac hypolhesi hæc earum vola esse nulla, quam eas obligari ad id quod positive cl formaliter noluerunt se obligare· sicut, v.g. qui voveret paupertatem sub expressa conditione etiamsi interna, quod liliorum usum suarum rerum nollet abdicare, votum ejus esset nullum, nec eo teneretur.

Quia tamen non admittitur exterius professio religiosa sub hac aut simili conditione, ideo in foro exteriori præsumitur absoluta · unde non est mirum quod SS. ponti lices clausuram omnibus omnino monialibus indistincte injungendam mandaverint, quippe quæ, ex dicta praesumptione quod earum professiosil absoluta, ad eam compelli possunt in foro exteriori, et si ex resistentia orialurscandalum, ad illud vitantium tenentur obedire. Confer quæ dixi supra de obligatione voti.

ARTICULUS III.

Utrum filii et fUia-familias ita sint liberi in statu eligendo, ut nullatenus quantum ad hoc pendeant a voluntate parentum ?

Art. 5. o. — Dico 1° Filii et liliæ-familias per se loquendo sunt omnino liberi in eligendo statu sive religionis, sive ordinis sacri, sivecælibatus, sive matrimonii (saltem in communi quoad matrimonium)sic,ulquantum ad hoc nullatenus pendeant a voluntate parentum, nec peccentsi iis nolentibus eligant, aut iisvolcnlibus non eligant. Est communis cum D.Th.et *pa(cli°eTdictis in tertia parte conclusionis praecedentis articuli.*

Suppi, q. 47 *a.* 6. o. —2° Quia in matrimonio cl in aliis statibus assignatis, estscrvitus qnædam perpetua ad quam parentes cogere non possunt linos, aut filias, cum sint liberæ conditionis. *Neque dicas* secundum jura antiqua, patrem posse vendere filium in servum : disparilas est, l°quod servitus

non exigat amorem sicut exigit matrimonium maxhne, et etiam alii status, ut eorum oblationibus alacriter et expedite satisfiat; 2° quia servitus non est perpetua, cum servus possit se redimere, secus in aliis statibus.

Dico 2° Quartum ad matrimonium in particulari cum tali persona, non possunt etiam parentes cogere filios aut filias, neque isti tenenturobedirepropterrationesjam datas : — Ibid. — Possunt tamen parentes filios aut filias inducere ex rationabili causa. Et tunc sicut se habet filius ad illam causam, ita se ha'et. d præceplum patris, utscilicet si causa illa cogat de necessitate vel honestate, praeceptum palrissimiliter cogat epula, si pater jubeat filio ducere talem puellam, quia vel eam defloravit, vel tale matrimonium est necessarium ad sedandas inveteratas inimicitias, aulad sustentandam inopiam patris, etc. Puto tamen filium in hoc casu debere acquiescere non tam vi præcçpti obedientiæ, cum juxta S. Th. quoad statum pater non sit superior filii, quam vi praecepti pietatis ex qua filius in talibus circumstantiis (enetur acquiescere voluntati patris, facturus alioquin illi magnam injuriam in re gravi.

Dico 3° Similiter possunt parentes justis de causis impedire matrimonium filii aut filiæcum tali persona sic, ut peccet mortaliter filius aut lilia si, inconsultis aut rationabiliter invitis parentibus, tale matrimonium contrahant; quia, cum parentes teneantur prospicere filiis in omnibus, præcipue in eligendo statu, et in iis quæ oneribus matrimonii sustentandis necessaria sunt, justum est utsuperhancrem consulantur, cl eorum rationabili voluntati morem gerat filius; proimleque graviter peccat si non contra obedientiam, saltem contra pietatem cl reverentiam parentibus debitam, si ipsis inconsultis, aut ex justa causa invitis, matrimonium contrahat.

Id etiam insinuat S. Scriptura, Eccles. 7, ubi dicitur de patre: *Trade filiam.... et homini sensato da illam ;* et S. Ambros.cap. *Honorantur* 32, q. 2, dicens, *non essevirgi* nalispudorismarilum eligere,sedjudicium parentum esse cxpectandum.*

Dixi, *parentibus ex justa causa invitis,* qualis est, v. g. si matrimonium sil in dedecus familiæ, si puella sit make indolis, etc. Si enim sine justa causa cl irrationabiliter forent inviti, puta , si contradicant ex io, ex morositate, vel ex avaritia quod nolint dare dotem, vel quia volunt inducere in religionem, etc. ipsimet graviter peccant, et non peccat filius contrahendo, quia nihil debemus parentibus contra rationem. Ilicnon inconsulte advertit auctor modernus esse non semper justam parentibus causam contradicendi, quod filius nobilis ducat ignobilem, aut dives pauperem, si aliunde dotes animae cl spes certa pacific® conversationis forlunæ damna compenset

Porro matrimonia sine parentum consensu contracta essevalida, constat ex Trid sess. 24,de /fe/br.cap. 12, ubi dicitur : *Jure damnandi sunt illi, ut eos sancta synodus anathemate damnat..... qui jalso affirmant matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse.* Quibus verbis corrigit seu revocat aliqua jura, si quæ fuerint, quæ videbantur irritare talia matrimonia. Sed de hac quæst. latius dum de matrimonio.

Ex didis colliges 1°, gravissimi peccati reos esse parentes qui, sive directe metu, vi, fraude, sive indirecte durius cum liberis agendo in victu, vestitu, verbis,signis,etc. cos invitos compellunt ad religionem, clericatum aut matrimonium, quia contra justitiam agunt violando filiorum libertatem, et eo gravius peccant quo graviora mala inde nata sunt sequi ; quot enim inde maledictiones, imprecationes, desperationes, impudicitiæ, sacrilegia , adulteria, etc. quæfilios et filias in hac vi ta miseros, inaltera miserrimos efficiunt! Jure itaque a Trid. sess. 25 de *Regular.* cap. 18, excommunicantur qui quocumque modo virginem, viduam, aut aliam mulierem invitam, *ad ingrediendum monasterium,vel ad suscipiendum habitum,vel ad emittendam professionem* cogunt; item hi qui ad id consilium , favorem vel auxilium dant, qui vel ingressui, vel susceptioni habitus , vel professionis, praesentiam , consensum vel auctoritatem scientes interponunt.

Nola hæc verba : *ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum. Ex* his enim inferunt Navar. Suarcs et alii, cogentes fœminam ad monasterii ingressum, non ut profiteatur, necui habitumsuscipial, sed ut ibi saeculari habitu retenu cducetur, poenas hic contentas incurrere. Vide Remissiones Gallemarl in hoc caput, Iit. *E.*

Colliges 2°, etiam graviter peccarc parentes qui sine justa causa filios aul filias, sive directe, sive indirecte ut supra, impediunt aul retrahunt a statu assumendo : si enim a religione vel clericatu, non solum peccant contra justitiam violando libertatem filiorum, sed etiam contra charilatem eos retrahendo a meliori bono et majori Dei obsequio; sia matrimonio, ultrapræfatam injustitiam, innumeris peccatis ipsos exponunt. Ubi *nola* conc.Trid. cit. cap. excommunicationi etiam subjicere cos *qui sanciam virginem vel aliarum mulierum volunlalcm veli accipiendi, vel voli emillcndi, quoquo modo sine causa impedierint.*

Dixi, *sinejusla causa;* quia si subsit, non sunt culpandi parentes : v. g, si noverint filium ob complexionem infirmam, aut pravos mores, aul ignorantiam et hebetudinem, esse religioni seustatui clericali ineptum; si matrimonium cum tali impediunt, quia est pravæ indolis, aul infamis, ut jam dixi, relicta tamen libertatecum altera contrahendi. Item non sunt culpandi, quin potius laudandi parentes qui ad tempus tantum se opponunt voluntati liberorum, uteorum vocationem et constantiam probent : caveant tamen no diutius hanc probationem protrahant , aut sub praetextu probationis, suæ mais voluntati indulgeant.

ARTICULUS IV.

De inobcdienlia.

Q. 405.0.4. ad 4. —AOta,inobedientiam non secus ac obedicnliam dupliciter accipi ; 1° materialiter et late, pro transgressione cujusvis praecepti absque contemptu, ct sic non est speciale peccatum, sed generale quoddam, seu generalis circumstantia omnispeccati;2°formaliterct stricte, pro transgressione praecepti, ex ejus aut praecipientis contemptu, ct siceslspeciale peccatum foimali obedientiæ oppositum, id confessione aperiendum, quando est mortale.

Hic.q. 486. a. 9.ad 3. — Tunc autem aliquis transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis, et ex hoc procedit ad faciendum contra illam; si enim propter aliquam causam particularem, puta concupiscentiam vel iram,inducituradaliquid faciendum contra statutum legis.xion peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa,etiamsi frequenter ex eadem causa vel alia simili peccatum iteret. Frequentia tamen peccati dispositive inducitadeontemplum, secundum illud Proverb is : *impius cum in profundum veneritpeccatorum, contemnit.*

Uæc inobcdienlia formalis est contra duplex praeceptum, scilicet contra praeceptum quod ex contemptu violatur, a quo habet rationem formalis inobedientiæ, elcon Ira praeceptum quo talis violatio ex contemptu prohibetur,videlicct..Von *contemnes præccplum superioris; non violabis illud ex contemptu;* etcum istud, ulsuppono, non contemnatur, ex hac parle est inobcdienlia materialis. Si *queeras* utrum delur etiam praeceptum quo praecipiatur obedicnlia formalis? videtur quod non, quia subditus abunde satisfacit praecepto, dum opus præceplum facit propter intrinsecam ejus bonitatem, seu ut placeat Deo ; *Plenitudo enim legis est dilectio.*

Q. 405. a. 1.0.—Dicol0Inobcdienliaformalis est peccatum mortale ex genere suo, quia contrariatur charilati per quam spiritualis vita habetur; exigit enim charilas Dei utejus mandatis obtemperemus; in præceptisautem divinis conlincturquod etiam super'oi ibusobediamus.Contrariatur insuper dilectioni proximi, in quantum superiori proximo ex intentione subtrahit obedien tiam quam djbet.

‹* Potest tamen fieri veniale, non solum ex indcliberalioncaclusquodesl omnibus peccatis commune, sed etiam ex levitate material,seu poliusex imperfectione contemptus. Ita post Cajet. Sylvius, Lessius ct alii.

Duplex itaque distingui debet contemptus, perfectus ct imperfectus. Perfectus est, quandoquis renuit in toto subjici superiori, ex quovis contemptu sive praecepti, sive potestatis, sive, praicipicnlis procedati lia pervicacia , etiamsi praecipientem non ratione potestatis,sed obaliamcausam contemneret, puta, obdefectum scientiae,prudentiae, nobilitatis, vel ex ira, odio, etc. Et inobedieutia ex tali contemptu perfecto procedens etiam inrelcvi,est scmpcrmorlalcpeccatum,quia, iicel ressit levis, intentio tamen qua directo tendilcontra totam suporioritatem, renuens absolute et in ulla rcipsi subjici, ct propter hoc Iransgrcdiensejuspræceplum,importat gravem contemptum et gravem injuriam,

Imperfectus contemptus est, quando quii 'nuit subjici superiori in aliqua re lanium, sive gravi sive levi, paratus ipsi obedire in aliis, etiam ex quovis contemptu sive prae·

cepti,sivepræcipieniis procedat illa recalcitratio. Inobcdienlia ex fali contemptu procedens , si sit in re gravi, est mortalis, quia' licet contemptus sil imperfectus, est tamen gravis ratione materia* ; si sit in re levi, esi venialis : excipe nisi forte Deum ipsum præcipicn tern aut ejus præccptum tanquam inutile et vanum contemneret; id enim furcl blasphemum.

Quod S. Th. hic ad 1 dicat, *peccatum venialenon esse inobedientiam,* intelligcndum est de inobcdienlia formalieaque perfecta et absoluta, qua quis simpliciter cl absolute dicitur inobediens. Item, quando addit pro ratione, *peccatum veniale non esse contra præccptum, sed præler praeceptum,* eodem sensu accipiendum est quod non sil contra praeccptum perfecte, quatenus non evertit finem praecepti, qui eslcarilas, etideo tantum praeter præcep um. Etenim S. Thomam agnovisse peccatum veniale esse contra legem, notum relinquitur ex hujus partis q. 110, a. 3 et 4, et ex 1,2, q. 71, a. 0

Q. 105. a. 2. — ico 2° Una inobcdienlia potest esse gravior altera dupliciter: uno modo ex parte præcipientis , altero modo ex parte præceptorum.

ibid. — Ex parle præcipienlis ; quia , quamvis omnem curam homo apponere debeat ad hoc quod cuilibet superiori obediat, lamcn est magis debitum quod homo obediat superiori quam inferiori potestati. Cujus signum est, quod præccptum inferioris prætermittatur, si sit præcepto superioris contrarium. Unde consequens est quod, quanto superior est ille qui præcipit, tanto ei inobedientem esse sil gravius ; ct sic inobedientem esse Deo est gravius quam inobedientem esse homini.

Si dicas inobedientem homini esse semper inobedientem Deo, quia Deus præcipit obedirc homini superiori · *esto ;* nihilominus fieri potest quod, qui contemnit præceptum hominis superioris, non contemnat illud generale Dei mandatum, ita ut esse possit formalis inobcdienlia erga hominem superiorem, et materialis tantum erga Deum.

ibid.—Ex parte præceptorum ; quia præcipicnsnonæqualilcrvullimpleri omnia quæ mandat, sed magis caquæ habent rationem finis,etP-aquæsunt propinquiora fini,quando scii icet intentionem suam format secundum rerum proportionem; quod semper facit Deus, quia,cum voluntas ejus perse feratur ad bonum, quanto aliquid est me'ms, tanto Deus vult illud magis impleri; non rdeboroo. Unde in praeceptis Dei , quanto præccpium dalur de meliori, lanio est ejus inol edientia gravior. Lbi autem obligamur ex solo hominis præcepto, hoc est, quando cum praærpto superioris non concurrit speciale Dei mandatum decadem materia , non est gravius peccatum inobedientiæ ex eo quod majus bonum prælcrilur, sed ex eo quod præterilur illud quod est magis de intentione præcipientis. Quapropter non est verum inohedientiamin re magnasemper esse graviorem quam in re parva , sed tunc solum quando præcipiens intendit magis obligare adeem magnam quam ad parvam.

Cætcrum regulariter præsumitnr homo præcipiens magis obligaro ad rem magnam quam ad panam, nisi constet de contrario. In religionibus aulcm usu receptum est, superiorem non censeri velle stricto et suh peccato morlali obligare nisi id exprimat hisaut similibus formulis : *sab præcepto formali ; in virtute Spiritus sancit ct sancta obedientiee.* Id tamen non impedit quin peccet mortaliter is qui communi mandato foret inobediens formalitcr ct ex perfecto contemptu.

Petes utrum inobedientia qua contemnitur præcipiens, gravior sil inobedientia qua contemnitur præceptum?

Ibid.—/?. *affirmative.* Quia ex reverentia præcipientis procedere debet reverentia præcepli. Unde peccatum quod directe perlinet ad contemptum Dei,sicut blasphcmia vel aliquid ejusmodi, gravius est quam inobedientia formalis qua contemnitur aliquod ejus præccptum sine expresso Dei contemptu.

ARTICULUS V.

Summatim referuntur peccata filiorum in *parentes, et siibdilorum in majores.*

Er dictis in praecedentibus articulis con~stat filios debere parentibus pietatem , hoc est, honorem et obsequium, etf›› necessitate auxilium ; adde et amorem , quatenus ut principium nostri esse, sunt nobis conjunctiores cl habent rationem majoris boni pos! Deum: subditos vero debere superioribus observantiam, hoc est, honorem ct obedientiam. Porro parentes ut tales sunt etiam superiores; unde, sicul religio est eminenter pietas, ita pietas est eminenter observantia. Hæcomnia continentur his verbisquarlipræccpli Decalogi : *Honora patrem tuum et ma**

Irem luam: nomine *patris* cl *ma Iris,* intelligendo parentes et alios superiores; et nomine *honoris,* intelligendo omnia officia parentibus et superioribusdebita.

Antequam ad particularia descendamus, *notandum* 1° odium, malevolentiam , injuriam, contemptum, etc. Quæ respectu alterius forent levia, esse gravia respectu parentum, quia strictius eis quam aliis debemus amorem, cultum et obsequium.

Nola 2°eos qui ita peccant in parentes, ut si idem agendocontraalios peccarent mortaliter, duplicis peccati mortalis reos esse, nimirum contra justitiam cl pietatem.

Nola 3°lilios aut liliasqui sine justa et rationabili causa aliquid, licet non ex se malum, faciunt aut omittunt, ex quo praevidenl parentes exacerbandos, contristandos, aut in gravem iram concitandos, peccare graviter contra pietatem, amorem cl reverentiam parentibus stricto jure naturali et divino debitam : sic gravis peccati accusatur Esaü, quod sine causa acceperit uxorem do iifabus Chanaan, unde sciebat patrem suum Isaac contristandum. Si tamen sit justa et rationabilis causa id acendi vel omittendi, et ofensio seu conti is alio parentum ex corum morositate, mclancolia, malevolentia, malitia, etc., irrationabiliter oiialur, non peccant filii aut liliæ illud agendo vel omittendo : sic non peccavit Jonalhas Davidem impense diligendo, licet id ægerrime ferre' pater ipsius Saül. Ilis notatis.

Contra amorem parentibus debitum»

1° Peccant graviter filii, dum eos interius odio, contemptu, indignationeprosequui - lur, dum de eorum adversis gaudent, de prosperis dolent, malum eis exoptant, | ula mortem, licet non ut malum parentum, sed ut bonum pioprium : unde damnata estai) Innoc. NI hæc propositio : *Licitum csl alsotulo dis dirio cupire mortemputris, non quidem ut matum patris,sed ul bonum cupientis, quia nimirum ei obventura csl pinguis liœ iditas.*

2U Graviter peccant filii, dum parentes cxterius albigunl et molestant verbis duris, aspectu Imo, gestu coniemptivo, subsannatione, irrisione, injuiiis, contumeliis, maledictis, verberibus, etc. UndcExod.21 · *Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.*

3® Quando malum, sive temporalesive spirituale, ab eis pro posse non avertunt, ut dicam fusius infra.

Intellige semel pro semper, filios peccare mortaliter in his et sequentibus, quando et deliberate agunt et materia est notabilis.

Contra reverent am parentibus debitam.

Peccant filii verbis, signis, factis et defectu.

1° Verbis; dum illos duris, asperis, inurbanis, injuriosis, contumeliosis, maledicentibus aut exprobrantibus verbis alliciunt, sive in absentia, sive quod pejus est in præsentia : bæc enim et quæ numero 2 et 3 sequuntur, quamvis sint contra amorem, quatenus internum odium et contemptum adjunctum habent et manifestant, quatenus tamen exterius exhibentur, sunt etiam contra reverentiam parentibus debitam.

2° Signis; dum risibus subsannationibus, gesticulationibus, simulatis eorum actibus, illis sive præsenlibus sive absentibus illudunt.

3° Factis;ut si parentes percutiant ctiain ley'tcr, imo etsi tantum manum aut instrumcii.um ad percutiendum levent, id enim graviter reve.enliæ paterna; adversatur; item si c domo, e societate repellant; item si accusent aut lestentur contra parentes in ji dicio sive civili sive criminali, nisi ad avertendum malum commune aut divinum : commune, ut si pater conspiraret contra regem aut patriam : divinum, ut si paler disseminaiet hæieJm et alios corrumperet : qu a bonum commune aut divinum est praeurendum bono priva'O etsi paterno; vel etiam nisi paler alimenta filio injuste denccare .

4° Defectu ; si juxta morem patriæ consueta reverentiae paternæ signa non exhibeant, ut si alloqui, salutare, conversari, assurgere, caput aperire, locum cedere, certis temporibus bene precari detrectent ; item si cos agnoscere recusent, rusi forteex agnitione sequatur lilio grave damnum sive in vita, sive in bonis fortuna·, sive in honore, puta,si pater esset publicosupplicioallectus, si gravissimi criminis, v. g. hæresis, proditionis, etc., reus esset: inhisinquam, et similibus casibus non videtur damnandus filius qui, absque nilo interiori contemptu parentes, dissimularet.

Contra ohedienliam parentibus debitam,

Γ r i'linonobedientesparentibusse«

rio ekslricte præcipientibus, in rebus ad curam paterna.» spectantibus ; nimirum 1°in iisquæ spectant bonos mores et salutem, ut si pater prohibeat ebrietates, scortationes, conversationes malas aut periculosas, popinas, Icca scandalosa, ludos prohibitos, etc. aut præcipiat frequentationem sacramentorum, calcchismi, concionis, ut orent mane et vespere,etc.

2° In his quæ spectant disciplinam domesticam, v. g.quod filius de rebus domesticis nihil dcstruatautalicnet, quod vesperi non vagetur, quod certo tempore, domum redeat, quod talem personam in domum non inducat, etc.

In his, inquam et similibus peccant filii mortaliter vel venialiter pro gravitate vel levitate materiæ. Ita ut, si transgressio præceptivel prohibitionis sit jam aliunde mortalis, ut ebrietas, v. g. erit duplex peccatum, nimirum intemperantiae et inobedientiæ ferrnalis, si nempe sit ex contemptu ; secus, erit quidem inobedientia materialis, sed irreverentia formalis.

Porro censetur materia gravis respectu obedienliæ, quando independenler a præcepto vel prohibitione, foret jam peccatum mortale facere vel omittere ; item quando graviter conducit ad pravos mores, ulsæpius iterata frequentatio popinæ,autlusus prohibiti ; vel valdeabducit a saluted bonis moribus, ut notabilis negligentia in frequentandis sacramentis, concionibus aut calechismis.

Dixi 1°, *parentibus stride ct serio præcipientibus ;* quia agere contra monitiones et directiones ordinarias parentum , et si aliquando sit peccatum , quando scilicet res aliunde debet fieri vel omitti, non erit tamen peccatum inobedientiæ.

Dixi 2°, *in his in quibus filii subsunt parenlibus,* quæ sunt duo assignata, nimirum quæ spectant bonos mores ct disciplinam domesticam. In aliis enim quæ vel sunteontra mandatum superioris, vel ad quæ non se extendit potestas paterna, non subjiciuntur nec tenentur obedire filii. Unde filius non tenetur obedire patri præcipienli fraudes in contractibus , rixas, duella, etc. nec filia malri præcipienli frequentationem, choræarum, spectaculorum, conversationes periculosas, matrimonium cum viro impio. Quid nutem filii et filiæ debeant parentibus in eligendo statu, cl quomodo in hoc pec-t cent, diximus supra art. 7. Require ibi.

Contra subventionem debitam parentibus.

Peccant filii, 1° dum non subveniunt parentibus in necessitate spirituali v. g. si nogligant in periculo mortis eis providere de confessario et sacramentis necessariis ; si cos a testamento condendo, a piis legalis, abisve disponendis pro salute animæ suæ sinejusta causa impediunt; si legata , aliave opera pia testamento ordinala, non dico omittunt, sed etiam quam primum fieri potest non implent; hæc enim dilatiosæpe defunctis purgatorii poenas luentibus est damnosa : item si parentes aliena detinentes aut rapientes, curam salutis négligentes, certis vitiis gravibus addictos modeste ct reverenter admonere per se vel per alios non curenL

2° Dum non subveniunt parenlibus in necessitate corporali: utsi incarcéra tosliberare non satagant, si infirmos non visitent, non consolentur, curationem pro posse non procurent ; si injuste vexatos non defendant ; si graviter, et si non extreme, indigentibus necessaria ad vicium et amictum pro facultate sua non subministrent ; si prælcxtu religionis ingrediendæ ifios in tali necessitate deserant, ut latius dixi art. 1 de pietate, conci. 2.

Circa sanguine junctos.

Etquia jUtconstat ex dictis art. 1. pietas non solum respicit parentes qui nos immediate genuerunt secundum carnem, sed etiam secundario omnes sanguinejunclos, quatenus parentes nobis repræsentanl:hinc peccant contra pietatem qui eis denegant amorem, reverentiam ,elin nécessita te subventionem, plus tamen vel minus, secundum quod plus vel minus accedunt ad parentes.

Quapropler qui odio, malevolentia, injuriis, contumeliis, verberibus afficit avum, proavum, patruum, amitam, fratrem, sororem, ct probabiliter consanguineos collaterales in secundo gradu, cisque in necessitate non subveniunt (idem videtur dicendum de affini bus), debent hanc circumstantiam parcnlclæ explicare in confessione , quando offensa est mortalis,quia novam speciem malitia», nimirum contra pietatem, actui superaddit. Idem dicendum de iis qui inobedientes sunt avis cl proavis in regravi quia etiam debenteisex pietate obcdicnliam.

Dixi, *probabiliter alios consanguineos in secundo gradu;q\üa* usque ad hunc gradum inclusive videtur pietas graviter obligare,

erga remotiores vero leviter. Unde respective **ad** istos, est tantum culpa venialis conlra pietatem: sicut qui injuria afficeret concivem, quamvis peccaret contra pietatem, et ideo hæc circumstantia foret mutans speciem, quia tamen est levis ex pietate obligatio erga concives, foret ex illa parte culpa venialis tantum, non cxplicanih necessario in confessione.

Circa superiores'seu majores.

Superioresquos respicit observantia sunt, 1° reges, principes, gubernatores, duces , magistratus, etsimiles qui jure aliis praeficiuntur in ordine ad bonum publicum ; 2° tutores el curatores, qui juri et loco parentum succedunt quoad educationem minorum cl pupillorum, el bonorum illorum administrationem ; 3° qui dicuntur patres spirituales,episcopi, pastores el palrini ; 4° magistri; 5° heri; 6° maritus respectu uxoris, et uxor respectu mariti quantum ad debitum conjugale. Adde el senes.

His ergo omnibus inferiores seu subditi debent ex virtute observanti® honorem et obedientiam, non in omnibus quidem , sed in iis ad quæ eorum potestas et officium se extendunt, ut dictum est, adeo ut peccent conlra superiores eo proportionali modo quo dixi filios peccare contra parentes, eos odio, contemptu, injuriis, subsannationibus, verberibus, etc. afficiendo, otiis inobediendo intra limites suæ potestatis. Et si peccatum sit mortale, debelhæccircumstantia superiorilalis exprimi in confessione, quia est speciale peccatum conlra observantiam.

ARTICULUS VI.

De obligationibus et peccatis parentum erga filios, superiorum erga inferiores.

Quia obligationesparcntum et superiorum correlativæ sunt ad obligationes filiorum cl inferiorum , naturalis ordo postulat **ut**, his discussis, iilascxpcndamus.

§ Γ. — *De parenliuus.*

Dico 1° Generaliter loquendo, parentes debent filiis amorem cl educationem tam temporalem quam spiritualem. Quantum ad amorem el educationem temporalem, id ipsa nalura dictat et clamat, *ul palet* in ipsis i brutis quae suos fœlusdiligunt et nutriunt Et quia homo esi ad finem supernaturalcni elevatus, ipsieliam mcumbilcducatiospiii-1 tualis.

Porro educatio corporalis importat providentiam vitae, victus el status, edueatiospi, riiualisinstructionem, exemplum el correptionem. Ad hæc tenentur parentes erga prolex ex justitia : unde, si eorum defectus id hae materia sint aliunde pcccaminosi, committunt duplex peccatum in confessioncapiendum, quando est mortale, ut si pater maledicat lilio, aut coram cum blasphemet, etc. Ad quod attendere debent pœnitentes cl confessorii. Hinc

Conlra amorem debitum/iliis.

Peccant parentes qui filios suos aut filiaj odio, malevolentia, quovis pravoafleclu prosequuntur; qui domo coscjiciunt, eorum aspectum non ferunt, imprecationibus exanimo obruunt, verbcribussinc cuusa affligunt; qui dum uni totum affectum impendunt, alios ut adulterinosaul extraneos despiciunt, etc. Non sunt tamen condemnandi parentes qui filiosob culpam gravem, correptionis causa et ad tempus, indignationem.testantur, alloqui recusant, domus ingressum prohibent, exemplo Davidis erga Absaloncm.

Contra educationem corporalem.

Peccanti0 matres mortaliter vel venialiter pro qualitate ruateriæ, quæ fœtu concepta noxia cduntaul bibunt, saltant, currunt, immoderatelaborant, onera portantaul levant.

2° Quæ tempore lactationis se non observant, prolem in eodem lectosecum collocant cum periculo suffocationis, quæ non raro accidit; item quæ alieno lacte nutriunt sine causa : ubi enim causa adest, non peccant; ubi deest, peccant venialitcr.

3° Peccant graviter patres qui uxores præ gnanlcsinhumane tractant, exasperant, percutiunt in grave damnum fœtus.

4° Peccant saltem venialitcr patres et matres qui tempore purificationis aut menstrui, impuris vacant commixtionibus, ex quibus swpe nascuntur proles monstruosae, gibbos®, difformes, infirma:. fl

5° Peccant parentes qui prolibus in necessitate constitutis, aut nondum per ælalem sibi sufficientibus, non ministrant necessaria ad vicium et amictum, juxta suum statum; qui non curant ul discant scientiam, artem opificium quo honeste vivant; qui volentibus assuincresiatumdccenlcmetsibicouvcnicnlem non succurrunt, aut quod pejns esi impediunt, ul dictum esi supra ; qui cum in tuturum mediis legitimis thesaurizare debe-

rent filiis,omnia dilapidante! assumunt comessationibus, compotationibus, lusibus, prodigalitati bus,etc. prolesque miseras relinquunt, qui absque urgente necessitate proles exponunt in templis, viis publicis, xenodochiis, quo casu tenentur resarcire dam na illata magistrali bus au Ivere pauperibus, nisi forte ex opulentia xenodochii jure præsumatur fundatores intendisse cujusvis generis hominibus providere.

Contra educationem spiritualem.

Peccant t° parentes qui per se vel per altos non instruunt filios inonmibusnecessariisad salutem, nuniruin in rebus fidei, sacramentorum, mandatorum Dei et Ecclesiæ, etc, qui cos honestis el chrislianis moribus imbuere, eorum vilia et malaspropensioncscxtirpare, a malis consortiis avocare non satagunt; qui cos spiritualibus exercitiis divini officii, catechismi, concionis, sacramentorum, etc.addicere non curant; qui, quod pessimum est, ad odia, inimicitias, rixas, duella, impudicitias, usuras, lui ta, rapinas etsimilia, consiliis, hortationibus, consensu, approbatione, jussione inducunt.

2uQui scandalose coram prolibus jurant, blasphemant, impudice agunt aut loquuntur; qui injuriis, imprecationibus uxores, proles, domesticos afficiunt; qui notoriis vitiis, ebrietatibus, impudicitiis, usuris, ctc. sunt addicti; qui de pietate et rebus sacris impio subsannant; qui raro ecclesiam, sacramenta, conciones frequentant : efficacius enim movent exempla quam verba.

3° Qui nunquam aut raro, aut indulgentius quam par est, filios corripiunt, saepe contenti verbis dum adhibenda forent verbera ; et e conlra, qui morosi et impatientes, continuo elin omnibus liliosaut filias reprehendunt, lacessunt, clamant, obmurmurant ; qui severius quam par est, aut ex impetu ire potius quam charilalis impulsu corripiunt, nec emendatis placari volunt. Ex quibus contingit filios in iracundiam el indignationem adversus parentes incilari, et aliquando in desperationem aut pusillanimitatem incidere, juxta illud Aposl. Coloss. 3 : *Parentes nolite ad indignationem provocare vestros, ul non pusillo animo fiant.*

Pc/cjquid filiis illegitimis debeant parentes?

Nola. Filii illegitimi, hoc est, extra matrimonium legitimum nati, alii sunt naturales, alii spurii. Naturales sunt, qui nascuntur ex personis habilibus ad contrahendum inverse matrimonium; spurii sunt, qui nascuntur ex persjnis inhabilibus ad contrahendum inter se matrimonium, ulex incestuosis, arlulleris,sacrilegis. Id tamen indiget aliqua explicatione, pro qua vide dissert. 2 de contractibus, ari. 3, § 6 *Hares ex testamento.*

R. 1° Certo constat parentes debere filiis illegitimis sive natui alibus sive spuriis amorem et educationem spiritualem, non secus ac legitimis : ulrorumque enim sunt aeque parentes. Eadem ratione constat debere filiis naturalibuscducationemcorporalem.Solum est dubium an hanc etiam debeant filiis spuriis, propter quædam jura quæ videntur id prohibere; sed dicendum hæc jura, vel jure canonico esse correcta, vel valere dunlaxat pio foro exteriori; alioquin injusta viderentur, utpote contraria juri naturae : exigit enim jus nature ut parentes necessaria vitae, victui et amictui provideant prolibus, quoquo modo a se fuerint genitæ. Præter hæc tamen nihil possunt parentes filiis spuriis dare causa mortis, jure id prohibento, quod possunt filiis naturalibus deficiente prole legitima. Vide dissert. cit.

R. 2° .Mater debet prolem sive naturalem sivespuriam lacte alere usque ad triennium completum (non solebant olim infantes ante triennium ablactari, Gloss, in L. *Nccfilium* mox ciland.) ; ad cæteras expensas tenetur pater, sicut et ad alimenta post triennium ùsquequo ipsa proles possit sibi providere, L. *Necfilium,* C. *de Patria potestate,* lih. 8, lit. 47.

Quod si mater lacte careat, aut non lactandi justam causam habeat, etiam ad lactationis expensas tenetur pater, ipso deficiente mater. Similiter deficiente patre in prehendis necessariis ad vicium et amictum post triennium, tenetur mater; poterii tamen has omnes expensas repetere a patre vivente , vel a tutore existente, vel etiam a filio aliqua bona possidente, modo se fecisse animoea repetendi protestata sil; alias reputabitur amore filii gratis fecisse, L. JVrsenniMs34, ΓΓ. *de Negotiis gestis,* lib. 3, tH. 5. Non potest tamen repetere mercedem laboris in alendo lilio impensi, quia id non videlur rationabile nec amori materno congruum.

Hinc inferes quod, si pater sil beneficiarius, ncchabeat bona patrimonialia, possit et debeat ex reditibus beneficii prolis neces.

sitalihus subvenire ; si enim in eis possit et debeat succurrere pauperibus, α *fortiori* propriae nroli. Nec obstat constitutio Pii V quæ videtur id prohibere erga spurios; intelligenda est enim quando aliter potest illis subveniri. Idem cense de patre religioso qui habet liberam quorumdam bonorum adminislrationcm : secusdc aliis; imputet enim sibi stulta mulicr quæ consensit illi quem sciebat nec eam ducere nec prolem alere posse.

Dico 2° Tutores et curatores debent pupillis et minoribus curam in temporalibus etspirilualibus, sic nimirum ut eorum bona fideliter administrent, et eorum educationem spiritualem procurent, non secus ac ipsi pr rentes, quia auctoritate publica eorum DÎTicio succedunt. Unde peccant mortaliter et tenentur ad restitutionem, si pupillorum aut minorum bona dilapident, si usurpent, si sua culpa pereant, si non augeant cum possunt. Item peccant mortaliter, si notabiliter negligant eorum instructionem et correptionem , si malis exemplis aut verbis ad vitia provocent.

§ II. — *De superioribus.*

Dico 1° Superiores temporales, quales sunt reges, principes, toparchæ, magistratus et similes, debent subditis administralionem jusliliælam commulativæquamvindicalivæ, politiam bonorum morum, boni communis et tranquillitatis publicæ conservationem, propagationem cl defensionem; ad hæccnim instituuntur, et in hunctincm bona et subsidia ipsis conferuntur ; nec præsunt ut sibi, sed ut populis prosint.

Hinc graviter peccant qui judices ignaros aut coi ruptos constituunt; qui populum tributis, impositionibus ultra modum multiplicatis gravant ; qui in oneribus aut favoribus distribuendis justitiam dislribulivam non son ani; qui homicidia, duella, furta, usuras, blasphemies, perjuria, incœstus, adu'leriact similia crimina bono communi noxia tolerant aut non puniunt; qui meretrices, lupanaria, spectacula lasciva aut impia, jurgia, compotationes tempore indebito in popinis, in quantum possunt non impediunl; qui pauperes, viduas et pupillos injuste vexatos non detendunt; qui securitati viarum publicarum non invigilant ; tandem qui licentiose vivendo, populis sunt scandalo : ut enim fert tritum adagium. *Avips ad exemplum totus componitur orbis.* In his, inquam, et similibus peccant contra justitiam , quia ad hæc tenentur ex officio.

Dico 2°Supcriorcsspirilualcs,qualessunt episcopi et pastores, debent suis subdiliseducationem spiritualem, scilicet instructio* nem, bonum exemplum et correptionem, quia sunt eorum pastores cl patres spirituales; item et orationum suffragia, quiasunt medialores inter Deum et homines.

Hinc graviter peccant animarum recrores etiam contrajustitiam, qui absqucsuilicicnti capacitate onus pastorale suscipiunt; qui pravis moribus sunt suis ovibus scandalo; qui ad turpia provocant ; qui calhcchismum aut conciones negligunt, aut habent quidem, sed quæ captum et inlelligentiam audientium superant; qui hærelicos, si quos sibi subdiloshabcant, et peccatores, maxime publicos, ut concubinarios, usurarios, blasphemos, ebriosos, etc. ad meliorem frugem reducere non satagunt, sive privatis sive publicis instructionibus, adhortationibus, obsecrationibus, correptionibus, et tandem censuris, si opus fuerit; qui parochianorum confessiones nisi tempore paschali audire recusant : quamvis enim parochiani ad confessionem nonnisi semel in anno sint adstricli, parochi tamen tenentur cos audire toties quoties rationabiliter petunt, nisi justo impedimento delineantur; qui visitandis, instruendis, admonendis, administrandis infirmis sunt notabiliter négligentes; qui nunquam aut raro pro parochianis orant seu sacrificium offerunt.

Dico 3° Patrini filiis spiritualibus, heri famulis et ancillis, præceptores discipulis debent etiam ex ollicio educationem spiritualem, nimirum instructionem, bonum exemplum et correptionem; quia patrini sunt patres spirituales, et heri aut præccplores tenent locum pati isquoad educationem spiritualem servorum cldiscipulorum.

Hinc peccantcontia justitiam patrini qui, deficientibus paienlibus et parochis, filios spirituales rerum fidei ignaros non instruunt, vilain dissolutam agentes non corripiunt, aut ipsi sunt malo exemplo. Raro tamen urget graviter hæc obligatio instruendi et corripiendi inter catholicos, propter cu ram parînlum, parochorum et præccpUrum.

Similiter contra justitiam magistri qui scholam, catechiscaum , aut ea quæ bonoa

respectant, negligunt; qui falsa et scandalosadocent, qui correptionem negligunt aut indiscrete puniunt, qui dissolute vivunt in scandalum discipulorum.

Similiter iterum contra justitiam peccant heri qui sedulo non invigilant ut domestici fidei rudimenta saltem calleant, ecclesiam et sacramenta frequentent, mane et vesperi orent, diebus dominicis et (estis officiis divinis, missæ praesertim intersint, periculosa consortia non frequentent, pie et Christiane vivant; qui delinquentes non corripiunt, aut inhumane cori ipiunt, eos quandoque ut canes potiusquam uthomincstraclando;tandem qui ipsis malum exemplum præbenl. Unde Apost. 1 adTimolh.5 · *Si quis suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, cl est infideli deterior.*

Insuper heri debent ex contractu domesticissuiscompensationem pro laboribus.Unde peccant juxta materiae conditionem qui pactam mercedem aut denegant, aut minuunt, aut differunt; qui necessaria ad vicium recinant, qui infra infimum pretium conducunt, aut nulla prævia conventione solvunt ; qui infirmos negligunt aut expellunt. Non tamen tenentur ex justitia ad expensas pro medico, chirurgo, pharmacopola clcustodibus, neque ad mercedem tempore infirmitatis; neque probabilius ad alimenta, nisi, utdixi,exCharitate. Vide de locatione, ari. 1, dissert. G de contract.

Dico 4° Ex quadam observantia conjuges debent sibi invicem 1° amorem, quia sunt una caro; et honorem, quia vir est caput mulieris, et mulier est socia, non ancilla viri.

Hinc graviter peccant conjuges qui odio, contemptu, injuriis, maledictionibus, contumeliis, imprecationibus,rixisselacessunt : item vir qui graviter et sine causa uxorem perculit; nam ex justa causa moderate ad emendationem percutere, culpa vacat. Similiter mulier qui virum suum inhonorat, irridet, invincibili contumacia, injuriis, exprobrationibus intempestivis ad iracundiam, blasphemias, etc. provocat, etquod enormius est, si percutiat. Huc perlinet zelotypia, infinitorum malorum origo; quot enim inde jurgia, rixæ, odia, imprecationes, familiae turbationes, etc. Unde huic passioni exlirpandæ sedulo adlaborare debent conjuges

2° Sibi debent conjuges cohabhationem quoad domum, mensam et thorum : ut enim dicit Christus, Matth. 5 : *Qui dimiseriluxorem suam, excepta fornicationis cauta, facit eam moechari* El Apost. Ephes- 5 : *Propter hoc relinquet homo patrem et marrrm suam, et adhœrcbiluxo) isuat, cierunt duo incarne una.*

Hinc peccat graviter maritus qui diu abest ab uxoie, absque ejus consensu aut causa legitima, qualis est, v. g. mandatum rogis, utilitas reip familiæ necessitas. Similiter peccat uxor quæ maritum alio commigrantem comitari renuit, nisi grave damnum corporale aut spirituale inde ipsi immineat, aut nisi maritus absque gravi necessitate ad remotissimas partes, puta, ad Indias discedat, aut tandem nisi de loco non mutando pactum fuisset in contractu matrimoniali.

3° Sibi debent conjuges debitum conjugale; conjunguntur enim ut eo mediante multiplicetur genus humanum : unde graviter peccat compars, et mullorum peccatorum occasionem præbel, quæ compacti rationabiliter petenti illud denegat, nisi infirmitas, periculum abortus aut quid similcexcuset. Sed de hoc latius, dum de matrimonio

4° Necessaria ad vitam et sta<um sibi debent conjuges. Id quidem primano cl perse competit marito, juxta illud Apost. Eph. 5 · *Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit, nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam.* Et ratio est, quia vir est caput mulieris et familiæ cujus cura ipsi incumbit,ut modo dicam. Per accidens tamen ad id etiam tenetur uxor, ut si maritus indigeat et non possilsibi procurare necessaria, ulpotc vel infirmus vel incarceralus, licet sua culpa ; id enim exigit vincu Ium conjugale. Unde peccant graviter et sæpe mariti qui omnia in coinessationibus, compotationibus et ludo dissipant, dum uxor et proles fame languescunt et nud» incedunt.

Petes utrum vir debeat necessaria ad vio tumet statum uxori quæ non attulit dotem?

R. 1° Teneri si sciens et volens acceperit uxorem , aut impotentem , aut expresse nolentem dare dolem; sibi enim imputet.

Λ. 2" Si uxorem potentem , nempe divitem, duxerit, nulla facta mentione dolis, non tenetur nisi uxor conferat dotem , qua tunc tacite convenitur de dole constituenda , cum talis contractus id regulariter exigat. Inlellige tamen modo ipsamel uxor sil dives, ct non solum pater ejus.

3° Si pater promiserit dotem, et non solvat cum possit; item si uxor sine justa causa (qualis foret gravis excessus mariti in cam aut morbus contagiosus, aut quid simile) discedata marito. Item si ipsa collalam dolem inscio mari to consuma t, au t eju s culpa pereat, censent auctores in hiscasibus virum non tenori ad subministrandum uxori necessaria ad victum et statum : excipe, nisi aliis deficientibus pateretur gravem necessitatem; in tali enimanguslia suadent etexiguntauxilium amor et vinculum conjugale.

5° Tandem debet specialiter vir uxori curam et gubernationem in hisqu® spectant salutem et rei domestic® adminislralionem; cl uxor ex sua parte debet in his obedientiam marito, quia vir est caput mulieris et familiae. Unde illud 1 Petr. 1 : *Mulieres subdilæ sini viris suis.* Hinc peccat graviter vir qui uxorem licentiose viventem non corripit, aut chrislianc viventem vexat : sicut peccat mulier qtïae, in hisqu® spectant salu-.ei.i et rei domestic® curam, viro inobediens .xdlit.

DISSERTATIO III.

UE GRAT1TUDINE, VINDICATIONE, AFFABILITATE, I.IBERALITATE, EPIIKIA SEU EQUITATE, DONO PIETATIS ET PRÆCEP-1IS JUSTITIÆ.

D. Th. QQ. 106, 107,108 ; et a Q. 114 adQ. 122.

Hucusque egimus de virtutibus justiti® annexis propter debitum legale ; restat nunc agendum de iis quæ sunt annex® justitiæ propter debitum morale seu honestati·, qu® sunt assignat® in titulo. Subnectam secundum methodum D.Th. ad complementum, de dono pietatis et præceptis justitiæ.

ARTICULUS I.

De gratiludine.

Dico 1° Graliludo generatim sumpta, est virtus respiciens debitum ex beneficio, ad illud aliquo modo compensandum, vel agnitione beneficii accepti, vel gratiarum actione , vel allero beneficio. Sic sumpta se extendit ad Deum, parentes, superiores et homines paiticulares, proindeque coinciditcum religione, pietate et observantia

Ç 106. a. i.o, — *Dico* 2° Graliludo specialiter sumpta, est virtus distincta a religioe, pielaleel observantia, respiciens lanium particulares.

Ibid. — *Prob.* Virtutes annex® justitiæ distinguuntur secundum speciales rationes rfcbili ad alterum : atqui alia est ratio debiti ingratitudine specialiter sumpta quam in assignatis virtutibus. Etenim erga Deum pr.iinoet principaliter invenitur ratio debili, quatenus ipse est primum principium omnium bonorum nostrorum; et hoc debitum respicit rcligi. Secundario erga parentes, qualenussunt proximum principium nostra generationis et disciplinae; et hoc debitum respicit pictas. 3° Erga superiores, quatenus sunt principia gubernationis et bonorum communium; et huic debito corresponde! observantia. 4° Erga benefactores privatos invenitur ratio debiti, quatenus ab cis quædarn beneficia particularia accipimus : cui debito satisfacit graliludo specialiter sumpta : ergo est virtus distincta a religione, pietate et obsonantia, sicut quodlibet posteriorum distinguitur a priori quasi ab ipso deficieris.

Confirmatur. Debitum quod respiciunt religio, pictas et observantia, est legale ; debitum vero quod respicit graliludo, est morale tantum cl honestatis. Ergo.

Non tamen inde sequitur nos non debere habere gratitudinem erga Deum, parentes et superiores; sed quia, utjam innui, erga illos non estsimplex graliludo, sed graliludo cum quadam excellentia, secundum rationem debili strictioris quo illis adstringimur.

Q. 407.3.2.0.—Eslautcm triplexotlicium seu triplex quasi gradusgratiludinis. Primus est in animo, scilicet agnitio et memoria accepli beneficii; secundus in verbis, declarando beneficium acceptum, benefactorem laudando, etc.; tertius in factis, aliud beneficium retribuendo : *ex quo palet* pauperes posse etiam esse gratos saltem primo et secundo modo, etiam terlio quoad affectum.

2. 406. a. 5. o. — *Dico* 3° Graliludo debet magis atlcnderc affectum beneficianlis quam beneficium ; quia graliludo respicit beneficium secundum quod est gratis impensum, hac enim ratione formaliler est beneficium :atqui quod beneficium gratis impendatur pertinet ad affectum. Ergo.

Ibid. a. 4.O.— *Dico* 4° Recompensatio graliludinis debet fieri slalim quoad affectum; quia bcneticiatus debet ipsum beneficium grato animo recipere et agnoscere. Quantum vero ad donum, debet e/peclari tempus quo recompensatio sit benefactori

grataet oppnrtuna; si enim non convcnienli tempore slnlim velil aliquis munus pro munere repondero, non vinciorcss° virtuosa el grata compensatio, <cd invita. Ut onim ail Sonera, 4 de Renoneiis, *Qui nimix cito cupii solvere, invitus dcbel, cl qui invitus debet,inqralus est;* quia scilieet non vol· agnoscere beneficium, nec pro illo benefactori adstringi : etenim *Rejiciendi genus est,* inquit idem , *protinus aliud invicem mittere, et munus munere expungere.*

Ibid. a. 6. o. — *Dico* 5° Debitum gratitudinis postulat ut compensatio non solum æquetbeneficium, sed etiam superet, saltem secundum allectum, si non possit secundum effectum.

Ibid. — *Ratio est;* quia qui gratis accipit beneficium,obligatur ex gratiludine, ut similiter aliquid gratis impendat : atqui non videtur gratis aliquid impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficii; quia si æquale tantum impendat, nihil videtur præslarc gratis suo benefactori, sed solum reddere quod accepit : ergo gralitudinis recompensatio semper tendit ut pro suo posse aliquid majus retribuat.

l'etcs utrum magis teneatur ad gratias Deo agendas innocens quam pœnilens?

Ibid. a. 2. o. — *R.* Si consideretur magnitudo graliæ collatæ absolute per se et secundum se, innocens tenetur ad majores gratiarum actiones; quia majusdonum ei datur a Deo et magis continuatum, cælcris paribus, absolute loquendo.

Si autem consideretur graliæ magnitudo in quantum magis datur gratis , pœnilens magis tenetur ad gratiarum actiones quam innocens, quia magis datur gratis illud quod ei datur a Deo; cum enim esset dignus pœna, dalur ei gratia. Et sic, licet illud donum quod datur innocenti sit absolute consideratum majus, tamen donum quod datur pernitenti est majus comparative ad ipsum, sicut parvum donum pauperi datum est ei majus quam diviti magnum.

Ibid.—Praeponderat autem hæc posterior consideratio, quia actus sunt circa singularia, adeoquein hisquæ agenda sunt magis consideratur quod est hic cl nunc tale quam quod est simpliciter tale.

ART1CVLUS Π.

De ingratitudine.

Q 10".a,2.ud. 1.—Ingratiiudocst duplex: materialis et formalis. Formalis est, quan beneficium vel benefactoris animus contemnitur, ut non videaris ipsi obstrictus ; sicut inobedientia formalis, ut dictum est supra, est quandoconlemnilurpræceptum vel nraecipicntis potestas, ut ipsi non pareas. Materialis ingratitudo est, quando absque contemptu vel omittitur gralitudinis officium, vel committitur aliquid contra benefacto rem.

Ibid, o.eta.3. o.—Vndcingratitudotnm materialis quam formalis est iterum duplex : una privativa,omittendo aliquid quod exigll graliludo;altera contraria,agendo aliquid gratiludini repugnans. Et sicut gralitudinis est triplex gradus, ut dixi art. praecedente, nimirum agnoscere beneficium, gratias pro illo agere, et factis aut datis compensare: ila utriusque ingratitudinis est eliam triplex gradus, ordine tamen inverso, quia quod est ultimum in generatione est primum in resolutionc.Primus itaquegradus ingratitudinis pris ativæ est, ut homo beneficium non retribuat; secundus, quod dissimulet, gratias non agens nec demonstrans se beneficium accepisse; tertius et gravissimus,quod non recognoscat, sive peroblivionem voluntariam, sive alio modo. Et quia negatio in affirmatione opposita intelligilur, ideo primus gradus ingratitudinis contrariæest quod aliquis retribuat mala pro bonis; secundus, quo i beneficium vituperet; tertius, quod beneficium quasi maleficium accipiat. Ili tamen duo ultimi gradus ad solam ingratitudinem formalem pertinent. Ilis notatis.

ibid. a. J.O.— *Dico* 1° Omnis ingratitudo est peccatum, quia repugnat rcctæ rationi et virtbti ; ex hoc autem aliquid est peccatum, quod repugnet rectæ rationi elvirluli : unde ab Aposl. 2Timoth. 3, numeratur inter alia peccata : *Rlasphemi, parentibus inobtdienfes,ingrati,* etc.

ibid. α. 2. o.etadt. — *Oico* 2° Ingratitudo formalis est speciale peccatum, quia opponitur speciali virtuti, nimirum gratiludini; idque indicat Apostolus verbis citatis.

Ibid. — Ingratitudo autem material's non est speciale peccatum ; sed si sit inordincad Deum omnium datorem, est circumstantia generalis omnis peccati ; si sil in ordine ad hominem benefactorem, est circumstantia peccati illius quod committitur contra illum : unde in ordine ad Deum non est explicanda in confessione, quis salis intelligilur;

in ordine autem ad hominem, in communiori sententia ile accusandis circumstantiis notabiliter aggravantibus, aliquando est explicanda, quando nempe, juxta dicenda in conclusione sequenti, est notabilis, ut docet Cajet, in Sum. v.*Ingratitudo.*

Ibid a 3. o.— *Dico3°* Ingratitudo sive formalis sive materialis, sive privativa sive contraria, quandoque est mortale peccatum, quandoque veniale.

Ibid. — Quantum ad privativam, si simul sit et contemptus plane deliberatuset beneficii notabilis, erit mortale; item si quod benefactori ex gratiludinedebeturetsubtrahitur, sit illi valde necessarium, ut si benefactori in gravi necessitate constituto opem deneges, cum ferre possis ; item si ex omissione gratitudinis debitæ prævideas graviter offendendum benefactorem.Extra hoscasus, cum obligatiograiiiudinisnonsitslrictijuris, sed Lautum ex debito honestatis ejus omissio non erit mortalis ; erit tamen venialis, quia hoc provenitex negligentia quadam autex aliquaimiispositione ad virtutem.

Ibid. — Quantum ad contrariam ingratitudinem,erit peccatum mortale vel veniale secundum conditionem operis quod agitur contra benefactorem; ita ut si rependas grave malum pro bono, erit mortale: si leve, erit veniale.

Petes utrum ingratis sint beneficia subtrahenda?

Ibid. a. 4.0. — R. quod circa ingratum duosuniconsideranda, Pquidest quod ipse dignus sit pati, et sic certum est quod mereatur beneficii subtractionem. Alio modo considerandum est quid oporteat beneficiumfacere. 1'Non debet es<e facilis ad ingratiludinemjudicandam; quia frequenter aliquis, ulaitSeneca, qui non reddidilgratus est; quia forte non occurritei facultas au tdebitaopporlunilas reddendi.2'Debet tendere ad hoc quod de ingrato gratum faciat; quod si non potest primo beneficio facere, forte faciet secundo. Si vero ex beneficiis multiplicatis ingratitudinem augeat et pejor fiat, debet a beneficiorum exhibitione cessare.

ARTICULUS III

De vindicatione.

Q. 108. a. 2. o. — Vindicatio sumpta describitur a S. Aug. lib. 83 QQ. q. 31.

Tullio: *Per quamvis aut injuria et omnino ne quoi obfuturum estt defendendo aut ulciscendopropulsatur.* Quæ descriptio complectiur et defensionem ab injuriis quæ inlendunturèt ultionem de injuriisjam factis; cum tamen vindicatio proprie sil tantum de injuriis quæ jam sunt vel fuerunt.

Ibid. a. 1. o. Vindicatio stricte sumplaest ultio injuriæ per aliquod malum poenale inflictum peccanti, et sic est redditio mali pro malo,mali scilicet poenalis pro malo culpabili. Est ergo in vindicalioneconsiderandus animus vindicantis seu vindicationem appetentis, ut noscatur an sit licita. Unde.

Ibid — *Dico* i0 Si intentio vindicantis feratur principaliter in malum illius de quo vindictam sumit et ibi quiescat, est omnino illicitum, quia delectari in malo alterius pertinet ad odium, quod repugnat charilati qua omnes homines debemus diligere. Nec aliquis excusatur si malum intendat illius qui sibi injuste intulit malum, sicut non excusatur aliquis per hoc quod odit se odientem : quia homo non debet in alium peccare propter hoc quod ille peccavit prius in ipsum; hoc enim est vinci a malo, quod Apost. prohibet, Rorn. 12 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.*

Ibid. — Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum ad quod pervenitur per pænarn peccantis, puta, ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem ejus, ad terrorem aliorum, ad quietem bonorum, adjustitiæconservalionem seu redintegrationem,ad Dei honorem, potcstjesse vindicatio licita, aliis debitis circumstantiisservatis, ut quod fiat auctoritate publica etjuxtamensuramdelicti : quia sienon nisi bonum intenditur et per medium legitimum,cum pœnadebeatur malefactori non secus ac laus et præmium benefactori.

Dixi, *quod fiat auctoritate publica.* Si enim fieret auctoritate privata, esset illicita, quia esset usurpatio potestatis aliena:, nempe superioris ; punire enim est actio habentis potestatem super eum qui punitur : ergo, si a non habente potestatem supercum fiat, erit illicitum et usurpatum. Et ideo pluries in S. Scriptura prohibetur, signanter Rom. 12 : *Non vosmetipsos defendentes* (græce *ulciscentes), charissimi, sed date locum irce', scriptum est enim, Mihi vindicta, et ego retribuam.*

Nec lainen inde sequitur virtutem vindicationis solissuperioribuscompetereet non particularibus. Etenim competit particula·

ribns, non quidem ut ultionem per se exerceant, quod rtst proprium superiorum, sed ut in eam appel endo dirigantur, scilicet ut eam non odio, sed ex honesto line appetant, nec majorem quam oporteat, nec aliter inferendam quam per auctori talem legitimam cl quam recta ratio postulat.

Q.10S, a.2.0. — *Dico* 2°. Vindicatio est virtus specialis.

Ibid. — *Prob.* Ad quamlibet inclinationem naturalem rite et debito modo regendam ordinatur aliqua virtus specialis ; virtutes enim perficiunt nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales: atqui inesl homini inclinatio naturalis ad reddendam pœnam malefactori, non secus, utjam dixi, ac benefactori præmium : ergo,ulhæc inclinatio debito modo exeat in actum, dari debet specialis aliqua virtus eam dirigens, quæ dicitur vindicatio.

Verum adverie ultionem mali non esse virtutem vindicationis sub omni respectu quantumvis honesto. Si enim fiat aut appetatur ut malefactor emendetur, erit actus charitalis; si ut servetur tranquillitas publica, erit actus justitiælcgalis; si ad honorem Dei, erit actus religionis ; si a judice, quia id debet ratione officii reip. vel parti petenti, erit actus justiliæ commutativæ ; et sic dccælcris. Sub duplici ergo tantum respectu censeri debet specialis virtus. Primus est, si fiat ut ordo justiliæ scrvclur aut redintegretur, redigensad ordinem redi quod extra excurrit; hac ratione habet specialem rationem honesti, proindeque est specialis virtus. Sic Deus per vindicationem omnes qui peccando ab ordino juslitiæ recedunt, ad ordinem reducit, infligendo pœnam congruam , ut nihil remaneat inordinatum , sed omnia sint suis locis et gradibus disposita.

Secundus qui est præccdcnti intimus et ex eo sequitur, est, si fiat aut appetatur ut habeatur aliqua reparatio injuriæcl satisfactio partis læsæ ; dum enim malefactor punitur propter injuriam illatam, lit partis læsæ aliqua satisfactio,quatenusisqui læsil plusjustosuU voluntati induisit, et alter; detraxit ; dum autem punitur, illud quodam modo ei adimitur, in quantum contra voluntatem patitur; cl cum id fiat in gratiam partis læsæ, censetur ei donari, sicque lit quædam compensatio et quædam satisfactio.

Si dicas appetere reparationem injuriæ sibifactæ et satisfactionem propriam, esse actum amoris proprii, et quid indifferens ad virtutem: id quidem verum eslquantumad substantiam actus; quantum ad modum tamen, erit actus virtutis vindicationis, si appetatur ut legitimo modo fiat, nimirum per auctoritatem publicam et juxta mensuram delicti. Simile est in eo qui exigiLsolutionem debiti aut reparationem damni, sed non nisi secundum loges justiliæ. Hic actus quoad substantiam est quidem amoris proprii utpoleaffcclusproprliicommodi;quoad modum tamen, quatenus nonvult reparationem nisi secundum legesjustiliæ , est actusjusliliæ.

Hinc colliges quod, quamvis sil licitum appetere vindictam ad reparationem propriæ injuriæ, longe tamen melius sit, regulariter loquendo, illam patienter ferre atque condonare propter Deum : 1° Quia, ut dixi, hic actus per se non est virtutis, sed amoris proprii, et quamvis quoad modum execulionis sil virtutis, hæc tamen virtus est parva et multum amore proprio admixta, a quo nempe movetur ad moderandum modum punitionis. 2" Quia periculum est ne violetur charitas et admisceatur odium. 3° Non est boni exempli, nemo enim laudatur propter appetitum vindictae. 4° E contra in tolerantia et condonatione injuriæ propter Deum mulla bona rcperiuntur,scilicclcharitaserga Deum et proximum, imitatio Christi et Patris coelestis , aedificatio proximi, quandoque lucrum animae ipsius malefactoris, victoria sui, pax animi, et magna fiducia impclrandæ pariter condonationis a Deo, juxta illud Christi, Math. 6 : Si *dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Paler vester caelestis delicta vestra.* Confer quæ dixi in tract, de Jure cl Justitia, dissert. 15, a. 1 , §4.

Tb*d. ad 3. — *Dico* 3° Virtuti vindicationis opponuntur duo vilia : unum quidem per excessum, scilicet peccatum crudelitatis vel sævitiæ quæ excedit mensuram in puniendo. Aliud est vitium quod consistit in defectu , sicut cum aliquis est nimis remissus in puniendo: unde dicitur Proverb. 13 : *Quiparcil virga, odit filium suum.*

ARTICULUS IV.

Utrum vindicia sil exercenda in cos qui non peccaverunt voluntarie?

Q. 408. *a.* 4. o.—*Dico.* Poena potest considerari dupliciter: uno modo secundum rationem pœnæ, et secundum hoc non debe-

tur nisi voluntarie peccantibus, adeoque nec vindicta proprie dicta quæ est juslæ pœnæ irrogatio. Quia pœna ut pœna non infligitur nisi ad ultionem culpæ seu ad reparandam æqualilalenijusliliæ violatam per peccatum, in quantum ille qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid contra suam voluntatem patitur.

Ibid.— Alio modo potest considerari poena in quantum est medicina non solum sanaliva peccati prælcrili ,sed etiam præscrvaliva a peccato futuro cl provocativa in aliquod honum. Et secundum hoc aliquis interdum punitur scu potiusaffligilur sine culpa, nontamensinccausa.SicsæpeDcusaiïligit justos per lr ibulalioneset pœnalilales hujus vilæ, non semper ad vindicanda eorum peccata , sedet frequenter vel ad coium humiliationem cl probationem, vel ad cavenda peccata in futurum, vel ut spreto mundo fortius Deo inhaereant, vel ut sibi ipsis innotescant, vel ut sint in aliorum exemptum, manifeslelurquc gratia Dei in invicta eorum patientia , vel tandem propter alias rationes quas ipse novit qui sic disponit.

Unde jure damnata est hæc propositio 72 inter Baianas: *Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum,* cl hæc 70 inter Qucsnclllianas : *Nunquam Deus affligit innocentes, cl afflictiones semper serviunt vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.*

Dices contra primam partem. Mulli puniuntur poena proprie dicta propter peccata aliorum. Sic pro peccato Cham Chanaan ejus filius maledictus fuit, Gen. 9; Giczi peccante, lepra transmittitur ad posteros, 4 Rcg. 5 ; pro peccato David populum numerantis, populus Israel punitus est, 2 Rcg. ult. etc.Unde Deus, Exod. 20, dicit:Ego *sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in tertiam et quartam generationem.* Ergo.

Q.10S. a. ti. o.ad.1.— *D.* 1° neminem unquam puniri poena spirituali pro peccato alterius, quia poena spiritualis perlinet ad animam secundum quam quilibet est liber sui.

Ibid. — *R.* 2° Pœna autem temporali quandoque unus punitur seu affligitur pro peccatoallcrius triplici ratione :1°quia unus homo temporaliter est resaltcrius, sicut filii secundum corpus sunt quaedam res patris, et sen i sunt quaedam res dominorum, subditi pnneipum, amici amicorum ; etsic punitur ipse peccans, quando punitur in rc sua : alio modo, in quantum peccatum unius derivatur in alterum , vel per imitationem, vel per modum meriti, se' per uliqualcm consensum aut dissimulationem, sio interdum boni simul puniuntur temporaliter cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt : 3° ad commendandum unitatem humanae societatis, propter quam unus debet sollicitus esse ne peccet, et ad detestationem peccati, dum paena unius redundat in omnes quasi essenlomncs unum corpus. Etsic semperverum est poenam ut pœnam non infligi nisi aliquo modo voluntarie peccantibus, aliis vero non esse pœnam sub ratione poenae, sed medicinam, *ut explicatum est in secunda parte conclusionis.* Quod posset opponi de peccato originali, solvitur in tract, de Peccatis; ubi ostenditur esse nobis voluntarium voluntate capitis.

Petes utrum homines possint punire scu affligere aliquem sine culpa?

Ibid, ad 2.— *II.* Quod judicium humanum debet imitari divinum in manifestis Dei judiciis quibus homines spiritualiler damnat pro proprio peccato. Occulta vere Dei judicia quibus temporaliter aliquos punit seu affligit absque culpa, non potest humanum judicium imitari; quia homo non potest comprehendere horum judiciorum rationes, ut sciat quid expediat unicuique. Etidco nunquam secundum humanum judicium aliquis debet puniri sine culpa pœna positiva scu flagelli, v. g. ut occidatur, mutiletur vel verberetur. Pœna autem privativa scu damni punitur aliquis secundum humanum judicium etiam sine culpa, sed non sine causa; et hoc tripliciter : uno modo ex hoc quod aliquis ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum vel consequendum, sicut propter bigamiam vel judicium sanguinis aliquis impeditur a sacris ordinibus; secundo modo, quia bonum in quo damnificatur non est proprium bonum, sed commune, sicut quod Ecclesia habeat vel non habeat episcopatum, perlinet ab bonum totius civitatis, non autem ad bonum clericorum tantum; tertio modo, quia bonum unius dependet ex bono alterius, sicut in crimine læsæ majestatis, propter quod bona criminosi addicuntur fisco, filius amittit hærcdilatcm propter peccatum patris.

Eide hac pœna privativa intelligCnda est 'rcgula23 juris inG,auæ videtur *ex* hoc textu

desumpta . *Sine culpa, nisi substo causa, non est aliquis puniendus.*

Sequitur m textu de veritate, mendacio H aliis vitiis veritati oppositis. Sed de his egimus dum de perjurio in trac, de Religione. Require ibi. Inierim sil.

ARTICULUS V

De affabilitate .adulatione ctlitigio.

2JVia. 1. adi. —Affabilitasquandoque vocatur amicitia: non habet tamen perfectam rationem amicitiæ quæ in mutuo amore consistit, sed tantum quamdam ejus similitudinem, in quantum quis decenter se habet ad illos cum quibus conversatur quasi ad amicos , non quidem ex benevolentia aut quod ipsis bene velit, quod est proprium amicitia·, sed quia ita congruit ad vitam socialem. Alio riQmime dicitur comitas, urbanitas , honestas; gallicc, *politesse, honnêteté, civilité.*

Ibid, o —Est ergo affabilitas, virtus qua quis ex debito vitæ socialis, in communi com ictu se decenter habet ad alios, spectata conditione personarum et aliis circumstantiis, sic ut neque nimis blande, neque nimis aspere se gerat in consortio; sed et contra omnibus tam amicis quam extraneis ejus conversatio sil rationabiliter grata et suavis: — Ibid a. 2. ad 4. — nisi propter aliquam camam, v. g. propter salutem proximi aut gloriam Dei, nccessesit aliquando alios utiliter contristare, sicut fecit Paulus erga Corinthios, *l* Cor. 1, c. 5, de quibus dicit, 2 Cor. c.7:Etsi *contristavi vos in epistola, nonmepœnilel:qpia,* uljain innui, non quærit hæc virtus delectationem nisi rationabilem, et quæ postponatur majori bono.

Id. n. 4 et 2. o.— *Dico* 1° Affabilitas est specialis virtusjusliliæannexa.

Ibid.a.1. o.—*Ratio primas partis est,* quia versatur circa specialem rationem boni, nimirum circa hoc quod hovio convenienter ad alios homines ordinetur in communi conversatione tam in factis quam in dictis, ut ad unumquemque se habeat secundum quod docet et exigit vita socialis.

ibid. a. 2, o.— *Ratio secundas partis est,* quia hæc virtus convenit cum justitia in hoc quod sit ad alterum ; deficit autem a ratione jusliliæ ,quia non habet plenam rationem debiti, neque legalis ad cujus solutionem lex cogit, neque provenientis ex aliquo beneficio recepto,quomodoaliquidcsldcbilumparontibus, superioribus et benefactoribus: sed habet rationem debiti honestatis, quia naturae socialis sumus : unde magis se tenet hoc debitum ex parlc illius in quo est affabilitas, quam ex parte illorum quibus exhibetur, licet etiam eorum consideratio non sit excludenda.

Hæc porro virtus sic est necessaria , ut sine ea parum simus idonei ad vitam socialem ; sicut enim homo non potest vivere in societate sine veracilate, ita vix sine affabilitate.

2.445. a. 4. o. — *Dico* 2° Virtuti affabilitatis opponuntur duo vitia :— Q. 446. a. 4 .o.—unum per excessum, scilicet adulatio; aliud per defectum, scilicet morositas scu litigium.

Q. <45. a. 4. o. —Adulatio est, quando quissupra debitum modum virtutis vult alios vel verbis vel factis delectare in communi conversatione. Quod si id faciat sola intentione delectandi, vocatur *placidus,* a nimio desiderio placendi; si intentione alicujus utilitatis conscquendæ, vocatur *adulator :* communiter tamen utrumque sub nomine adulationis comprehenditur.

2 446. a. 4.O-.— Morositas scu litigium est, quando quisse præbel difficilem in consortio, nunquam acquiescens, sed semper contradicens verbis alterius, non quidem ex defectu amoris animos unientis; sic enim pertinet ad discordiam quæopponitur charilali; neque ex ira,sic enim opponitur mansuetudini: sed ex intentione non placendi aut contristandi ulsuis moribus obsequatur. Vocatur ab Auctore *litigium,* quia qui sic est morosus facile et sæpe lites excitat.

2. 445. a. 2. o. — *Dico* 3° Adulatio per se non est peccatum mortale, quia est tantum excessus in studio placendi et delectandi, quod non videtur graviter repugnare charitati.

Ibid. Triplici tamen ratione fit mortale. 4° Ratione materne, ut cum quis laudat peccatum alienus saltem mortale; hoc enim graviter conlrariatur dilectioni Dei contra cujus justitiam adulator loquitur,cl dilectioni proximi quem in peccato fovet : unde illud Isai. *5: Vas qui dicitis malum bonum.* 2° Ratione intentionis inferendi damnum uolabilcsivc corporaliter, sive spiritualiler. 3°Per occasionem seu ratione effectus,ut cum quis, etiam absque expressa intentione nocendi, nocet tamen notabiliter, dans nempe

alteri per suam adulationem occasionem gravis peccati, qu«xl poterat praevidere et avertere. Confer qr.ze dicuntur de scandalo.

Dico 4° Morositas seu litigium non videtur etiam secundum se peccatum mortale; quia secundum seaffert tantum aliquam molestiam in consortio. Unde non conlrarialur gravitercharitali; et quamvis nonnihil noceat vitae sociali, non tamen ipsam omnino evertit.

2.146.0.2.0. — *Dico* 5° Morositas secundum se est peccatum gravius adulatione; quia magis contradatur virtuti oppositae, scilice' affabilitati. Affabilitasenim principalius tendilad delectandum quam ad contristandum : atqui morosus seu litigiosus superabundant contristando, adulator in delectando. Ergo.

Ibid. a. 2 et 3.—Nec obstat quod adulatio sir turpior morositate. Non enim semper id quod est turpius est gravius, *ul patel* in peccatis carnalibus, quæ turpiora sunt peccatis spiritualibus, non tamen ideo graviora.

Ibid. o.—Si vero considerentur ista vilia secundum causas finales, quandoque adulatio est gravior, quandoque morositas, proui nempe fuerit tinis qui intenditur.

ARTICULUS VI.

De liberalitate.

2- 417. a. 4.ad 3. a. 2. ad4.et a. 3. ad 3,—*Dico* 1° Libcralilasestvirlusmoderansamorem divitiarum et reddens hominem facilem et promptum ad eas erugandas, quando rec **a** ratio dictat.

Ibid, **nj.o** —*Er quo paid* quod sit vera virtus; quia ad virtutem perlinet bene uti iis quibus male uti possumus.

Ibid.a. 2. **adi.**—*Dico* 2° Libcralitas versatur immediate circa passiones, nimirum æslimalionem et affectum pecuniarum, ulrumquc moderando, sic ut non æstimenlurnecamcnlurplusminusvequam debeant amari et æstimari.

Ibi l. et o. et a. 3. ed 3.—Mediateversalur circa ipsum usum divitiarum : uno mod › indirecte, tollendo impedimentum recti usus, scilicet nimium amorem carum; sccu do modo directe movendo ad carum iri'arem et promptam elargitioncm, prout recta ratio postulat.—Ibid. a. i. o. et ad 4.—DicOcMr-*gilioncm,* quia ad usum pecuniae ergaseipsum natura salis unumquemque movet; ad eam autem aliis elargiendam quando cl quomodo oportet, opus esi virtute naluræ superaddita.

Ibid, *a.* 1. ad 3. —*Ex prima parle conclu, sionis inferes,* etiam pauperes posse habere virtutem libcralilatis, quatenus potest esseia eisatrectusethabitusliberaliler erogandi,si haberent, et quandoque major cl perfectior quam in eis qui multa erogant.

Ibid. a. 5. o.—*Dico* 3° Libcralitas est virtus annexa jusliliæ; quia licet deliciat a justitia ineo quod justitia exhibeat alteri quod ejus est, libcralitas autem quod suum est, convenit tamen cum illa in duobus: l°quod sit ad alterum; 2° quod sil circa res exteriores sicutjustitia.

Ibid, ad 3 —Nec obsta l quod da re convenienter quod suum est, proprium sil misericordis cl benclicenliæ, quæ pertinent ad charitalem ; id enim Iit sub diversis motivis. Misericordia dat convenienter quod suum est all's, quia indigeni ; beneficentia, quia diligit ;sed libcralitas præcisc ex ipsa moderatione allectus erga divitias, quas non æslimal nec amat plusquam oportet: unde non solum amicis, sed etiam ignotis dat quandoque oportet.

Ibid. a. 3. ad 4.— Differt autem libcralitas a magnificentia in eo quod magnificentia utatur divitiis secundum aliquam specialem rationem, nimirum secundum quod assumuntur in alicujus operis magni expletionem; cum econtra libcralitas versetur circa mediocres erogationes : unde magnificentia quodammodo se habet ex additione ad liberalitatem, ul dicetur infra.

ibiJ. a. 6. o. — *Dico* 4° Libcralitas non csl perse maxima virtutum; quia moderatur affectum circa possessionem et usum divitiarum, quod minus est quam moderari passiones periinenlesad proprium corpus, quod facit temperantia; et quam procurare bonum commune,quod facit justitia et fortitudo ; et quam versari cii ca bonum divinum, quod laciunt virtutes théologie® : bonum enim divinum præeminet cuilibet bono humano, in bonis humanis bonum commune præeminet bono privato, et bonum corporis bono exteriorum rerum.

Ibid—— Attamen ex consequenti habet quamdam excellentiam cl ad multa utilis ▮▮st. Ex hoc enim quod homo non sit plus æquo affectus pecuniis, sequitur quod facile iis utatur cl ad seipsum et ad utilitatem aliorum et ad honorem Dei.

ARTICULUS VII.

Dc avaritia

Q. ILS. a. 2. o.—Nomenavai itiæ desumptum est an aveo seu cupio. Generaliter sumptum, significat inordinatum amorem habendi quamcumque rem, sive divitias, sive honorem, sive sanitatem, etc. Specialiter sumptum, significat inordinatum amorem habendi possessiones seu divitias. Unde.

ibid. a. 4.2. et 4. o. — *Dico* 1° Avaritia est *immoderatus amor divitiarum.* I nde sequitur quod sit peccatum, cum excedat debitum modum in appetendo divitias;et quod silspcciale peccatum, cum versetur circa speciale objectum, scilicet circa divitias, eas inordinate amando.

ibid, a 3. ct4. o. — *Dico2°* Avaritia partim opponitur jusliliæ, et ex ca parte eff ex genere suo peccatum mortale; parlim opponitur libcralilati, cl ex ea parte est ex generc suo peccatum veniale tantum.

Ibid. — *Explicatur.* Avaritia potest considerari dupliciter : uno modo, secundum quod csl immoderantia immediate circa ipsam acceptationem cl conservationem divitiarum, in quantum aliquis ultra debitum modum acquirit divitias cum damno alterius, aliena surripiendoaul delinendo: et hoc modo opponitur jusliliæ, eslqucex genere suo peccatum mortale : sic enim perlinet ad rapinam cl furtum, et hoc sensu fures, raptores, usurarii, etc., dicuntur avari.

Ibid, —Alio modopolcstconsiderari,secundum quod est immoderantia circa ipsas interiores affectiones divitiarum, in quantum aliquis nimisamalvel desiderat divitias, aul nimis delectatur in cis, absque tamen voluntate eas acquirendi aut relinendi cum damno alterius : et hoc modo opponitur libcralilati quæ moderatur hu'usmodi affectiones : cslquc peccatum secundum se veniale lanium , quia esi tantum excessus in amore rei secundum se indifferentis et licita?, quod non répugnai giavilcr rationi aul legi.

Ibid.—Potest tamen fieri mortale, si nempcila crescat amor divitiarum, ul quispropter easacquiicndasvel conservandas paratus il violare aliquod præceplum obligans sub mortale, ul pejerare, non audire sacrum diu festo, non subvenire pauperibus in gravi vel extrema necessitate, etc.

Q.118. a. 5.0. — 7)fco 3‹› Peccatumavariliæ secundum qmd csl turpius et gravius aliis peccatis, simpliciter autem csl minus grave.

Ibid. — *Explicatur.* Si peccatum avaritiae consideretur ex parte boni cui inordinate subdilurappclilus humanus, esi aliis peccatis turpius cl quodammodo gravius; quia tanto deformius csl peccatum quanlo minus est bonum cui appetitus inordinate subjicitur; turpius csl enim subesseinteriori bono quam superiori : atqui bonum exteriorum rerum cui subjicitur avarus, esL infimum inter bonahumana ; est enim minus bonum quam bonum corporis, et hoc minus quam bonum animæquod exceditur a bono divino. Ergo.

ibid.—Si vero consideretur peccatum avaril æ ex parte boni quod corrumpit seu quo pr.vat, non est aliis peccatis gravius; quia exilia parte tanto peccatum est gravius quanto majori bono privat : et secundum hoc, peccatum quod csl conira Deum est gravissimum, cl sub hoc est peccatum contra personam hominis propriam vel alienam, sub quo est peccatnm quod est contra res exteriores quæ sunt ad usum hominis deputata*, quod pertinet ad avaritiam. Ergo.

Sed quia hæcsecunda consideratio est potior, quatenus privatio boni se habet fonnaliter in peccato, conversio autem ad bonum commutabileschabctmaterialiter, ideosimplici ler est dicendum avaritiam non esse maximum omnium peccatorum.

Ncc obstat quod Ecclesiastici 40 dicatur : .Ivaro *nihil csl scelestius;* ct infra : *Xihii csl iniqu iusquam amare pecun iam ; hic cn im animam suam venalem habet; quoniam in vita sua projicil intima sua.*

Ibid. e. 4. —Hæc enim vera sunt, 4° loquendo deavaritia ex parte boni cui subditur appetitus, ul dictum est : 2° quia nullum est vilium quod ad plura scelera impellit, quodquesilmagisno.xium reip.; plerumque enim avarus est ad quamlibet iniquitatem paratus propter divitias : unde Apost. 1.Timolh.6f dicit : *Qui volunt divites fieri, incidunt ir» Icnlalionem ct laqueum diaboli, cl desideria mulla et inutilia el nociva, quæ mergunt homines in interitum el perditionem ; radix enim omnium malorum esi cupiditas* .scilicet divitiarum; at ideo est peccatum capitale, ul dicam modo.

Ibid ad 4. et Lect. 3. in cap. 5. adEph. Vocatur etiam, Ephes, ŭ, *idolorum servi-*

lus, propter cluo : 1u quia, sicut idololatra sc subjicit crcaluræ exteriori, ita et avarus, diverso tamen modo, ille ad colendum, iste ad immoderate amandum propter usum : 2° quia, sicut idololatra agit propter idolum lanquam propter finem in quo ponit fiduciam , ita avarus propter materiam idoli quæ est aurum et argentum.

Ibid. ad 3. — Item, dicitur peccatum periculosum et insanabile; quia latenter irrepit sub prætcxlu necessitatis pratentis vel futuræ, et sub pallio virtutis occultatur, quasi esset providentia in futura circa necessaria vitæetdeccntiastatui.Undecum pauci suum morbum agnoscant, difiicilesananlur.

Q. 418. a. G. o. et nd 1. — Non est peccatum merecarnale, quia non perficitur in carnali delectatione; neque mere spirituale, quia versatur circa objectum corporale; sed medium inter peccata pure spiritualia cl pure corporalia.

Ibid. a. 7. o. — *Dico* 4° Avaritia est vitium capitale; quia vitium capitale dicitur ex quo tanquam ex capite seu fonte multa alia vitia oriuntur secundum rationem finis : atqui ex avaritia mulla vilia oriuntur secundum rationem finis. Quot enim peccata propter pecuniam (quæ est objectum avariliæ) sive acquirendam sive relinendam committuntur lanquam propter finem ab avaro intentum Ijam *paid ex dictis conclusione præcedcnli,* et magis *patebit exsequenti.* Unde

Ibid. a. 8. o. — *Dico* 5° Sunt septem filiæ avariliæ quasenumerat I). Gregorius, lib. 3 f Moraliüm, cap. 31, scilicet: *Obduratio cordis* contra misericordiam, *inquietudo .violentia, fallacia, perjurium, fraus cl proditio.*

Ibid. — Prob. Filiæ avariliæ dicuntur ea vitia quæ ex ipsa oriuntur, præcipue secundum appetitum finis : atqui sic est deseplem assignatis.Ergo. *Drob. min.* Avaritia in duobus excedit · 1° in retinendo, et secundum hoc ex illa oritur *obduratio cordis.qvod* misericordia non emollitur ut subveniat miseris; 2n excedit in acquirendo, et hoc dupliciter, secundum affectum et secundum efleetum. Prout excedit secundum affectum, pavit *inquietudinem* et curas superfluas ; prout excedit secundum effectum, quandoque utitur \ i, quod perlinet ad *violentiam;* quandoque dolo : quod si fiat in verbo simplici, erit *fallacia;* si addito juramento, erit *perjurium.*;si dolus committatur in opere, erit *fraus ;* si contra personas, erit *proditio,* ut patet ex Juda qui ex avaritia prodidit Christum.

ARTICULUS V1IT.

De prodigalitate.

Prodigalitas est erogatio superflua rcrum suarum.

2-119. n- **4.** o. — Dico'l°Prodigalilas opponimur avariliæ secundum excessum ct defectum diversimode. Nam in affectione divitiarum avarus excedit, plus debito eas diligens; prodigus autem deficit, minus debito carum sollicitudinem gerens. Circa ipsas divitias exteriores excedit prodigus in dando, deficit in relinendo et acquirendo : avarus autem e contra deficit in dando, et excedit in accipiendo et relinendo.

Ibid, ad 1. — Potest tamen contingere quod idem sit simul avarus et prodigus secundum diversa, puta prodigus in dando, avarus in acquirendo ; sunt enim qui, ut suæ profusioni sufficiant, undequaqueper fas et nefas surripiunl.

ibid. a. 2.0. — *Dico* 2° Prodigalitas opponitur etiam liberalitati ; quia liberalilas ponit modum secundum rectam rationem in erogandisdiviliis, quem modum non servat, sed tollit prodigalitas. Non itaque præcisccx quantitate dati pensandus est excessus prodigi; nihil enim impedit quin aliquando plus eroget liberalis quam prodigus; sed ex eo quod non eroget secundum diclamen reclæ rationis, quatenus dat ubi, quando, quod, et quibus dare non debet.

Ibid. — *Hinc sequitur* 1° prodigalitatem esse peccatum, 1° quia omne quod recedit a medio virtutis peccatum est; 2° quia, licet prodigus sil rcrum suarum dominus, habet tamen dominumsuperiorem, nempe Deum, contra cujus voluntatem de iis disponit.

Ibid. a. 3. o. — *Sequitur* 2' esse minus peccatum quam avaritia : 1° quia avaritia magis differta virtute opposita, magis enim ad liberalitatem perlinet dareinquosuperabundat prodigus, quam acciperevcl retinere in quo superabundat avarus ; 2° quia prodigus est mullis utilis, avarus autem nulli,sed nec sibi ipsi; 3° quia prodigalitas est facile sanabilis , scilicet per aetatem et egestatem quam sæpe causal ; non sic avaritia, ut dictum est.

Sequitur 3°prodigalitatem secundum se esse tantum peccatum veniale : 1° quia est

peccatum quam avaritia, quæ secundum se est tantum venialis, utdixi art. praecedenti ; 2" quia prodigus est dominus suarum divitiarum , ct divitiae sunt ex intimis bonis: unde nonvidetur mortalis inordinatio ibi sistendo.

Potest tamen esse peccatum mortale : 1° ratione finis, utsi opes profundantur propter finem mortaliter malum , v. g. propter luxuriam; 2° ratione damni inde sequentis, ut si sua prodigendo fiat prodigus impotens vel ad solvenda debita, vel ad procuranda necessaria familiæ; aut, ut profuse expendat, omittat facere eleemosynas in gravi necessitate ; 3° ratione specialis obligationis superflua erogandi in causas pias, ut in ecclesiasticis beneficialis.

ARTICULUS IX.

De epiikia seuaquilale.

2.120. a. 2. ad 2. — Epiikia ‹licitur a verbo græco tct, id est, supra , et quod est justum, quasi supra justum ; latine redditur *aquilas.*

Dico. Epiikia seu aequitas, est virtus directive legis, ubi deficit propter universale.

Ibid. a. 1. o.—*Explicatur.* Cum humani actus de quibus dantur leges , in singularibus contingentibus consistant, quæ infinitis modis variari possunt, non est possibile aliquam legem institui quæ in nullo casu deficeret ; sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit, cl secundum hoc legem ferunt, quam tamen in aliquibus casibus servare esset conIra æquitalem juslitiæ ct conira bonum commune, quod lex seu legislator intendunt .Sic,v. g. lex instituit quod deposita reddantur, quia hoc ut in pluribus justum est ; contingit tamen aliquando esse nocivum, pula,si luriosusrcposccrctgladium depositum quando csl in furia , aut al1er in impugnationem palriæ. In his ergo ct similibus casibus malum esset sequi legem positam ; bonum autem , praetermissis verbis legis, sequi id quod poscit juslitiæ ratio ct communis utilitas, quod csl quod intenditur a legislatore, cl ad hocordinalur epiikia. Unde *patet* quod <it, ut dixi, virlus directive legis, ubi deficit propter universale

Objectum itaque hujus virtutis, est bonum commune, non qualicumque modo , sed quaerendum prætcr communes regulas ct prætcr verba legis in casibus particularibus in quibus ipsa lex obligaret, seu in malum vergeret, propter suam universalitatem : quod cum habeat specialem difficultatem (in hoc enim hærent quandoque ipsi docti qui, zelo legis ducli, ejus verba scrupulosius sectantur), indiget aliqua speciali virtute.

Q. 120. a. 2. o.— *Dico* 2° Epiikia seu aequitas, est pars subjectiva juslitiæ legalis communiter dictæ. *Prob.* Justitia legalis communiter dicta, respicit bonum commune, vel secundum verba legis, vel secundum intentionem superiorem sivecxtrinsecam legislatoris. Si primum, est justitia legalis stricte dicta; si secundum, est epiikia seu aequitas: ergo. Et quia intentio legislatoris potissimumspectari debet, idcoepiikiaeslpars polior juslitiæ legalis.

Ibid, ad 1.—Dixi, *secundum intentionem superiorem sive exlrinsecam legislatoris,* quia duplex est intentio legislatoris in lege condenda: una intrinseca ipsis verbis legis , et hæc cum verbis facit unum membrum distinctionis; altera superior ct exlrinseca verbis legis, et facit alterum membrum : v. g. intentio intrinseca legislatoris in lege reddendi depositi, est ut unicuique quod suum est reddatur, et hanc cum verbis rcspiciljustitia legalis stricte dicta ; superior et intrinseca est, quod reddatur quod suum est ut utile et bono communi conveniens, et hanc respicit epiikia. Consule Cajctanuminhanc quæstionem.

ARTICULUS X.

Dc dono pietatis.

Juxta methodum quam S. Thomas proponit in prologo hujus partis, postquam egit dc aliqua virtute et dc vitiis oppositis, subjungit dc dono huic virtuti correspondent! ct dc ejus praeceptis. Unde cum ipso.

2.121. a. 1. o. — *Dico* 1° Pietas erga Deum ulpalrem, csl donum Spiritus sancti, correspondons virtutijuslitiæ. Quia donum Spiritus sancti est quædam habitualis dispositio animae, qua est prompte mobilis, non quidem a ratione etiamsi virtutibus infusis instructa, nec secundum ea quæcommuniter in deliberationem veniunt, sed a Deo, modo quodam divino ct instinctu speciali prætcr communem modum inspirante : quod convenit pietati erga Deum, quæ exhibet cultum et obsequium Deo ut patri ; rcligio enim id exhibet Deo ut primo principio, ct pietas ut virtus id exhibet patri carnali. Consule 1.2, q. 68. Corrcspondetaulcmjus-

liliæ quatenus est ad alterum, sicut justitia.

Ibid. a. 2.0. —*Diro* 2° Si convenientia donorum et beatiludinum consideretur secundum rationem objec i cl actus, dona pie alis correspondent ex octo bcatiludinibus tertia et quarta, scilicet desiderium justi iæ et misericordia ad alios, propter Deum communem patrem omnium. Aliqualiter etiam correspondel secunda, quatenus per mansuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis.

ARTICULUS XI.

De praeceptis justilice quæ sunt praecepta Decalogi.

2 d22. o. 4. o — *Dico* 1° Præcepta Decalogi sunt præcepta juslilix; quia inter virtutes caidinales, sola justitia respicit rationem debiti ad alterum : omnia autem præcepta Decalogi id respiciunt. Etenim tria piimapræscribunlquædcbemusDco; quartum, quæ debemus parentibus cl superioribus; sex ultima, quæ debemus æqualibus sen indiscriminalim omnibus.

Ibid. a. 2. 3. 4. 5. G. o. — *Dico* 2° Decem præcepta Decalogi convenienter ordinata sunt.

Ibid. a. 2. *o.*— *Prob.* Præcepta Decalogi instituta sunt ad formandum hominem ad virtutem ; ad legem enim perlinet facere hommes bonos el virtuosos : ergo oportuit præcepta Decalogi ordinari secundum ordinem generationis, qua scilicet iit homo bonus et virtuosos.

Ibid. — Porro in ordine generationis duo sunt attendenda : primum, quod prima pars constituatur, ut in generatione hominiscor; in domo, fundamentum ; in bono morali seu animæ, bonitas voluntatis, ex qua aliquis bene utitur qualibet alia bonitate : bonitas autem volun'alisaltendilur penos objectum suum quod c-t finis, cl ideo in coqui per ›‹ gem erat instituendus ad virtutem, primo op i luit quasi jacere quoddam fundamen·, tum religionis, per quam homo debile ordinatur in Deum qui est ultimus linis humanx voluntatis.

ibid. —Sed quia (et hoc secundum attendendum) in ordine generationis, antequam prima pars constituatur, contraria elimpediincnla loin debent; piius enim agricola purgal agrum quam semen spargat . ideo ante omnia homo sic erat circa religionem instituendus, ut veræ religionis impedimenta excluderet.

Ibid,— Prxcipuum autem impedimentum veræ religionis est, quod homo falso deo inhæreal, aut xcrum indebito colat. Et ad hoc excludendum ponitur primum prxceptuin : *Non habebis deos alienos,* etc. Exod. 20.

ibid. a. 3. o. —Post exclusum primum impedimentum quod opponitur veræ religioni per excessum, cl perlinet ad superstitionem quæ impedit ne suscipiatur verus Deus ad colendum, convenienter tollitur aliud quod opponitur religioni per defectum, et est irreligiositas quæ impedit quominus Deus, postquam susceptus est, honoretur. Prius est enim Deum suscipere ad colendum quam susceptum honorare : ergo, præmisso prxeepto quo prohibelursuporslitio, convenienter ponitur secundum quo prohibetur perjurium seu omnis inordinata etii reverens divini nominisassumplio *:Non assumes nomen Domini Dei lui in vanum,* ibid.

Ibid, a. 4. o. — Remotis impedimentis veræ religionis per primum et secundum præceplum, consequens erat ut tertium præceplum poneretur, per quod homines »n vera religione fundarentur. Ad religionem vero pertinet cultum Deo exhibere : unde convenienter ponitur tertium præceplum dc sanctificatione sabbati : *Memento ut diem sabbati sanctifices,* ibid.

Ibid. a. 5. o. — Et quia præcepta Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei et proximi tanquamad finem, inter proximosaulem maxime obligamur parentibus : ideo immediate post præcepta ordinantia nos ad Deum, ponitur præceplum ordinans nos ad parentes qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est universale principium . *Honora patrem tuum cl matrem luam,* ibid., intelligendo nomine *patris cl matris,* quoscumque superiores.

Ibid. a. 6. o.—Tandem, sicut per præfatas partes potentiates juslitiæ religionem scilicet et pietatem, debitum redditur aliquibus determinatis personis quibus homo ex aliqua speciali ratione obligatur, ;la per justitiam ipsam proprio dictam aliquis debitum reddit indiscriminalim omnibus : et ideo,post tria prima præcepta ρ‹·ι linentia ad religionem qua reddilur speciale debi-

lum Deo, et post quartum quod est pietatis qua redditui parentibus speciale debitum, ncccsse fuit quod ponerentur conscquenler aliqua præcepta pertinentia ad justitiam proprie dictam quæ indifferenter omnibus debitum reddit.

ibid. ad. 2. — Et ad hoc ponuntur cex ultima præcepta quibus prohibemur inferre nocumentum proximo . 1°in persona ejus: Λ'οη *occides,* ibid, quod est quintum praeceptum, ubi sub homicidio tanquam sub principaliori intelliguntur omnia nocumenta personalia. 2° Per sextum præceplum vetamur illi inferre nocumentum, maxime per libidinem in persona illi conjuncta : *Non moechaberis*, ibid. 3° Per septimum prohibemur nocere ei in rebus exterioribus corporalibus : *Non [urium [acies,* ibid. 4° Per octavum prohibemur ei nocere in rebus externis incorporalibus , scilicet fama et honore : *Nonloqueris contra proximum tuum [alsum testimonium ,* ibid. 5° Per nonum prohibetur voluntas adulterandi, et per decimum voluntas furandi : Aon *concupisces domum proximi, ncc desiderabis uxorem ejus,* ibid.

Equidem per septimum et octavum præceplum quibus prohibetur adulterium et furtum, etiam dubio procul prohibetur eorum voluntas, sicut per præcepta, *Non occides, non loqueris [alsum testimonium,* prohibetur voluntas homicidii et falsi testimonii. Ne quis tamen putaret his praeceptis ‘olum prohiberi opera externa adulterii et furti, et non eorum voluntatem, quales erant plui os inter carnales Judæos, eleliainnum sunt inter rudes Christianos, voluit Deus hanc ulramque concupiscentiam specialibus et distinctis praeceptis prohibere.

Q. 122. a. 4. et 4. 2. q. 4(10. a. 5. ad 5.— Ideo vero concupiscentiam adulterii cl furti potius quam homicidii ct falsi testimonii specialiter prohibuit, quia adulterium habet rationem boni delectabilis, furtum rationem Ioni utilis, cl ideo fortius ct frequentius animum alliciunt : homicidium autem seciinmim se, sicut cl lulsum testimonium, suit iotius horribilia quam concupiscibilia ; v ils» enim hominis sicut et veritas natutaliter am m tur.

Potest addi cum Sylvio, quædam his duobus ultimis præccptis prohiberi quæ non svalfle tmnlirrte ct obscure *<*ρ(ἴπν· el ■·.,· r,') · pu- muti. d : · ▮ iiibiorJ

REV. EMMEП MURPHŸ

sr BERNARD'S SEMINARY
ROCHESTER, N. Y.

dinatam uxoris aut rei alien® concupiscentiam , etiamsi non appareat, esse contra justitiam : ut si quis inordinate concupisceret uxorem alienam, etiamsi nollet eam possidere quandiu est alterius; item, si quis concupisceret rem alienam justo quidem pretio , sed contra voluntatem domini , ut fecit Acliab erga vincam Naboth, 3 Reg. 21.

1. 2. q. 400. a. 4. o. — Quantum ad divisionem et distinctionem præceptorum Decalogi, non una semper fuit inter catholicos sententia. Esichius, semoto præcepto de sanctificatione sabbati, eo quod non esset observandum ad litteram secundum omne tempus, sic distinguit, ut primum præceptum ponat : *Ego sum Dominus Deus tuus* Secundum : *Non habebis deos alienos coram me.* Tertium : *Non [acies sculptile.* Quartum : *Non assumes nomen Domini Dei tui invanum.* Quintum : *Honora patrem et matrem,* etc. Sextum : *Λion occides.* Septimum · *Non moechaberis.* Octavum : *Non [urium [acies.* Nonum : *Non dices [alsum testimonium.* Decimum : *Non concupisces.*

Ibid. — Altera sententia fuit Origcnis qui pro primo præcepto ponit : *Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis deos alienos.* Secundum: *Non [acies sculptile.* Tertium : *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Quartum : *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Alia sex ut Esichius

Ibid —Tertia ct communis sententia est S. Aug. Q.71 iirExod. qui distinguite! disponit præcepta Decalogi eo modo ct ordine quoin Ecclesia catholica distinguunt theologi cl catechist®.

ibid.— *(ndcad primum momentum Esichii.* Zhquod præceplum de sanctificatione sabbati inconvenienter positum fuisset inter præcepta Decalogi, si nullo modo ad Decalogum perlineret.

Ibid. — *Ad secundum, R.* quod, cum sciiplum sil, Mallh. 6, *Nemo potest duobus dominis servire,* ejusdem rationis esse videtur ct sub eodem præcepto cadere : *Ego sum Dominus Deus tuus,* et : *Non habebis deos alienos.*

Ad tertium ejusdem et primum Ovigenis R. quod facere sculptile vel similitudinem non sit prohibitum, nisi secundum hoc ut non colantur pro diis; nam in Tabernaculo Deus prætipd neri imagines verapnim . Eiud. 25. Gode peilinct ad idem proecej-

tum *:Non habebis deos alienos,* et: Aon *fa-* et« *sculptile.*

Ad ultimum utriusque R. quod, cum cupiditas ur.oris aliens pertineat ad concupiscentiam carnis, et cupiditas rerum alienarum ad concupiscentiam oculorum, sicut Deus distinctis præccplis harum cupiditatum actiones prohibuit : Aon *moechaberis, Aon [urium [acies ;* ita el ipsas cupiditates.

Nota. Plures hic instituunt tractatum specialem de præcept is Decalogi ; nec male; sed Âuxta S. Th. methodum , omnia quæ hanr materiam spectant suis piopriis locis bincel inde explicamus. Ea enim quæ perninent ad tria prima præcepla fuisse discussa habes in dissertationibus dc Religione ; quæ spectant quartum praeceptum , in dissertatione de Pietate ctObservantia ; quæ perlinent ad sex alia præcepla, in tractatibus dc Justitia eide Temperantia.

TRACTATUS

DE FORTITUDINE ET VIRTUTIBUS EI ANNEXIS.

D. Th. a. Q. 123. ad Q. 140.

DISSERTATIO I.

DE FORTITUDINE ET VITIIS OPPOSITIS.

QQ. 123,24,25,26,27.

ARTICULUS I.

Dc ipsa virlule fortitudinis.

Fortitudo est virtus moderans motus animi circa quæcumque terribilia, præserlim circa pericula mortis sustinenda vel repellenda. Colligitur ex Auctore per totam Q. 123, *et patebit ex dicendis.*

Q. 423. a.1.o. — *Dico* 1° Fortitudo est vera virtus.

Ibid —*Prob.* Virtus definitur quæ *facit bonum habentem , et opus ejus bonum reddit ;* bonum autem hominis estesse secundum rationem : atqui fortitudo facit hominem esse secundum rationem : ergo. *Prob. min.* Id quod impedit quominus homo recedat a bono rationis propter difficilia et pericula , sed contra firmat animum ad ea juxta rectam rationem vel toleranda vel propulsanda , facit hominem esse secundum rationem : atqui id vocatur fortitudo ex analogia ad fortitudinem corporalem qua ea quæ corpus valide impellunt, homo immotus sustinet aut repellit. Ergo.

ibid, a. 2. o. — *Dico* 2° Fortitudo proprie sumpta est virtus specialis.

ï bid. — *Declaratur.* Fortitudo potest sumi dupliciter, 1ulalcclgencralilcr, proqualibcl firmitate in bono honesto : et secundum hoc, est generalis v irtus scu potius condii io cujuslibel virtutis; ad virtutem enim,juxta philosophum, 2 Ethic, requiritur firmiter et immobiliter operari , idqucmaximequandoesl perfecta.2uSumitur fortitudoprospcciali firmitate animi in sustinendis et repellendis his in quibus maximedifficilecsl firmitatem habere, scilicet in gravibus pcriculiset maxime mortis ; et sic sumpta fortitudo est virtus specialis, quia ibi est speciale objectum et specialis difficultas in bono rationis relinendo.

Si dicas quamlibet virtutem, si est perfecta, ad id sufficere; castus enim, v. g. in gradu heroico nullius mali metu impelli potesl ad violandam castitatem.

Q. 123.0. 7.0. — R.alias virtutes id præslarc, non ex allectu boni fortitudinis,qualenusscilicelcongruum est rationi ut sic temperentur timores ctaudaciæ, qualiter decet virum fortem ; sed ex allectu propriæ honestatis, ct quia id necessarium est ad finem suum : unde potius id praestant imperando quam eliciendo; idcoqucdebet assignari aliqua virtus quæ id præslet ex affectu illius boni fortitudinis perse, cl eliciendo.

bid. a. 3. 4. et 5» o. — *Dico* 3° Fortitudo immediate versatur circa timores ct audacias, dios el illas moderando secundum rationem : mediale circa pericula el praesertim circa pericula mortis; quæ tamen talia

Ôot.ut honeste suscipi seusustineri possint.

1td. a. 3. o. — Ilæc conclusio habet quo luor [aries probandas. *Probantur duœprio-*r«..Ad virlnl<'m fortitudinis perlinet removere imped mentum quo per aliquid difficile voluntas retrahitur a sequela rationis : atqui mala aut pericula quæcumquc nullius voluntatem retrahunt a sequela rationis, nisi quia timentur : ergo fortitudo immediate versatur circa timores cos cohibendo, ne quis pericula nimium timeat, et ex eorum timore a bono rationis recedat. Et quia oportet hæc pericula non solum firmiter tolerare, sed etiam quandoque pro circumstantiis aggredi et repellere, quod pertinet ad audaciam, hanc etiam, ut maneat intra limites rationis, scilicet ut non temere sed prudentei aggrediatur, aut etiam fugiat si necessesit, moderatur animi fortitudo.

2· 123. a. 4 o. et ad 1. — *Probatur tertia pus.* Quamvis fortitudo firmet animum in omnibus malis el periculis, ne illorum metu a bono honesto deflectat, non tamen ex toleratione cujuscumquc mali reputatur homo simpliciter foriis, sed ex hoc quod bene tolerat maxima mala ; ad rationem enim vidulis perlinet ut rcspicial ultimum seu pc. .telum, et, ut ait philosophus, virtus ex perfectioribus actibus suis metienda est ; atqui inter omnia mala corporalia, maxime terribile est mors quæ tollit omnia corporalia bona : ergo fortitudo versatur piincipaliler ct primario circa pericula mortis, secundario circa alia pericula.

ibid. a. 5. o. — *Probatur quarta pars.* Quia cum loililudo sil virtus, ct ideo in bonum tendat, consequens est quod, nonnisi propter bonum et honestum, firmet animum adversus pericula.

Confirmatur. .Materia virtutis non potest esse inhonesta, alioquin virtutis rationi repugnaret el ejus capax non esset, sicut materia quæ repugnat figurationi non est capax figuras sta tuæ : ergo virtus fortitudinis debet sersari circa pericula quæ suscipiuntur aut sustinentur propter aliquod bonum honestum, seu, ut dicit philosophus, propter optimum. Hinc.

Ibid. — *Colliges* 1° fortitudinem versari maxime circa pericula quæ imminent in bello justo sive. ommuni, sive particulari ; qin.i in bello communi justo subeuntur pericula propter bonum commune, in bello pa...cularijusto propter aliquamvirtulem, puta justitiam,castitatem, fidem, etc., ut si intentetur mors judici nisi ferat inm-Mm sententiam ; virgini, nisi consentit.slurxalori; fideli, nisi fidem abneget.

Ibid. — Et quamvis pericula mortis qu» imminent ex aegritudine, vel tempestate maris, vel ex incursu latronum, vel ex alia simili causa, non videanturalicui imminere ex hoc quod prosequatur aliquod bonum honestum, nec ideo per sc et directe sint materia fortitudinis : quia tamen ex intentione operantis possunt suscipi vel sustineri propter aliquam virtutem (ut qui amico peste infecto inservit, qui navigat in mari periculoso propter aliquod pium negotium) aut saltem propter ipsum bonum fortitudinis, quia nempe sic congruit viro forti; ideo etiam perlinere possunt secundario ad fortitudinem.

Colligcs2n cconira latrones,sicarios, ducllanles, injusta bella gerentes, nonhabereveram virtutem fortitudinis,sed similitudinem tantum, nec dicendos osse fortes, sed temerarios ct crudeles, quia non subeunt pericula propter bonum virtutis.

Neque dicas præfatos posse hæc pericula subircpropler ipsum bonum fortitudinis, ut dcsuperioribus dictum est, quia, ut dixi, materia inhonesta repugnat virtuti el est illius incapax : ut itaque sive affectus interni, sive actus externi sint materia fortitudinis, requiritur quod sint per se tales, ut accendente moderatione fortitudinis, sint absolute honesti et rationi consentanei.

Q. 12. a. 6. o. — *Dico* 4° Sustinere, id est, immobiliter sistere in periculis,est principalior actus fortitudinis quam aggredi; quia fortitudo est magis circa timores reprimendosquameircaaudacias, *ut dictum est prima parte conclusionis praecedentis :* atqui susti nere sequi turre pressionem timoris, aggredi autem moderationemaudaciæ : Ergo.

Dices 1° Difficilius est aggredi quamsustinere : atqui virtus est circa difficile et bonum ut, dicitur communiter ex philosopho. Ergo.

Ibid, ad 1.— *R. N.maj.* pQuia videtur aliquis sustinere ab aliquo fortiori invadente; qui autem aggreditur, invadit per modum fortioris : difficilium est autem pugnare cum fortiori quam cum debilioris® Quia qui sustinet,jam sentit pericula imminentia,el illequi aggreditur,babetea ut lutura; difficilius est autem nonmodovit,

præsentibus quam a futuris. 3° Quia sustinere importât diuturnitatem temporis, sed anqiiis potest aggredi ex subito motu; difficilius estau'em diu manere immobiliter, quam subito motu moveri ad aliquod arduum.

Dices 2° Majoris potenti® esse videtur agere quam pati : atqui aggredi est agere, sustinere est pali.

Ibid, ad 2. — 7L *D. min.* Sustincreest pali quoad corpus, *C.* quoad animum, *N.* Est cnimactusaniin® fortissime inhærenlisbono: virtus autem magis attenditur circa animam quam circa corpus.

Ibid. a. 11. o. — *Dico* 5° Fortitudo est virtus cardinalis.

Ibid — *Prob.* Ill® virtutes inter humanas dicuntur cardinales, quibus inest excellenter una ex quatuor conditionibus omni virtuti communibus,quæsunldtscrelto, *rectitudo, firmitas, el moderamen: atqui forl'üu*dini inc-st excellenter firmitas, quippe qua firmatur animus non solum adversus voluptates, sed etiam adversus mala et pericula, et ea non qualiacumque, sed maxima, scilicet mortis : ergo. Consule 1,2, q. 61, a. 3 et 4.

2 123. a. 12. o.—*Dico* 6°. Fortitudo non praecellit inf er omnes virtutes cardinales, sed est ordine dignitatis tertia.

ibid. — *Prob.* A'irtules æslimari debent secundum bonum rationis; hoc autem bonum essentialiter habet prudentia, est enim perfectio ipsius rationis in qua residet; et ex ea dictatur medium omnibus virtutibus : hujus boni effectiva est justitia, quatenus ad illam pertinet ponere ordinem rationis in rebus humanis, etiam illis qu® ad alios ordinantur : hujus boni fortitudo est conservativa moderando timores periculorum mortis, el temperantia moderando delectationes tactus, neci illi el isl® ab isto bono rationis abducant : atqui quod essentialiter dicitur, potius est eo quod dicitur effective, et hoc est potius eo quod dicitur conservative, et majus est esse (irinum contra pericula mortis quam contra voluptates . ergo inter virtutes cardinales polior est prudentia, secunda justitia, tertia fortitudo, quaita temperantia.

- bid. ad 2. — *Si dicas* virtutem esse circa difficile el bonum, fortitudinem autem esse circa difficillimum· *R.* rationem virtutis magis consistere in bon · ;uam in difficili; unde magis mensuranda est magnitudo virtutis**, eundum rationem boni quam secundum rationem difficilis.

Petes utrum foriis delectetur in suo acluf

Ibid. a. 8. o. — *Anteresp. nola,* duplicem esse delectationem , unam corporalem quæ consequitur ex sensibus corporalibus, maxime ex tactu corporeo; aliainanimalem quæ conscquilurad apprehensionem anim®, non solum sensitiva?, sed etiam intellectiva?, ex quo capite potest etiam dici spiritualis. Hoc notato.

/L fortem ex una parte delectari in suo actu delectatione animali, quia delectatur in ipso opere virtutis, et in ejus fine tam remoto quam proximo ; ex alia parte habere unde dolcat etiam animaliter, dum apprehendit amissionem propria?vita?; item et corporaliter , dum sustinet diros dolores, (lagei Ia, vulnera , etc.

Ibid. — Et quamvis virtus fortitudinis faciat ut per hujusmodi dolorum vehementiam ratio non absorbeatur, neca recto deliciat, facit tamen sensibilis dolor non sentiri animalem delectationem, nisi forte per superabundantem Dei gratiam et consolationem spiritualis anima? delectatio superet et voluti obtundat vim doloris corporalis, ut accidit quibusdam SS. martyribus, specialiter S. Tiburlio, qui,cum super carbones accensos nudis plantis incederet, dicebat sibi videri super roseos florcsambularc. Dolorem vero seu tristitiam animalem ex apprehensionevil® amittenda?, superat delectatio virtutis, in quantum homo præfcrt bonum virtutis corporali vit®, et quibuscumque ad eam pertinentibus.

ARTICULUS II.

De Martyrio.

D. Th. Q. 124.

Martyrium græce, dicitur latine *testimonium :* usu vero ab Ecclesia recepto sumitur pro testimonio singulari veritatis Christian® per tolerantiam mortis, ut dum quis pro tide aut alia virtute non deserenda mortem subit. Hoc modo acceptum martyrium, tribuitur et ipsi morti pro veritate tolerata*, ut cum dicimus aliquem subiisse martyrium, et actui quo pro veritate sustinenda ipsa mors acceptatur; cl de hoc ultimo est quæs•io. Unde

2-124. a. 1. et 2.0. — Dico l°Marlyriiur c.-l actus virtutis fortitudinis.

Ibid. *a.* 1. in n. s. c. — *Prob. prima* par.*, quod sit actus virtutis. 1° Quia præmium beat'tudinis non nisi virtutis actui debclur : atqui debetur martyrio , juxta illud Malth. 5: *Reati qui persecutionem patiuntur propter justitiam , quoniam ipsorum est* regnum *calorum.* Ergo.

Ibid.o— 2° Quia ad rationem martyrii perlinet firmiter stare contra persequentium impetus in veritateeljustitia, juod est bonum rationis : atqui virtutis cC firmare in bono rationis. ErgOj

Ibid. a. 2. o. — *Prob. secunda pars.* Ad fortitudinem perlinet ulconfirmct hominem in bono virtutis contra pericula mortis, illius præserlim quæ est in bello, ut dictum est art. præccdenli : atqui manifestum est quod in marlyriohomo firmilerconfirmclur in bono virtutis, dum fidem et justitiam non desci it propter pericula mortis, quæ in quodam certamine particulari a persecutoribus imminent : unde canit Ecclesia de martyribus , *Fortes [acti sunt in bello.* Ergo.

Dices 1° *contra primam partem.* Omnis actus virtutis est voluntarius : atqui martyrium quandoque non est voluntarium, ut putride innocentibus pro Christo occisis. Ergo.

Q. 124. *a.* 1. ad 1. — *R.* quosdam dixisse quod Innocentibus acceleratus sit miraculose liberi arbitrii usus, ita ut etiam voluntarie martyrium passi sunt : at quia hoc auctoritate S. Scripturæ aut Patrum non comprobatur, imo contrarium Patres asserunt, ut videre est apud S. Aug. Serm. 66 de diversis, el Ep. 28; apudS. Petrum Chryso!. Serm. 152el alios : ideo melius dicendum est, quod martyrii gloriam, quam in aliis propria voluntas meretur, illi parvuli occisi per Dei gratiam sunt assecuti ; nam effusio sanguinis propter Christum vicem gerit baptismatis : unde sicut in pueris baptizatis per gratiam baptismi meritum Christi operatur ad gloriam obtinendam, ita el in occisis propter Christum, meritum martyrii operatur ad palmam martyrii consequendam.

Sunt ergoSS. Innocentes dicendi martyres, martyrio sumpto non pro voluntaria mortis acceptatione propter Christum, sed pro ipsa morte propter Christum tolerata; quomodoetiam nunc foreni martyres infantes nondum haptizali, qui in odium Christi aut religionis chrislianæ occiderentur. *Ex tpioinjcresin* martyrio conferri gratiam non vi operis operantis, sed vi operis operati ; Ilcct tamen ipsum martyrium non causet inslrumenlalitcr gratiam, sicut causant sacramenta : de quo fusius dum de baptismo,

* *Dices* 2° *contra secundam pariem.* Quælibel virtus, præserlim si sit perfreta, sufficit ulamorcsui honesti mortem perferat, quando mors est necessaria ad hunc finem, v. g. castitas, si mors sit necessaria ad eam conservandam. Ergo. *Prob.anl.*Ejusvirluliscst amare finem el media necessaria ad illum, necmmusefficaxestefTcctus castitatis ad bonum proprium, quam effectus fortitudini? ad suum. Ergo.

Despondet Lessius concedendo inde probari martyrium seu mortis perpessionem posse procedere ab aliis virtutibus absque formali actu fortitudinis; plerumque bmen virtutem forliludinissc immiscere, quia raro aliæ virtutes eum gradum perfectionis oblinent, ut solæ ad hoc sufficiant ; attamen, sive martyrium procedat ab effectu fortitudini*, sive alterius virtutis, juxta communem SS. Patrum loquendi modum, sempcrdicendum osse actum fortitudinis, tum quia est in materia fortitudinis, tum quia procedit ex summa animi firmitate in bono. Hæc autem animi firmitas in bono, qua quis est paratus mortem subire potius quam illud deserere, passim a Patribus voratur fortitudo; nullus enim fortitudinem ad has angustias restringit, ut solum id respicial quod virum fortem decet, et solius hujus boni intuitu operetur.

Respondet Sylvius virtutem quamlibet, equidem firmare animum in bono sui objecti; hoc tamen non obstante, ubi occurrit specialis aliqua ct insolita difficultas vincenda, cujusmodi est stare contra pericula mortis, peculiaris virtutis esse animum contra illa firmaro, nimirum fortitudinis; dantur enim virtutes speciales ad superandas speciales difficultates. *Ad probationem, dicit* ejus virtutis equidem esse amaro finem et media per se ad hunc finem ordinata, et ad hæc affectum ejus esse efficacem ; secus autem si media sint insolita, valde ardua et difficilia; ad hoc enim indiget auxilio alterius virtutis, illius nimirum ad quam talia media per se spectant. Ulraque responsio potest sustineri : secunda tamen est conformior litteræ Auctoris.

Dices 3° Martyrium est actus charitalis, juxta illud Joan. 5 : *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro ovibus suis.* Ergo.

2.124,·. 2. ad2.—Λ· *D.ant.* Martyrium estactuscharitatis moventis et imperantis, *transeat ant.* elicientis, *N. anl.* Sic enim est actus fortitudinis.

Dixi, *transeat antecedens,* quia indiget explicatione. Non est *ergo* sensus quod martyrium semper imperetur a charitate habituali. licet ita olim senserint Alcnsis, S. Bonav. Paludanus elalii plures antiqui; constat enim quod adultus nondum justificatus, si cum vera attritione de peccatis mortem pro Christo subeat, sit vere martyr, siquidem, ut tradunt SS. Patres apud Sylvium, 3 p. q. 6Ô, a. 9, çuœrïtur2, et dixi supra ex D. Thoma, *Effusio sanguinis propter Christum vicem g9ril baptismi*;ad baptismum autem salutarem non requiritur quod procedat a charitate habituali. Sensus ergo est, quod martyrium sit opus maxime idoneum quod a charitate habituali imperetur, quodquede facto imperetur, si insit. Potest etiam esse sensus quod semper imperetur a charitate. vel habituali vel actuali per auxilium Dei moventis,licet nondum inhabitantis; nullus enim est vere martyr, eo saltem modo quo oportcl ad salutem , sine aliquo amore Dei super omnia : vel enim est justus vel peccator : si justus, est in charitate habituali; si peccator, debet esse vere pœnilens ; non est autem vera el sufficiens poenitentia ad salutem sine aliquo amore Dei super omnia, ut docemus de contritione.

Si autem est amor Dei super omnia , ex illo regulariter procedit acceptatio mortis pro Christo, quamvis possint concurrere alia motiva , ut spes gloriæ , metus inferni, dignitas fidei, etc.

Quodl. 4.q. 10. a.1.— Quantum ad verba Christi, non est sensus quod ipsa mortis perpessio pro Christo, prœcise secundum se, sit essentialiter dilectio Dei super omnia , aut eam necessario involvat. *Patet* ex illo 1 Cor. 13 : *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et certum est mullos esse qui parati sunt mori potius quam Christum negare, et tamen sunt luxuriæ, ebrietati, odio fraterno et aliis peccatis mortalibus actualior addicti.

Neque obstat *si dictu* eum qui paratu*.) est fundere vitam pro Christo, esse etiam paratum cætera omnia cl ipsas voluptates quibus l ruitur in vita, propter ipsum deserere, atque adeo reipsa deserit mortem acceptando Non obstat, inquam; inde enim ad summum sequitur talem malle omnia deserere quam Christum negare, non tamen velle absolute omnia deserere ut Christo placeat, quod esset actus dilectionis super omnia. Sit paritat in illo qui mallet mori quam fidem amico datam violare : non sequitur inde quod diligat amicum super omnia , cum forte sint mrlta alia quas vel dare vel facere pro amico noL'et, nec eum ideo pro fine ultime habeat.

Neque est sensus quod sit semper major charitas illius qui subit martyrium quam aliorum ; cum certo constet B. Virginem superasse omnes martyres in charitate, licet martyrio vitam non finierit.

Hic q. 124. a. 3.0, —Sensus est ergo quod inter humanos actus, nullus est quo magis demonstrari possit perfectio charitalis,quando habetur, quam martyrio , quasi diceret· Majorem dilectionis probationem nemo habet quam dare animam pro amicis ; quii tanto magis ostenditur aliquis rem aliquam amare, quanto pro ea rem magis amatam contemnit, et rem magisodiosam eligit. Manifestum est autem quod inter omnia alia bona præsentis vilæ, maxime amat homo vitam ipsam, et econtrario maxime odit ipam mortem: unde sequitur quod is qui subit malyrium, non possit suam dilectionem probare aliter magis quam per martyrium.

Ibid.— *Dico* 2° Si martyrium consideretur secundum speciem, respective sci licet ad virtutem a qua elicitur , non est actus maxima} perfectionis, quia sic est aclus fortitudinis, quænon est maxima virtutum.

Ibid,—Si vero consideretur ex partecharitaty imperantis, in tantum est actus maxima} perfectionis, in quantum est maximum signum dilectionis, ut modo explicatum est.

Jbid. a. 4. *o.—l)ico* 3° Ad perfectam rationem martyrii requiritur quod aliqui» mortem sustineat pro Christo.

ibid.—*Probatur* Martyr dicitur testis fidei christianæ per quam nobis visibilia pro invisibilibus contemnenda proponuntur, ut dicitur ad Ilebræos 11. Ergo ad perfectam rationem martyrii requiritur quod homo testificetur hanc lidem,ostendensopere se omnia præsenlia contemnere ut ad futura cl invisibilia bona perveniat. *Suis amo.* Atqui quamdiu homini remanet vita corporalis, nondum ostendit opere se corporalia cuncU despicere. Ergo,

sUpp. ·. 96. 6. ad. 7,—***Hinc inferti***

l°cos qui tormenta passi sunt propter Christum , sed non usque ad mortem, non osse perfecte et complete martyres ·. quod etiam verum est,etsi tale vulnus aut talem cruciatum passi sunt ex quo mors naturaliter sequi debebat, sed miraculose sequi prohibita est, ut in S. Joanne Evang. qui in ferventis olei dolium missus, ex eo divinitus illæsus evasit: quamvis tamen ob bonam martyrii partem sint et dicantur incomplete matyres, et quidam ex bis ul martyres ab Ecclesia colantur.

Hic a. 4. ad 1. —*Inferes*2°B. Virginem non fuisse vere et proprie martyrem , sed metaphorice tantum et incomplete seu similitudinaric, propter vehementissimos dolores quos passa est in anima ex morte Filii.

Suppi. oit,––*Inferes* 3° cum e contra esse vere et proprie marly rem qui, accepto propter Christum lelhali vulnere, miraculose vel aliter aliquandiu supervivit, si tandem ex illo vulnere occumbat. Idem dicendum si vulnus non sit ex se mortale, et tamen exinde mortem incurrat, modo non intercesserit ncgligenlia mortalis in curatione ; quia verum est quod vulnus acceptum pro Christo sit prima occasio mortis.—Ibid, et hio a. 4. ad 2.—Similiter, si ex carcere , exilio, inedia, rapina bonorum, etiamsi sincvulncrc mors sequatur.

Hic a. 5. o. — *Dico* 4° Non solum qui directe pro tide Christiana , sed etiam qui pro cujusvis virtutis Christian® ofticio, aut quavis offensa Dei vitanda mortem appetit, vere dicendus est martyr.

Ibid, in a. *s.* c.—*Prob.* 1° ex illoMatth. 5: *Beati qui persecutionem patiuntur propterjustitiam,*quod peri net ad martyrium: atqui ad justitiam perlinet non solum fidos, sed etiam ali® virtutes. Ergo.

Ibid. o. —*Prob.* 2° Martyr est testis qui morte sua perhibet testimonium veritati fidei qu® per Christum nobis innotuit : unde martyres Christi dicuntur, quasi testes ipsius: atqui qui propter Deum cujusvis virtutis Christian® epus deserere, aut opus malum committere recusat, el ob id mortem sustinet, perhibet testimonium veritati iidei? ergo. *Probatur min.* Quia sic protestatur, si non verbis, saltem factis, se credere Deum talem virtutem exigere et remunerare, tale opus prohibere cl punire, quod est veritati qua? per Christum nubis innotuit, testimonium perhibere.Ergo.

Ibid. — Unde multi coluntur in Ecclesia ut martyres, qui non sunt occisi directe causa fidei, sel vel propter reprehensionem adulterii,ul S. Joan. Bapt. S. Lam'nertus et alii; vel propter defensionem jurisdictionis ecclesiastic®, ul S. Thomas Cantuariensis; vel propter conservationem castitatis, ut plures SS. virgines; vel propter alias virtute„.

Hinc etiam inferes hæreflcos non **posse** esse martyres, quia si occiduntur propter fidem quam profitentur, ea fides non est fides Christi , cum eam non teneant propter auctoritatem Christi, alioquin omnia fidei tenerent pariter; sed ipsorum est fides non supernatural utique, sed humana et acquisita : unde non moriuntur propter fidei veritatem. Quapropter S. Aug. Concil. 2. in Psal. 24, dicit: *Martyrem non poena, sed causa facit; pœna est communis latroni et martyri, haeretico et catholico, sed causa dispar.*

Petes 1° utrum sint martyres qui occiduntur in bello justo pro defensione reipublic® adversus infideles aut hærclicos qui fidem Christi corrumpere moliuntur?

Ibid, ad 3. et in Sup. q. 96. a 6. ad 11. —*R. affirmative,* modo militent non intuitu aliquo humano , puta , stipendii militaris, honoris mundani, aut boni communis, præcise sine relatione ad Deum, sed ex zelo fidei et religionis Christian® ; quia sic occiduntur propter Christum , et testimonium sua morte perhibent veritati fidei. Ita post S. Th. censet Sylvius in utroque loco citato.

Dices cum Lossio et Layman. Ie Hi non voluntate, sed necessitate victi, mortem oppetunt. 2»Nongerunt similitudinem Christi patientis, *qui cum pateretur, non comminabatur,* 1 Petri 2, sed *tanquamovis coram tondente se obmutuit,* Isai. 51. 3 Tales Eoclesia non colit ul martyres. Ergo.

R. adprimum, N. ant.Sl enim hi vellent cedere hosti et negare fidem, non occiderentur· ergo voluntate mortem oppetunt, non minus quam si fugiendo occiderentur. *Ad secundum, R.* eosgercresimilitudinem mortis Christi, si non quoad omnes circumstantias, saltem quoad principale, quatenus pro veritate et virtute mortem voluntarie sustinent, quam, si hosti cedere vellent, possent vitaro. Sic, qui fugiendo tyrannum occiditur, non gerit similitudinem mortis

Christi quoad omnia, et tamen est vere martyr. *Ad tertium iY. eonseq.* Hi enim possunt esse coram Deo vere martyres 7 quamvis ut tales ab Ecclesia non colantur; quia Ecclesia neminem prosanclo habet nisi post diligentem inquisitionem; de o«-CUmbentibas autem in bello adversus infidelcsaut hærcticosnon soletinstiluereinquisitionem, quia difficilior est, cum in eo phircs militent vel hærctici, vel schismatici, vel facinorosi, aut alii ex mero motive humano absque ullo respectu ad Deum.

Sed utrum qui, seposita causa fidei, occiduntur in bello justo propter defensionem boni communis tantum, sint martyres, si tamen militent cum relatione ad Deum, puta ,ut satisfaciant debito justiliæ legalis qua tenentur erga rempublicam? Non ita constat. — Hic a. 5. a<l 3,—Videtur tamen asserere S. Doctor,dum dicit: «Bonum rei-» public® est præcipuum inter bonahuma-» na; sed bonum divinum, quod est propria » causa martyrii, est potius quam bonum » humanum: tamen quia bonum humanum » potest effici divinum, ut si referatur ad » Deum, ideo potest esse quodeumque bo-» num humanum martyrii causa, sccun-» dum quod in Deum refertur.» Idem sentire videtur doctissimus ejus interpres Sylvius ibidem, dicens illos qui pro defensione reipublicæ in bello justo occiduntur posse esse martyres, si illam defendant propter Deum amore justiliæ et legis divinae; sic enim moriuntur ne virtutis officium deserant.

Hic 9. 424. a 1. adi 5,— *PetCS* ut.um licitum sil se offerre martyrio?

R. negative regulariter loquendo; quia non est licitum exercere actum virtutis, nisi cum fieri po.esl absque detrimento spirituali vel corporali alterius, aut nisi rationabilis causa postulatui fiat; alioquin sufficit quod homo sit omnino paratus ad illum, cum recta ratio attentis circumstantiis omnibus postulabit fieri: atqui regulariter loquendosc offerre martyrio est dare tyranno occasionem injuste agendi, nec ordinarie subesi rationabilis causa se offerendi, quin potius est temerarium cl præsumpluosum. Ergo.

Sed quid de illis mulieribus quæ se in aquas projecerunt ut insectatores sua» pudicilue vitarent, vel prævcnienics manus carnilicum sponte in ignem prosilierunt, quaj Ecclesia colit ut martyres?

Hic q. 64. a. 5. ad 4. — R. eas a quibus* dam excusari propter inculpatam ignorantiam, quia licet sui ipsius occisio sit contra jus naturæ, potuerunt tamen inculpate igno* rare an non in talibus circumstantiis esset licita. Sed melius cum SS. Aug. e! Thoma dicendum est eas excusari, quod id fecerint ex instinctu Spiritus sancti latenter id suggerentis ct jubentis : unde canit Ecclesia dc S. Appollonia, quod in ignem se projecerit majori Spiritus sancti flamma intus accensa. Et merito coluntur ut martyres; quia licet non sint occisæ a persecutoribus, hi tamen sua persecutione fuerunt causa cur,ne a virtute deficerent, vitam suam perderent.

CONSECTARIA PBÆCEDENTIS DOCTBINX.

*Dc conditionibus requisitis ad verum el salutare martyrium**

Colliges ex dicii s arlieu lopræceden li.quatuor conditiones requiri ad verum el salutare martyrium.

Hic a. 4. o. — Prima est, quod vere sequatur mors, alias non erit perlectum testimonium.

ibid. a. 4.O.—Secunda, quod voluntarie acceptetur, quia est actus virtutis qui debet esse voluntarius.

Quapropter, si quis adultus dormiens causa fidei occidatur, absque eo quod antea dc martyrio cogitaverit, proba bile est quod non sit vere martyr : secus si conjectus in vincula martyrium subire proposuerit; sicut dormiens vere baptizatur, qui antea baptismum desideravit.

Si dicas eucharistiam ct extremam unctionem conferri usu rationis privatis in periculo mortis, etsi antea non petierint, clinistis vim habere. *R.* disparitalem esse, quod qui christiane vixit, censetur habere propositum adhibendi media ordinaria ct perseordinata ad salutem, qualia sunt sacramenta; secus martyrium, quod cstmedium extraordinarium el difficile· nec enim omnes Christiani ita sunt animocomparati, ut illud desiderent, sicut desiderant sibi applicari sacramenta in necessitate.

Non est tamen improbabilis sententia contraria Cajelani hic ari. 2, etSylvii3 p. q. G6, art.11,*quœrilur3,* nimirum juslumaul peccatorem vere pœnilcnlem, si omnia sua in Deum ut in finem retulerit, ct (!<>rmiens occidatur propter Christum,absque eu

exP,at ide martyrio cogitaverit, cssemartyquia in ea dispositione censetur mors io modo voluntarie suscepta.

bîd/α. *1.* ad 1.— Quantum vero ad infanlcsqui propriam voluntatem afîerre non possunt, eam supplet specialis gratia , sicut in baptismo.

Ibid. a. 5. o. et ad 2. —Tertia conditio est, ut acceptetur mors propter causam honestam ct piam, ita ut causa mortis sit opus virtutis Christian® in ordine ad Deum ct propter Deum. Undequi moreretur proconfessione veritatis geometric®, aut alterius scienti® profan®, non esset martyr; secus si pro vitando in ea re mendacio, quatenus id est contra doctrinam Christi ct displicet Deo. Similiter si quis moreretur pro virtute morali, quia dedecet philosophum, non esset martyr; secus si quia dedecet Christianum.

Quarta conditio est dispositio interior quoad gratiam ct charitalem, et hæc majorem patitur difficultatem.

1°Nonpr®rcquiri gratiam sanctificantem autcharilatcm habitualem, nec proinde contritionem perfectam qu® justificat, *constat cxdidis conclusione prima hujus ari.* argumento tertio ubi soluta sunt qu® objiciuntur ex Joan. 15 et ex S. Th. hic art. 2. Si praeterea objicias illud 1 Cor. 13 ; Si *tradidero eorpus meum, ita ut ardeam, charitalem autem non habuero, nihil mihi prodest;* el illud S. Th. 3 p. q. 66, a. 12, ad 2 : *Effusio tanguinis non habclralioncm baptismatis si (it sinecharilalc. R.* h®c intelligcnda esse, non necessario de habitu charilatisqua homo constituitur Dei amicus, filius cl hærcs regni, sedde charitate vel habituali vel actuali, hoc est, sincero Dei amore qualis esse solet in catechumenis cl pœnilentibus.

2° Non sufficit in peccatore precise hic actus : *Volo mortem subire pro Christo,* secluso omni motu pœnitenti®; sed requiritur vera poenitentia scuatiritiodc omnibus peccatis saltem mortalibus. 1° Quia si baptismus hanc requirat in adulto, *a fortiori* martyrium quod non est institutum contra peccatum sicut baptismus. 2uQuia nemo a Deo aversus per peccatum, potcslipsi reconciliari nisi per motum contrarium, qui est motus pœnitenti® : unde Trident, sess. 24, cap. 4, declarat motum contritionis saltem imperiectæ quovis tempore fuisse necessarium ad impetrandam veniam peccatorum. 3° Quia nullum est fundamentum asserendi martyrium tollere obligationem ve] adimplendi præcef'a, vel adhibendi media per $e,-,d salutem instituta aut necessaria, cun* ipmm, ut jam dixi, non sit per se institutum ad tollendum peccatum. Quapropter si homo cui imminet martyrium non sit baptizatus,debet baptizari, cl si sit post baptismum relapsus, debet confiteri, ubi tamen uiriusque fuerit commoditas.

Obj. 1° hunc actum, *Volo mortem subire pro Christo,* includere poenitentiam saltem victualem qu® videtur sufficiens.

R. id quidem esse verum, si talis actus procedat cx amore Dei super omnia, et subito raptus ad martyrium, vel ex fervore charitalis, vel oblivione aut ignorantia non recordetur peccatorum ; sed *nego* hunc actum necessario etsempcrimportaredileclionem Dei superomnia,ul dixi loco prius citato prim® conclusionis, ct cum nudo sumptum absque tali dilectione aut formalispœnitenti® motu sufficere, propter rationes mox allatas.

Obj. 2° verba Christi, Malth. 10 · *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo ;* et hæc S. Th. 3 p. q. 87, art. 1, ad 2 : *Passio pro Christo suscepta purgat ab omni culpa et veniali el mortali, nisi actualiler voluntatem peccato invenerit inhaerentem;* atqui qui peccati non recordatur, aut qui recordatur seddeponilsimplicitcraffectum ad illum absque ulteriori attritionede prælerito, non habet voluntatem actualitcr peccato inhaerentem. Ergo.

R. ad primum, simili modo dictum esse de baptismo, Mare. 16 : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit :* el tamen requiritur attritio ad baptismum. H® ergo et similes scntenliæ generalesintelligunlur sub certis limitationibus, nimirum si adsint aliunde requisita.

Q. 424. Hic a. 1. adi. — *Ad D. Th.* Requirit equidem quod martyrio plectendus deponat affectum ad peccatum, sed per veram poenitentiam; non enim plus tribuit martyrio quam baptismo. *Effusio,* inquit, *sanguinis pro Christo vicem gerit baptismatis ;* ad baptisma autem requirit in adulto motum pœnitenti®. Etaliundeapertc sibi contradiceret, *ut patet cx* verbis ejus cit. supra ex q. 66 terti® patiis.

Insl. Juxta SS. Patres, martyrium super** eminet baptismo : ergo, quantumvis requiratur motus pœnitenti® ad baptismum ,

non sequitur eum requiri ad martyrium.

Λ. *D. ant.* Martyrium supereminet baptismo quantum ad vim causandi gratiam, quasi illam causarct absque dispositionibus quas requirit baptismus. *N.* quantum ad alias prorogativas. C. Prima est, quod non solum culpam, sed etiam culpae possibilitatem auferat, et hominem aclualiter introducat in vitam beatam;—3. p. q. 66. e. 42. o.—secunda, quod non sil'lanlum mystica clfiguralis repræsenlatio Passionis Christi, sicut baptismus fluminis, sed vera et realis imitatio; — Suppi, q. 96.0.6. o. — tertia, quod ultra præmium essentiale beatiludinis, etiam assequatur aureolam.

Obj. 3° Si ad martyrium salutare prærcjuiralur motus pœnitenliæ seu attritio quæ includat aliquem Dei amorem super omnia, merito poterit Ecclesia de mullis martyribus dubitare an sint beati, ac proinde pro illis orare, contra illud Innocent. III, c. *Cum Martha, de Celebrat. JIIiss.§finali,* ex S. Aug. *Injuriam jacit martyri, qui orat pro martyre ;* non enim Ecclesiæ certo contai saltem slalim an tales habuerint hunc pœnitenliæ motum. Ergo.

R. 1° hoc argumentum esse in omni sententia solvendum: sic enim ipsum *retorqueo.* Si ad martyrium salutare requiralur ul qui eo plectendus est deponat saltem alTeclum ad peccatum, quod omnes admittunt, merito dubitare poterit Ecclesia de mullis martyribus an sint beati, ac proinde pro illis orare; non enim Ecclesiæ certo constat saltem station an tales deposuerint allectum ad peccatum, siquidem contrarium possit conlinffere, ul dixi supra.

R. 2° Ecclesiam non slalim aliquem pro S. marly recolere, nisicerto ipsi constelquomodo se in confessione et passione gesserit.

Inierim, inquit Layman ex Durando, pie credendum est nunquam hominem voluntariam mortem oppetere pro Christo, nisi ardentis cliarilalis actu procedente. Cum enim ista voluntas moriendi pro fide revelata, sitaclus ex objecto prostantissimusclsuapto natura difficillimus, quadam congrua necessitate impetrata Deo uberiorem gratiam per quam disponatur ad cliarilalis operationem; alioquin Deus videretur deficere in necessariis, cum major gratia sil necessaria ad difficiliorem actum. Est sane communis doclorum, tidcliumque omnium persuasio, morituris omnibus esse n ium dilec- i tionisactum; cur itaque non existimemus Deum opitulatione graliæ suæ mentem hominis disponere ad hunc actum, si pro veritate fidei animam suam positurus sil? Idque etiam hisloriæ testantur, et mullorum experientia comprobavit, eos qui ad martyrium destinabantur aut aliquid pro fide catholica patiebantur, ardentissima charilatc flagrasse. Sic etiam discurrit Cajet, hic a. 2, *§ Num martyrium,*

ARTICULUS IIT.

De vitiis oppositis fortitudini, nempe de timiditate, inlimiditate et audacia.

Q. 125,120, 127.

Nota. Timor inordinatus de quo hic agitur, est excessus in timendo, et derectus in audendo. Ex primo capito dicitur timiditas, ex secundo ignavia; sed propter affinitatem ulrumquc communi vocabulo dicitur *timiditas.* Intimiditas seu vacuitas justi timoris est defectus m timendo ; audacia seu temeritas est excessus in audendo el aggrediendo; ubi vides non sumi hic timorem cl audaciam præcise prout sunt passiones, sic enim sunt secundum seindiflerentcs,sed prout important defectum seu excessum harum passionum.

2.125. a.4.2.et3.0. — *Diro.* ITæc tria, timiditas, intimiditas, cl audacia , sunt peccata opposita fortitudini, quandoque mortalia, quandoque venialia.

2.426. a. 4. et 2. o. — *Prob. prima pars.* Hæc tria deflectunt a regula seu medio rcctæ rationis, nimirum, timiditas timendo quod, quando, ubi non oportet, vel plusquam oportet;—2· 127. a. 1. et 2. o.—intimiditasccontra non timcndoquod,aulquando,aut quantum timere oportet; — ibid, a.e.a.j.o.— audacia audendo seu aggrediendo quod, quando , ubi non oportet, aut plusquam oportet. Ergo.

Ibid. a.a. 0.2. o. —*Prob. secunda pars.* Fortitudo, ul dictum est, versatur circa timores cl audacias, illos cl illas moderando secundum diclamcn rcctæ rationis, scilicet, ul neque nimius sit timor, neque nullus; neque nimia sil audacia, neque nulla; sed utraque passio in medio seu intra limites rcctæ rationis consistat · atqui timiditas excedit in timendo; intimiditas deficit in timendo; audacia excedit in audendo : ergo opponuntur fortitudini.

2.125. a. 2. o. — Circa limorcin obscr-

nndum est, quod loquamur hic de timore quiesl circa pericula mortis, circa quæ maxime versalur fortitudo ; non de communi limore qui in omni peccato repentur. Cum enim linior nascatur ex amore, cl in omni peccato inctedalur amor inordinatus, ita cl timor · sic avarus amat divitias , et inde timet amittere illas , luxuriosus voluptates , ambitiosus honores, etc. Solus ergo limor qui versatur circa gravia pericula, maxime pericula mortis, opponitur fortitudini.

Prob. tertia pars. Deordinalio passionum si in se sistat, nec ad aliud grave malum impellat, cum sil deordinalio rei secundum se indifferentis, non excedit culpam venialem : ergo timiditas, intimiditas et audacia non sunt mortales, nisi ratione mali vel periculi ad quod movent ; — Q. 425. a. 3 o. — itaulsi timor impellat ad grave malum, erit mortalis; si ad leve, erit venialis : ul si quis timore mortis transgrediatur præceptum obligans sub mortali, peccat mortaliter; si obligans sub veniali, peccat venialitcr. Similiter si ex intimidilate aut audacia, quia quis se exponit gravi periculo, puta mortis vel mutilationis, peccat mortaliter; si levi lanium periculo, peccat venialitcr.

Ubi adverte hujusmodi malitiam in passione non esse distinctam a malitia vel mali vel periculi quod incurritur, proindeque non explicandam necessario in confessione ; ul si metu mortis pejeres, sufficit dicere te pejerasse,quia in tantum timor iste est malus mortaliter, in quantum est causa perjurii : unde non habet aliam malitiam mortalem quam perjurii. Excipe duos casus *Primus est,* si metuas malum aliunde prohibitum sub mortali, ut si metu non adulterandi pejeres; quia timor non adulterandi, sicut illius amor, est secundum se malus indeprndenter a perjurio. *Secundus casus ut,* si sis paratus quodeumque peccatum committere potius quam amittere rem, puta vitam pro qua times;quia malitia hujus dispositionis vidciur specio distincta a malitia vel perjurii, vel homicidii, quod occasione data perpetraresad vitandam mortem : unde debes explicare in confessione te talem timorem habuisse, et ex illo te tale crimen admisisse.

Nola insuper intimiditatem et audaciam seu temeritatem oriri cx triplici causa : 1° ex eo quod quis vitam suam minoris faciat quam oportet; 2° cx superbia qua quis sibi præfidit et alios contemnit quasi ab illis non possit lædi aut superari ; 3° cx animi stoliditate qua quis ita sit hebes, ut non videat quibus periculis sit expositus. Adde pro audacia, eam etiam plerumque oriri ex appetitu vanæ gloriæ; regulariter enim audaces sunt jactabundi, el volunt videri fortes, cum sint timidi.

Petes uirum timor excuset a peccato?

Q. 425. a. 4. o.— Λ. quod timor inordinatus de quo hic est quæstio, non excuset a toto, bene tamen a tanto, quatenus minuit voluntarium.

DISSERTATIO II.

DE PARTIBUS FORTITUDINIS.

A. Q. 128 ad. Q. 140.

ARTICULUS I.

Quot sint partes fortitudinis?

D. Th. Q. 128.

ç 428. a. unico o. — *Nola.* Alicujus virtutis , ut jam antea notavi, possunt esse partes triplicis generis, subjectivae, intégrales et potentiates. Fortitudinis non sunt partes subjectivæ, quia non dividitur in multas virtutes specie distinctas, cum sit circa materiam valde specialem, scilicet circa pericula mortis quæ sunt omnia ejusdem rationis licet alia aliis majora.

Ibid. — Assignantur autem ei partes integrates et polenliales. Sed partes integi ales non sic sunt inlelligendæ, quasi cx ipsis coalescat virtus fortitudinis, sed quia ad integrum ejus officium requiruntur. Parles autem potentiales sunt, qu® cum fortitudine in aliquo conveniunt el in aliquo disconveniunt, et ideo illi adjunguntur ut secundari® principali.

Ibid.—*Dico.* Fidentia, magnificentia, patientia et perseveranti· sunt paries tam integrates quam potentiates fortitudinis sub diversa ratione.

Ibid, —*Prob.* Duplex est actus fortitudinis, ul dictum est, aggredi scilicet el sustinere. Adactum aggrediendi duo requiruntur : unum, promplifudo animi ad periculum subeundum, et hanc confert fidentia seu fiducia ; qui enim confidit se malum imminens superaturum, prompte ac facite periculum subit. Alterum est strenuitas in exeeutione illorum qu® fidenter inclinavit, el hanc conteri mnrrvfte^ntia.

quam definit S. Aug. ex Tullio, *Rerum magnarum cl excelsarum, cum animi ampla quadam et splendida propositione, cogitatio atque administratio, id* est, exeeutio; ut scilicet amplo ct fidenti proposito exccutio non desit.

Ibid. — Ad alium actum fot Mtudinis qui est sustinere, duo etiam requiruntur, quorum primum est, ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per tristitiam ct dolorem, cl decidata sua magnitudine; cl quantum ad hoc ponitur patientia : secundum, ne diuturna difficilium passione homo fatigetur ct desistat; ct ad hoc ponitur perseverantia.

Ibid.— Ilaque, si hæ virtutes considcrcnfur ulversantescirca materiam fortitudinis, scilicet pericula mortis, sunt quasi partes intégrales ipsius, utpotesinequibus integrum fortitudinis officium non habetur, bi vero considerentur ut versantes circa alias materias in quibus est minus difficultatis, sunt virlulesdislinclæa fortitudine, cui tamen, quia eam imitantur, adjunguntur ut sccundariæ principali, cl ideo dicuntur partes ejus potentiates.

Ibid, nd6. et q. 129. o.6. et7.et q. 137. a. 4. o. — *Nota.* Prædiclis adjungit Macrobius *magnanimitatem, securitatem ct constantiam.* Sed hæ continentur sub prioribus, *magnanimilasclsecuritas*sublidentia, *constantia* sub perseverantia. Etenim fidentia importat credulitatem mali vitandi, seu boni consequendi cl inde spem conficiendi : utrumque paril *magnanimitas;* facit enim ut id quod est arduum credatur fieri posse, cl ejus desiderium injicit, ut patebit modo : unde S. Th. q. scq. ponit *magnanimitatem* loco fidcnliæ. *Securitas* est perfectio fidcnliæ excludens timorem cl anxiam curam. *Constantia* pertinet ad perseverantiam, quia ad utrumque pertinet firmiter persistere in bono, licet tamen secundum quid differant, ut dicam art. pcnullimo.

ARTICULUS IT.

De magnanimitatequæponitur loco fidcnliæ

D. Th. Q. 129.

Q. 129. a. 1. ad3. a. 4. ad 1. et a. 8. o. ct alibi.— *Dico* 1° Magnanimitas est virtus inclinans ad magna in omni virtutum genere , honore

Explicatur. Dicitur nd *magna inclinans ;* quia magnanimitas dicitur quasi magnitudo animi; magnus autem animus solus ille est qui non nisi ad magna aspirat, magna cogitat, æstimal magna, parva negligit ct vilipendit.

Dicitur *in omni virtutum genere;* quia nihil vere magnum est in rebus humanis pra> ler virtutem, quæ facit hominem simpliciter bonum in hac vita cl beatum in æterna : opera autem virtutum non sunt omnia æqualia, sed alia parva cl mediocria, alia magna ct ardua, ut magna vilæ austeritas, magni pro animarumsalutc labores, magna ingravibus malis patientia; et ad hæc magna inclinat magnanimitas.

Si *dicas* quamlibet virtutem, si perfecta sit, inclinare ad magnum in suo genere, v. g. perlecta abstinentia ad magnajejunia, ctc.

Ibid. a. 4. ad 2. —*R.* quamlibet virtutem inclinare ad magnum in suo genere sub rationcpcculiarishoncslalisquam habet exsua natura, et magnanimitas sub ratione magni ctardui : v. *g.* perfecta abstinentiae virtus inclinat ad magnajejunia, non quia magnact ardua, sed propter propriam abstinenti® honestatem quam his operibus imprimcrcconlendit, cl quæ propter operum magnitudinem iliustrior est; at magnanimitas inclinat ad illa, in quantum habent rationem cujusdam excellenti®, seu quia sunt magna et ardua atque consentanea magno ct generoso animo, magnisct superioribus principiis instructo, magnis gratiæ auxiliis adjuto, magnis præmiis illecto; qui enim hæc perpendit, facile inlelligil magna virtutum opera sibi congruere.

Dixi 3°, *magno honore digna;* quia magnis virtutum operibus magni debentur honores, non solum ab hominibus, sed maximo a Deo. Et quia ex appetitu aul contemptu honorum, homo promovetur ad magna aut abcisrctrahilur(qui enim nimium appetunt honorem, illum non quærunt ubi, quando, quomodo oportet, ut ambitiosi cl vanæ gloriæ cupidi ; cl qui contemnunt, sunt vecordes ct pusillanimes ad magna), — bid. α. 1. o. — hinc fitquod honores sint materia rcmolacirca quam versatur magnanimitas, ct appetitus honorum materia proxima; quem appetitum sic moderatur, ut neque nimius neque minor sit quam oporlel, honorumque usus sit talis, ut neque in honoralioni bus extollatur animus, neque frangatur in dchonorationibus.

actum primarium magna-

nimitatis, adcoque finem ejus principalem et objectum formale, esse tendere ad magna magno honore digna, non quidem propter honorem, sed propter eorum excellentem, ratione cujus sunt honore digna; actum vero secundarium esse moderari appetitum ct usum honorum, ul dictum est, in ordine ad magna patranda : sicut in fortitudine actus ejus primarius est sustinere claggredi; secundarius est moderari timores cl audacias; ejusdem enim virtutis est promovere ad bouum et tollere ejus impedimenta.

Q. 129. a, *I.* o. — Porro neque quoscumque honores respicit magnanimitas, sed magnos dunlaxal; quia circa parvos versatur alia virtus innominata, nisi quod vocelura suis extremis *philotimia,* id est amor honoris;el *aphilolimia,* id esi, sine amore honoris; virtutis enim estel laudabile quandoque amarehonoiem, quandoque non curare de honore, prout scilicet utrumque moderate licri potest. Idcirco etiam quamvis magnanimus parvipendat honorem mundanum, quia fragilis est et caducus, atque bonis cl malis communis; attamen verum et solidum ex virtute honorem apud Deum, sanctos et probos, æslimal et secundario appetit.

Sed stalim insurgit dillicullas cur circa a| petitum parvorum cl magnorum honorum assignetur duplex virtus (eadem difficu lascurrit de liberalilale ct magnificentia circa pa. vasci magnas pecunias), et non assi ne ur duplex circa parvos cl magnos timores, circa parvas ct magnas concupiscentias, circa parvas ct magnas iras, et siede caeleris virtutibus; sed una cl eadem fortitudo moderatur parvos ct magnos timores, eadem temperantia magnas et parvas concupiscentias, etc.

Ibid.— *R.* hanc esse disparitatem. Tota ratio virtutis moralis in eo sita est, quod passiones circa quas versatur contineat in mcdioseuintra limitesreelæ rationis. Quamvis autem omnes passiones habeant vim resistendi i a ioni tam ex parte sui qusm cx parte oh ccorum, sunt tamen quæ habent magnam vim resistendi rationi principalitercx parte passionis, quælain vero principaliter exparte rorum quæ sunt objecta passionum. Passiones autem non habent magnam vim resistendi rationi, nisi fuerint vehementes, eoquod appetitus sensitivus in quosunt passiones naturaliter sulwlilur rationi, ct ideo virtutes quæ sunt kcirca hujusmodi non ponuntur nisi circa id quod est magnum in illis; versatur enim virtus, ut communiter dicitur cx philosopho, circa difficile et bonum, proindeque ad parvum non opus est virtute, sed suificil ipsa ratio cui non mullum resistitur.

In passionibus autem quæ habent magnam vim resistendi rationi, principaliter ex ipsis rebus exterioribus quæ sunt corum objecta, utcupiditas pccuniæclhonoris(sub pecunia intellige omnia ad vitam necessaria ut possidenda), oporlet esse virtutem non solum circa id quod est maximum in eis, sed etiam circa mcdiocira et minora, quia res exterius exislcntcs etiam si sint parvae, sunt multum appetibiles adeoque vinci difficiles, ulpole ncccssariæ ad vitam hominis, pecunia ad vitam animalem, honor ad vitam politicam. Et ideo circa appetitum pecuniarum sunlduævirlutcs : una circa mediocres, scilicet liberalitas, altera circa magnas, scilicet magnificentia. Similiter circa honores sunlduævirtutes:unacirca mediocresquæ, ut dixi, est innominata, sed cx suis extremis nominatur *philotimia* cl *aphilolimia ;* et altera circa magnos honores, et est magnanimitas. Consule Cajet, in hunc locum.

Urgebis. In passionibus quæ habent magnam vim resistendi principaliter ex parte passionis, eadem virtus quæ primario versatur circa id quod est in eis magnum, secundario versatur circa id quod est in eis parvum : v. g. eadem fortitudo quæ primario moderatur magnos timores, secundario moderatur parvos, et sicdccæleris. Ergo similiter de iis passionibus quæ habent magnam vim resistendi rationi principaliter cx parte objectorum, ita ul eadem magnanimitas quæ primario versatur circa magnos honores, versatur secundario circa parvos; et siede magnificentia circa pecunias.

Ibid. — *R.* 1° IV. *suppositum ani.* Dixi enim quod in passionibus quæ principaliter habent vim resistendi rationi ex parte passionis, non opus sil virtute, nisi sint vehementes, quia alioquin ad eas moderandas sufficit ratio, cui naluralitersubdilurappetitus sensitivus in quo hæ passiones subjectantur.

R. 2› Dflfoin praefatis passionibus, etiam quando non sunt vehementes, opus esse virtute, et eas secundario regi ab eadem virtute a qua primario reguntur, dum sunt vehe-

mentes; id tamen dici non potest de magnanimitate ct magnificentia. Et ratio disparilatis politur ex eodem S. Th. principio, nimirum quia quoad priores, eadem virtus attingit rnrgnum ct parvum in sua materia subcadcm ratione formali, eo quod magnum et parvum in illis non constituunt diversum statum , proindeque non mutent rationem honesti. Sic,v. g. eadem fortitudo quæ moderatur magnos timores ex molivo propriæ honestatis, ex eodem molivo moderatur parvos; similiter castitas circa magnas ct parvas concupiscentias, mansuetudo circa magnas ct parvas iras, etc. At vero in passionibus quæ vim magnam resistendi rationi principaliter habent ex rebus exterioribus, quæ sun t honores cl pccuniæ, parvum et magnum inducunldiversas rationes formales honesti; quia cum magni honores et magnæ pccuniæ non sint nisi paucorum , diversum statum efficiunt, ac proinde mutant rationem decori et honesti: unde , qui sunt digni magnis honoribus, aut magnas expensas sunt facturi, in moderando horum affectu elusu aliam sane rationem honesti ct decori spectant et adhibent, quam soleant communiter homines in mediocribus.

2-129. 3.4. et 5. o.—*Dico* 2° Magnanimitas est vera viriusftb aliis distincta, perlinens ad fortitudinem, ut pars ejus potentialis.

Ibid. a. 3. o.—*Prob. prima pars.* Ad rationem virtutis moralis pertinet,ut in rebus humanisservetur modusct bonum rationis; atqui magnanimitas ponit modum rationis circa magnos honores ct magna opera magnis honoribus digna. Frgo.

Ibid. a. 4.0.—*Hinc patet secunda pars.* Quia virtutes distinguuntur cx objecto, magnanimitatis autem est, *ut palet*, objectum speciale, ab objectis aliorum virtutum distinctum. Ergo.

Ibid. a. 5. o.—*Prob. tcrliapars.* Magnanimitas convenit cum fortitudine, in quantum firmat animum circa aliquid arduum; delicitautemab illa in hoc quod firmat animum in eo circa quod est facilius firmitatem servare. Ergo. *Prob. min.* Fortitudo firmat animum contra pericula mortis, magnanimitas circa magnos honores ct excellentia opera aggredienda: atqui facilius est hoc posterius quam prius. Ergo.

Ibid, ad 2. —Equidem verum ct quod magnanimus etiam alacriter suscipiat pericula mortis, quando recta ratio postulat, sed i hoc facit pro iis quæ magna sunt, ct sub ratione magni boni consequendi ; operatur enim magnum in actu fortitudinis sicut in actibus aliarum virtutum. Unde philosophus dicit quod magnanimus non sil.atz^9xt*9V-s$ id est, pro parvis periclitans,scd/*r/a)oi4vd^oc id est, pro magnis periclitans.

Dices contra primam pariem conclusionis. Vii tutis proprietates sunt laudabiles: atqui magnanimitas habet proprietates plores vituperabiles: ergo. *Prob. min.i°* Opponitur humilitati, quatenus magnanimus se dignum reputat magnis et alios contemnit. 2° Magnanimus non est memor beneficiorum. 3° Est otiosus et tardus. 4° Utitur ironia ad multos. 5° Non potest aliis convivere nisi amicis. 6° Magis appetit infructuosa quam fructuosa. Hæcex philosopho. Ergo.

2.129. a. 4. ad 4,—*R.* Nihil horum, quatenus ad magnanimum perlinent,esse vituperabile, sed maxime laudabile. *Unde ad primum.* Quamvis magnanimitas ct humilitas in contraria tendere videantur, non sunt tamen contraria, quia procedunt secundum diversas rationes. Magnanimus se magnis dignifical secundum considerationem donorum quæ possidet ex Deo; dumilis se parvipendit secundum considerationem piopriæ infirmitatis. Magnanimus contemnit alios secundum quod deficiunt a donis Dei; hoc est, non tantum cos appretiat ut pro eis aliquid indecens laciat: humilis alios hunorat præsertim superiores, in quantum in eis aliquid inspicii de donis Dei.

Ibid, ad 5.—*Ad secundum.* Sic intelligendum est, quod non sit magnanimo acceptable beneficia ab aliis recipere , quia eis majora rependit, eo quod in actu gratitudinis sicut in actibus aliarum virtutum vult excellere; quo facto, nihil est quod memor sit accepti beneficii.

Ibid.—*Ad tertium.* Magnanimus dicitur otiosus et tardus, non quod deficiat ab operando ea quæ sibi conveniunt, sed quia non ingerit se quibuscumque operibus, sed solum magnis quæ diuturniori et majori perpensione indigent.

Ibid.—*Ad quartum.* Ironiu non sumitui hic prout opponitur veritati, sed pro quadam dissimulatione, quatenus magnanimus non totam suam magnitudinem monstrat, maxime inferiorum multitudini cui odiosum foret, quod quasi se jactaret.

ibid *Ad quintum.* Non convivit, scili-

cet familiariter, nisi amicis, ut vitet adulationem et simulationem quæ pertinent ad animi parvitatem : nemini tamen est morosus aut molestus, sed convivii omnibus et magnis et parvis decenter, prout recta rationis regula postulat.

Ad sextum. Sensus est quod præfcrathonesta, licet infructuosa, utilibus.

Præter has magnanimitatis proprietates, plures alias enumerat Aristoteles. 1u *Modice honoribus, etiam magnis et a bonis viris oblatis, delectari; a vulgo et ob res parvas oblatos contemnere.* 2° ***In prosperis et adversis moderatum se praebere.*** 3° *Neminem aut vix quemquam rogare ;* quia quæ ab aliis potest accipere vel parvasunt, vel propria industria potest acquirere magnanimus. 4° *Libenter alteri operam praebere.* 5° *Cum magnatibus praestare se magnum;* nimirum non cis adulando, nec sinendo suam libertatem ab eorum auctoritate opprimi; *cum mediocribus moderatum. G°Non se locis aut [unctionibus honoratioribus ingerere;* hoc enim est potius ambitiosi quam magnanimi. 7°A *perte odisse et aperte amare,* quæ scilicet sunt amore vel odio digna, quia timentis est sententiam occultare. 8° *Non facile admirari, nihil enim ei magnum est,* nempe in rebus humanis. 9° *Non meminisse injuriarum;* hoc enim vilis est animae. 10n *Non cupide loqui de hominibus ; nec etiam aliorum adulator esse , neque maledicus.* 11° ***In rebus quae necessario perferenda:*** *sunt, aut parvae,non esse queribundus aut supplex.*

Petes utrum bona fortunæ, puta, divitis, potentiæ et amici conferant ad magnanimitatem?

ibid. o. S. nd 2.— *R.* Magnanimus bona fortunæ secundum se contemnit, in quantum non reputat ea magna pro quibus debeat aliquid indecens facere. — ibid. o. — Quia tamen ad actus virtutum deserviunt, per divitias enim , potentias ct amicos habetur facultas magna operandi, ideo bona fortunæ conferunt ad magnanimitatis exercitium tantum; quoad habitum enim potest esse magnanimus sine illis.

ARTICULUS III.

Dc vitiis oppositis magnanimitati.

QQ.130,31,32,33. «

Magnanimitati opponuntur tria vitia per excessum -.*praesumptio* quæ respicit opus ; *ambitio* honorem; *inanis gloria* famam ct opinionem ; unum per defectum, scilicet *pusillanimitas.* (

$ 1. — *De prmiimptinne.*

Q. 130. a. 1. ct 2. o.—*Dico.* Praesumptio est peccatum oppositum magnanimitati per excessum.

Ibid. a. 1. o. — *Prob. prima pars.* Praesumptio, quæ et præsidentia dicitur, est qua quisaggrediturvel aggredi conlendilidquod superat vires illius : atqui hoc estcontra legem naturalem omnibus rebus ex divina ordinatione inditam, juxta quam quælibet actio commensuralur virtuti agentis, nec aliquod agens naturale nititur ad agendum id quod excedit suam virtutem. Ergo.

Dum dico præsumpluosum aggredi supra vires suas, intclligc vires quas velinscipso vel in aliis paratas habet;—4. 2. q. 109. a. 4 ad 2. —quod enim possumus cum auxilio amicorum ct maxime Dei, non censeri debet nobis impossibile,quia, ut ait philosophus. Quod possumus per amicos, aliqualiter per nos possumus. Unde non sumus præsumptuosi, quando aggredimur opera virtutum aut cis nos voto adstringimus sub confidentia divini auxilii, quod Deus petenti ut oportet non denegat.

Hic. q. 130. a. 2. o.—*Prob. secunda pars.* Magnanimitas, ut dictum est, consistit in medio, non quidem secundum quantitatem ejus in quod tendit, quia tendit in maximum, sed in medio rationis quod est secundum proportionem ad propriam facultatem: atqui hoc medium excedit præsumptuosus tendens ad id quod est supra suam falcultatem. Ergo.

Si dirasjuxta D. Th. q. 14, a. 2, et q. 21, a. 3 o, praesumptionem opponi partim spei, partim dono timoris.

Q. 21. a. 3. o. ethica. 2.ad 1.— *R.* equidem praesumptionem qua quis, ex nimia divinœ misericordiæ confidentia, cxpeclat a Deo veniam peccatorum absque poenitentia autgloriain sine meritis, non opponi magnanimitati , sed partim spei, partim timori, quia nihil præsumit de suis viribus, sed de Dei misericordia; et de tali praesumptione non est hic sermo, sed de praesumptione qua quis tendit ad aliquid supra suas vires, ut si quis prætcndcrct posse propria virtute absque Dei gratia, bene vivere et salutem consequi, ut olim Pelagiam. Et hanc dicimus opponi magnanimitati.

Hicibid. ad 3. — Hoc vitium procedit ex errore culpabili desuis viribus; nullus enim alien at aliquid supra suam facultatem, nisi in quantum æstimat suam facultatem majorem quam sil Circa quam potest esse error dupliciter : uno modo, secundum suam quantitatem, ut cum quisæslimal se habere majOrem virtutem, vel scientiam, vel aliquid hujusmodi, quam habeat. sic sunt præsuinptuosi qui, absque sufficienti capacitate, suscipiunt officia judicis, advocati, pastoris, confessarii, etc.; qui usurpant potestatem quam non habent, vel majorem quam habent, ut si diaconus vellet sacrificaro, judox sæcularis cognoscere de causis ecclesiasticis; qui, absque dono prophetiæ aut miraculorum, tenlaret futura prædicere aut facere miracula; qui propria auctoritate ct non prævio longo studio Scripturarum ct SS. Patrum, Scripturam sacram interpretaretur, etc. Alio modo est error circa genus rei *ex* qua quis se dignificat, ut cum aliquis se magnum et magis dignum aestimat, ex i;uo non est magnus nccdignus,puta, propter divitias vel aliqua bona fortunæ.

Dixi, *ex errore culpabili ;* quia si error non esset culpabilis, neque voluntas inde consequens aliquid aggrediendi supra suas vires, foret culpabilis et præsumptuosa : ut cum quis, inculpabiliter ignorans conditionem rei, attentat aliquid supra suas vires, non est præsumpluosus.

Hoc peccatum est mortale quando provenit ex errore culpabili circa fidem , aut quando fit cum damno notabili proprio vel alieno, ut in medicis, advocatis, confessants, etc. item in his qui sine causa rationabili se occasionibus proximis peccandi ingerunt, de suis viribus praefidentes.

§ II. — *De ambitione.*

2.431.a.4.o. — Ambitio est appetitus inordinatus honoris. Honor autem, ut jam alibi dictum est, importat aliquam reverenliam alicui exhibitam in testimonium excellenti® opis, ut detectionem capitis, inclinationem corporis, cessionem primi loci, erectionem statute, oblationem dignitatum, cl similia.

Ibid. a. 4. et 2. o.—*Dico.* Ambitio est peccatum oppositum magnanimitati per excessum. *Palet ;* quia hoc ipso quod eslappctilus inordinatus, est vitiosus, cl ex hoc quod sil appetitus inordinaius honoris, opponilur magnanimitati quæ versatur circa honore, coordinate ct secundum diclamcn reel® rationis appetendo.

bid. a. 4,0. — Potto honor appetitur inordinaletripliciter : l°quandoaliqui6que> rit honorem de excellentia quam non habet, ul si velit honorari ul doctus, cum sil ignarus; vel habet quidem, sed csl quid vituperabile potius quam excellens, ul si velit honorari de peccato, vel de re acquisita per peccatum, v.g. de potestate usurpata ; vclsi non sit vituperabile, non esi tamen honorabile, aut non tam honorabile, utsi quis velit multum honoiari propler divitias.

ibid.— 2°Quandoquis sibi honorem cupit, non referendo in Deum; bonum enim excellens non habet homo a seipso, sed est quasi quiddam divinum in eo, cl ideo non debetur illi honor principaliter, sed Deo.

J bid. — 3° Quando in honore qui defertur appetitus quiescit, non referens illumadutililalcm aliorum; illud enim in quo homo excellit, daturhominia Deo, ulex eo aliis prosil. Unde in tantum debet homini placere testimonium suæ excellenti® scu honor qui ab aliis exhibetur, in quantum ex hoc paratur sibi via ad hoc quod aliis prosit.

Hinc non capio quomodo Lessius hic dub. 3, n. 22, colligere prætendil ex D.Thoma hic art. 1, ad 3, quod, *Si honor appetatur moderate ex re bona,nullum erit peccalum, etiamsi nullus alius finis specietur ;* cum, *ut palet,* S. Doctor hic diserte contrarium asserat, nec in responsione ad 3, quamcilal Lessius, quidquam (ale innuat. Neque referi quod honor sit aliquid secundum se indifferens; neque enim res indifferentes sine peccato appetuntur in individuo, nisi propter aliquem honestum finem, ut in appetitu divitiarum.

Ibid, ad 4. — Honor itaque appetendus estsecundum rectam rationem,scilicet, ubi, (piando, et quomodo id exigit salus vel alia utilitas proximi, aut officii proprii conditio, aut aliqua altera justa ratio seu utilitas, sic, ut vituperabilis foret qui non curaret de honore, ubi cl quando recta ralio dictat esse servandum vel quaerendum.

Si *dicas* honorem esse praemium virtutis; cuique autem licitum esse appetere praemium sibi debitum ibi sistendo.

ibid, ad 2. — R. honorem non esse praemium virtutis quoad ipsum virtuosum, quasi honorem tanquam suæ virlutis præmium

expetere possit, cum illi ælerna beatiludo sit ipsi pro virtute merces proposita : sed dicitur honor esse præmium virtutis exparte aliorum hominum, quatenus cum non habeant aliquid majus quod virtuoso retribuant quam honorem illum eis exhibent virtutis quodammodo honestandae gratia.

Est autem hoc peccatum secundum se veniale lanium, cum sitduntaxat inordinatus appetitus rei secundum se indifferentis. Fit vero mortale 1° si quis in honore ponat ultimum finem; 2° si honorem quaerat ex aliquo peccato mortali, aut proplcraliquod peccatum mortale vel propter eum sil paratus peccare mortaliter; 3°si quaerat cum gravi alterius damno vel injuria.

§ III. — *De inani -Inria.*

Inanisgloriasumitur hiepro ipsoappetitu inanis gloriae : unde ipsa non est peccatum, sed objectum peccati.

2.132. a.4. o.— Gloria claritatem quamdam significat : unde, juxta S. Aug. tract. 82 in Joan, glorificari idem est quod *clarificari,claria; el quia quod* clarum osta mullis conspici potest et a remotis, ideo proprie per nomen gloriae designatur quod bonum alicujus deveniat in multorum cogitationem et approbationem , et siedeiinitur commutcrgloria, postS. Ambros. *Clara cum laude nolilia de bono alicujus;* seu etiam,post Tullium, *Frequens de aliqua [ama cum laude.* Importat itaque gloria notitiam et laudem, cl consequenter famam ; fama enim in opinione et laude consistit

ibid. a. 2. o. et q. 1U3. a. 1. ad 3. — Ab honore autem distinguitur dupliciter. Vel accipitur gloria pro laude quæ Iit verbis, et sic distinguitur ab honore tanquam pars a loto seu species a genere, quia honor exhibetur quibuscumque signis sive verbis sive factis; vel accipitur gloria pro clara excellentiae nolilia, cl tunc gloria est clïeclus cl linis honoris; ex hoc enim quod alicui exhibeantur testimonia honoris, ejus excellentia apud eos clarescit.

bid, o. — *Ex quo palet* gloriam non esse secundum se quid malum, nec consequenter ejus appetitum nominare aliquid vitiosum, sed posse esse vel bonum vel malum, prout fuerit secundum aut contra rectam rationem; secus de appetitu inanisgloria·. Endo.

ibid. a. 1 et 2. o. —*Dicol"* Inanis gloria scu appetitus inanis et vante gloriæ est peccatum oppositum magnanimitati.

?bid. a.d, o. — *Palet ρι ίιηα part* Quia quodlibel vanum appetere, vitiosum est et inordinatum, juxta illud Psal 4 : *Ul quid diligitis vanitatem elquærilis mendacium?*

Ibid. —Potest autem gloria dici vana tripliciler. Uno modo, ex parte rei de qua quis gloriam quærit, puta, cum quis gloriam quærit de re quæ non est, aut quæ mala est, aut quæ non est gloria scu saltem tanta gloria quantam quærit digna.

Alio modo, ex parte ejus a quo quis gloriam quærit, ut si quærat gloriam ab his qui discernere non valent ad id quoti laudant sil gloria dignum.

Tertio modo, ex parte ipsius qui gloriam quærit ; si nempe appetitum gloriæ suæ non referat ad debitum finem , puta , honorem Dei vel proximi salutem.

Ibid, ad 3. —Non erit ergo inanis gloria nec appetitus gloriæ vitiosus, si quis quærat gloriam ex re quæ ea sit digna , et non plus quam sit digna ab iis qui rem illam exploratam habent, et ob honestum finem, puta, ad hoc ut Deus glorificetur, vel ad hoc ut homines proficiant ex bono quod in alio cognoscunt, vel ad hoc ut ipse homo ex bonis quæ in se cognoscit per testimonium laudis alienae, studeat in eis perseverare clad meliora proficere: et hoc sensu laudabile cl habere curam de bono nomine, ct providere bona coram Deo et hominibus; non autem in hominum laude inaniter delectari.

Q. -132.a.2.o.—*Secunda pars conclusionis etiam palet;* quia cum gloria sil, ul dictum est, pars cl affectus honoris, eadem virtus magnanimitatis quæ versatur circa appetitum honoris, versatur etiam circa appetitum gloriæ, utrumque moderando. Ergo inordinatus appetitus gloriæ magnanimitati contrariatur, — 1bid. ad 1. ct 2. —Adde quod cupidus vanæ gloriæ habeat pro magno quod parvum est, scilicet inanem gloriam; et hoc iterum conlrarialur magnanimo.

ibid. α. 3. o.—*Dico* 2° Inanis gloria secundum se'est tantum peccatum veniale , quia non simpliciter conirariaturcharitali, cum sit tantum inordinatio appetitus rei secundum se indifferentis.

Ibid. — Dupliciter tamen Iit mortalis. 1° Ratione inalcriæ de qua quis gloria··ir; ut Siglorietur de aliquo falso contra Deum aut fidem, ul rex Tyri de quo, Ezech. 28, dicitur : *Elevatum est cor tuum cl dixisti, Deus ego sum.* Vel si gloriclur de donis De<, quasi

a Deo non accepisset, juxta illud 1 Cor. ⟨: *Quid hub's quod non accepisti? si autcm 0.'-Cfpis'i, quid qloriaris quasi non acceperis^* Vel Ji glorielur ex aliquo peccato mortali, pula, due Io, homicidio-, fornicatione, etc. quia es! facti mortalis approbatio: secustamon si de modo facti, puta , do industria , audacia, fortitudinequacum crimen est patratum; quia id potest stare cum criminis improbatione.

Ib>d,—Alio modo fit mortalis ex pane glorianlis, si nempe habeat gloriam pro tine ultimo, paratus pro ea adipiscenda transgredi præccptum obligans sub mortali, vel ordinet gloriam ad finem mortaliter malum , vel eam quæiatcum gravi damno proximi, ut si propter eam recuset retractare errorem quem docuit, aut medicus nolit in morbo periculoso cui est impar, assumere socium.

Ç. 132. a. 4. o.—Dtco 3° Inanis gloria est vilium capitale.

Ibid.—*Nola* ante probationem,quosdam poncre superbiam unum de vitiis capitalibus ; ct hi non ponunt inanem gloriam inter vitia capitalia , aut confundunt utramque propter earum affinitatem : superbia enim est appetitus inordinatus propriæ excellenti®, ct inanis gloria appetitus inordinatus manifestationis hujus excellenti®. A lii ponunt octo vitia capitalia , et inter ea superbiam et inanem gloriam ut duo. Ita Cassianus, collât. 5, cap. 2; S. Joannes Damascenus- tract, de Octo passionibus, et alii.

Ibid,—S. Greg. lib. 31 , Moral, cap. 31, ponit septem vitia capitalia , inter quæ numeral inanem gloriam , sed excludit superbiam, eo quod sit potius mater et regina vitiorum capitalium quam unum speciale ex illis. Et hoc rationabiliter; superbia enim , ut dicetur infra , est appetitus inordinatus propriæ excellenti®. Ex omni autem bono quod quis appetii, quamdam perfectionem et excellentiam consequitur, ct ideo lines omnium vitiorum ordinantur in finem superbi®: unde videtur quod habeat quamdam generalem causalitalem super alia vilia , et non debeat computari inter specialia vitiorum principia qu® sunt vilia capitalia. Ilis notatis.

ibid.—Prob. *conclusio.* Vitium capitale dicitur quod mullorum viliorum est principium cl causa, maxime in genere caus® finalis* atqui gluria propler propinquitatem a ' excellentiam quam homines maxime de» siderant, est multum appetibilis, et oxcjuj appetitu inordinato multa vitia oriuntur, *ut patebit ex conclusione sequenti.* Ergo.

îbîd. ad 2.—Ideo vero potius Inanis gloria ponitur vilium capitale quam ambitio, quia gloria est effectus et finis honoris qui est materia ambitionis; ideo enim aliquis amat honorari, in quantum per hoc æstimai se in aliorum notitia forepræclarum.

Ibid. a. 5.—*Dico* 4° Convenienter cum **D.** Greg, assig Hur septem filiæ inanis gloriæ : scilicet, *jactantia, 'n*æsumplio* no· *vitatum, hypocrisis, pertinacia, discordia, contentio* ct *inobcdienlia.*

ibid. — *Prob.* Hæc vilia dicuntur filiæal·terius vitii capitalis, quæ ad ipsum ut ad finem nata sunt ordinari : atqui hæc septem nalasunl ordinari ad inanem gloriam quæ est manifestatio propriæ excellcntiæ : ergo. *Prob. min.* Homo potest inordinate tendere ad manifestationem suæ excellentiæ dupliciter : uno modo directo, et hoc per verba, et sic est *jactantia ;* vel per facta, quæ si vera sint habeant aliquid admirationis, est *præsumptio novitatum* quas quis excogitat, vel quibus utitur, ut excitet apud alios admirationem et ita glorificetur; quod accidere potest in variis rebus, ut in opinionibus, in modo loquendi, in vestibus, in supellectili, cibis,etc. Si falsa sunt, est *hypocrisis.*

Ibid. — Altero modo nititur aliquis manifestare suam excellentiam indirecte, quatenus vult ostendero se non esse minorem altero : et hoc quadrupliciler. 1° Quantum ad intellectum, et sic *csl pertinacia,* per quam homo nimis innititur suæ senlcnti® nolens meliori credere. 2° Quantum ad voluntatem, et sic est *discordia,* quatenus non vult propria voluntate recedere ut aliis concordet. 3° Quantum ad locutionem, et sic *csl contentio,* dum aliquis clamorosc verbis contra alium litigat. 4° Quantum ad factum, et sic est *inobcdienlia,* dum scilicet quis non vult excqui surerioris mandatum. Ergo. De his omnibus, excepta præsumptione novitatum, açî'.jr variis in locis hujus partis.

§ IV. — *De pusillanimitate.*

Pusillanimitas est, qua quis refugit agri ili xel facere aliquid, quasi nimis ma·g iuin cl superans ejus vires, cum revera non superel. Inlellige vires quas habet eUt

praesto habere potest per se vel per alios paratos.

Q. 433. a. *1.* ct2. o.— *Dico.* Pusillanimitas est peccatum oppositum magnanimitati.

ibid. α. 4. o.— *Prob, prima pars.* Omne quod conIrariatur naturali inclinationi est peccatum, quia contrarialurlegi naturæ: atqui pusillanimitas con!rariatur naturali inclinationi : ergo. *Prob. min.* Inest unicuique rei inclinatio naturalis ad exequcndam actionem commcnsuralam suæ polcnliæ, ut palet in omnibus rebus tam animatis quam inanimatis : atqui, ut dixi, pusillanimitas refugii agerc quod cslcommensuratumsuæ polcnliæ. Ergo.

ibid. a. 2. o.— *Palet secunda pars.* Quia magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna secundum rectam rationem; pusillanimusaulem ex animi parvitate se retrahit a magnis contra rectam rationem. Ergo.

Ibi.l.—Hoc vilium oritur ex ignorantia culpabili suæ conditionis, sicut dixi de praesumptione : unde limor deliciendi in his quæ falso aestimantur excedere facultatem, ct ex illo timore pusillanimitas non csl mortalis, nisi retrahat ab co ad quod sub peccato mortali tenoris.

ARTICULUS TV;

De magnificentia et vitiis oppositis.

D. Th. QQ. 134et135.

Q. 43'i. a. 2. o. - Ad magnificentiam perlinet facere aliquid magnum, ut ex ipso nomine patet. Magnificentia enim est quasi inngnd *[acere.* Facere autem dupliciter accipi potest: 1° communiter et late, prout significat omnem actionem sive transeuntem sive immanentem; 2° proprie,prout significat actionem transeuntem tantum seu operari aliquid in exteriori materia, ut facere domum et alia artis opera quæ dicuntur proprie faclibilia.

Ibid — Si ergo *facere* sumatur communiter, et consequenter magnificentia pro virtute qua tali factione Iit aliquid magnum, magnificentia non est virtus specialis, sed diffunditur per omnia genera virtutum, et est cujuscumque virtutis perfectio, aut ipsa magnanimitas; secus si *[acere*sumatur proprie el consequenter magnificentia. Unde

Ibid. a. 4. 2. et 4. o,— *Dico* 1° Magnilictnlia proprie sumpta csl virtus specialis annexa fortitudini, ut secundaria principali.

Ibid. a. 1. et 2. o. — *Probatur prima ct secundapars.* Magnificentia inclinat ad magnum opus magnis et proportionalis sump* ^libus faciendum, secundum quod recta ratio postulat : ergoesl virtus, cum servel medium rationis in magnis, quamvis ex parle quantitatis rei quam facit, consistat in externo · cl ost virtus specialis, cum sit objectum speciale, nempe magnum opus et magni sumptus ad illud proportionalis. Unde

Ibid. a. 4. o. — *Palet etiam tertia pars.* Quia magnificentia convenitcum fortitudine in aliquo, et in aliquo ab illa exceditur. Convenit in hoc quod tendit in arduum el difficile, sicul lorliludo; deficit ab illa, quod illud arduum in quod tendit magnificenlia, habeat tantum difficultatem propter dispendium rcrum, quod est mullo minus quam periculum person® circa quod versalur fortitudo. Ergo.

ibid. a. 3. o. — *Dico* 2° Magni sumptus, copiosa pecunia el copiosæ pecuniæ amor, sunt materia circa quam versatur magnificentia.

1 bid. — *Prob.* Ad magnificentiam, ut dictum est, perlinet intendere ad aliquod magnum opus faciendum : atqui ad hoc quod aliquod magnum opus fiat, requiruntur proportionali sumptus ; non enim possunt magna opera fieri nisi cum magnis expensis, el ad magnos sumplus requiritur copiosæ pecuniæ erogalio, a qua quis impediri potest per nimium illius amorem : ergo sumplus magni quibus utitur magnificus ad magnum opus laciendum, copiosa pecunia qua ulitur ad sumptus magnos faciendos, ct amor pecuniæ quem moderatur ne sumplus magni impediantur, recte dicunlur materia magnificcnliæ.

Si dicas liberali lateiu versari circa usum pecuniæ.

Ibid, ad 4. et 2. —*Π.* liberalitatem vetsari circa usum pecuniæ mediocrem cl ordinarium; magnificentia autem circa magnum in usu pecuniæ:unde libcralitas sufficit quidem ad superandam difficultatem quam quis patitur in expensis ordinariis faciendis simpliciter et præcise ex affectu pecuniæ, non ad superandam longe majorem difficultatem quæ reperitur in magnis expensis ex affcclu magnitudinis, summæexpendendæ : unde ad id major requiritur virtus quæ præslal in magnis id quod liberalilas præslal in mediocribus, et csl magnificentia.

Cur autem ad magnum et parvum in pecuniis sicut et in honoribus assignetur duplex virtus, et non assignetur duplex ad parvum et magnum in aliis virtutibus, dixi supra a. 2, dc magnanimitate,conci. 2; require ibi.

Posset etiam opponi pauperes posse habere virtutem magnificentiae, possunt enim habere omnes virtutes non secus ac divites, et tamen non posse facere magnos sumptus.

ibid, ad 4. —*It.* pauperes posse habere virtutem magniiiccnliæ quoad habitum et actum principalem, qui est interior electio qua qui»decernit opera magnifica facere, si fa»v as adesset ; non vero quoad actum exteriorem, ad hunc enim requiruntur bona fortunæ ul quædam instrumenta.

Petes 1° quomodo magnificentia differt a magnanimate?

ibid. a. 2. ad 2.—7?. differre ut speciem a genere; quia magnanimitas intendit magnum in omni materia; magnificentia vero in determinata et speciali materia, nempe in opere fao-'ibili.

Petet 2° quo sensu dicitur ex philosopho, 4 Ethic, magnificum non esse sumptuosum erga scipsum ?

Ibid. a. 1. ad 3.—*It.* quod ,cum ad magnificentiam pertineat facere aliquid magnum; id autem quod pertinet ad personam uniuscujusquesilaliquid parvum comparative ad id quod convenit rebus divinis vel communibus: ideo magnificus non principali'er in e dit sumplus facere in his quæ perii enl ad propriam personam, non quia bonum suum non quærit, sed quia non est ma num. Si quid tamen in hisquæ ad ipsum perlinent, magnitudinem habeat, hoc etiam ma. nifice magnificus prosequitur; sicut ea quæ semel fiunt, v. g> nupliæ, vel etiam quæ sunt permanentia, ul constructio domus.

Ei *ano "colliges* inter opera magna ad quæ tendit magnificentia, primum locum oblinere ea quæ spectant cultum divinum, ul altaria , templa, vasa sacra , et similia ; his proxime accedunt monasteria , domus pia*, hospitalia : secundum, ædificia sæcularia ad bonum publicum ; ternum, quæ perlinent ad usum proprium.

Ç. 13>. e.1. et 2. o. — *Dico* 3° Magnificentia· opponuntur duo vitia, unum per defectum, quod dicitur *parvificentia ;* aliud ce^.u . quod vocatur Gæce *pavxvsitt.* ibid. add. o.—*Prob. prima pars.* Magnj. ficus principaliter intendit magni ludincta operis, secundario magnitudinem sumplus, quam non vitat ul faciat magnum opus. ï converso. parvificus intendit parvitatem sumptus, ei ex consequenti parvitatem ope. ris, quam scilicet non recusat, dummodo parvum sumptum faciat ; sicut si quis,v.g, eleganti ædificio, puta templo, tectum stramineum imponi velit, ut parcat sumptibus. *Unde patet* quod parviiicentia sit defectus» proportione quæ debet esse secundum r;· tionem inter sumptus et opus; proindequ? vilium oppositum magnificentiae per delectum.

Ibid, ad 3. — IIoc vilium non est plus quam veniale, nisi cum retrahit a magno opere, quod secundum legem Dei, puta, ex voto aut testamento, fieri debet.

Ibid, ad 2. o. — *Prob. secunda pari.* Βανκυοία, quæ Latine redditur consumption inepta operositas, est cum aliquis excedildebitam proportionem expensarum ad opus, plus expendens quam dignitas operis secundum rectam rationem exposcat, ul si, v.g. convivis ignem ex cinnamomo strueret : ergo est vitium oppositum magnificentiae percicessum.

ARTICULUS V.

De patientia.

D. Th. Q. 136.

Q. 436. a. 4. o.—Patientia definituraS. Aug. lib. de Patientia, c. 2, *Qua mala arque aniiKo toleramus, ne animo iniquoto na deseramus per queead meliora perveniamus;*—ibid.a.4. ad2.—aD.Th. *Quaquii laudabiliter se habet in patiendo quae prasenlialiter nocent, ul silicei non inordinateex eis trislelur.*

ibid. a. 1. o. — *Dico* 1° Patientia est virtus.

Ibid. — *Prob.* Virtutes morales ordinanturad conservandum bonum rationis contra impetus passionum : atqui inter alias passiones, tristitia efficax est ad impediendum bonum rationis, quatenus habet vim illam deturbandi a suo statu : ergo nccesse est dari aliquam virtutem perquam bonum rationis conservaturcontra tristitiam, ne scilicet Iristitiæ ratio succumbat; et hoc facit patientia, *ul patet ex* ejus definitionibus.

Aclusitaque primarius hujus villulis est ipsam tristitiam et afiliclioMcm animi c'

pratentibus nialisorlam moQerari, ut virum pa'ientem decet et recta ratio præscribit, sic scilicet, ul plene sui compotem relinquat, nea bono rationis præ tristitia recedat. Actus secundarius est moderari actiones externas, verba et gestus sic, ut interna moderatio in illis reluceat, nec quidquam indecori per tristitiam foris agatur.

Porro si patientia hanc moderationem operetur ex allectu solius honestatis quæ in ipsa moderatione reperitur, estvirius specialis ab aliis distincta ; si vero ex affectu pe«viiaris virtutis quæ per tristitiam impeditur, non est viriusspcciaiisabaliisdislincta, sed modus et perfectio cujuslibel virtutis : quælibet enim virtus, maxime dum est perfecta, potest ex affectu propriæ honestatis resistere iis quæ illi adversantur ; et sic dicitur patiens, v. g. qui ex affectu pocnilenliæ patienter tolerat dolores morbi. Confer quæ dixi diss. *I*, s. 1 de fortitud. conci. 2; et diss. 2, a. 2 de magnanimit. conci. 1.

Ibïd. a. 3» o. — *Dico* 2° Quamvis patientia sit viro christiano summe necessaria, non est tamen potissima virtutum.

Jbid. — *Prob.* Tanto principalior est virtus et polior.» quanto magis et directius ordinat hominem ad bonum : atqui directius ad bonum ordinant hominem virtutes quæ sunt conslilulivæ boni, quam illæ quæ sunt impedilivæ corum quæ abducunt a bono, inter quas reponitur patientia. Et sicut inter casquæsuntconstilulivæ boni, tanta aliqua est potior quanto in majoribus bonis statuit hominem (unde virtutes thcologicæ, fides, spes, charilas, quæ constituunt hominem in bono divino, sunt poliorcs prudentia et fortitudine quæ constituunt hominem in bono morali) ' ita inter cas quæ sunt impedilivæ eorumquæ retrahunt a bono, tanto aliqua est polior quanto id quod ab ea impeditur magis a bono retrahit. *Subsumo.* Atqui plus a bono retrahunt pericula mortis circa quæ 'ersalur fortitudo, vel delectationes tactus circa quas est temperantia , quam quævis adversa circa quæ est patientia. Ergo.

Est tamen, ut dixi, summe necessaria viro christiano, quia sunt frequenlissima mala hujus vilæ quibus abstrahimur a bono; — Ibid, ad 5. — et hac ratione Greg. Horn. 35 in Evangel, vocat patientiam radicem et custodem omnium virtutum.

Ibid. a. ά.o. et nd 3. — *Dico* 3° Polientia est pars fortitudinis tam rwMentiafis quam integratis sub diversa ratione.

Ibid. o. — *Paletprima pars.Qnia* annectitur fortitudini tanquam secundaria principali , in quantum fortitudo versatur circa pericula mortis quæ sunt poliora mala quarn quævis alia adversa, circa quæ versatur patientia.

Ibid, ad 3. — *Palet diam secunda pars.* Quia timores periculorum mortis circa quos versatur fortitudo, causant etiam tristitiam quam moderatur patientia : unde concurrit ad perfectum officium fortitudinis.

Ibid. a. 5. o. — *Dicol·l* Longanimitas partim differta patientia, parlim convenit cum illa. Differt, quia objectum palienliæcst malum , objectum autem longanimitatis est bonum ; est enim longanimitas qua quis tendit in aliquod bonum post longinquum tempus oblinendum ; sed quia ex dilatione boni sperati causatur tristitia quam moderatur longanimitas; tristitia autem est objectum patienti» , ex hac parlc conveniunt patientia et longanimitas, sicut et constantia qua quis constanter sustinet laborem in continuata excculionc boni. Et propter illam affinitatem , longanimitas cl constantia sub patientia comprehenduntur. Unde Tullius, lib. 2 de Inveni, definit patientiam, quodsitifo*ncslalis cl utilitatis causa, voluntaria ac diuturna perpessio rerum arduarum cl dip ficilium :* quod dicit *arduarum,* pertinet ad constantiam; quod dicit *difficilium,* perlinet ad patientiam; quod addit *diuluma,* perlinet ad longanimitatem.

Petrs utrum patientia possit haberi sine gratia?

Q. 13G. a. 3. o. — *R.* 1° Patientia Christiana qua quis æquanimiler tolerat hujus vite mala propter Deum, si sit perfecta quoad statum, non potest haberi sine gratia sanctificante ; quia non potest haberi sine charitate qua Deus diligitur plusquam omnia bona creata, quorum privatio ingerit tristitiam et dolorem ; charilas autem non potest haberi sine gratia gratum faciente.

Ibid, ad2. —*R.* 2° Patientia Christiana, non perfecta quoad statum, qualis reperilur in pœnilenlibus et catechumenis nondum justificatis, potest haberi sinelia gratum faciente, sed non sine auxilio graliæ aclualis; quia est bonum supernatural ad quod homo non potest tendere per virtutem suas natur».

ibid. — Λ. 3° Patientia, ulest virtus præcise, qualis reperitur in ethnicis aut iis qui tolerant patienter mala tantum propter honestatem hujus virtutis, aut ob aliquod aliud molivum humanum, ut in eo, v.g. qui propter sanitatem corporis æquanimilcr sustinet frisliliasetdolores morbi aut curationis, potest haberi sine gratia proprie dicta, qualis scilicet requiritur ad opus salutare, quia est bonum commcnsuralum naturæ humanæ; non tamen sine aliquo auxilio Dei animum roborantis.

Quando vero aliquis dura tolerat propter illa quæ vitiose diligit, non est patientia, sed duritia : non enim omnis qui patitur participat virtutem palientiæ, sed qui laudabiliter patitur.

Ad oblinendam vero patientiam quam dixi valde necessariam viro christiano, juvat considerare: 1° patientiam Dei tolerantis peccatores; 2° patientiam Christi morientis pro nobis; 3°patientiam sanctorum ; 4° fructus l alientiæin u traque vi la, satisfactionem pro peccatis in præsenli, gioriamætcrnam in futura ; 5° redemptionem a pœnis inferni et purgatorii; 6° mala impatienliæ: hac enim amittitur meritum palientiæ, nun minuitur malum, scd potius augetur; imo ipsa impatientia est malum crucians magis quam originale malum undecausalur; tandem impellit ad p ura peccata.

Hujus virtutis primus gradus est tolerare sine murmuratione; secundus, sine lamentatione et quærimoniis apud alios ; tertius, cum gaudio sicut Apostoli qui *ibant gaudentes a conspcclu concilii, quia digni habiti pro nomine Jesu contumeliam pati.*

Palientiæ opponitur per defectum insensibilitas, cum quis nullis malis sive propriis sive alienis ullo modo tangitur; id enim neque humanæ naturæ, neque vitæ sociali est consentaneum, sed sapit brutam stoliditatem et inhumanam duritiem. Per excessum opponitur impatientia, ul cum quis nimium ex malo tristatur, aut cx tristitia seu dolore a bono recedit.

ARTICVLL'S VI.

De perseverantia el vitiis oppositis.

D. Th. QQ. 137,138.

2-137. ». 1. ad 2,— *Nota.* Perseverantia non sumitur præcise pro illo magno dono quo quisin juslitia perseverat usque ad fi nem vitæ, quod est proprium electorum, do quo l 2,q. 109, a. 10,sed pro conlinualioncop ris virtuosi,qualecumquesit, usque ad finr·, quern ratio praescripserit sicut, v. g, qu miles perseveret usque ad finem certamini- Quia tamen sunt quædam virlutes-quanj actus per totam vitam durare debent , sic. fidei,spei etcharilatis, quia respiciunt fine totius vitæ humanæ, ideo respectu illam: non habetur perseverantia completa, nisii: termino vitæ.

ibid. a. 1. et 2. o.— *Dico* 1° Perseveranti est virtus specialis, annexa fortitudini utsecundaria principali.

Ibid. a. 4. o. — *Prob.primapars.* Per verantia de qua est sermo, est habitus qœ quis eligit et proponit persistere in Ix» opere usque ad ejus finem secundum quo: recta ratio dictat, non obstante molestiae, diuturnitate operis proveniente: atqui bl habitus est virtus, eum ordinet ad bonum et est virtus specialis, quia illa persistenti in bono opere diuturno importat .speciale: honestatem et specialem difficultatem. Erg<

St *dicas* immobiliter persistere in open virtutis, perlineread omnem virtutem.

Ibid, ad 3— *Ii.* id quamlibet virtutes præslare ex intentione et affectu proprii linis :v. g. temperantia facit jejunantem prisistere in jejunio usque ad finem quadra;· simæ propter propriam honestatem , el' de cæteris. Sola autem perseverantia fac? persistere in bono opere propter honesthtm quæ reperitur in continuatione boni operi', repugnante tædio ex illa diuturnitate proveniente.

Ibid. a.2. o. — *Prob. secunda pars.* Fortitudo firmitatem servat in his in quibus difficillimum est firmiter persistere, scilicet in periculis mortis: ergo huic virtuti adjungitur i et secundaria principali omnis illa virtus cujus laus consistit in sustinendo firmiter aliquid minus difficile. *Subsumo.* Atqui sustinere difficultatem quæ provenit cx diuturnitate boni operis, laus est perseverantis, nec hoc est ita difficile sicut sustinere pericula mortis. Ergo.

Ibid. a. 3. o. — *Dico*2°Constantia partira l convenit cum perseverantia , parlim dilkrl l ab illa. Conveniunt quidem in fine, quia ad j utramque pertinet firmiter persistere in bono; differunt autem secundum ea quæ difficultatem afferunt ad persistendum in bono. Nam virtus perseverantiae proprie facit persistere in bono contra difficultatem

qu® provenit ex ipsa diuturnitate actus ; constantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem quæ provenit ex quibuscumque aliis exterioribus impedimentis.

Ibid. n. 4. o. — Utrum vero , ad perseverandum injustitia usque ad ünem vitæ, opus sit auxilio speciali gratiæ, *respondebimus affirmative q.* cit. 109, in 1 2.

Q, 138. α. 1. et 2. o.— *Dico* 3° Duo vitia opponuntur perseveranti® : unum per defectum, quod dicitur mollities ; aliud per excessum, scilicet pertinacia.

jbid. a. 1.o.— Mollities est, cum quisob difficultates quæ in continuatione boni operis occurrunt, facile ab eo recedit contra dictamen rationis; mollis enim dicitur qui tangenti facile cedit. Vocatur etiam inconstantia : huic vicina est impatientia qua quis, difficultatibus victus, facit aliquid illicitum; unde dicitur impatiens moræ. Vides hic non agi de mollitie quæ est species luxuriæ, dc qua in tract, sequenti.

Ibid. a. 2. o,—Pertinacia est, cum rjuis in incepto opere perseverat plus quam oportet secundum diclamcn rationis.

ARTICULUS VII.

Dc dono et praeceptis fortitudinis.

D. Th. QQ. 139 et 140.

2-139. a. 4. o. — *Dico* 1° Donum fortitudinis est qualitas infusa qua quis, cx speciali motione Spiritus sancti et præter connaluralcm modum agendi, pervenit ad finem cujuslibetoperis inchoati cum fiducia evadendi omnia pericula contrarium timorem excludente : per quod distinguitur a virtute fortitudinis quæ movet secundum connaluralcm modum agendi et absque tali fiducia, an realitcr, vel ratione lanium distinguatur, disputatur 1 2, q. 68.

Ibid. a. 2. o.—*Dico* 2° Dono fortitudinis, juxta S. Aug. correspondct quarta beatitudo : *Beati qui esuriunt cl sitiunt justitiam,* secundum ordinem enumerationis, nimirum, ut quarto dono correspondeat quarta bealiludo, el attenta etiam aliqua convenientia ; quia fortitudo in arduis consistit : est autem valde arduum quod aliquis non solum opera viriuosa faciat, sed etiam quod faciat cum insatiabili quodam desiderio.

Potest etiam dici quod secundum convenientiam ipsi correspondeat octava beatiludo ; *Beati qui persecutionem patiuntur propterjustitiam.*

2- 140. a. 4. o. — *Dico* 3° Convenienter in lege divina praecepta fortitudinis traduntur; quia finis legis divinæ est ut homo inhæreal Deo. Ergo convenienter præcepta legis divinæ de fortitudine (idem dic de aliis virtutibus) traduntur secundum quod convenit ordinationi hominis in Deum.

Ibid. a. 1. — Et propter hoc dicilur Jacobi 4 : *Resistite diabolo, el fugiet a vobis; t* Petri ult. *Cui resistite fortes in fide; et* Malth. 10 : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed potius timete cum qui potest animam et corpus perdere* tn *gehennam.*

Ibîd. ad 2. — Dantur autem magis negative præcepta fortitudinis quam affirmative; quia lex in suis præceplis attendit communem instructionem : vix autem potest dari communis instructio de iis quæ sunt vitanda.

ibid. a. 2. o. — *Dico* 4° Convenienter in lege divina dantur præcepta non solum de actibus fortitudinis et aliarum virtutum principalium, sed etiam de actibus secundarum cl adjunctarum virtulum. — Jbid. — Quia lex divina perfecte informat hominem de his quæ sunt necessaria ad recte vivendum : atqui homo ad recte vivendum indiget non solum virtutibus principalibus, sed etiam secundariis cl adjunctis : ergo. Possunt tamen excipi magnanimitas el magnificentia , quæ cum importent quamdam excellentiam, non tam sunt necessitatis quam perfectionis; el ideo de illis danda fuerunt consilia magis quam præccpla. Hæc de fortitudine, tertia virtute cardinali.

TRACTATUS

DE TEMPERANTIA ET VIRTUTIBUS ILLI ANNEXIS.

I). Th. a. Q. 141, ad Q. 170.

DISSERTATIO I.

TEMPERANTIA , VITIIS IPSI OPPOSITIS ET EJUS PARTIBUS IN GENERE.

D. Th. QQ. 141,142,143, 144, 145.

ARTICULUS I.

Quid sil temperantia, quodnam ejus objectum , qua regula?

Q. 141. a. 1. et 2. o.—Temperantia, ut ex ipso nomine palet, significat quandam temperiem, id est, moderationem. Dupliciter sm.ijur : 1° communiter ct late, prout importat moderationem rationis in quacumque materia morali; et sic est communis omni virtuti : 2° specialiter, prout importat moderationem in materia aliqua , quæ maxime allicit appetitum; et hæcest antonomasticc leni] orantia. Secundum enim consuetudinem humanæ locutionis, aliqua nomina communia restringuntur ad ea quæ sunt praecipua inter illa quæ sub (ali communitate continentur; sicut nomen *urbis* accipitur antonomaslice pro *Horna.*

Temperantia hoc ultimo sensu sumpta , definiri potest *Virtus moderans appetitum circa delectationes tactus.* Pro cujus elucidalione.

ibid. — *Dico* 1° Temperantia est virtus specialis.

ibid. a. 1. o,—Quod sit virtus *palet;* quia temperantia, ut dixi, importat in ipso nomine temperiem seu ordinem rationis : dc ratione autem virtutis est, quod inclinet hominem ad bonum rationis.

ibid. α. 2. u.—Quod sil virtus specialis, etiam *patet;* quia hic agimus de temperantia antonomaslice sumpta, prout importat moderationem rationis in aliqua speciali materia quæ maxime appetitum allicit, *ut patebit ex sequentibus.*

Dices contra primam pariem. Nulla virlus repugnat inclinationi naturæ; est enim in nobis naturalis aptitudo ad virtutem : atqui temperantia retrahit a delectationibus ad quas natura inclinat. Ergo.

Ibid. a. 1. ad 1. — Λ. *Dist. maj.* Nulla virtus repugnat inclinationi naturæ huma* næ, ut humana est et rationi subdita, *C.* ut natura eslpræcisc, seuulbeslialiscsl,.V *el ad hunc sensum dislincla min. N. conseq.*

ibid. a. 3. o.— *Dico* 2° Temperantia versatur circa concupiscentias et delectationes

ibid. — *Probatur.* Virtutes morales dantur ad conservationem boni rationis contra passiones rationi repugnantes. Duplex est autem motus passionum animae : unus prosecutionis boni corporalis et sensibilis ; alter lügæ mali corporalis el sensibilis. Primus repugnat rationi propter immoderantiam, non enim bona corporalia cl sensibilia secundum se repugnant rationi, quin potius sunt illi instrumenta ad bonum, sed quatenus appetuntur immoderate et contra ordinem rationis. Secundus repugnat rationi, non secundum suam immoderantiam , sed maxime secundum suum discessum, prout scilicet, fugiendo mala sensibilia, discedit a bono lationis : ergo, sicut fortitudo de cujus ratione est præslare firmitatem, versatur præcipue ciica passionem perlinentem ad fugam scilicet timorem , el ex consequenti c rea audaciam ; ita similiter temperantia quæ, ui dictum est, importat moderationem, vcrsalur præcipue circa passiones tendentes in bona sensibilia, scilicet concupiscentiam et delectationem, el ex consequenti circa tristitias quæ contingunt ex absentia talium delectationum.

Ibid. o. *h.* et 2. o.— *Dico* 3° Tcmperantia versatur principaliter circa delectationes tactus; secundario et ex consequenti circa delectationes aliorum sensuum, sed maxime gustus.

ibid. n. 4. o. — *Probatur prima pars.* Temperantia versatur principaliter circa deleclaliones alimentorumctVenereorum :at-

qui hujusmodi delectationes consequuntur sensum tactus. Ergo. *Probalur maj.* Sicut fortitudo versatur principaliter circa timores cl audacias maximorum periculorum quæ sunt pericula mortis, ita temperantia circa concupiscentias maximarum delectationum: atqui delectationes cibi, et potus, et venereoruin sunt maximæ. Ergo. *Probalur min.* Tanto aliquæ delectationes suntvehementiores, quanto consequuntur operationes magis naturales ; delectatio enim consequitur operationem connaturalem : atqui delectationes ciborum, et potuum, et Venereorum consequuntur operationes maxime naturales. Ergo. *Probalur min.* Operationes animalibus maxime naturales, sunt cxquibus conservatur natura individui per cibum ct potum , ct natura speciei per conjunctionem maris et fœminæ. Ergo.

Q. 141. a. 5. *o.—Probalur secunda pars.* In delectationibus quæ perlinent ad conservationem vite, sive in individuo , sive in specie, consideratur aliquid principaliter el aliquid secundario : principaliter quidem ipse usus necessariorum , puta , fœminæ ad conservationem speciei, vel cibi ctpotus ad conservationem individui; cl ipse usushorum necessariorum habet quamdam essentialem delectationem adjunctam. Secundarioaulem consideratur circa utrumque hunc usum , aliquid quod conducit ad hoc quod ipse necessariorum usus iit magis delectabilis, sicut pulchritudo automatus fœminæ, sapor aut odor delectabilis in cibo : atqui, ut (lictum est, temperantia versatur principaliter circa ipsam essentialem delectationem ususncccssariorumquicstin tangendo: ergo versatur secundario circa delectationes aliorum sensuum, visus, gustus, olfactus, auditus Pt odora tus, in quantum sensibilia horum sensuum conferunt ad magis delectabilem usumrerum neccssararium quæperlinent ad lactum; ejusdem enim virtutis est moderari finem et ea quæ sunt ad finem.

Ibid,—Etquia gustus est propinquior tactui, imo, juxta philosophum, taclusquidam, ideo temperantia est secundario magis circa gustum quam circa alios sensus.

Ibid. α. 4. ad 3,—Porro, ut hæc clarius percipiantur, *nola* delectationes sensuum rcspeclivead hominem posse considerari dupliciter, 1n ut jam dixi, quatenus eorum sensibilia referuntur ad delectationes tactus inliisquæspcctanl conservationem vite, sive in individuo sive in specie ; et hoc modo perlinent secundario ad temperantiam, ut dictum est ; 2° quatenus oorum sensibilia sunt secundum se delectabilia prop er sui perfectionem el convenientiam ad sensum, v. g. quia sunt sonora , odorifera, pulchra, etc., absque ordine ad voluptates tactus; et hoc sensu non sunt proprie materia femperanliæ, quia cum sic non pertineant adoperaliones vite conservativas, non sunt vehementes, nec habent illam principalitatem ut circa eas antonomaslice temperantia dicatur : ct ideo nemo dicitur lemj erans aut intemperans quod aspectu cœli, autædificii, autcantu, aut odoribus moderate vel immoderate delectetur; neque etiam gustu præcise, ut patet in iis qui vina aut obsonia probandi causagustant ; – bid. ad 5.— imo neque tactu , si non sit ad operationes conservativas vite, sed delectet propter quamdam proportionem tangibilis ad sensum aut alia ratione, ut contingit in quibusdam lusibus circa (actum versantibus.

ibid, ad 3.—Dixi, *respective ad hominem;* quia solus homo, inter animalia, hoc secundo modo delectationes sensuum . seu eorum sensibilia considerat ; solus quippe homo delectatur coloribus, odoribus, sonis, etc., propter ipsum sensibilium objectorum perfectionem aut suavitatem, absque ordine ad voluptates tactus;cætcravero animalia , minime, sed eis duntaxat delectantur quatenus imaginationem cibi vel commixtionis ingerunt, horumque cupiditatem excitant: sic v. g. lupus non delectatur figura , odoro, aut balatu ovis per se, sed quatenus apprehensionem escæ vicinæ excitant; sic aves cantu delectantur, non obdulcedinem, sed ut ad escam aut conjunctionem excitat, cujus signum est quod non delectentur nisi voccsuæspeciei; non enim passcrdelectatur cantu hirundinis, sed passeris , eique respondet. Solæ ergo delectationes tactus ct quæ ad illas conferunt, sunt nobis cl bestiis communes, et ea parte una cum illis convenimus percipiuntur; unde maxime turpitudinem et dedecus conjunctum habent, cum nos similes bestiis cdiciant.

Dices 1° *contra primam partem conclusionis.* Delectationes spirituales sunt majo» ros quam delectationes corporales tactus, ut dicitur I 2, q. 31 , a. 5 : atqui, propter concupiscentias delectationum spiritualium , aliqui deliciunt a statu virtutis, v. g.

propter curiositatem scienliæ : ergo temperantia non est solum circa delectationes tactus.

Ante responsionem, nota. Delectationes spirituales dicuntur quæ sequuntur operationes mentis, vel etiam phantasiae, ulsunl ca quæ ex contemplatione cujusvis veritatis, sive divinæ sive naturalis, oriuntur; item quæ ex honoribus, ex narratione historiarum aut fabularum cl similibus causis procedunt. Corporales sunt quæ per sensus externos percipiuntur. Hoc notato,

Q. 141. a. 4. ad 4. — *R.* quod , quamvis delectationes spririlualcs secundum suam naturam sint majores corporalibus, tamen non ita percipiuntur sensu, et per consequens non tam vehementer alliciunt appetitum sensitivum, contra cujus impetum adhibetur virtus moralis ad conservandum bonum rationis.

ibid.—Vel dicendum quod delectationes spirituales, perse loquendo, sunt secundum rationem, nec nisi per accidens refrenandæ, in quantum scilicet una delectatio spiritualis retrahit ab alia poliori ct magis debita.

Dices 2"*contra secundam partem.* Præcipua delectatio cibi et polus videtur sita in gustu. Ergo.

Ibid. a. 5. ad 1.2. et 3.—*R.N.ant.Quio,* ut dixi in conclusione, præcipua et essentialis delectatio est in ipso usu seu fruitione rei necessariæ ad vitam; fruitio autem el usus cibi aul polus non est per gustum, sed per contactum maxime dum trajicitur per oesophagum: unde iis qui cibum aut polum appetunt, non satis est vina seu escas gustare, nisi etiam degluliant ; nec qui saporum oblectamentis excedunt dicuntur intemperantes, sed delicati. Quia tamen sapores delectantes sunt signa convenientis alimenti, ex saporibus gustatis magna voluptas capitur, atque inde fit quod mulli intemperanter edant et bibant; et ideo diximus circa hanc delectationem præcipue versari secundario temperantiam.

Ibid. α. 6. o. — *Dico* 4° Regula temperantiæ sumenda est secundum necessitatem præsentisvilæ.

Ibid, in arg. s. c.—*Probatur i°ex S.* Aug. lib. dc Moribus Ecclesiæ, cap. 21, dicente : tr Habet vir temperans in rebus hujus vilæ d regulam utroque Testamento firmatam , e ut corum nihil diligat, nihil pcr se oρρoῠ tendum putet, sed ad vitæ hujus atque of-

« liciorum necessitatem, quantum satis «ζ » usurpet utentis modestia non amantis jj. » feclu. »

1 bid. o. — *Probatur* 2° Finis est regula eo rum quæ sunt ad finem : atqui delectabilia secundum tactum et alios sensus circa qui versatur temperantia, ordinantur ad ali. quam hujus vitæ necessitatem tanquamad linem. Ergo.

Ibid. adi. —Ubi *adverte* me non dicer necessitatem vite esse linem temperantic, hujus enim finis est bcaliludo, sed esse finem eorum quibus utitur temperantia : unde, cum dicimus necessitatem vitæ csx regulam temperantiæ, inlelligimus non de temperantia secundum se, sed de temperantia secundum caquibus utitur.

Ibid, ad 2. et 3. — Per necessitatem autem non inlelligimus solam necessitatem absolutam,quadicilur necessarium id sinequ) res absolute esse non potest ; sed etiam necessitatem secundum quid, qua dicitur necessarium id sine quo res convenienter ct commode esse non potest, attentis nimiruni omnibus circumstantiis person®, dignitatis, officii, sanitatis, honestatis, opulentiæ, etc. Uno verbo,sub necessitate intelligitur etiam commoditas el convenientia respective ad circumstantias.

Et quia alius est finis temperantiæ, prout versatur circa venerea, ct alius prout versatur circa cibum ct potum (sunt enim diversa necessitates), ita etiam est diversa regula. Regula temperantiæ , prout versatur circa venerea , est ab eis omnino abstinere extra matrimonium ; in matrimonio autem iis duntaxal uti causa generanda prolis (intelligc petendo debitum), ul latius diceturde matrimonio: quia hic est finis usus Venereorum.

Regula vero temperantiæ , prout versatur circa cibum et potum , pariter sumitur cx line propter quem hæc sumuntur; et est bona corporis valetudo atque idonea mentis ad suas functiones dispositio , seu, ut dicit S. Aug. supra, *viteeet officiorum necessitas;* idcoque nec plus nec minus, nec alio modo sumi debent quam ad hunc linem : nisi forte id foret necessarium ad finem majoris momenti, v. g. ad satisfaciendum pro peccatis. Regulariter ergo qui plusaul minus comedit vel bibit, vel sxpius, vel alio modo, vel aliasrcsquam congruit valetudini el mentis functionibus, non servat temperantiæ re-

gulam; sicut nec qui solius voluptatis causa comedit aut bibit, quia istud inotivum non est per se honestum , sed brutis commune, nec cibus est ex natura institutus proplcrvoluptalem, sed voluptas propter cibum.

ibid. α· 7. *n,—Dico* 5° Temperantia est virtus cardinalis.

ibid,—*Probatur.* Illa virtus dicitur principalis ,eucardinalis, cui inest excellenter una ex quatuor conditionibus omni virtuti communibus, quæ *sunldiscrclio, rectitudo, firmitas* el *moderamen,* uljam dixi art. 1 de fortitudine: atqui temperantiæ excellenter incot moderamen :ergo. *Prob. min.* Temperantia moderatur illas passiones quæ difficillime frænanlur, scilicet concupiscentias eldelectationes tactus : ergo. *Prob. ani.* Quo magis aliquid est naturale et magis ad vitam necessarium, eo magis difficile est ejus amorem moderari· atqui, ul diximus supra, delectationes tactus sunt maxime naturales el carum objectum maxime præscnli vitæ necessarium. Ergo.

ARTICULUS II.

De vitiis oppositis temperantiae.

D.Th.Q.142.

Temperantiæ opponuntur duo vilia : unum per defectum, et est insensibilitas icu stupor* aliud per excessum, et est intemperantia. Insensibilitas est, cum qu ita iivcrsatur delectationes sensuum maxime tactus et gustus, ut nolit eis uti ubi,quando, quomodo, aul quantum recta ratio dictat esse illis utendum ; intemperantia e contra est, cum qui delectationes sensuum appetit ubi,quando, quomodo recta ratio dictat non esse appetendas aul plusquam dictat esse appetendas. Colligitur ex tota quæslione 14*2.

Ç. 'H2. a. 1. o,—*Dico* 1° Insensibilitas est peccatum.

ibid,—*Probatur.* Omne quod contrariatur ordini naturali est vitiosum: atqui insensibilitas contrariatur ordini natural· : ergo. *Prub.min.* Natura; hoc est, aucloi naturæ delectationem apposuit operationibus necessariis ad vitam hominis, el ideo ordo naturalis requirit ul homo in lanium hujusmodi delectationibus utatur, quantum juxta dictamen rationis necessarium est saluti human®, sive quoad individuum , sive quoad speciem*, atqui huic ordini contrariatur insensibilitas, ut *palet ex ejus definitione',* ergo. Non est ilaque sensuum delectatio secundum sc mala, ut dicebant Manichiei,sed bona; nedum in ordine naturae, sed eli am in ordine morali, si secundum dictaroen rcct® rationis tcmperelur.

Estautem insensibilitas vitium rarum inter homines; pauci sunt enim qui delectati ones sensuum minusquam oportet appetunt, Est secundum se veniale ; erit tamen mortale si quis ideo omittat id ad quod sub mortali tenelur, ul reddere debitum comparti, sumcrecibum vitæ necessarium , etc. aut si cx errore Manichaeorum delectationes refugiat Unquam perse malas.

Ibid. — Nullum autem erit peccatum, quin potius erit opus laudabile ab iis abstinere ob honestum aliquem finem, puta, ob sanitatem , ad agendam poenitentiam , ac vacandum contemplationi divinorum, ad satisfaciendum voto aulpræcepto, etc. Neque id ad vitium insensibilitatis perlinet, quia fit secundum rectam rationem.

Ibid. a. 2. et 4 .o.— *Dico* 2° Intemperantia est vitium inter humana maxime probrosum el infame. Quod sit vitium *palet;* quia opponitur virtuli quatenus excedit medium rationis quod statuit temperantia in delectationibus.

Ibid. a. 4. o.—Quod sit vilium maxime probrosum clam *palet* : 1° quia maxime repugnat excellentis hominis, quatenus eum nuasi servum subjicit delectationibus quæ sunt ipsis el brutis communes; 2° quia in eo nihil apparet de lumine rationis, nihil ingenii, nihil industriae aut generositatis, nihil quod etiam secundum quid hominem deceat, sed brulalis tantum elcæcus, exlinclo quasi lumine rationis, ad pastum cl venerem imOP·"B.

Ibid, ad 5.—Dixi, *inter vilia human i* , quæ scilicet attenduntur secundum passiones aliqualiter naturæ humanæ conformes ; sunt enim quaedam vilia humanæ naturæ modum excedentia, ideoque ferina potius quam humana, elhæcsjnt magis exprobrabilia , ut si quis delectetur comestione carnium humanarum, aut coitu besliaium seu masculorum. Reductive tamen videntur etiam perlinere ad genus intemperanti® secundum quemdam excessum , quatenus a dignitate ct nalura hominis longius recedunt.

Utrum vero in extrema necessitate liceat comedere caruem humanatu ? *Negative re-*

solvit Silvius hic, nisi forte per modum medicamenti in modica quantitate el valde alterala. *Affirmant* alii communius.

Dices 1" Sunl alia peccata graviora intemperantia : ergo magis probrosa. 2° Peccala inlcmncranliæ sunt maxime coininunia : atqui quæ sunt magis communia videntur minus probrosa, eo quod his horninines minus verecundantur. Ergo.

Ibid. ad 1. — *R. ad primum, N. conseq.* Quia gravitas peccati sumitur ex deordinatione ab ultimo tine scilicet Deo; infamia autem sumitur ex turpitudine quæ attenditur secundum indecentiam peccantis.

Ibid, ad 2. —*Ad secundum, dist. min.* Quæ magis sunt communia videntur minus probrosa secundum opinionem hominum, *C. min.* secundum naturam ipsam vitiorum , *N.*

Nota. Intemperantia dicitur a philosopho *vitium puerile*, non quod pueris conveniat, sed quod homines pueris indisciplinatis similes efficiat : 1°Sicut puer delectabilia appetit, non attento ordine rationis, ita intemperans. 2° Sicut si puer propriæ voluntati dimittatur, in illa crescit : ita intemperans, si satisfaciat suæ concupiscentis, hæc majus robur accipit. 3° Sicut puer emendatur dum coercetur, ita intemperans dum ejus concupiscentis resistitur.

ARTICULUS III.

De partibus temperantia in genere.

D. Th. Q. 143.

Q. 143. a. unico o. — *Dieo.* Sicut fortitudinisetcujusvis alterius virtutis cardinalis sunt partes triplicis generis, intégrales, subjectivæ et potenliales, ita cl temperantis.

ibid. — *Explicatur.* Partes intégrales alicujus virtutis dicuntur quædam conditiones requisilæ ad actum istius virtutis integre el bene exercendum : et secundum hoc, sunt duæ parles intégrales temperantis, scilicet verecundia et honestas ; integrum enim temperantiae officium in duobus consislil, in fuga turpitudinis, ad quam juvat verecundia, el in amore decoris, ad quem juvat **honestas.**

Ibid. — Partes subjectivae alicujus virtutis sunl ejus species; species autem virtutum diversiticantur secundum diversitatem objecti seu malcriæ : porro temperantia versatur circa delectationes tactus quæ dividunlurin duo genera. Nam quædam ordinantur **ad nutrimentum ; et in his quan**tum ad cibum est abstinentia, quantum ad potum inebriantem est sobrietas. Quædam vero ordinantur ad vim generalivam; clin his quantum ad delectationem principalem coitus el castitas, quantum ad delectationes circumstantes, quæ sunt in osculis, tactibus, amplexibus, etc., est pudicitia.

Ibid.— Partes polcnliales alicujus virtulis principalis dicuntur virtutes secundaris, quæ modum quem principalis virtus observat circa aliquam principalem materiam, eumdem observant in quibusdam aliis materiis minus principalibus el minus diflicilibus. Perlinet autem ad temperantiam moderari delectationes tactus quas difficillimum est moderari : unde quaecumque virtus, quæ moderationem quamdam operatur in aliqua minus principali materia et refrænat appetitum in aliquod delectabile inordinate tendentem, potest poni pars temperantiae, sicut virtus ei adjuncta.

Ibid. — Hæc autem inordinatio tripliciter contingit : 1° in interioribus molibus animi ;2° in molibus exterioribus; 3° in exterioribus rebus

Ibid. — Quantum ad primum , praeter motum concupiscentiae tactus quem moderatur et refrænat temperantia, 1res motus inveniuntur in anima in aliquod tendentes. Primus est motus voluntatis commotæ ex impetu passionis; el hunc motum refrænat *continentia,* ex qua iit ut, licet pars inferior hominis patiatur immoderatos concupiscentiae motus, voluntas tamen non vincatur. Secundus motus interior, est motus spei tendentis inordinate in excellentiam aliquam ; el hunc motum moderatur sive refrænat *humilitas.* Tertius motus interior, est iræ tendens in vindiciam; et hunc motum moderalurscu refrænat *mansuetudo* se *clementia.*

Ibid. — Quantum ad mutus exteriores, hos moderatur *modestia.* Quantum tandem ad res interiores et omnem apparatum cxlcrnum, ponitur *moderatio,* quæ et superflua respuit el nimis exquisita non requirit.

Sunt igitur quinque parles polcnliales lemperantiæ,*continentia, humilitas, mansucludo, modestia* el *moderatio;* licet aliquando modestia sumatur generalius, dequo vide infra u. 160, ari. 2.

ARTICULÎS IV.

De verecundia cl honestate.

D. T. QQ. 144 cl 145.

Ç. 144. a.1o. — Verecundiacsltimoropprobrii cl consequenter actus turpis ex quo causatur opprobrium. Quia (amen est etiam verecundia de probro præscnle aul prælcrilo, el timor esi lautum de futuro, posset dia quod verecundia sil quædam animi perturbatio de probro, quæ, si sit de futuro, erit timor, sidepræsenliautprælerilo, erit dolor.

ibid. — *Dico* 1° Verecundia non est virtus proprie dic ta, sed passio laudabilis, quæ ideo quandoque dicitur virtus late.

Ibid. — *Probalur.* Virlus est perfectio, el qui deficit a perfectione deficit aratione virtutis: atqui verecundia deficit a perfectione virtutis:ergo. *Probalur min.* Qui est perfeclussccundum habitum virtutis, non apprehendit secundum illam aliquid exprobrabile el lurpe quod sil sibi faciendum et difficile vitandum : atqui verecundiaapprehenditaliquid exprobrabile el turpe quod sit sibi laciendum ; esi enim, ul dictum est, timor de probrocx turpi actu laciendo, a quo proplerea refugit, propter quod ciiximusesse pariem inlegralem lemperanliæ. Ergo.

Jbid. — Quia tamen verecundari nec plus nec minus quam decet secundum diclamen rationis, esi bonum el laudabile, el bonum cllaudabile in actibus humanis ac passionibus dicitur communiter virlus; ideo verecundia quandoque vocatur virtus. Plura urca hanc materiam in Auctore.

Q. 445. a. 4. o. — *Dico* 2° Honestum est idem quod virluosum et decorum.

Ibid. — *Probalur.* Honestas, secundum nominis etymologiam, est quasi honoris status; unde ex hoc videtur aliquid dici honestum quod sit honore dignum. Honor aulem excellentiæ debetur, et excellentia hominis attenditur maxime secundum virtutem : ergo boneslum est idem quod virlus seu virluosum.

Ibid. a. 2.0. — Esi etiam idem quod pulchrumscu decorum; quia sicut pulchritudo seu decor Corporalis consistit in debita membrorum proportione cum quadam coloris claritate el suavi (ale, ila decor seu pulchritudo spiritualis consistit in hoc quod conversalio hominis seu actiones ejus sini bene proportionalæ secundum spiritualem rationis claritatem, scilicet ut suo tempore, loco et modo fiant ; atqui hoc ipsum esi honeslum. Ergo.

Adverte tamen, actum virtutis non dici honestum el decorum, nisi quatenus interiorem pulchritudinem per aclus externos prodit, quia aliter non innotescit.

Ibid a. 3. o. — *Dico* 3° Honestum est idem re cum utili et delectabili, ratione tamen distinctum.

Ibid. — *Probalur.* Idem officium virtutis, in quantum habet quemdam decorem ex ordinatione rationis, dicitur honestum; in quantum conducit ad assecutionem beatitudinis, dicitur utile; etin quantum est conveniens appetitui rationali et ipsum quietat, est delectabile : unumquodque enim naturaliter delectatur in suo convenienti. Ergo.

Ibid. — Sic itaque omne honestum est delectabile cl utile, sed non omne delectabile est honestum : quia potcslaliquid esseconvenicnssecundum sensum el non secundum rationem , proindeque delectabile, sed non honestum. Omne aulem utile simpliciter tale est honestum , quia utile simpliciter est id quod conducit ad assecutionem ultimi finis, quod solum honestum et' ii tuosum piæslarc polcst; secus tamen si loquamur de utili secundum quid, potest enim aliquid inhonestum esse utile ad aliquem finem particularem.

Ibid. a. 4. o.— *Dico* 4° Honestas specialiter sumpta, seu potius amor honestatis specialiter sumptæ, est pars intcgralis lempcrantiæ.

ibid.—*Explicatur.* Honestas seu decor potest sumi dupliciter: 1° generaliter, pro conformilate aclus cum judicio reelæ i adonis, et sic convenit omni virtuti, *ul patel* e.r *praecedentibus ;* 29 specialiter, pio eo quod opponitur maxime turpi: et sic est pars integralis lemperanliæ; quia ad temperantiam perlinet repellere id quod esi turpissimum et indccenlissimum, scilicet biutalc»Voluplates.

DISSERTATIO Π.

DE ABSTIXEM'ÎA, JEJU.XiO ET GULA.

D.Tli. QQ. 146,147, 148.

ART1CLLUS I.

De abstinentia.

o. 14A. n. 4. et2. o.—D<eo. Abstinentia est virlus specialis.

Ibid. aj. o.—*Probatur prima parsAXs**-tincnlia cxsuo nomine importat subtractionem alimenti ; sic præcise sumpta non est virtus, sed quid indifferens quod potest bone vel male fieri: sumpta vero ut regulatur ratione, sicut hiesumimus, est virlus, quia sic sumpta, est, ut dixi prius, pars temperantis moderans secundum dictaincn rationis concupiscentias el delecta liones ciborum , ut non impediant bonum rationis. Ergo.

Ibid. a. 2. o. — *Probatur secunda pars.* Virtus ponitur ad conservandum bonum rationis contra impetus passionum , et ideoubi invenitur specialis ratio qua passio abstrahit a bono rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem: atqui delectationes ciborum circa quas versatur abstinentia, nalæ sunt speciali ratione abstrahere hominem a bono rationis, tum propter earum magnitudinem, tum etiam propter necessitatem ciborum quibus homo indiget ad conservationem vitæquam maxime desiderat: ergo abstinentia est virtus specialis.

Dices contra primam partem. Moderari alimenta perlinetadarlem mcdicinæ.Ergo.

Ibid. a. ad.4.—*R. D.* Moderari alimenta præcise propter valetudinem corporis, perlinet ad artem medicinæ. *C.* inoderari passiones et delectationes alimentorum propter bonum rationis, pertinet ad artem medicinæ, *N.* Id enim pertinet ad virtutem abstinentia;, quæ proprie respicitrcirænationem illecebrarum gulæ ut convenientem rationi ct viro temperato. Quod si talis moderatio seu reirænalio ad aliud referatur quam ad propriam honestatem, puta, ad satislacicndum pro peccatis, erit actus imperatus a poenitentia; si ad luxuriæ illecebras vincendas, erit castitatis imperantis ; et sic de cæteris,

Hujus virtutis sunt diversi gradus, ut notat hic Sylvius. Primus est abstinere ab omni cibo ad tempus, ut Christus fecit per quadraginta dies. Secundus esiabsiiiicreaccrto genere cibi, v. g. carnibus semper ; tertius, ad tempus; quarius, abstinere acertogenere potus, utavino semper; quintus, ad tempus.

Adverte etiam quod, quamvis abstinentia dicatur versari circa cibum , non excludat tamen polum præcise secundum se, sed tantum polum inebriantem ; de illo enim sub hac speciali ratione dunlaxat datur specialis virtus, scilicet sobrietas, ut dicam infra. Unde qui excederet in potu aqua*, v. g. lactis aut cujusvis alterius liquoris actu non ebriantis, non peccaret contra sobrietatem, sed contra abstinentiam.

Dices 2° *contra secundam partem.* Non datur aliqua specialis virlus ad usum vestimentorum : ergo nec ad usum ciborum.

Ibid. a. 2. ad 5.—Λ. *Dato ant. N. consequentiam.* Disparitas est, quod usus vestimentorum sit ab arte introductus ; usus autem ciborum a natura ut quid vitæ necessarium, cui ideo ipsa natura magnam delectationem annexuit.

Si dicas usum vestimentorum esse etiam homini naturalem : *respondet* Cajelanus hic, esse homini naturalem secundum quod est animal rationale el politicum , non secundum naturam sensitivam nisi inchoative, pro quanto complexio corporis est præparata ut melius vestimentis conservetur: unde etiam fit quod plurcs nationes sine vestimentis incedant.

ARTICULUS IT.

De jejunio. D. Th. Q. 147.

Utrum ut cuj'iS virtutis sit actus ?

Quæslionem de jejunio aggressurus, in capite notare velim semel pro semper, ex Cajelano hic a. 7, § *Ad evidentiam*, quod, quia hæc materia est juris positivi humani, ut infra dicam, sicut consensu utentium firmatur, ita contraria consuetudine, aut dispensatione, seu relaxatione infirmaturct tollitur; et ita accidit ut, quod prius erat jus, non sit amplius de juris necessitate, ct quod prius nefas erat, licitum poslmodum sit. Ita Eininenliss.Non est itaque quod miremur plurcs varietates circa legem jejunii a temporibus Apostolorum irrepsisse, neque uniformiter in omnibus ecclesiis observari. Unde Auctor hic a. 8, ad 3, loquensde abstinentia ab ovis ct lacliciniis dicit : *In jejuniis diversas consuetudines existant apud diversos, quas quisque observare debet secundum morem eorum inter quos conversatur.*

2° Jejunii nomen sumptum est a *jejuno,* quod est quoddam intestinum animalissemper vacuum, unde significat abstinentiam a cibo ct potu. Varie accipitur.

1° Sumitur generaliter pro abstinentia ab omni cibo ct potu in stomachum transmisso, sive ab omni eo quod sumitur per modum cibi el potus, ut est etiam medicamentum; — *Q.* 147, a. 1. «d 3. — ct siesumptum (In

citur jejunium *jejuni,* seu jejunium naturale : tale requiritur a inedia nocte ad sumptionem eucharistiæ; de quo in rnaleria de eucharistia.

2"Sumitur pre abstinentia cibi et polus secundum regulas communes temperanti®, in ordine ad proprium finem qui est bona corporis el mentis dispositio ad suas functiones. Hoc jejunium vocatur morale et philosophicum.

3° Sumitur pro abstinentia cibi el polus, majori quidem quam exigit communiter temperantia secundum proprios fines,sed quam tamen exigit secundum alios fines ad quos ab aliis viriulibus ordinatur, puta, ad satisfactionem pro peccatis, ad rcfrænalionem luxuriæ, etc.

Jejunium hoc tertio modo sumptum , vel est arbitrarium, cujus varia exempla habemus in vitis Patrum, et etiam num in religiosa piorum praxi ; vel est lege statutum, scilicet vel lege particulari alicujus communilalisaut religionis, vel lege communi totius ecclesiae, quale est jejunium quod dicitur communiter ecclesiasticum, de quo potissimum hic est quaestio.

Ibici, a. 2. adi. — 4° Sumitur jejunium melaphorice et improprie pro abstinentia a vitiis el peccatis.

Ibici, a. d. ad 3. — Certum est 1° jejunium natui æ quod dicitur jejunium *jejuni,* quo quis dicitur jejunus antequam comedat, consistat in pura negatione, non esse actum virtutis.

Si tamen consideratur ut privatio cibi quem quis sumere potuisset ct quo se voluntarie privat in honestum aliquem finem, hoc ipso est jejunium jejunantis ct ex propositio eligentis, proindeque actus virtutis, ut dicam modo.

Certum est 2° jejunium metaphoricum non esse actum unius virtutis, sed vel omnium virtutum, vel saltem charilalis, quatenus omnes virtutes complectitur. Ilis positis.

Dico 1°. Jejunium morale est actus virtutis abstinentiae saltem acquisitae.

Quia virlusabslincntiæjUt dixi, est virtus moderans delectationes ciborum secundum diclamen rationis : atqui jejunium morale nihilcslaliud quam abstinentia ciborum moderata secundum diclamen rationis. Ergo.

Q. 1ἀ7. b. 1. ct 2. o. — *Dico* 2° Jejunium sumptum pro abstinentia rigidiori quam communiter exigat temperantia secundum proprios fines,sivesil arbitrarium, sive pra> cepium, est etiam actus virtutis abstinenliæ.

Probatur prima pars, 1° ex variis ulriusque Testamenti et SS. Patrum locis, quos longa serie refert Bellanninusde *Bonis operibus* lib. 2, c. 12, el alibi ; in quibus commendatur jejunium ut opus virtutis.

Ibid. a. 1.—*Probnlur* 2° Ex hocaliquis actus esi virtuosus quod versetur circa objectum bonum cum relatione ad finem honeslum· atqui hoc convenit jejunio de quo in conclusione : ergo. *Probnlur min.* Hoc jejunium versatur circa delectationes ciborum reprimendas, el assumitur principaliter ad tria: 1° ad carnis concupiscentias reprimendas; unde Apost.2 Cor. 6 : *In jejuniis, in cas(ilale.* Quia per jejunia castilasconservatur ; ut enim dicitS. Hieronym. lib. 2cont. Jov. *Sine Cerereel Bacchofriget Venus.* 2° Assumitur ad hoc ut mens liberius elevetur ad sublimia el divina contemplanda : unde Daniel 10 dicitur quod, post jejunium trium hebdomadarum,revelationem acccpil a Deo. 3U Assumitur ad satisfaciendum pro peccatis : unde dicitur Joel 2: *Convertimini ad me in loto corde vestro in jejunio, et fletu, el planctu.* Et hoc est quod S. Aug. dicit in Scrm. 230 dc tempore ; « Jejunium purgat » animam, mentem sublevat, propriam car» nem spiritui subjicit, cor facit contritum el «humiliatum, concupiscenti® nebulas dis» pergit, libi'inum ardores extinguit, casli» latis verum lumen accendit. » Ergo.

Q 1*M. a.* 2. o. — *Probatur secunda pars.* Omnis actus virtutis qui est circa aliquam materiam, ad illam virtutem perlinet quæ medium in illa materia constituit; quia eadem est materia actus et habitus : atqui jejunium attenditur in cibis in quibus medium constituit abstinentia : ergo jejunium est actus abstinenliæ, elicitus quidem ab illa, imperatus autem ab aliis virtutibus ad quarum fines ordinatur, puta castitate, pernitentia , ct u/ *dictum est in priori probatione.*

Solvuntur objet

Obj. 1n *contra primam partem secunda conclusionis* cum Lulheranis ct Calx inistis qui quidem *concedunt* jejunium valere ad coercendam carnis petulantiam, adorationem, ad signum pernitenti®; *negant* autem esse actum virlutisquo quid a Deo mereamur, ipsi satisfaciamus, aut aliquid impetremus.

Sic ergo arguunt : omnis actus virtutis est Deo acceptus : atqui jejunium non est Deo acceptum, secundum illud Isaiæ58: *Quare jejunavimus el non aspexisli?* Ergo.

H. JJ. maj. Omnis actus virtutis nulla prava circumstantia vitiatus, est Deo acceptus, *C.* prava circumstantia vitiatus. Λ'. Tale autem erat jejunium dc quo est sermo apud Isaiam : unde conquerenlibus Israclilis, *Quare jejunavimus clnon aspexisli?* respondet Dominus : *Ecce indiejejunii vestri invenitur voluntas vestra :* quasi diceret! Non bene jejunatis, quia jejunando nimis indulgclis vestris pravis affectibus. *Non igitur jejunium reprobavit,* inquit S. Micron, lib. 2 coni. Jov. c. ***it,*** *sed quale vellet, ostendit.* Eodem modo respondendum est iis quæ proferuntur ex Jerem. lielZachar. 7. Cæterum jejunium esse gratum Deo et apud ipsum valere, probantS. Scripluræin probatione primæ partis, et plures aliæ.

Obj. 2° Juxta Apost. *l* Timolh. *'i, Corporalisexercitatio admodicum prodest:* atqui per corporalem exercitationem plures antiqui intellexerunt jejunium : undeS. Ambios. in hunc locum dicit : *Jejunare enim el abstinere a cibis, non mullumprodesl.* Ergo.

il. 1° juxta S. Clirysost. Theodorcliim, Thcophylacturn, OEcumcniumctalios, falsam esse banc Apostoli inlclligcnliam. «Quiwdatn, inquilS. Chrysost. Horn. 12 ad laun data veri a, boc Apostolum dejejunioaiunl «dixisse, sed prolecto errant : neque enim « est corporalis exercitatio jejunium, sedspill ritualis; nam si corpoiaiis esset, corpus « protecto uutriret, cum autem illud maceret » el extenuet, macicqucconlicial, corporat s d omnino dici non potest. » Inlclligil ergo Apostolus per corporalem exercita onem, studium corroborandi corporis more athletarum ; familiare est enim Apostolo sumere similitudinem ab a'hletis, ut palet cx 1 Co.. 9, v. 2; Galal. 3, v. 7; Philipp. 5, v. 14; Timolh. 2, v. 5, ct hic. Unde cum dicit: *Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pictas autem ad omnia utilis est,* sensus est : Exerce te more boni athlete ad certamen virtutis, hoc enim vere utile est in h c et altera vita. Qui autem exercent se ad co poralc certamen, jarum lucrantur in hac vita, nihil inaltera.

Qua* autem 'idforuntur cx S. \mbrosio, Γ0Π«ιιη1 Vm'' 'nnnil Ide. ∨ v'Ι·*› ne ·»ȯ retici quem verisimile est esse quemdam Hilarium secte Luciferianæ. Certum est enim S. Ambrosium longe aliter sentire de jejunio, *ut palet* cx lib. dc Ecclesia el Jejunio, c, 3, ubi dicit : *Jejunium refectio.... anima vila est angelorum,culpa· mors....remedium salutis, radix gratias... hoc ad Deum gradu citius pervenitur.*

II. 2° *Dalo* quosdam veteres orthodoxo? sane sic intellexisse Apostolum, hujus et illorum sensus non est, quod jejunium nihil aut parum prosit, sed quod sil minus utile quam pietas quæ ad omnia utilis est.

Obj. 3° Jejunium non servat medium virt lis : ergo. *Prob. ant.* .Medium virtutis non m nuscorrumpitur diminuto quam superabundanti : atqui jejunium importat diminu um cibi. Ergo.

Ibid, ad2. et in ά. d. 15.q. 3. a, 1. quæstiunc. 2. ad 1. —/L *N. ant. Ad prob. D. maj.* Corrumpitur diminuto, si diminutum sil contra rationem, *C.* secus, 'Y. *Et ad huncs· nsum D.min. N.conseq.* Itaque medium virtutis non accipitursecundum quantitatem seu æqui distantiam ah extremis, sed secundum rectam rationem. Ratio autem judicat quod , propter specialem causam, aliquis minus sumat dc cibo, quam sibi competeret secundum communem statum, v. g. propter infirmitatem curandam aut propter alia opera corporalia expeditius agenda, ct multo magis propter spiritualia mala vitanda aut bona prosequenda ; unde contingit quod id quod est parum uni, puta sano, sil salis alteri, puta infirmo.

Ibid, in *h.*— insuper sciendum est quod medium virtutis non consistat in indivisibili, se ! habeat aliquam latitudinem, intra quam v lussalvalur etiamsi termini illius'a'iludinis (quos praetergredi salva virtute non ,:cel) sermone determinari non possint : et ideo qui dimittit a'iquidquo licite potest u'i, non est slalim dicendus a virtutis medio recedere.

Obj. 4° *contra utramque parton conclusionis ejusdem.* Jejunium de quoin conclusione secunda, non solum consistit in abstinentia a superlinis cibis; hoc esi enim de necessitate lemperantiæ, cl sic omm s temperantes forent jejunantes, quod est ta' uin; sed consistit in abstinentia a nccesiariis. atqui id neque vii tuosum est neque licitum: ergo. *Patel prima pars min.* quia virtus 'eoi i ;mlia· non rrîiil necessaria, sod su-

luia subtrahere sibi necessaria, est dare sibi occasionem mortis, quod non est licitum : Aon *enim differt,* inquit S. Ilieron. deCon-5ec. d. 5, cap. *Non mediocriter, utrum magno vetparvo tempore leinterimasAtrgo.*

Ibid quæstiuDO. 2, ad 3. ot hie a. 1. ad 3. — *It. D. maj.* Jejunium consistit in abstinentia a necessari is si m pl ici ter, *N.* a necesjariissecundum quid, *C.Et ad huncscnsum D. min. N. conscq. Explicatur.* Nccessariumaccipilur dupliciter in cibis: 1° ad conservationem vitae, etad talem valetudinem quæsilsufticiensad eaquæ incumbunt peragendasiveex officio, sive ex societate eorum quibuscum vivimus, si ve etiam ex charitaleet propter majorem utilitatem: el tale necessarium subtrahere perjejunium, neque est virtuosum, neque licitum; subtrahere en im quod estsimplicilernecessarium ad vitam, est se interimere (hoc tamen necessarium est valde motficum, quia natura paucis contenta est); subtrahere quod est necessarium ad ea operand q uæquisobligatur,eslconlra rationem, et juxlaS. Ilieron. lococitalo.dc *rapina hostiam jejunii offerre;* subtrahere tandem quod est necessarium ad alia opera utiliora sive charitalis, sive alia, quamvis ex officio non debita, est indiscretum; unde idem S. Ilieron. ibid, dicit: *Rationalis homo dignitatem amittit qui jejunium charitati, vel vigilias integritati sensus prcefert.*

ibid.—2° Accipitur necessarium ad optimam corporisdisposilionem : et quia caro insuorobere consislensdiflicilius spiritui subditur, ideo necessarium ad valetudinem sicacceplam, quamvis licite accipi possit, tamen laudabiliter etiam subtrahi potest; eltalis subtractio, licet non sil dc necessitate virtutis temperentiæ erit tamen saltem eliciti ve ab illa et imperative ab al ia virtute adcujuslinem hæcsubtractio ordinatur.

ibid. — *Neque dici potest quod* indejejunanssibi occasionem mortis alterat, quia talissubiraclio vix aut nevix mortem accelerat; nam corpus humanum frequentius ex superfluitate quam ex defectu mortales ægriludines incurrit: unde illud Galeni : *Suinma medicina est abstinentia;* etexperienlia constat abstinentes frequenter diutiasvivere.Cum i laqueprædicia subtractio se habeat ad utrumque, scilicet ad prolongandam vel breviandam vitam, non potest dici occasio mortis,

Obj. 5° Intemperans potest jrjunere : atqui tunc ejus jejunium non erit actus virtutis lemperanliæ seu abstinentiae qua caret. Ergo.

R. D. min.Non erit actus abslinentiæ de facto ab ea elicitus, *C. min.* natus ab illa elici, *N.min.* Dum ergo 'icimusjejunium esse actum abslinentiæ,sensusestquodsil nalusabeaelici,quiaesl in ejusmaieriael ejus moderamenservat, eide facto elicerelursiadesset: sicut dum latro redditdepositum, dicitur facere actum justiliæ ; quia hæc redd i lio narrata est cl ici a justi lia, licet de facto non eliciatur, quia non est.

Plura hæreticorum argumenla recurrent tum articulo sequenti, tum maxime inferius, dum de delectu ciborum, ari. 7.

ARTICULUS III

Utrum ei quojure præceptum sitjejunium?

Nota. Euslacbiani et Aeriani quarto sæculo, negarunt jejunium esse in præceplo; sic enim discurit Aerius apud S. Epiphauium.llæresi 75.« Sedncque jejunii insli-
» tuendi ullaratioesl:hæcenimomniaJu-
» dæorum propria sunt eleuidam servitutis
» jugo subjecta; quippe justo nulla lex est
» posita, sed parricidis et matricidis dun-
» taxat el id genus aliis : nam si jejunare
» omnino decreverim quacumque libuerit
» die,sponteetinlegralibertatejcjunabo.»
Quam theologiam cum suam fecerint Lutheran! et Calvinistæ (quo pudore videant), eamdem etiam cum istis hærelicis damnationem a concilio Langrensi, anno 324, latam subire coguntur. Hoc autem concilium can. 19 anathemati subjici til Ium *qui,absqucnecessitate corporea, tradita in communi jejunia et ab Ecclesia custodita superbiendo dissolvit.* Contra quos omnes.

Q. H7. a. 3. o. — *Dico* 1° Jejunium in communi, jure naturali præceplum est : quoad determinationem vero temporis et modi jure ecclesiastico.

xbid. — *Probatur prima pars.* Unusquisque tenetur ex naturali ratione uti remedio quo indiget: atqui jejunium in communi est remedium ad deletionem culpæ prælerilæ el cohibitionem future, ac ad elevationem mentis ad Deum, qui sunt lines nobis necessarii ; ergo jure nature tenetur unusquisque jejunium adhibere in quantum est sibi necessarium ad prædicta.

ibid— *Probatur secunda pars.* Sicut ad

sæcularcs principes perlinet praecepta legalia juris naturalis detcrminaliva tradere de hisquæperlinent ad utilitatem communem in temporalibus rebus, ita *a fortiori* ad praelalos ecclesiasticos pertinet ea statutis præcipcre quæ ad utilitatem communem fidelium pertinent : atqui Ecclesia statuto determinavit tempus et modum jejunii : ergo, *Major constat* tum cx paritate potestatis spiritualis ad temporalem, tum cx potestate ligandi data Ecclesiæ, Joan. 20el 21 ; exilio Luc. 10 : *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit*;cx præccplis per Apostolos factis, Act. 15. Confer insuper 1 2, q. 96, a. 4. *Minor etiam constat* ex generali consuetudine Ecclesiæ pro lege ubique recepta.

Confirmatur. Principes et magistratus hæretici quandoque indicuntjejunia, *utpalet* in Anglia et llollandia. Quæro : Subditi lenentur vel non tenentur servare ista jejunia qualiacumquesint?Si teneantur, quidni fideles Ecclesiæ pariter jejunia præcipienti obedire debent? Si non teneantur , remitto argumentum ipsis principibus et magistratibus, fustibus non verbis probandum.

Respondet Dallæus, indici posse ab Ecclesia communia jejunia cx temporum personarumque causis ac necessitatibus, nulla VerO pOSSC indici Stata Cl perpetua.

Sed contra. Qui potestatem habet indicendi jejunia pro emergentibus rei chrisliame causis, parijurehabel auctoritatem stata in perpetuum jejunia praecipiendi, si causæ illorum sint perpctuæet certis vicibus recurrentes: tales sunt causæ jejuniorum ecclesiasticorum , scilicet, ul jam dixi, deletio culpæ prælcritæ, cohibitio fuluræ, elevatio mentis ad Deum, refrænalioconcupiscenliæ quæ; causæ sunlpcrpetuæ : cl ultra illas jejunium quadragcsimale specialiter est inslitutum ut chrisliani ad festa paschalia se præparent,ulquccarnismorlificalionequodammodo Christo commoriantur; quæ causæ singulis annis recurrunt.

Itaque jejunium ecclesiasticum de quo nunc et in sequentibus ei il sermo, est *abslinentia cibi juxta modum ab Ecclesia præscriplum.* Hic autem modus hia complectitur ; primum, abstinentiam a certis cibis, nimirum a carnibus ; secundum , unam tantum refectionem; terlium, tempus hujus refectionis. De quibus dicemus distinctis articulis. Nunc.

Q. 147. a. 3. o. ad 2. — *Dico* 2° Lex ecclesiastica jejunii secundum se obligat sub mortali.

Est communis contra Angelum , v. *Jejunium,n.* 14,et paucos alios qui nolunlprærepla humana obligare sub mortali, nisit ut non agatur contra illa cx contemptu vel cx consuetudine.

Probatur. Leges obligant pro quantitate materiæ sub mortali vel veniali, nisi contrarium constet de intentione legislatoris: atqui jejunium, utpole opus, virtutis et homini ad salutem necessarium aut valde utile, est ex suo gvncrc materia gravis. Ergo. *Major probatur* dum de legibus,et *palet,* quia nisi teneatur hæc regula, nulla alia erit discernendae obligationis; recurrere enim ad intentionem legislatoris, nisi deca aperte constet, est divinare, maxime cuin hæc sil ordinarie conformis capacitati materiæ.

Confirmatur cx gravissimis pœnis quibus Ecclesia subjiciebat olim violatores jejunii: nam concilium Langrense, ul dixi supra, cos subjiciebat anathemati. Similiter canon 6S inter Apostolicos, ct canon. 5G synodi l'rullanæ; ct si sint clerici jubent eos dcponi. Uæ autem pœnæ non solent ferri in peccantes venialiter tantum.

Hinc jure damnata est ab Alexandro VII hæc propositio num 23 : *Frangens jejunium Ecclesiæ ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobediem (ia hoc lactat, puta, (juta non vult se subjicere præcepto.*

Advertit tamen Cajetanus in summa, v. *Jejunium,* cap. 3, n. 6, quod is qui absque fraude violat jejunium , putans bona tide se habere causam sufficientem, quæ tamen non sit, non peccat saltem mortaliter; quia, inquit, non censetur transgressor præcepli, cum per se ct cx intentione non agal contra illud; nec etiam ita per accidens cl materialiter opcialur ut redeat peccatum in naturam suæ formæ, nisi forleagal ex ignoranlia ita crassa ul dolo æquiparclur. IU etiam post Cajctanum , Navarrus in Manu. c. 21, num. 20, citans S. Antoninum, 2 p. lit. G,c 2,§ *Ante.* Item Sylvius hic a. 4, versus linem.

Solvuntur objectionts.

Oi>j. 1° cum modernis haereticis. Obliealio jejuniorum pertinet ad jugum et servi-

intern Iciis Judaicæ a quo Christus nosliberavit : unde jejunare ex obligatione, est profiteri legem veterem, quod est superstitiosum; Ergo.

R. 1°hoc ipsum esse argumentum Eustachianorum et Accianorum quos Ecclesia quarti sæculi damnavit in concilio Langrensi; illuc nostrates hærelici quærant solutionem. Interim

R. 2°N. ani. Non enim observamus jejunia nostra vi veleris legis, sed vi legis Ecclesiæ, neque sub iisdem caeremoniis et ex iisdem causis cx quibus servabantur legalia. Est sane argumentum risu dignum : Lex velus præcipit jejunia : ergo lex nova non potest præcipere, quasi Ecclesia non possit praecipere opera bona, quia Synagoga prius praecepit : perinde est ac si dicas : Lex velus præcepit orationem et eleemosynam : ergo nova non potest præcipere.

Neque magis ab hac obligatione nos liboravit Christus quam ab obligatione obediendi legitimis superioribus tam sæcularibus quam spiritualibus, quam et contra ubique urget. Libertas ergo qua nos donavit Christus est libertas 1° a servitute peccati ; 2° ct consequenter a servitute diaboli; 3° a servitute legis Mosaicæ maxime cæremonialis, cujus jugum erat grave ct vix portabile, Act. 15.

Obj. 2° cum eisdem. Disciplina Ecclesiæ modernæ circa jejuniorum observationem est eadem cum disciplina Montanistarum. Ergo rejicienda. *Probatur ani.* 1° Catholici moderni sicut Monlanistæ pari modo jejunant in certos dies, in abstinentia a certis cibis ex lege stata et inviolabili. 2° Antiqui catholici impugnabant olim eodem modo et iisdem argumentis jejunia Montanistarum, quibus nunc Calvinistæ impugnant jejunia moderriorum catholicorum, his nimirum S. Scripturis : *Non hoc esi jejunium quod tltgi;Quod intra in os non coinquinat hominnn; Esca non commendat Deo,* et aliis. Ergo.

R. N. ant. Ecclesia catholica etiam jam probabat et observabat stata sua jejunia siculinunc, tempore quo Montanistarum jejunia damnavit; cum illa sint cx traditione Apostolorum, ut probabimus infra, et testatur ipse Tertullianus Montanisla, lib. do Jejunio, c. 2, dicens . *Certe in Evangeli illos dies jejuniis determinatos putant* (catholici) *quibus ablatus est sponsus, et hos essejam solos legitimosjejuniorum Christianorum.*

Disparitatem autem inter utraque jejunia assignat S. Hieron. Epist. 54ad Marcellam: « Nos, inquit, unam quadragesimam secun- » dum traditionem Apostolorum toto anno, » tempore nobis congruo, jejunamus. Illi » tres in anno faciunt quadragesimas, quasi » tres passi sint salvatores. Non quod et per » totum annum, excepta Pentecoste, jeju-)› nare non liceat, sed quod aliud sitneces- » sitate, aliud voluntate munus offerre. » Igitur error Montanistarum non erat in eo positus, quod quadragesimalejejunium observandum esse ex præcepto contenderent ct observarent ipsi sicut catholici, sed quod, præter quadragesimam abEcclesia observari Solitam, duas alias quadragesimas seu xerophagias necessario esse observandas contenderent ex logea Montano lata. Catholici vero alia quidem jejunia præter ante paschale esse licita fatebantur, sed esse necessaria pernegabant ; nec Montano ac suis pseudoprophetissisinesseeam auctoritatem hæcjejunia cx præcepto instituendi asserebant, quam agnoscunt in Ecclesia cui Spiritus sanctus jugiter assistit secundum Christi promissionem. Et hic est Montanistas interet catholicos controversiæ status quem dissimulat Dallæus.

Hoc autem semel constituto, valida erant catholicorum contra Mon la niskis argumenta. Et 1° superstitiosa merito videbatur illa disciplina et Christi verbis Apostolicisque sententiis repugnans, quæ phanaticis tantum Montani sociarumque muliercularum prophetiis fulta erat. 2° Merito catholici incusabant Montanistas quod, Galatarum instar, diesel annos observabant, quod coinquinari putarent hominem per ea quæ in os inferebantur, quod essent cx genere hominum ab Apostolo damnatorum qui nuptias ct usum certi cibi erant prohibituri, quod denique illorum xerophagiæ ethnicam superstitionem redolerent. Quid enim aliud credi poterat de semiviro illo Montano, ct do Prisca ct Maximilla, insanis fœminis, quæ novas prophetias mentita*, una cum illo haeresiarcha novas leges Ecclesiæ statuendi, novaque indicendi jejunia insolilasquo abstinentias auctoritatem sibi arrogabant?

At immerito Calvinistæuæc adversus nos argumenta contorquent, cum facile probetur, *ul patebit etc dicendis,* nostra jejunia ab Ecclesia instituta, vel ab Apostolis accepta,

ex ohedionlia quam Ecclesiæ matri debemus , religiose observari ct observata semper fuisse. Confer art. præcedenlcm clart. 7.

Obj. 3° aim quibusdam catholicis *contra secundam conclusionem.* Violatio jejunii est tantum peccatum inobedienliæ : atqui inobedient'a non c-l peccatum mortale nisi sil formalis, proinde.jue cum contemptu. Ergo. *Pi olatur maj.* Quando Ec lesia prohibetaliquid quod non est per sc malum , hujus legis ti ans; ressio non est nisi peccatum i nobedientiæ : atqui esus carnium , aut multiplex in die rc.cclio, non est quid perse malum.Ergo.

H. 1u *N. maj. Ad probationem, N. maj.* Est enim id proprium vera? legis cujuscumquea iquid prohibentis aut præcipicntis in materia alicujus virtutis, ut actum (alis virtutis non necessarium , faciat necessarium hoc ipso quo faciendum praecipit, ct omissionem ejus culpabilem in eodem genere virtutis, sic, v.g. dum Ecclesia præcipii clericis recitationem breviarii, facit ut hæc recitatio sil actus necessarius religionis, ct ejus omissio peccatum contra religionem. Cum igitur jejunium sit in materia tempcranliæ, Ecclesia illud præcipicns facit ut sit actus necessarius tempcranliæ, cum alioquin non forel necessarius si lege non praeciperetur ; et consequenter qui jejunium ab Ecclesia praeceptum violat, pecca! contra temperantiam ct non solum contra obedientiam.

R. 2" IV. *primam min,* Quando enim maleiia inobedienliæ est gravis, etiam inobedientia materialis erit peccatum mortale, ut docet SvRius hic.

Quantum ad alia argumenta haereticorum, confer infra articulum *de delectu ciborum,* el ari. decimum *dc univcisalitate hujus obligationis.*

ARTICULUS IV.

Utrum convenienter determinata sint tempora jejunii ecclesiastici?

Q. 447. n. 5. o. —*Dico* 1° Convenienter dctci minata sunt tempora jejuniorum ecclesiasticorum.

Ibid — *Probatur.* Convenienter indicta sunt jejunia illis temporibus in quibus oportet homines a peccato purgari cl fidelium mentes in Deum eleva* i per devotionem; ad hæc enim duo maxime ordinatur jejunium, uldicium esi: alqm homines a peccato purgari cl ad Deum elcvai maxime convenit anlesolemnitatem paschalem, ul recte mysteria dominicae Passionis et resurrectionis celebrent, seque ad confessionem et communionem praeparent ; similiter in vigiliis præcipuaruin solcmnilatum quae sunt dcvolius celebranda? ; item ii. quatuor anni temporibus quibus ordines conferuntur, a<! quorum scilicet susceptionem oporiel per jejunium præparari, et eos qui ordinant, cl illos qui ordinandi sunt, et etiam lotum populum pro cujus utilitate ordinantur. Ergo convenienter determinata sunt tempora jejunii quadragesimæ, antepaschalis, vigiliarum clquatuor temporum, quæsunt omnia jejunia ecclesiastica?

Adde pro quadragesima, aptissimum esse tempus ratione castitatis ; quia verno tempore libido maxime incenditur, obsanguinis et spirituum augmentum ac fervorem. Et pro quatuor temporibus etiam specialiter convenientia sunt, ul Deo supplicemus pro frugibus terræ , aut pro iisdem gratias agamus, his enim temporibus aeris temperies maxime variatur et fructus omnes aul seruntur, aut nascuntur, aut maturantur, aut colliguntur. Ita S. Deo, Serin. 2,5 et8, de Jejunio decimi mensis, de Jejuniis quatuor Γοιηρ. Lege injure Disl. 75.

Ibid, in arg. s. c.—*Confirmatur* ex generali consuetudine lotius Ecclesiæ : *Qimd* enim *tota per orbem frequentat Ecclesia, quin ita faciendum sit disputare, insolcnlissima insaniat est,* inquit S. Aug. Epist. 118.

Ibid, nd *2,—Si dicas* jejunia in determinatis mensibus pertinere ad cæremonialia legis veleris. Λ. jejunia nostra quatuor temporum non servari iisdem temporibus quibus Judæi , nec propter easdem causas ; de quibus vide Auctorem.

Vigiliæ autem festivitatum quibus indictum est jejunium, sunt vigiliæ Nativitatis Domini et Assumptionis II. Virginis, cap. 1 de *Observant. Jejun.* vigiliæ omnium Apostolorum, exceptis vigiliis SS. Philippi cl Jacobi ctS. Joannis Evangelist», ibid. cap.2. Advertendum tamen quasdam harum vigiliarum in coriis provinciis non observari ex contraria consuetudine. Dem alia quatuor jejunia, etsi non jurescripto, generali saltem consuetudine servantur: nimirum vigiliæ S. Joannis Bapl. S. Laurentii , Omnium Sanctorum et Pentecostes.

Ibid. —*Dico* 2" Quadragenarius diorum numerus in quadragesima , ct teinnrnis in

quatuor anui temporibus, sunt etiam convenienter assignati.

Ibid.—Quantum ad quadragesimam, *palet* 1° Quia sic pro modulo aliqualiter imitamurjejunium Salvatorisquijejunavilquadraginta diebus. 2° Quia sic offerimus Deo decimas dierum anni; constat enim annus diebus 3G5; horumdecima pars sunt36 qui a dominica prima quadragesimae usque ad Pascha, non computatis diebus dominicis, sunt jejunio consecrati : quibus tamen postea additi sunt quatuor præcedenlis hebdomadae pro majori conformitatc ad jejunium Christi. Ubi obiter adverte, etiam esse jejunandum feria quinta in Cœna Domini, ul definivit concilium Laodieenum circa medium quarti sæculi, contra quorumdam contrarium usum.

Porro ante horum quatuor dierum additionem, nihilominus dicebatur *quadragesima,**quia licet non jejunaretur jejunio perfecto nisi triginta sex diebus, jejunabatur tamen quadraginta diebus, jejunio tam perfecto quam imperfecto; quia etiam dominicis diebus erat abstinentia a carnibus et lacticiniis, quod est quondam jejunium quadragesimale.

ibid,—Quantum ad jejunia quatuor temporum, *palet* etiam convenientia , tum ex numero mensium qui competit cuilibet tempori, quasi singulo mensi suum correspondrai jejunium; tum ex numero sacrorum ordinum qui his temporibus conferuntur.

2.1ά7.α. 5. o. ad 3.— Dico 3° Convenienter Ecclesia non instituit de præcepto jejuniotempore paschali usquead Pentecosten, neque diebus dominicis.

Quia jejunium est opus poenale clafTlictivum,quod non convenit diebus lætitiæ quales sunt dies quinquaginta post Pascha etdiesdominici propter commemorationem resurrectionis. Unde S. Ambros. Serm. 61, ct refertur dist. 76, c.8, ait. « Per hosquin-i' quagintadies (a Paschale ad Pentecosten) | uesljugisel continua festivitas; ita ul hoc nomni tempore neque ad observandum in-› ducamus jejunia, neque ad exorandum » Deum genibus succidamus. » Similiter S. Aug. Epist. 119, cap. 15.

Ibid.—Quapropter qui paschali tempore aut diebus dominicis jejuHft ex contemptu hujus moris Ecclesiæ, aut ex errore Manichæorum qui veram Christi resurrectionem negabant, aut ex sio'-' daritalis desiderio, aut cum superstitione vel scandalo, non est a peccato immunis.

Dices 1° Cap. *Rogationes de consecrat,* dist. 3, ex cone. Aurei, legitur : *Rogationes, id est litanias , ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum jejunium in dominiez Ascensionis solemnitate solvatur.* 2° Vigilia Pentecostes jejunium de præcepto servatur. 3° Quatuor tempora sunt infra tempus paschale, quod finitur in octava Pentecostes tantum. Ergo.

R. ad primum, vel ibi sermonem essede jejunio imperfecto, scilicet de abstinentia a carnibus, quale etiamnum observatur; vel hoc jejunium non fuisse de præcepto, sed de consilio tantum ; vel tandem non fuisse jure communi præccptum pro tota Ecclesia,sed propter aliquam necessitatem in particularibus quibusdam ecclesiis, quod abiit in dissuetudinem. Sensusautem S. Thomæ et noster est, quod assignatis temporibus nullum sit jure communi constitutum jejunium de præcepto pro tota Ecclesia.

Ad secundum , R. neque jejunium vigiliæ Pentecostes esse ullo jure scripto præceptum,sed observatum fuisse primo ex pia fidelium devotione et consuetudine, quæ paulatim invaluit, ac tandem vim praecepti obtinuit.

Ad tertium, R. tempus paschale quoad officium durare quidem usque ad octavam Pentecostes; quoad vero exemptionem a jejunio expirare in ipsa die Pentecostes, et modo ex consuetudine in vigilia Pentecostes. Hujus enim dum meminerunt SS. Patres, non numerant nisi quinquaginta dies, *ut palet* ex SS. Ambros. et Aug. citatis et aliis.

Ibid. — Quia tamen jejunium secundum se consideratum , est omni tempore laudabile, ct juxta S. llieron. ad Lucinium (refertur dist. 76, cap. *Ulinam*) optandum sit ut omni tempore jejunare possemus; inferunt Bellanninuset Sylvius hic, eum qui seclusis prælaclis motivis aut inconvenientibus, jejunaret assignatis diebus ex aliquo molivo honesto cl pio, puta, propior fervorem devotionis aut pœnitenliæ, vel propter instantem necessitatem publicam aut privatam, non essecondemnandum

Si opponas quod Mclchiades papa ad episcopos Hispaniæ scribal, quod *Jciunium Dominici dici cl quinta· feria nemo celebrare debeat, ul inter jejunium Christianorum et gentilium, veraciter credentium ct hercti-*

corum, vera el non falsa discretio habeatur, refertur de Consec. dist. 3, cap. 14 : *respondeo* quod tunc temporis gentiles et hærelici assignatis diebus jejunarent, ad quorum ideo od'um ct detestationem pontifex prohibet chrislianis jejunare iis diebus. Cessantibus vero his motivis, abolevit lex.

Quarilur utrum praeter assignata jejunia sintvcl fuerint aliajure communi p'æccpta pro lota Ecclesia?

Pro responsione accipe sequentia. 1° Antiquitus foria quarta et sexta cujuslibethebdomadæ erant jejunio consecratae . feria quarta, quia hac die Judas convenit de tradendo Christo, ct Judaei de co occidendo consilium inierunt; feria sexta, quia ea die Christus passusesl. Ita S. Aug. Episl. 86 ad Casulanum.

2° Sabbato , in memoriam sepulturae Christi, jejunabant olim plcræque ecclesiae Occidentales cum Romana ; non tamen Orientalis, neque inter Occidentales .Mediolanensis , *ut palet* ex hac vulgata responsione S. Ambrosii ad S. Aug. interrogantem pro matre sua : *Quando hic sum* (Mediolani scilicet), *nonjejuno sabbato ; quando Romas sum, jejuno sabbato : ad quamcumque Ecclesiam veneritis, ejus inorem servate, si pali scandalum non vultis, aut facere.*

Hujus discrepanliæinterccclesiam Orientalem cl Occidentalem causa fuit, quod in Orientali essent quidam haeretici, ut refert Epiphan. de Simoniacis, Hærcsi 21, et de Marcionilis, Hærcsi 42, qui affectabant jejunare sabbato, ne viderentur lætari de quiete ct operibus Creatoris, quem verum Deum esse negabant : in quorum odium ct detestationem, ecclesia Graeca prohibebat jejunium sabbati, excepto tamen sabbato Majoris hebdomadae.

3° Fuisse olim universale jejunium kalendis novembris, constat ex Isidoro, lib. ! de Ollie, cap. 39; item el kalendis januarii per triduum, constat ex concil. Turon. 2, can. 13.

4° Sen atum etiam antiquitus fuisse jejunium per adventum, tradit Innocentius III, cap. *Consilium,* tit. *de Observat, jejuniorum.* De diebus Rogat, dictum est supra.

5° Utrum hæc omnia jejunia fuerint observata cx devotione tantum , an etiam ex praecepto, non - ilia constat excepto forte jejunio sabbati,*quod videtur fuisse præcepluin in ecclesia Romana ct pluribus ecclesiis Occidentalibus. At vero constat ex populi christiani communi sensu et praxi, saltem nunc, nullum cx his esse universaliter in præccpto. Quod si in quibusdam ecclesiis particularibus quædarn adhuc vigeant, standum est consuetudini.

G° Feria sexta et sabbato cujuslibet hebdomadae, item tribus diebus Rogationum, est obligatio sub mortali abstinendi a carnibus : ita obtinuit consuetudo, salva tamen consuetudine contraria in certis locis aut dispensatione; quia in Gallia , in Belgio et pluribus aliis provinciis licite comeduntur carnes sabbatis inter Nativitatem Christi et Purificationem B. M. Virginis, etiam ipsa dic Purificationis si sabbato evenerit, ut declaravit concil. Carnolenseanno 1526. Idque facium arbitror, sive quia legem de abstinentia a carnibus diebus sabbati ab initio non acceptavit plebs Christiana, nisi retenta veteri libertate præfalis sabbatis carnes comedendi, sive quia contra legem latam et acceptatam usus contrarius postea invaluit.

Quantum ad feriam sextam , si in ea incidat festum Nativitatis Christi, est speciale rescriptum Honorii III ad episcopum Pragensem, his verbis : « Explicari per Sedem » aposlolicam postulasti, uirumsit licitum » illis qui nec voto nec regulari observantia » sunt astricti, carnes comedere quando in » sexta feria dies Dominicæ Nativitatis ofr j» currit? Ad hoc respondemus quod illi qui « nec voto nec regulari observantia sunt as· » (ricti, in sexta feria, si festum Nativitatis » Dominicæ dic ipso venire contigerit, car- » nibus propter festi excellentiam vesci pos- » sunt, secundum consuetudinem Ecclesiæ » generalis. Nec tamen hi reprehendendi » sunt qui, ob devotionem, voluerunt al›- » slincre. » Refertur cap. ***Finali,*** Extra. *de Observant, jejun.* lib. 3, lit. 46.

Hinc oritur dubium, utrum religiosi quibus sola regulari observantia non obligante ad culpam indicta est abstinentia carnium, ut sunt Dominicani, possint absque peccato comedere carnes die Natalis Domini, si in feriam sextam inciderit?

Λ Juxta communiorem sententiam posse. Ita Abbas, Sylvester, Armilla,Tabiona, Sa, Lopez et alu q os citât et sequitur Loth, tract. 7, q. 4, art. 3; item etiam ii qui severioris sunt discipline, Henrietta a S.

Ignalio, Natalis Alexander, lib. 4 , art. 7, reg. 7, ex Prospero Fagnano in cap. *Explicari;* quia, inquit laudatus Fagnanus, erga talcs religiosos non *habel locum cxcepliotlequa hie, quia loquitur tantum de his qui ad abstinentiam obligantur ex voto vel (xrtijula.* Ii autem quibus indicia est hæc abstinentia ex regula non obligante ad culpam, stride et proprie non obligantur, canone *Denique, § Etsi legibus,* dist. 4.

Addi potest quod, si non eximantur vi dispensationis pontiliciæ, quia forte ibi excipiuntur, videantur saltem exempti vi consuetudinis generalis, de qua est mentio in rescripto, sicut ex pari causa eximuntur, nullo contradicente, sabbatis intra Nativitatem Christi et Purificationem 1L Virginis: hæcenim consuetudo generalis, ut derogans legi communi quæ etiam ante rescriptum , *ulex ipsopalet,* jam vigebat, sicut neminem excipii, ita omnes afficit, relicta sola voti aut rcgulæ obligatione.

ARTÎCULTJS V.

De una vel multiplici refectione in die jejunii.

Jam dixi supra ad integrum jejunium ecclesiasticum tria requiri : primum, unicam refectionem ; secundum, quod hæc unica refectio sumatur hora a jure statuta et non ante; tertium, abstinentiam a certis cibis, scilicet carnibus, ovis et lacticiniis. Unde jejunium cui deest aliqua ex his tribus conditionibus, non est nisi imperfectum ct semiplenum jejunium, quale agitur m diebus Rogationum, feriis sextis et sabbatis, ct diebus dominicis in quadragesima. Has 1res conditiones expendit S. Th. tribus articulis icquentibus, cl nos cum ipso, simulquc varias difficultates ipsis annexas per varius Unde

§ I. — *Utrum reqniratnr ad jrjunium quod homo semel tantum comedat ?*

2.1V7. a. fi. o. — *Dico.* Ad jejunium requiritur quod semel tantum comedatur in die,excepta cœnula de qua infra.

Ibid, in a. s. c. — *Probatur* 1° cx consuetudincgenerali totius Ecclesiæ, quæ ab ejus incunabulis viguit; cum enim tunc fideles nonnisi ad vesperam refectionem sumerent, constat eos nonnisi unam sumpsisse.

ILid.o. — *Probatur* 2° Ecclesia instituit jejunium ad concupiscenliam rolrænandam, ita tamen quod salvetur natura : atqui ad utrnmque sufficere videtur unica comestio, per quam scilicet homo et naturæ satisfacit et tamen concupiscentiae aliquid detrahit, diminucndocoineslionum vices. Ergo.

Si quærasuïânnm extel hocEcclesiæ praeceptum? *R.* reperiri in ipsa institutione jejunii ab Apostolis, non scripto facta , sed verbo et exemplo. In jejunio, inquit Cajetanus, communiter intelligilur unica refectio, quia Ecclesia, indicendo jejunium, secuta est exemplum Patrum veteris Testamenti, qui jejunantes tantum semel reficiebantur : unde etiam per unicam refectionem distinguuntur jejunantes a non jejunantibus ; et ideo non dicimur jejunare feriis sextis et sabbato, neque diebus dominicis in quadragesima, licet a carnibus abstineamus , quia nimirum possumus pluries refici.

Dices 1° Non laxatur jejunantibus quantitas cibi ; ergo nec numerus comestionum taxari debet. *Palet consequentia*, quia jejunium, ut dictum est, est actus abstinentiae quæ non minus observat quantitatem cibi quam comestionis numerum.

Ibîd. ad ***i***. — *R. N. consequentiam.* Quia quantitas cibi non potuit eadem omnibus taxari propter diverses corporum complexiones; ex quibus contigit quod unus majori, alter minori cibo indiget ;sed,ul plurimum, omnes possunt naturæ satisfacere per unicam comestionem.

Dices 2° Licet pluries in die bibere : ergo ct pluries comedere. Solutioni hujus argumenti reservamus infra § integrum.

II. — *Ulr/<m quis fotirs peccat contra legem jcjunii, quoties comedit u-tra unam rejectionem ? an solum secunda rejectione ?*

Solum peccari contra legem jejunii secunda refedione et non sequentibus docent plures, nec ignobiles theologi: Durandus, Cajetanus, Sv Ivester, Navarrus, Paludatius, Lcsstusei alii. Contra quos

Dico. Probabilius et mihi prope certum videtur peccari contra legem jejunii, non solum secunda refectione, sed etiam sequentibus, lot quolsumuniur, excepta collatione. Ita Joannes .Medina, Covarruvias. Molanus, Sylvius, Natalis Alexander ct alii.

Probatur. Piæceptum ecclesiasticum de unica refectione, licet verbotenus videatur affirmativum, est tamen re et sensu negativum. Hujus enim propositionis. *Sumes unam tantum refectionem,* sensus est : Non sumes plures refectiones : sicut cum Eccle-

sia præcîpit sacerdotibus, *Celebrabilis lanium semel in die*, sensus est : Non celebeabitis pluries in die : atqui præcepta negativa obligant semper pro semper, ita ut non solum per primum aut secundum actum ipsis oppositum violentur, sed perquoscumque sequentes. Sic, v. g. quia Ecclesia prohibet ingressum monasterii monialium, toties quis peccat confia illud quoties ingreditur; sic in præsenti materia, quia Ecclesia prohibet esum carnium in die jejunii, toties legem transgrederis quoties carnes comedis, juxta ipsos adversarios : ergo similiter.

Confirmatur. Ex hoc quod Ecclesia præcipiat aut permittat ut sacerdos semel in dic tantum celebret, aut fidelis communicet, sequiiur prohiberi non solum secundam celebrationem aut communionem, sed etiam tertiam, quartam, quintam, etc. Ergo similiter in nostro casu.

Unde falsum est quod dicunt adversarii, hoc præceptum non continere negationem simpliciter, sed finitam et certo limite comprehensam, scilicet ne bis comedatur; ac proinde non prohiberi quascumque refectiones post primam , sed secundam duntaxat. Quemadmodum, inquiunt, si mulier vovendo virginitatem, intendat tantum se obligare non ad continentiam simpliciter, sed ad continendum a primo actu virginitati contrario, non peccabit contra votum per actus sequentes, sed per primum tantum.

Palet, inquam, *ex dictis hoc assumptum esse falsum.* Licet enim verum sil quod Ecclesia i oluerit suam intentionem restringere ad secundum actum, gratis omnino, imo irrationabiliter asseritur, cum sit de ratione præccpti negativi ut obliget semper pro semper, ut dictum est, nisi aliter intendat et exprimat præcipiens, sicut facit mulier vovens dc qua in instantia. Id autem fecisse Ecclesiam nullibi legitur ; unde est disparilas

Solvuntur objectiones.

Objicies 1° Jejunium, postquam secunda refectione violatum est, non potest amplius observari, quia tractum est, neque licii potest ul non sil fractum : atqui nemo tenetur ad impossibile : ergo Ita Angelus.

R. 1° *rclorsionc argumenti.* Jejunium , postquam prima comestione carnium est violatum, non potesl amplius observari, quia fractum est, neque fieri potestulnot) sit fractum : atqui nemo tenetur ad impossibile : ergo ncc ad observantiam talis jeunii. *Negant* adversarii *hanc consequin* Ham :* quo ergo jure cam negant, eodem jure *nego consequentiam prxccdcnlis argumenti.* Unde.

R. 2° *Disl. maj.* Non potest amplius observari integre, *C. maj.* quoad aliquid, *N. maj.* Potest enim adhuc obsonari quoad tertiam, quartam, etc., rclcclioncs quæ non minus prohibentur quam secunda. Qui autem non potest totam legem observare, tenetur observare partem quam potest.

Inst. Si cui praeciperetur non frangere vas aliquod, postquam semel fregisset, non peccaret amplius illud in ulteriores paries frangendo : ergo similiter.

R. Disl. ani. Si vas semel fractum sil omnino inutile, *C.* si sit adhuc utile, *N* Jejunium autem semel fractum potest adime utiliter observari quoad aliquid. Insto in eo qui semel comedit carnes, potest adhuc el debet ab ulterioribus comestionibus abstinere, juxta adversarios. Insuper non valet consequentia a physicis ad moralia.

Obj. 2° Lege jejunii non prohibentur plures refectiones absolute, sed solum quatenus per eas transgredimur limitem in jejunio praestitutum qui est una refectio : atqui per solam secundam refectionem hunc limitem transilimus : ergo. *Probatur min. a simili.* Tunc solum quis transgreditur alicujus loci limitem sibi constitutum, cuir facit primum passum ultra illum, non autem si postea longius ad decem aut viginti passus ulterius progrediatur : ergo similiter. Ita Durandus.

R. N. maj. l'ræcepto enim jejunii prohibentur ulteriores refectiones praeter primam , quomodocumque considerentur, quia, ut dixi, est praeceptum negativum; præcepta autem negativa non solum prohibent actum primum , aut secundum ipsis oppositum, sed omnes sequentes : unde etiam *debelnegari min.* Hocipsoenim quod omnes refectiones prælcr primam prohibentur, non solum per primam transilitur limes, sed etiam persequentes, cum per eas etiam violetur præccplum, proindeque neganda *est paritas,* quia transilienti limitem non prohibentur, ut suppono, ulleriores progressus, sicut hic prohibentur plures comestiones; si enim prohiberentur,

etiam'toties peccaret, quoties ulterius per intervalla progrederetur. Ul sil ergo paritas, debet comparari pluries comedens cum eo qui pluries limitem transgrederetur.

Obj. 3U Plu.es i electiones non prohibentur in jejunio , nisi quatenus earum abstinentia videtur perlinere ad monificaiionem carnis: atqui so um abstinentia a secunda refectione videtur ad hoc valere, non autem tertia, vel quarta, nisi torte valde parum : ergo. *Probatur min.* Passim homines, exceptis mechanicis, non nisi bis comedunt ; cl qui bis comedit, non videtur multum morlilicare carnem si ab ulterioribus refectionibus abstineat : ergo. IlaLessius.

R. Dist. maj. Plurcs relecliones non prohibentur in jejunio, nisi quatenus earum abstinentia videtur perlinere ad mortificationem carnis positive, vel privative, *C. maj.* positive lanium. JV. *maj. Ad cujus lensum distincta min. N. consequentiam. Explicatur.* Quiabstincta secunda refectione, mortificatur positive, quatenus plus solito fame torquetur et caro debilitatur : seu sallemadhoclendit hæcabslinentia. Quivero sumpta secunda refectione abstinet ab ulterioribus refectionibus, licet (orte plus solito fame non torqueatur, ncc mavis quam extra jejunium caro debilitetur, privat se tamen iis quibus caro magis ac magi' nutriretur et «aginaretur, magisque libido incenderetur: quam ideo mortificationem voco privativam, el quam dubio procul intendit lex jejunii:si enim prohibeat secundam refectionem ut non recalcitret caro, *a fortiori* prohibet ulteriores, cx quibus magis recalcitraret : unde sic

Retorqueo argumentum. Plurcs refectiones non prohibentur in jejunio , nisi quatenus sunt carnis saginalivæcl libidinis incentiva»: atqui non solum secunda sed tertia el quarta, etc. ,sunt carnis saginativæ cl libidinis incentivae, cieo magis quo plui es sumuntur, Ergo.

Insuper *posset absolute negari minor.* Nemo enim in die jejunii sumit tertiam aut quartam refectionem, nisi vel gula, vel alio motivo humano ad id incitante : his porro molivis resistere cl abstinere, est vera ncc tam levis mortificatio.

Quapropter ipse Lessius cujus est argumentum, cogitur tandem faleri quod per tertiani cl quartam relictionem longius ealur ultra jejunii limitem, el magis recedatur a fine intrinseco jejunii quam per secundam solurn, et quod communi hominum judicio magis censeatur violare legem jejunii qui quater comedit, quam qui bis tantum, licet in hoc agnoscat culpam tantum venialem, quia existimat tertiam et quartam refectionem prohiberi tantum secundario , seri gratis el falso; tum quia, ut dixi, praviter conducunt ad carnis saginationem et rebellionem ; tum quia, ut etiam dixi, de ratione praecepti negativi est, ut prohibeat æque primario omnes actus sibi oppositos j unde, sicut quoties quis manducat carnes in die jejunii, aut quoties iterat celebrationem missae, toties peccat morta iter, ita quoliesquis (dus quam semel reficitur indiejejunn.

Obj. 4° In confessione non solet explicari nec inquiri numerus refectionum, sed simpliciter dici solet non servatum jejunium : ergo. Ita iterum Lessius.

/L Λ. *ani. universaliter sumptum.* Novi enim et pœnilentes explicantes el confessarios interrogantes numerum refectionum : quantum ad illos qui non explicant aut non interrogant, tribuendum est parlim eorum ignorantiae, parlim probabilitati contraria? sententiae, quam forte probabiliorem reputant.

Obj. 5° Lex jejunii est poenalis: ergo restringenda.

/L *Oalo ant. D.consequens.* Ergo restringenda , servato sensu obvio verborum , *C. consequentiam ;* non servalo sensu ohvio verborum, *N.* Sensus autem obvius horum verborum, .¥on *comedes plurii s,* est quod prohibeantur omnes comestiones praeter unam, sicut per hoc *Non celebrabis pluries indic,* prohibentur omnes celebrationes præler unam.

Ex dictis colliges falsum esse quod ex sua sententia inferunt quidam adversarii, eum scilicet qui sciens mane sumpsit jentaculum, sive cum culpa, sive sine culpa, puta, causa urofcclionis, non teneri eo die jejunare etiamsi contingat eum non proficisci ; quia, inquiunt, jejunium jam esi violatum el amplius servari nequit. Quod principium confutavimus. Sed

Petes 1° quomodo jejunare debeat qui mane vel culpabiliter vel inculpabiliter sumpsit jentaculum?

It. Si mane plenam refectionem sumpserit, omisso prandio, debet ipsi sullkere collatio vespertina. Si leve tantum jentaculum

■umpSéHt æqmvalcns collationi, potest vesperi comam, aulsisubsitquædam ratio, v.g. quod debeat adesse communitati prandenti, prandero, omissa tamen collatione; quia dcbetsalvari unica refectio in quantum potest: sic autem «alvalur in utroque casu.

Hinc inferes, eum qui mane culpabiliter jentavit, si postea plus quam unam refectionem sumat eo modo quo diximus, duplex peccatum committere in confessione aperiendum, unum ralione anticipati temporis, aliud ratione multiplicis refectionis.

Attamen si is qui inculpabiliter jentaculum sumpsit, gravem pateretur difficullatem in transigendo reliquo die absque cibo, posset meo sensu prætcr cœnam aut prandium aliquid levesumere circa meridiem aut vesperam; et id ex benigna interpretatione matris Ecclesiæ quæ non censetur velle ut innocens graviorem patiatur difficultatem in jejunando quam alii communiter : secus de illo qui culpabiliter jentavit : ipse enim sibi imputet.

Petes 2° utrum qui aliquid leve pluries comedit in die jejunii, pcccel mortaliter?

Λ. *affirmative* dum pervenit ad quantitatem notabilem, quia cllcctus singularum comestionum manet et ita corroborat naturam, tollitque jejunii difficultatem, ac si simul fierent : paritas est de furtis minutis. Unde damnata est ab Alexandro VII hæc propositio numero 29 : *In die jejunii, qui sœpius quid modicum comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.* Si tamen singulis diebus semel aut bis aliquid leve comederet, non ideo in fine quadragesimæ peccaret mortaliter; quia diversorum dierum sunt diversa praecepta; unicuique enim diei csl suum præccptuin affr

Petes 3°quæ quantitas censeatur notabilis ct ad peccatum mortale sufficiens?

R. mihi videri quantitatem notabilem, peccato mortali sufficientem, quæ æquivalet vel levi jentaculo, vel collationi, vel tertiæ parti refectionis.

Petes 4° utrum qui lautius prandet ut facilius sustineat laborem jejunii, salisfacia praecepto?

R. affirmative cum Covarruvia, Sylvio, Lolli cl aliis etiamsi levis quædam intemperantia subreperet;—Hicq.147.a.6. ad1.—quia, juxta S. Th. quantitas cibi in una retectione non laxalui-praecepto jejunii. Idem dicendum de eo qui pridie lautius cœnarct, aut postridie citius ct largius jentaret.

Vcrumtamcnsi quis gravi intemperanti® | excessu se cibo poliiqucingurgitarel, eopræcise animo ut nullatenus sentiret dilliculatem jejunii, non video quomodo posset excusari a Ii aude, proindeque a violatione legis, quia — In 4. d. 15. q. 3. a. 4. Quoestiuucul. 4. ad 1. — *legem violat,* inquit S. Th. *qui in fraudem legis aliquid facit. Neque dieas* ut ante, quantitatem cibi non prohiberi lege jejunii, proindeque cum de quo in casu uti jure suo : non enim dico hunc peccare contra legem precise ratione quantitatis, sed ratione fraudis; nemo autem habet jus faciendi aliquid in fraudem legis. *Si reponas* legem non magis fraudari in hoc quam in priori casu, *nego :* aliud enim est, temperata jejunii difficultate, se illi et suis muniis parem reddere, quod intenditur in primocasu; aliud, omnem jejunandi difficultatem gravi excessu extinguere, quod intenditur in secundo casu. Sic, juxta communem sententiam, peccalcontra legem jejunii qui in ejus fraudem proficiscitur in locum ubi non csl jejunium; non peccat,si illuc eat propter sua negotia. Cælerum hæc dicta velim inquirendo potius quam resolvendo.

§. III. — *Utrum liceat div dere refectionem in dit jejunii?*

Dico. Qui sine causa legitima sic dividit refectionem ut non remaneat moralitcr una, frangit jejunium.

Patet ex dictis. Quia lex jejunii permittit tantum unam refectionem.

Dixi 1°, *sine rausa legitima;* quia sicut cana legitima excusat ab integro jejunio, *a forlioi i* ab unitate refectionis quæ est tantum pars jejunii, minor enim causa requiritur ad eximendum a parle legis quam a tola lege.

Quæ vci odebeat censeri in hac parte causa legitimal, varie varii determinant, el at mihi vidclur satis arbitrarie. Generalner loquendo, potest assignari, sicut circa omnes alias leges humanas impotentia physica aut moralis continuandi eamdern refectionem : impotentia physica, ut accidit plerumque in pauperibus qui non habent unde unam integram refectionem simuù cl semel sumere possint : impotentia moralis, seu magna difficultas, quando scilicel non potest continuari eadem refectio absque aliquo

gravi damno ant incommodo, v. g. si quis ex iiifirrnilate, non possit eodem tempore integram refectionem sumere;si parochus, inchoata refectione, vocetur, ad ministranda sacramenta quæ commode aut sine peririculo differri non possunt; si instet alia necessitas succurrendi proximo periclitanti sive corporaliter, sive spirilualiter; si interprandendum occurrat mercatori occasio transiensaliquas mcrcesnotabilcsvendendi, aut solutionem debitorum periclitantium recipiendi. Ex his exemplis alia collige. *El nola,* minorem, ut jam dixi, requiri causam ad dividendam refectionem quam ad eximendum a toto jejunio ; item majorem vel minorem requiri prout majus vel minus intervallum intercesserit inter ulramque partem refectionis.

Dixi 2°, *sic ut non remaneat moraliter* tine *refectio :* pro quo attendendum est el ad intentionem jejunantis, et ad spatium temporis quod inter inchoatam ct resumptam refectionem intercedit.

Ex primo capite, qui sufficienter, licet non abunde refectus, surgit a mensa cum animo finiendi, et postea iterum eidem vel allen mensæ accumbit, quamvis intra tempus communi1er concessum ad refectionem, quod est duarum horarum , frangit jejunium; quia in hoc casu prior refectio reel animo finita est, adeoque repetitio non censetur respectu hujus hominis continuatio prioris, nec una moraliter cum illa, sed plures. Ita Navar. Valent, Layman, Sylvius el communis contra Lessium. Hanc tamen violationem quidam non reputant nisi venialem ; quibus assenlior, modo sit breve intervallum, puta semiquadrantis circiter, quia tunc videtur, materia levis : secus si sit notabile intervallum , juxta sequentia.

Ex secundo capite, quia sive sufficienter siveinsufficienter refectus, sive cum animo sive sine animo repetendi mensam, abrumpit sine causa legitima refectionem, ct post nolabile tempus, puta, unius horæ, etiam sistendo intra tempus legitimum refectionis, repetit mensam ibidem vel alibi, peccat mortaliter vel confra substantiam jejunii si jam fuerit sufficienter refectus, vel contra modum unicærcfcclionis ab Ecclesia præscriptum si non fuerit sufficienter refectus; quia ob nolabile spatium intermedium non censetur moraliter una refectio s›'b duplex. Si autem sil brevior mora, puta, t unius quadrantis, cl secundum aliquos, scmihoræ, videtur materia levis ideoque peccatum veniale, maxime si non fuerit prius sufficienter refectuscl adfuerit animus continuandi postea. Si autem sit brevissima mora , nullum erit peccatum, quia parum in moralibus pro nihilo reputatur, et non desinit ideo reputari moraliter una refectio. Hæc omnia salis communiter admittuntur, iiisi quod alii longiorem moram , alii breviorem assignent.

Ex didis colliges 1° eos qui inle, 'pocula el fercula confabulantur, nugantur, nuntia seu litteras legunt, modo refectionem non protrahant ultra duas horas, non peccare contra legem jejunii, quia moraliter censetur una refeclio.

Colliges 2° eos qui, dum prævidcnl diu differendam esse refectionem, aliquid præsumunt intra horam legitimam , propter debilitatem præsentem, aut contra superventuram alioquin infirmitatem , non peccare; si id faciant absque causa, peccare vcnialiler aut mortaliter, pro quantitate materi® et interpolationis.

Hac ratione quidam excusant lectores et ministros mensæ, qui aliquid sumunt ante prandium hora tamen legitima, et statim post prandium aliorum absolvunt suam refectionem. Alii eosexcusant, eo quod censeaturuna moraliter refeclio. Ego neutram rationem universaliter sufficientem arbitror: non primam, quia non omnes indigeni hoc adminiculo; secundam, quia tamdiu potest protrahi refeclio, puta, ad duas horas, ut non possit censeri moraliter una refecliocx priori cl posteriori assumpto. Quia tamen communiter theologi (alesexcusant, verius puto cos excusari ex consuetudine communiter recepta etiam apud timoratos el religiosos.

§ ÏV.—*De canitia xeu collutione.*

I. Diu ignota fuit in Ecclesia coenula vespcrlina quædiciturro/hïtio;cum enim unica permitteretur refectio quæ sumenda erat in quadragesima hora vespertina, el in aliis jejuniis hora nona, hoc est, tertia promeridiana, non erat locus collationi.

Huic verisimiliter occasionem præbuit usus apud quosdam monachos bibendi ante lectionem seu collationem spiritualem quæ vespere ante completorium fieri solebat, ut legitur in conventu abbatum Franci» Aquisgrani, anno 817, his verbis : *Si necessitas poposcerit ob operis laborem nost re/edio-*

ntm *vespertinam, etiam el in quadragesima, pari modo el quando officium mortuorum celebratur, priusquam lectio completorii legatur, bibant.* Deinde potui additum est frustulum vel panis vel alteriuscibi, ne polus noceret. Et ne tempus ofliciis vilæregularis destinatum in ea actione terereturlectionem seu collationem spiritualem quæ in claustro seu capitulo fieri solebat, his diebus in refectorio habuerunt, et hunc ad refectorium aditum his verbis significabant, *ire ad collationem, ire ad lectionem collationum ;* et sic nomen collationis ad serotimam illam refccliunculam translatum es*.

Verum non in solo potu, adhibito frustulo alicujuscibi solidi per modum medicinae, ne polus noceret, semper stetit hæc collatio, sed aucta est tandem ad aliqualem nulrilioncm, ac per modum cibi sumpta cœnula evasit. Quando hæc initium habuit non satis constat. Videtur quod tempore D. Th. (obiit anno 1274) nondum erat in usu : ubicumque enim S. Doctor agit de jejunio, illud reponit in una refectione, nulla mentione facta collationis ; ct Constitutiones nostrae, circa hæc tempora cdilæ, non nisi polus meminerunt his verbis ; *Infra tero lectionem bibere poterunt.... data benedictione ab hebdomadario : Largitor omnium bonorum benedicat polum servorum suorum.* Probabile est tunc cœnulam fuisse introductam, quando anticipata est hora refectionis a vespere ct tertia Domcridianaad meridiem; cum enim, si post tam maYuram diei refectionem, homines nihil amplius cibi sumerent, dillicilc noctu somnum capere possent, consuetudine paulum invalescente, cœnula vespertina fuit introducta.

U. Cælerum, quidquid sit dc origine hujus uœnulæ,nuncsaltcm constat esse licitam, non solum nc polus noceat, aut somnus impediatur, sed eliam ad aliquam nutrilionem ex indulgentia matris Ecclesiæ, hanc relaxationem in sua lege tolerantis. Id amittunt unanimiter theologi, clconfirmal praxis omnium etiam timoratorum.

Sed circa quantitatem et qualitatem cibolum sumendorum in hac cœnula, tanta est sententiarum varietas, ut vix duos sibi consentientes reperias, el fere tot sint senlentiæ quot capita.

Ili. Circa qualitatem : quidam permittunt solum panem; alii cum pane fructus arborum crudos, poma, pira, uvas, cerasa, acetarium,etc.; quidam butyrum ct caseum; quidam pisciculos paucos non coctos, sel fumo duratos, aut aceto maceratos; quidair etiam coctos, item ct legumina cocta, im cl jusculum coctum ex his quæ licita suntir. collatione, ut ex vino vel cerevisia, vel aqua cum pane, herbis, butyro, vel oleo conditum. Cum enim, inquiunt, licoftthæcsumere seorsum in collatione, quidni panier liceret sumere jusculum ex his commixtis cl coctis confectum, cum nihil referat caliduir vel frigidum sumatur? Negant alii, contendentes ignis concoctionem mullum mulan materiam subjectam, ita ut alium ex ea cibum faciat nutrition! magis servientem. Quidam generalius determinant posse sum quæ in jentaculis apponi solent vel præmilli in refectionibus ad excitandum appetitum, vel postponi ad sigillandum cibum, *en dissert.*

Quidam tandem volunt non esse attendendam qualitatem ciborum, sed quanlilalen duntaxat, ita ut ex omnibus cibis esurialibus, seu qui die jejunii licite sumunlurk prandio, piscibus, leguminibus, ovis, etc., etiam liceat sumere in collatione modo servetur quantitas. Ita Cajelanus, inSummula, v. *Jejunium,* cap.1, n. 9, dicens, *non refero quid quisque sumat, si modum non excedit* Ita Bonae, de Præceplis Eccl. disp. ult. q. l, puncto 3, citans Asor.Tolet.Abul.Reginald. Filiuc. Ila Loth, citans Jacob. Marchant, in Résolut, pastor, p. 2 ,c. 5 ; Wiggcrs tract, dc Temp. c. 1, dub?4. lia eliam SporTP, in Append. ad 3 præceplum Decalogi, sect. 2, §3, η. 32, citansPctrum Marchant. Tribun, parle2, tract. 12, lit. 3, q. 3, dub. 1, cujus ratio est: *Quia cum collatiuncula illa tolerata sit, seu permissa ad aliquam confortationem naturæ propter infirmitatem humanam , nihil refert quocibo esuriali illaconforlatio fiat, modo non excedatur.*

In tanta opinionum varietate, rectius decere mihi videntur qui dicunt standum esse probat® consuetudini regionis in qua quis vivit. Quia cum collatio orium habeat a consuetudine, etiam consuetudine modus ejus regi debet.

IV. Circa quantitatem non minus dissentiunt auctores, dum alii ad unam panis unciam cum dimidia restringunt, alii ad duas, alii ad très, quatuor, quinque, sex extendunt : quasi vero quivis panis aliusxe ci esurialis sil ejusdem virtutis nutritii#.··

er altero non sit substanticr, et quod sufficit uni omnibus sufficiat. Relictis ergo his opinionibus ut infundatis el arbitrariis,

Alii assignant pro quantila'c collationis leveaut semiplenum jentaculum , alii quartam, alii quintain , alii sextain partem ordinariæ refectionis; sed hæsententia?videntur etiam arbitrariae, et nisi aliquid addatur, patiuntur easdem instantias ac prior, ʊ

Itaque, salvo meliori judicio, duosun* attendenda, juxta quæ regi debet quanti.as collationis. Primum est consuetudo cujusvis regionis inter timoratos recepta ; non enim est una in omnibus . sic in frigidioribus regionibus plus concedi solet quam in calidioribus; in his partibus salis communiter assumitur pro cœnula quod æquivalel mediocri jentaculo, aut quarlæ lerliævc parti refectionis ordinariæ.

2n Inspicienda est conditio personæ jejunantis; plus enim concedi debet seni seu debili quam adolescenti aut robusto, plus voraci quam fame carenti; idque ratio suadere udetur.— Q. 447. a.C». ad 1. —Siculcnim, juxtaS. Th. *Quantitas cibi non oportuit eadem omnibus taxari* in refectione *propter diversas hominum complexiones, ex quibus contingit quod unus majori alter minori cibo indiget :* ita nec oportuit eadem omnibus taxari in refectiuncula, quæ permittitur etiam ad indigentiam naturæ aliqualiter sublevandam.

Dicimus itaque quod ex primo capitcquisquepotostsumercin collatione tantum quantum sumi communiter solet in sua patria, eodem semper principio, quod collatioa consuetudine vim habeat. Ex secundo capite, potest plus sumere etiam quam sumi sident communiter, qui plus indiget.

Sed dices forte. Si collatio debeat sumi respective ad conditionem personæ, itant plus sumere possit plus indigens, minus qui minus indiget : ergo nihil sumere debet el poleslqui nullatenus indiget, quales sunt plurimi quibus unica plena refectio abunde suificit ad sedandam famem per totum diem el ad naturam sustentandam : atqui hoc videlur inconveniens. Ergo.

It. N. sequelam majoris. Quia licet ex secundo capite collaliosil respective, ex primo (amen capite est absoluta, ita ut quisque consuetudine permittente possit absolute sumere quantum communiter sumi solet in sua patria, sive indigeat sive non. Unde est tantum respective hoc sensu, quod qui plus indiget plus sumere possit quam sumitur communiter , non autem quod qui minus indiget minus sumere debeat quam sumitur communiter, sed minus quam qui plus indiget. Sicut quia lex jejunii permittit sumere unam integram refectionem, quisque, sive indigeat sive non, potest eam sumere absque transgressione legis : ii autem qui plus indigent, possunt sumere largiorem quam sumi solet communiter, absque eo quod qui non indigent teneantur vi legis abstinere ab ea quæ communiter sumi solet. In hoc tantum est disparilas, quod in plena refectione lr\ nullatenus taxet cibi quantitatem, itant non indigens qui lautius pranderet non peccare· contra legem jejunii, sed contra tempora; -tiam tantum : in refectiuncula autem consuetudo taxat in communi et secundum c certam qi ntitatem, puta, æquivalcntem mediocri jen culo, ultra quam communi|er non itur; non prohibet tamen quin pera -cidcns quis possit plus sumere, si nem e plus indigeat. Cæte um id unum omnibus et semper est observandum, ut sic aitcmperclur cœnula quod non vertatur in cœnam.

Petes T' quantus excessus requiritur in collatione ad peccatum mortale?

R. meo sensu talem requiri qui seorsim sumptus sufficeret ad alleram collationem : sicut dixi supra, talem quantitatem sufficere ad fractionem mortalem jejunii.

Petes 2° utrum liceat sumere collationem meridie, prandio in vesperam dilato?

R. non licere sine causa: quia est contra consuetudinem Ecclesiæ. Hæc tamen transmutatio non est nisi venialis ; quia non est violatio jejunii quoad substantiam , sc l quantum ad circumstantiam non multum gravem, cum difficilius sil sustinere famem, sumpta mane collatione, ad vesperam , quam suscepto prandio. Occurrente autem aliqua causa rationabili quæ non debet esse multum gravis, v. g. itineris, studii, lectionis , aut concionis habenda·, alicujus negotii peragendi, amici adventuri, etc., nulla est culpa. Ita communiter.

Petes 3° utrum vigilia Nativitatis possi* sumi largior collatio?

R. negative, nisi ubi viget consuetude contraria (non videlur vigere in his partibus), aut nisi labor assumendus in cantu plurium horarum cxcuscl.

§ V, – *Utrum juxta S. Thmici /totus solva t jejtiniiim ?*

Nota 1° Ex his qui contendunt potu solvijejunium, quidam concedunt non solvi potu aquæ simplicis. Ita Natalis Alexander, lib. 4 Thcol. Dogmat. et Moral, cap. 5, a. 7, reg. 14, his verbis : *Aqua quidem secundum sc non nutrit, et ob hoc non solvit jejunium.* Non sic tamen S. Th. in 4, d. 15 , q. 4, a. 4, quæstiunc. 1, ad 1 : *Aqua,* inquit, *etsi solvat jejunium naluræ, quia aliquo modo nutrii, non tamen solvit jejunium Ecclcsiæ, quia Ecclesia non attendit in statuendo id quod quomodocumque nutrire potest, sed id quod principaliter ad nutriendum ordinatum est.* Alii paulo liberaliores concedunt quod, licet vinum, cerevisia, sicera ct similes liquores nutriant, liceat tamen cis uti extra horam refectionis ex necessitate, seu ad extinguendam sitim ; sed ultra sumptos frangere jejunium.

Ex alia parte quidam plus æquo indulgentes, ita volunt licitum esse omnem potum , ut etiam sumptus in fraudem jejunii , causa sedandæ famis et nutriendi, non solvat jejunium , nec etiam si aliquid cibi sumatur toties quoties bibitur, ne polus noceat. Idem censent de *chocolat* sumpto ad nulrilionem et exlinclionem famis.

Nola 2° *Esto* potum non prohiberi lege jejunii, ul modo dicam, certo tamen constat cum qui bibit sine necessitate extra horam refectionis, agere contra finem praecepti, peccare contra temperantiam et jejunii meritum perdere vel in loto vel in parte : m toto, si sil immoderantia mortalis; in parte, si sit venialis, eo modo, v. g. quo qui in fine orationis voluntarie distrahitur perdit cx illa parte meritum orationis. Quapropter omnino culpandi sunt qui non sine iidelium scandalo dies jejunii agunt in popinis, seque vino aut cerevisia ingurgitant. Sed utrum etiam peccent contra legem jejunii" quæslio est secundum mentem D. Th. quæ ut magis elucescat vix aliquid de meo proferam , sed omnia fere ex S. Doctore cujus etiam verba contra id quod consuevi, distincto caractère notabo. Itaque

Dico. Juxta S. Thomam polus proprie sumptus secundum se non frangit jejunium.

Probatur 1° S. Doctor hic a. 9, sibi proponit secundo loco hoc argumentum . *Sicut homo nutritur cibo, ita et potu.... srp non est prohibiium quin bibamus plurio diversis hori ı diei ; erqo etiam non débel* ı cw *prohibitum jejunantibus quin pluria comedant.* Cui argumento respondet ad se eundum his verbis decretoriis ·« Jejunium » Ecclesiae non solvitur nisi pei- ea quæEτ- η clesia interdicere intendit instituendo » jejunium ; non autem intendit Ecclesb » interdicere sumptionem (alias *abstint** » *liam*) potus, qui magis sumitur ad alUs » rationem sedandam cl digestionem cihc- » rum assumptorum quam ad nulrilionem, » licet aliquo modo nutriat; ct ideo lio » pluries jejunantibus bibere: » ergojuxt. S. Thomam potus proprie sumptus secuti dum se non solvit jejunium.

2° Ibidem immediate subjungit : « Si au- » lem quis immoderato potu utatur, pote » peccare et meritum jejunii perdere ; sini' » etiam si immoderate cibum in una o » mestione assumat. » *Subsumo.* Atqu qui cibum immoderate sumit in una ct- mestione non frangit jejunium, sed pecti, dunlaxat contra temperantiam ; ergo juxli S.Th. polus proprie dictus , etiam immoderate sumptus, secundum se non frangi jejunium.

3° In 4, dist. 15, q. 3, a. 4, quæsliun·. 1 o, discurri : « Jejunium dupliciter solv- » tur, uno motio quantum ad meritum, ii » quod homo vel non meretur, vel minus » meretur; ct de hacsolulionc jejunii non » intendimus ad praesens.... Alio modo sol- » vilur jejunium secundum quod estai) Et- » ciesia institutum..... et de hac solutione «jejunii nunc quaerimus. Ad hoc autem « praecipue valet considerare intentiones » statuentis. Intendit autem Ecclesia ccr- » tum modum statuere manducandi, ul » scilicet semel in die jejunans manducet: » cl ideo si aliquorum sumptio secundum » quæ manducatio solet compleri itcrelur, » jejunium praedicto modo acceptum solvi- » tur. Si autem aliqua sumantur quæ ad » manducandum de se non sunt ordinata, » sed ad alium usum, qui usus communiter » manducatio non vocatur, talis cibi vel po- ή ius sumptio praetor manducationem unam » ante vel post, non facit esse binam man- » ducationem; cl ideo talis sumptio jeju- « nium non frangit. « *Subsumo.* Atqui pe- ius proprie dictus, non est de se ‹ dinalus ad manducandum, sed ad potandum,et ejus usus communiter manducatio non vocatur;

ergo juxta S. Th. polus proprie dictus secundum sc non frangit jejunium.

4« Ibidem ari primum : « Quamvis ali» quis polus aliquo modo nutriat, tamen Biiose non ordinatur ad nutriendum , sed » magis ad bonam dispositionem eorum quæ » nutriunt, ut scilicet per membra dedu- u cantur ct in stomacho non comburantur : p unde sumptio potus manducatio non di» citur ; cl ideo qui potat extra horam unicæ » refectionis, non dicitur bis manducare, el j) propter hoc nec statutum Ecclesiæ fran» git, nisi fraudem facial, quia legem vioiilatqui in fraudem legis aliquid facit. » Ergojuxta S. Th. potus proprie dictus secundum se non frangit jejunium.

Ilæc plana sunt, nec commentariis indigent : unde meo sensu caecutiunt in meridie qui S. Doctoris mentem in dubium revocant.

Dixi 1° *potus proprie diclus,* qui nimirum, ul dicit S. Doctor, cx sua natura el principaliter ordinatur ad refrigerationem et digestionem licet aliquo modo nutriat, ul sunt vinum, cerevisia , sicera, aqua, ct alii similes liquores. Unde lac, mei,jusculum *bouillon, chocolat,* cl similia, non censentur potus, quia licet non dicantur manducari , neque proprie polari, sed sorberi, potins tamen secundum se ordinantur ad nulrilionem quam ad refrigeralioncm et digestionem, el sic sunt magis cibus quam polus; el ideo franguntjejunium.

Quantum ad *thé* et *café*, quamvis aliquo modo nutriant, ratione jusculi herbarum, aulfabarum et sacchari, cum tamen secundum se sumantur principaliter ad refrigerationem ct digestionem , videntur mihi habere rationem polus, nec solvere jejunium, nisi forte multum lactis el sacchari immisceatur, el sumantur in magna quantitate.

Dixi 2°, *secundum sc,* quia per accidens polus potest solvere jejunium duplici modo. Ie Ratione consuetudinis ; si enim in aliqua provincia vel dioecesi vigeat consuetudo pro lege communitor accepta, abstinendi a potu extra horam refectionis, servanda est; sicut enim consuetudo potest præscribere contra legem, ita etiam potesl vim legis obtinere. Quod si non vi consuetudinis hæc abstinentia servaretur, sed ex falsa opinione quod lex jejunii secundum sc ct vi sua· instilntionisad illam obliget, tunc ex sola con- , - p,.ron(,;) d fnrie ratione scandali quis peccaret bibendo. Deposita autem h i, conscientia per saniorem doctrinam D. Th. non teneretur a potu abstinere, nisi secundum leges temperantia» et forte scandali vitandi.

2° Potus per accidens frangit jejunium , quando sumitur in fraudem jejunii : *quia,* inquil S. Doctor supra cil. *violat legem qui in fraudem legis aliquid facit.* At quando quis censetur bibere in fraudem legis, non est una omnium sententia. Quidam id fieri putant quando quis bibit immoderate, aut cx sola voluptate sine ulla necessitate Ita Pontas, v. *Jeune,* cas. 12 ; Hcnricus a S. Ignalio, lib.lt, c. 3; et sic etiam videtur sentire doctissimus Sylvius hic.

Sed non sic S.Thomas : aSiquis, inquil » hic a. 6, ad2, immoderate polu utalur, » potest peccare ct meritum jejunii perdere, » sicut etiamsi immoderate cibum in una coii mestione sumat. » Sed qui sumit immoderate ct ex sola voluptate cibum in una comestione,non ideo censetur agere in fraudem jejunii, nec peccare contra legem jejunii, sed contra temperantiam tantum. Ergo.

Item S. Doctor in 4 loco citato, ad 3, ait : « Quidam dicunt quod si electuaria Corne- ll dantur ad delectationem, solvunt jeju- » nium; si autem causa mcdicinæsumanlur, » non solvitur jejunium *[electuaria sunt mr*ii *dicamenta saccharovel meile condita,v.g.* » *confectura!).* Sed statutum legis positiva» » non attendit intentionem observantis, sed » ipsum actum, eo quod modus virtutis non » cadit in praecepto, sed est finis præccpli ; » sed ex intentione potest aliquis mereri vel » demereri î et ideo dicendum quodelecluaria, etsi aliquo modo nutriant, non tamen » hic est principalis usus eorum; unde nec » loco manducalionissurni consueverunt, et » ideo talis sumptio jejunium Ecclesiæ non » solvit, quamvis homo possit totaliler vel » in parte ex hoc meritum jejunii perdere, » vel etiam mortaliter peccare, si silimrno» dcrala libido ; non tamen est transgressor « præcepti Ecclesiæ, nisi in fraudem sume» ret, autsi cis quasi aliis cibis uteretur ad » famemextinguendam.» Ergosumerepra> cise immoderate et ex voluptate electuaria , *a fortiori* potum, non est agere in fraudem legis jejunii nec eam transgredi.

Ille itaque, juxta S. Thomam, dicendue estsumere potum autelectuaria in fraudem legis qni, utdicil S. Doctor in Irxln præce-

denti, *eis utitur quasi aliis cibis ad exlinquondam famem et* ad nutriendum; vel, ul dicit hic a. 6, ad 3, *qui ea assumit per modum cibi.* Hoc autem assumitur *per modum cibi,* quod assumitur ad sedandam famem el ad nutriendum, ad id enim ordinatur cibus. Qui igitur eo animo sumit potum aul elecluaria, agit in fraudem legis, el ideo peccat vel mortaliter si sumat in magna quantitate, vel venialiter si in parva.

Ex his colliges hoc famosum el ubique decantatum adagium , *Liquidum non frangit jejunium,* ex duplici capite esse falsum, nec a S. Th. unquam traditum, quin ab ejus mente prorsus alienum.

1° Quia, licet omnis potus sit liquidum, non tamen omne liquidum est polus, ut patet de lacte, jusculo el aliis, ut dixi supra ; solus autem potus propriediclus, juxta S.Th. non frangit jejunium.

2°Quia, juxta eumdem S. Doclorem, potus etiam proprie dictus potest per accidens frangere jejunium, si nempe sumatur in fraudem jejunii per modum cibi, et etiam, ut dixi, ratione consuetudinis.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° S.Th. hic a. 1, et 3 o, dic»? jejunium assumi ad concupiscentias refrænandas, ad elevationem mentis ad Deum cl ad satisfactionem pro noceatis; et ad 2, quod Si *quis transgrediatur* legem *hoc modo ul impediatur finis quem intendit* legislator, *peccet mortaliter talis transgressor :* atqui qui immoderate bibit vinum aulcercvisiam, impedit finem quem legislator jejunii intendit, scilicet retrænationem concupiscentiae, elevationem mentis ad Deum, etc. Ergo. Ita Henricus a S. Ignalio.

2° S.Th. hic a. 6, ad 3, dicit quod, *Si aliquis in fraudem elecluaria in magna quantitate sumat per modum cibi,* solvat jejunium : atqui eadem est ratio dc potu maxime substanliori, ut est pinguis cerevisia,aut vinum generosum. Ergo. Ita Sylvius.

IL *ad primum.* Fateor eum qui transgreditur legem hoc modo ut impediatur finis legislatoris, peccare mortaliter ; sed qui bibit extra horam refectionis non transgreditur legem, siquidem lex *non intendat interdicore sumptionem polus,* hic a. 6, ad2.

Ad secundum. Data minori, N. consequentiam. Non enim dicit S. Th. quod qui wrnil elecluaria in magna quantitate, præcise agat in fraudem jejunii, sed qui sumit in magna quarKitate per modum *cibi:* sic etiam sumptum potum fatemur solvere jejunium ; sumitur autem, ut jam dixi et modo adhuc-dicam , per modum cibi, quando sumitur ad extinguendam famem et ad nutriendum.

Omisi minorem, quia potest negari, clpari las asserta; (-um enim elecluaria, ut plurimum solida, manducentur etsmtvaldesubslanliosa, si sumuntur in magna quantitate, moraliter loquendo et in apprehensione hominum , censentur comedi et sumi per inodum cibi : hic enim res moraliter agi et judicari debet; secus de potu qui, cum sit liquidus el minus substantiosus , quantumvis sumatur non censetur moraliter comedi, nec sumi per modum cibi ad extinguendam famem et nutriendum, nisi id formaliter intendat bibens.

Inst. 1° Qui potu utitur immoderate ex sola voluptate, non eo utitur ut potu: ergo ut cibo. *Probatur ani.* Potus secundum D. Th-, est qui ordinatur ad refrigerationem cl digestionem, atqui qui utitur potu immoderate, non cum ordinal ad refrigerationemel digestionem. Ergo.

R. N. ant. Ad prob. D. min. Qui utitur potu immoderate, non eum ordinat ad refrigerationem ct digestionem , et tamen ex se, hoc est, ex sua natura et institutione ad id ordinatur, *C.* ctcxscad id non ordinatur, jV. Non dicit autem S. Th. id esse potum quem notans ordinat ad refrigerationem el digestionem, sed id quod dese, hoc csl, ex sua natura ct institutione, ad id ordinatur. Sicut «pii immoderate cibum sumit, quamvis eum non ordinet dc facto ad extinguendam famem clad nutriendum, sed ad solam voluptatem, quia tamen ex se ad id ordinatur, remanet cibus.

Insuper, *dato primo antecedente , potcsl negari consequentia.* Ex eo enim quod quis non utatur vino ut potu , non scquilurquod utatur ut cibo ; sicut ex eo quod quis non utatur pane ut cibo, non sequitur quod eo utatur ut potu. Potusenim ctcibus non sunt contraria immediata.

Inst. 2° Qui immoderate utitur potu validiori in magna quantitate, v. g. cerevisia crassa, aut vino generoso, quamvis formaliler cl explicite non intendat uti per modum cibi in fraudem ad extinguendam famem et ad null itionem ; hoc ipso tamen quo seiilil

ex eo in se famem cxtingui cl corpus multum nutriri, de facto fraudai legem, sicquc videtur saltern virlualiler et implicite uli tali potu per modum cibi in fraudem. Ergo.

Λ. non ila visum luisse Doctori Angelico. oSiquis, inquit hie ad 2, immoderate potu b utatur, potest pcccarc ct meritum jejunii » perdetc,sicut si immoderate cibum in una b comestione assumat:» porro qui cibum immoderate sumit in una comestione, non censetur fraudare neque violare legem jejunii, nisi id formaliter intendat : ergo neque qui potu immoderate utitur.

Itaque *negandum csl antecedens.* Nemo enimdicitur fraudare legem, qui facitquod iex non prohibet, nisi co animo faciat ut fraudet legem , sed dicitur uti jure suo *Si dicas* neminem habere jus bibendi immoderate: *fateor* vi præccpti temperantiae ; *nego* vi præccpti jejunii, quia eo non prohibetur: unde peccat contra temperantiam, sed non contra praeceptum jejunii.

Inst. 3" S. Th. in 4 cit. ad 3, loquens do dectuariis, dicit quod *Quis esset transgressor præccpti Ecclesias si ea in fraudem sumeret, aul si iis quasi aliis cibis uteretur ad famem extinguendam;* ergo juxta S. Th. aliud est sumere elecluaria in fraudem, aliud ea sumere per modum cibi ad famem extinguendam: porro non videtur quomodo non sumpta per modum cibi sumantur in fraudem, nisi quando sumuntur in magna quantitate, eadem autem videtur esse ratio dc potu.

*11.*1°mejant assignasse disparitatem inter elecluaria el polum, ita ut qui elecluaria sumit in magna quantitate, moraliter censeatur comedere ct sumere in cibum, licet id formalitcrnon intendat: sccusdepotu.

Λ. 2°ly *aul* non hic sumi in vi copula: disjunctivae, sed apponi majoris explicationis ergo : sicut si diceret S. Doctor : *Si er in fraudem sumat iis utendo quasi aliis cibis ad famem extinguendam.* Sic cum dico : Si Paulus qui vendidit equum Petro ipsum defraudavit, aut equum morbidum pro generoso supposuit, tcnelur ad restitutionem ; ly *aut* non sumitur disjunctive sed explicative, ita ut sensus sil . si Paulus fraudaverit Petrum ipsi supponendo equum morbidum pro generoso, tenetur ad restitutionem. Similiter in nostro casu. Certum est enim quod uti clectuario ut cibo sit modus fraudandi legem, nec apparet quod piæter cum sit alius. Et ideo S. Doctor, in Summa hic ad 3, utrumque pro uno el eodem accipit, scilicet agere in fraudem ct sumere electuaria in magna quantitate per modum cibi, dum dicit quod issolvitjejunium qui *in fraudem clecluariainmagna quantitate assumit per modum cibi :* quibus verbis explicat quod sumere in fraudem, sit sumere per modum cibi, ct significat quod sumere in magna quantitate præcise non sit sumere in fraudem , nisi sumatur per modum cibi.

Cætcrum mihi sane mirum est velle per tot diverticula el illationes scrutari mentem S. Doctoris, dum ipse eam formalissimis et patentissimis lerminis prodii : audi ergo iterum, argumentator, el acquiesce : «Jcjunium nonsolvilur nisi percaquæEcclesia » interdicere intendit instituendo jejunium; » non autem intendit Ecclesia interdicere » sumptionem potus : » hic ad 2. Item : « Si » quis immoderate potu utatur, potest pccare ct meritum jejunii perdore, sicut si » immoderate cibum in una comestione assumat. » Ibid. Item . « Sumptio polus non » dicitur manducatio, ct ideo ille qui potat » extra horam unicæ comestionis, non dici» lur bis manducare, et propter hoc ncc sla» lutum Ecclesia: frangit. » In 4 citato, ad 1. Quid vis clarius? quid expressius?

Obj. 2° Primæva lex jejunii interdicebat omnem polum extra horam refectionis: ergo. *Probalur ant. 1°* ex jejunio veteris Testamenti ad cujus instar inslitutum csljejunium ecclesiasticum. Esdras jejunans panem non comedit cl aquam non bibit, Esd. 1, c. 10. Jejunium Ninivitarum fuit in abstinentia panis cl aqua:. *Homines cljumenta non gustent quidquam, nec pascantur cl aquam non bibant,* Jonæ3.

3° Ex testimonio Patrum. S; Greg. Nissenus, in Orat in principio jejunii : *Amarum est,* inquit,*jejunium, sed dulcis paradisus; molesta est silis, sed prope csl fons ex quo qui biberit non sitiet in alernum S.* Fructuosus , episcopusTarracon. cum duceretur ad supplicium, oblatum potum recusavit , quia jejunii dies erat ct nondum advenerat hora nona,proutrcfcrl S. Prudentius, hymno sexto Perisicphanon, his versibus :

Jejunamus, ait, recuso potum,
NonCum nona diem resignat hors ;
Nunquam conviolabo jus dicatum ,
Nec mor» ipsa meum sacrum rosolveU

Sylvanus abbas, ut refert Rutinus, nb. 3

de Vitis Patrum, c. >(6, discipulum sitientem et aquam bibere volentem prohibuit, eo quod esset jejunium. Ergo.

Hæc objectio non impetit directe conclusionem nostram in qua præcise agitur de mente D. Thomæ. Probat autem, si quid probat, errasse S. Thomam; sed quia id omnino falsum existimo, ideo ad argumentum

R. 1° ipsum nimisprobarc, adeoque nihil. Ex eoenim sequitur quod non solum vinum, sed nec aquam liceat bibere, urgente siti, cx ia refectionem: quod non admittunt ipsimel adversarii.

R. 2° N. ani. Ad probationes, *nego* iis probari hanc unquam fuisse toti Ecclesiæ legem impositam abstinendi a potu extra horam rercctionis. Imprimis quæ alTeruntur ex veteri Testamento nihil omnino probant. 1° Quia jejunium Esdræfuit arbitrarium, et jejunium Ninivitarum luit ipsis singulare et exliaordinarium. 2° Quia *esto* jejunium ecclesiasticum sil ad instar jejunii veteris Testamenti, non debet tamen illi in omnibus assimilari; alias sequeretur quod nobiscum deberent jejunare jumenta, nec liceret nobis quidquam comedere aul bibere per lotum diem

Quæ vero objiciuntur ex SS. Patribus non etiam sufficienter probant. Possunt enim intelligi vel de jejunio arbitrario ex fervore devotionis rigidius assumpto, vel de jejunio obligatorio quod sibi privata lege aul voto imposuerant seu impositum habebant ex severiori disciplina alicujus instituti. Aul si loquantur de jejunio ecclesiastico, intelligendi sunt juxta morem alicui provinciae particulari proprium, non toti Ecclesiæ communem. Et eo difficilius adducor ut credam legem jejunii ex sua institutione unquam interdixisse polum extra tempus comestionis, quod S. Thomas aperte contrarium indicet, siquidem licentiam bibendi non cx consuetudine aut indulgentia Ecclesiæ, sed cx ipsa jejunii institutione ubique repetat : dicit enim hic ad 2 ; *Jejunium non solvilur nisi per ca quæ Ecclesia interdicere inlendil instituendo jejunium* (audis instituendo); *non cnim inlendil Ecclesia interdicere sumptionem polus.* Similiter in 4. cit. o, et ad 2.

R. 3° *Dato ani.* scilicet quod Ecclesia in prima jejunii institutione abstinentiam a potu intenderit, saltem constat quod nunc eam amplius non intendat, huneque primævum rigorem ex indulgentia remiserit. Hujus intentionis benignae matris Ecclesi» mihi testis est omni exceptione major Doctor Angelicus qui Romæ vixit, summis pe» Cilicibus el aliis Ecclcsiæ prælatis notus et familiaris, cui proinde melius quam cuivis alteri contrarium opinanti perspecta fuit intentio Ecclesiæ in hac communi lege, et cujus scripta tot encomiis non célébrassent SS. pontifices, quin potius emendari curassent, si tam apertum errorem docuisset. Testis est insuper constans praxis omnium etiam eruditorum et timoratorum in plerisque orbis catholici provinciis.

Insl. Juxta SS. Patres, olim toto tempore quadragesimæ erat interdictus polus vini, *ul paid* ex Cyrillo Jerosol. Catechesi 4 : *Jejunamus,* inquit, *a vino d carne;* et cx constitutionibus Apostolicis S. Clemenlis, lib. 5, can. 19, ubi legitur : *A vinotl carnibus abslinelein iis (liebus.* Ergo.

II. Exhac instantia nihil contra nos. Non cnim in ea agitur de abstinentia a quocumque potu extra refectionem, sed de abstinentia a certo genere potus, scilicet vini, non solum extra , sid etiam intra refectionem, sicut de abstinentia a certo genere cibi, scilicet carnium. Exeo autem quod prohibitus fuerit usus vini etiam in ipsa refectione, non sequitur quod prohibitus fuerit quivis alius potus, sive intra sive extra refectionem. Et cum nunc iste rigor non vigeat amplius, ususque vini permittatur, eo licet uti non secus ac alio potu, sive intra sive extra refectionem. Imo neque omnino certum arbitror usum vini fuisse unquam lege communi jejunii toti Ecclcsiæ interdictum; proindeque præfatæ auctoritates intelligi possunt vel de concilio, vel de more alicui provinciae proprio, non toti Ecclesiæ communi. Id milii suadet S. Thomas, qui hic art. 8, ad 1, docet Ecclesiam lege jejunii com enienlius interdixisse usum carnium quam vini et leguminum , quia licet hæc tria conducant ad libidinem, id tamen præslal esus carnium subministrando humorem qui diu manet, vinum autem ministrando calorem, et legumina ministrando spiritus, qui calor et spiritus cito transeunt.

Obj. 3° Ex hac quam dicimus S. Thomæ sententia sequitur quod , qui præ nimio potu non potest manducare, vere jejunat el melius jejunat quam qui abstinet in pane el aqua, quia hic sumit unam refectionem

quam ille non sumit: atqui consequens videtur absurdum et a mente S. Docturis alienum. Ergo.

R. 1° *majorem universaliter sumptam non essev ram.* Si enim is nimium polasset in fraudem jejunii, aul contra consuetudinem in sua provincia receptam, ut explicui supra,vere non jejunaret. Sed extra hos casus.

R. 2“ talem vere jejunare hoc sensu quod non peccet contra legem ecclesiasticam, non autem hoc sensu quod tale jejunium sit illi meritorium. Ad id quod additur, nego ipsum melius jejunare; non enim ille melius jejunat qui magis abstinet ex molivovirlulis.Unde, v. g. qui abstinet in pane el aqua ex avaritia ut parcat sumptibus , nonmcliusjejunal quam qui ordinario modo abstinet ad carnem domandam, aut ad satisfaciendum pro peccatis.

0bj.4° Polus est pars refectionis : atqui permittitur tantum una refectio : ergo bilensexlrarefcctionishoramsumitplusquam unam refectionem.

R. *D. maj.* Polus est pars assumpta ut cibus reficiens, Λ. assumpta uteiborum vehiculum el digeslivum,C. El ideo.sumpta extra refectionem, non tacit alleram rcteclionem.

Petes 1°utrum sumere liceat leve quid cibi ne potus noceat?

R. Si polussit necessarius, licet ; quia lune sumitur per modum medicinae : nec probo quod dicit Ilenno, potum necessarium solitarie sumptum nunquam nocere. Si non sil necessarius et sæpius iteretur cum cibo levi, non licet ; quia lunc moraliler loquendo censetur potius sumi per modum cibi quam per modum medicina».

Petes 2° ulrum ad sedandum sitim liceat manducare poma, pyra, cerasa et similia ?

R. *negative* absolute loquendo. Quia hæc sunt vere cibus, el ideo dicuntur manducari et non bibi. Quia tamen in casu politionis sumuntur quasi potus, el aliunde sunt cibi valde leves et leviter transeuntes, longe majorin eisquanlitas requiritur ad frangendum jejunium quam in aliis cibis.

ARTICULUS VI.

Dehora solvendijejunii.

Dicoi0 Prioribus Ecclesiæ sæculis, hora solvendi jejunii communis extra quadragesimam erat nona, hoc est, tertia poineriliana : intra quadragesimam protendebatur ad vesperam.

Probalur prima pars. S. Epiphanius , in fine librorum adversus Ilæreses, dicit : *Quarta ct pro sabbato jejunium statutum est usque ad horam nonam.* S. Aug. Epist. 48 ad Januarium dicit, horam solvendi jejunium esse nonam. Cassianus, Collai. 21, cap. 23, scribit horam capiendi cibi esse nonam. *Patebit adhuc ex sequentibus :* unde

Piobalur secunda pars. S. Micron, in Epist. ad Eustochium dicit, monachos solvere jejunium post horam nonam , excepta quadragesima in qua districtius vivitur. S. Bernardus , Serm. 3 de Quadragesima : « Hactenus, inquit, usque ad nonam jeju- » navimus soli, nunc usque ad vesperam je- » junabunt nobiscum universi reges el prin- » cipes, clerus ct populus , et ignobiles, si- *n* mul in unum dives et pauper. » Concilium Cabilonense, anno 650, et refertur cap. *Solent, de Consecrat,* dist. 1, sic habet : « So- » ient piuresqui se jejunare putant in qua- » dragesima , mox ut signum audierint, ad «horam nonam comedere; qui nullatenus » jejunare credendi sunt, si ante manduca- » verint quam vespertinum celebretur olli- » cium : concurrendum est cnim ad missas, » el auditis missarum solemnibus ct vesper- « linis oiEciis et largitis eleemosynis, adei- » bum accedendum est. Si vero aliquis ne- » cessitale constrictus luerit, ut ad missam » venire non valeat, testimata vespertina » hora, completa oratione sua, jejunium » solvat.» Ex quibus colligitur tunc temporis missam celebrari hora nona, hoc est tertia pomeridiana; post missam vespertinum officium, quo completo refectio sumebatur : unde promiscue apudSS. Patres refectio in dic jejunii dicitur *coena* ,cl non prandium.

Dico 2° Sæculo decimo tertio mos obtinuit ut omnia jejunia indistincte solverentur hora nona, seu tertia pomeridiana.

2.447. a. 7. o.— Hujus moris testis est S. Thomas hic art. 7 o, ubi etiam rationes congruentes profert. Prima : quia est communis consuetudo hominibus comedendi circa duodecimam in summo solis ascensu: abstinendo autem per tres horas usque ad tertiam, habelur aliqua notabilis castigatio carnis, nec tamen per lioc mullum gravatur natura : ergo. Secunda : quia hora nona, id est, tertia pomeridiana, convenit passioni Christi quæ completa fuit hora nona quando inclinato capite tradidit spiritum ; jejunantes enim dum carnem suam affligunt, p*»-

sioni Christi conformantur. Ex quibus babes male a quibusdam intclligi S. Thomam de hora nona inchoata el non complota.

Dico 3° Nunc hora solvendi jejunii est ciiea meridiem.

Ila passim obtinuit consuetudo, vidente et annuente matre Ecclesia, hominum infirmi ali indulgente.

Paucis post annis a D. Thoma , consuetudinem hanc obtinuisse testatur Durandus, ejusdem sæculi scriptor, in 4, dist. 15, art. 3,q. 9, his verbis : *Comedentes in quadragesima el quibuscumque aliis jejuniis, circa horam sexlam* (id est duodecimam), non *peccant; quia tam Papa quam cardinales, praelati ct religiosi sic observant.*

Hanc mutationem horæ nonæ in sextam esse rationabilem, probant Cajetanus hic et Bcllarmin. lib. 2 dc Bonis operibus, cap. 2; quia quando homines solebant sumere refectionem circa meridiem, hora conveniens solvendi jejunii eral tertia pomeridiana. Hæc enim dilatio trium horarum erat congrua carnis mortificatio, ut dictum est. Ergo cum nunc soleant homines refici, sive jentando sive prandendo, circa nonam matutinam , hora conveniens solvendi jejunii est circa meridiem ; ibi enim ut ante intervenit dilatio trium horarum. Antiquæ tamen consuetudinis voluit Ecclesia manere quædam vestigia : unde in quadragesima ante refectionem cantantur Vesperæ, in aliis jejuniis cantatur Nona.

In 4 cit. a. 4. quœstîunc. 3. —Dixi, *circa meridiem;* non enim Ecclesia intendit arctare ad subtilem temporis inspectionem, quasi oporteret accipere astrolabium ad cognoscendam comestionis horam; sed sufficit si circa illam horam quam Ecclesia determinat, jejunans sumat cibum. Unde usus invaluit tam apud regulares quam sacculares, ut possit comedi ad medium duodecimae, imo in his partibus, saltem apud saeculares, hora undecima.

Dico-i° Qui absque legitima causa notabiliter anticipat horam refectionis in die jejunii , peccat mortaliter.

Est sententia probabilior el tutior Cajet. Navar. Sylveslri, Pahidani, Sylvii, Marchand) el aliorum, contra Lessium, Layman , Toletum ei alios.

Ratio est, quia transgreditur praeceptum in re notabili · hæc enim conditio jejunii noabililer facit ad carnis mortificationem quæ est finis præccpli; dicitur autem materia notabilis quæ notabiliter conlrariatur tini legis.

Dices 1° Hæc conditio non esi essentialis jejunio, sed accidentalis tantum, cum Ecclc-ia pluries circa illam variaverit. Ergo.

In 4. cit.'a. 4. quocstiuncul. 3.—*R.* In A *ani.* juxta S. Th. qui disertis verbis dicit. *Cum Ecclesia instituit certum tempus comedendi jejunantibus, qui nimis notabilité anticipat, ieiunium solvit;* non dicilur autem solvi jejunium omittendo id quod ip-i est accidentale. *Ad probationem, R.* ex ea nihil evinci, siquidem Ecclesia etiam variaverit circa unam refectionem, permittendo collationem; nemo tamen dicit abstinentiam a multiplici refectione, prout nunc observatur, non essede essentia jejunii : in hoc ergo sila est essentia jejunii, in quo illud statuit Ecclesia pro diversis temporum congruentiis.

R. 2° *Dato ane. N. consequentiam.* Sire enim hæc conditio sil essentialis, sive accidentalis jejunio sufficit eam præcipi ab Ecclesia, ul censeatur peccare mortaliter qui eam omittit in notabili quantitate.

Dices 2° Mortificatio seu difficultas qua minuitur anticipando refectionem, augetur et compensatur diuturniore dilatione collationis, et sic in idem rodit. Ergo.

R. N. ani. Ut enim omnes fore fatentur ct experiuntur, major et præcipua difficultas jemnii est ante primam refectionem, qua plene sumpta facile expcclatur hora collationis, etsi quandoque contrarium per accidens contingat.

Dixi, *absque cauta, legitima,* <qnia sicut causa legitima excusat a tota lege, potest *a fortiori* excusare a parte. Causa autem legitima est, quando quis non potest sinegravi incommodo sumere refectionem hora solita, qualis esi iier inchoandum, concio habenda, aliquod grave negotium tractandum circa meridiem, el similia. Multi addunt urbanitatem erga hospitem qui discessum differre non potest : sed non satis video quale gravamen communiter resultaret, si hæc urbanitas omitteretur legis ergo sonanda,··

Petes quæ censeatur anticipatio notabilis?

Respondet hic doctissimus Sylvius, anticipationem mediæ horæ esse certo lexem, anticipationem duarum horarum esse certo notabilem, anticipationem unius horæ esse probabiliter notabilem. Hoc ultimum mihi

videtur (lunim. Cælerum notari velim, majorem vel minorem causam requiri pro majori vel minori anticipatione, ct eo majus vel minus esse peccatum, quo plus vel minus causa accedit ad sufficientiam vel ab ea recedit. Unde non puto cum peccare qui urbanitatis causa comederet cum amico proficiscenti medio undecimæ, in his partibus ; quia, *dato* quod non sil sufficiens causa ad notabilem anticipationem, ut dixi, est tamen sufficiens ad levem.

ARTICULUS VII.

De abstinentia a earn ibus, ovis cl laclicin iis.

Nota. Circa hanc tertiam jejuniorum nostrorum conditionem, duæ hæreses contrariai versantur. Prima est illorum qui quosdam cibos natura sua immundos ac ideo illicitos reputabant, quales fuerunt Ebionitæ, Encratitæ, Euslhatiani, qui omnium animantium carnes dicebant immundas ; Manichæi, qui non solum carnes, sed et vinum immundum dixerunt : quam hærcsim, quoad vinum, secutus est Mahumctus in Alcorano, cap. 3, teste Bellarm. lib. 2 de Bonis Operib. cap. 3.

Hanc hærcsim praedamnavit Deus ipse, dicens Noe post diluvium . *Omne quod movetur cl vivit, erit vobis in cibum.* Praedamnaverunt suo exemplo Christus ct ejus Apostoli qui, tum alias, tum potissimum in ultima cœna agnum comederunt et vinum biberunt. Praedamnavit specialiter Paulus, 1 Timoth. 4, his verbis : *In novissimis temporibus, discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris cl doctrinis dmnoniorum, in hypocrisi loqucnlium mendacium..., prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus.....quia omnis creatura Dei bona est, cl nihil rejiciendum quod cum gratiarum aelione percipitur.*

Altera hæresis huic contraria, est eorum qui contendunt nullos omnino cibos 9 sive in perpetuum sive ad tempus, sive omnibus sive quibusdam, posse aut debere interdici : talos fuerunt olim Nicolaïlæ et Valentiniani. Tales sunt nunc I.uthcrani ct Calvinislæ qui volunt ad jejunium duntaxat perlinere abstinentiam a lautitiis, cumque proinde melius jejunare qui carnibus moderate vescitur, quam qui optimis piscibus el variis condimentis utitur. Contra quos

Dico 1" Ecclesia jure potest Interdicere jejunantibus esum carnium.

Probatur 1° ex variis S. Scripture lo< is *Qui Ecclesiam non audierit, sit libi sicut ethnicus cl publicanus : Qui vos audii me audii; qui vos spernit me spernit :* etc. Ergo.

Confirmatur. Apostoli in concilio congregati , interdixerunt Christianis usum quorumdam ciborum, scilicet sanguinis ct suffocati , ut lex vetus suavius abrogaretur. Ergo Apostolorum successores possunt etiam fidelibus certorum ciborum usum interdicere ad alium aliquem bonum finem, ut est rcfrænalio carnis, etc.

Probatur 2° Lumine naturali constat medicum jure posse infirmo præciperc abstinentiam a carnibus ad vitam corporalem salvandam : ergo id etiam jure potest Ecclesia erga jejunantes sibi subditos ad vitam spiritualem salvandam. *Patcl consequentia,* quia non minus, imo magis competit Ecclcsiie regimen animarum quam medico regimen corporum.

Dico 2° Abstinentia a carnibus pars ecclesiastici jejunii semper fuit.

Probatur 1°cxS. Joanne Chrysost. ITom. 1 in Genes, habita initio quadragesimae, ubi sil ait : « Hæ veræ feriæ sunt, ubi...omnis » hujus vilæ apparatus abigitur, ubi clamor » et tumultus, cl coquorum discursus, cl » pecudum mactationes e medio tolluntur.» Et Horn. 2 : « Nusquam hodie tumultus, » vel clamor, vel carnium concisiones, vel » coquorum discursus, sed omnia illa abie- » runl. »

2° Ex S. Aug. Semi. 64 de tempore qui primus est in dominicam t quadragesima?. « Illa est, inquit, in diebus quadragesima? » grandis utilitas, quod dum a licitis etiam » abstinemus, magis ac magis admonemur » illicita vitaro; qui enim abstinemus nos » a carnibus quibus uti aliis diebus licet, » fugiamus peccata qua? omnino nunquam » licent. »

3° Ex facto quod accidit sub imperio Justiniani. Cum enim tunc gravis fames Constantinopoli urgeret, idcoque secunda quadragesimæ hebdomada carnes venales exponi jussisset imperator, populus *mortem potius sibi tolerandam existimavit, quam ut quidpiam de patriis moribus ac traditionibus immutaret.* Ita referunt Nicephorus, lib. 17 Hist. Eccles, cap. 32. Theophanes, Ccdrenusct AnaslasiusBihliothecarius.

4° Ex concilio Toletano 8, anno 653, in quo canone 9sic decernitur : « Quisquis die-» bus quadragesimæ, sine inevitabili neces-υ sitate atque fragilitate, vel etiam impos-» sibililate ætalis, esum carnium præsump-» serit attentare, non solum reus erit resur-» rectionis Dominicæ, verum etiam alienus » ab ejus diei sancta communione : et hoc » illi cumuletur ad poenam, ut ipsius anni » tempore ab omni carnium esu abstineat » gulam, quia sacris diebus abstinentia* » oblitus est disciplinam. » Quibus ultimis verbis signilicatur hanc legem jam antea vigere.

5° Ex Trullana synodo quæ canone 56 jubet tota quadragesima *abstinere ab omni eoquod mactatur,* itemque *ab ovis et caseo :* etclericos transgr deponit, laicos segregat.

Q. 447. a. 8. o.—*-Dico* 3° Convenienter ab Ecclesia interdicitur jejunantibus esus carnium, ovorum ct lacliciniorum.

Hanc legem de facto esse ab Ecclesia latam , probant et quæ modo diximus in secunda conclusione, et communis fidelium sensus ac praxis. Unde merito damnata est ab Alexandro VII hæc propositio : *Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova cl lacticinia in quadragesima obliget.* Hanc vero legem esse convenienter latam.

Probatur. Ecclesia illos cibos convenienter jejunantibus interdicit quæ et in comedendo maxime habent delectationem, et hominem maxime ad venerea provocant : atqui hujusmodi sunt carnes animalium in terra quiescentium et respirantium, et quæ ex eis procedunt, sicut lacticinia cx gregibus et ova cx ovibus. Ergo. *Major patet,* quia, ut sæpe dictum est, jejunium est ab Ecclesia institutum maxime ad reprimendas carnis concupiscentias quæ sunt circa cibos el venerea.

Probatur min. Carnes animalium terrestrium et quæ cx eis procedunt magis conformantur humano corpori, ct ideo plus delectant ct magis conferunt ad humani corporis nutrimentum , ct sic ex eorum comestione plus superfluit ut vertatur in materiam seminis cujus multiplicatio est maximum incentivum libidinis. Ergo.

Ibid, ad 3. — Est tamen quædam differentia. Cumenim carnes primario et principaliter interdicantur, secundario et minus principalitvr eva etlactieinia,quatenus sunt exorta cx animalibus carnes habenlibu» ideo in omnibus jejuniis carnes prohiber· tur : in jejunio autem quadragesima qwz est sojemnius, qui observatur ad iniilalknem Christi et per ipsum disponimur ad redemptionis nostræ mysteria celebrandi) præter carnes prohibentur ova et lacticinia, quæ non prohibentur in aliis jejuniis. Jk. inlclligc de jure communi : ex usu cniiui mullis provinciis permittuntur lacticiniait quadragesima ; et e contra, teste Navan. in Man. cap. 21, η. 15, prohibentur ova a lacticinia in aliis jejuniis.

Ibid.— Quapropter circa horum observantiam, unusquisque debet vivere secundum morem eorum inter quos conversatur: unde S. Hier. Episl. ad Luci, de jejuni loquens, dicit : *Unaquaque provincia abur det in suo sensu, et præccpla majorum, liges Aposlolicas arbitretur.* EtS. Aug.Epii 86 · *In his rebus de quibus nihil certi siaIuit Scriptura sacra, mos populi Dei* t *instituta majorum, pro lege tenenda sw*

Solvuntur objectiones·

Obj. cum bæreticis tam modernis qinr antiquis. 1° Scriptura sacra damnat et re- j jicit legem de abstinentia carnium. Ere·.. *Probatur ani.* 1° ex verbis Christi, Malli 15 : *Non quod intrat in os coinquinat* 'wm · *nem.* Et Luc. 10, vult Apostolos manducare quæ illis apponuntur.

2° Similiter Apostolus, 1 Cor. 10:0m *quod in macello venit manducate, nihil* in*terrogantes propter conscientiam : Domiti esi terra cl plenitudo ejus; si quis* vocal *vos infidelium cl vultis ire, omne quod* te*bis apponitur manducate, nihil* inlerroijac*les propter conscientiam.*

3°Idcm Apostolus, 1 Timoth.4, damni! eos qui novissimis diebus venturi sunl, prohibentes nubere ct praecipientes abstinere a cibis (pios Deus creavit, *Quia* inquit, *onmii creatura Dei bona est et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipilur.il* idcoTit. 1, addit: *Omnia munda mundis.*

4° Idem Apostolus, Coloss . 2, ait: Aemo *vos judicet incibo aul potu... Si ergo mortui estis cum Christo , ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes* in *mundo decernitis? Ne tetigeritis , ne gustaveritis,ne contrectaveritis : quæ sunt omnia in interitum iu ipso usu secundum prxcepta et doctrinas hominum, quæ sunt ra-*

tionem quidem habentia sapientiae in superstitione cl humilitate. Et 1 Cor. 8: *Esca vos non commendat Deo: neque enim si manducaverimus , abundabimus ; neque si non manducaverimus, deficiemus.* Et ideo addit Apost. Rom. 14: *Qui non manducat, manducantem non spernat.*

R. N. ant. Ad primam probationem, fateor id quod intrat in os non coinquinare hominem ex natura sua, bene tamen exinobedientia et intemperantia utentis : quomodo fructus in paradiso terrestri coinquinavit Adamum, et cibi prohibiti In antiqua lege coinquinabant sumentes : quomodo etiam nunc coinquinantur cibo aut potu immoderateutentes. Cum autem Christus vult Apostolos manducare quæ illis apponerentur, sensus est, juxta Ambros. Theophylactum et alios, quod debeant esse contenti cibis quæ offeruntur, et si sint nies ct ingrati, neque studiose quærere debeant gratos et lautos. Et loquitur Christus de cibis licitis; non enim voluisset Christus ut manducassent cibos legcprohibitos, aut venenatos, si forte ipsis oblati fuissenk

Ad secundam. Apostolus ibi loquitur de esu idolothytorum; cum enim carnes immolatitiæ, non solum in idoliis, sed etiam puhlicevendcrentur ct in mensis privatis apponerentur, docet Apostolus fideles non debere anxicquærcre quæ carnes sint, cum nullus cibus sit exse immundus, nec etiam immolalitiæ reum faciant comedentem, qui nulla idoli religioneel sine offensione fratrum illas manducat. *Palet hic sensus cx toto contextu.*

Ad tertiam. Apostolus ibi prædicit futuros quosdam qui præcipcrcnl abstinentiam a certis cibis tanquam perse, seu natura sua malis et immundis, quales fuerunt Ebionitæ, Encralilæ, Marcionitæ et Manichæi, qui quosdam cibos cxecrabanlur quod a malo Deo essent. *Hic sensus palet ex* ratione Apostoli: *Quia,* inquit, *omnis creatura Dei tsl bona.* Et hunc locum sic interpretantur S. llicron. lib. 2 adversus Jovin. cap. 2 ; S.Chnsost. Horn. 12 in Epist. 1 Tiinolh. S. Aug. lib. 3 contra Faust, cap. 5.

Necte moveat quod dicat, *in novissimis diebus.* Nam per novissimos dies recte in tclliguntur tempora subsequenda, secundum modum loquendi Scripluræ sacræ quæ totum tempus quod est a Christo ad finem mundi solet vocare novissimos dies, horam novissimam, fines sæculorum. Sic S. Petrus Epist. 1, cap. 1, scribit Christum manifestatum fuisse *novissimis temporibus.* Similiter Act. 2; Epist. 1 S. Joan. 2; 1 Cor. 10.

Ad quartam. Apostolus non agit illic de ciborum delectu quem edomandæ concupiscentis ct carnis castigandæ causa fideles observant cx lege Ecclesiæ , sed de legalibus cæremoniis legis Mosaicæ, vi cujus cibi, alii mundi, alii immundi reputaliantur ; quibus Apostolus docet fideles non amplius adslringi, eo quod ab iis sint liberati per mortem Christi. Hic sensus aperte *patet* ex contextu Epistolæ, sicquc interpretatur S. Hieron. in Epist. ad Aglasiam, quæst. 10.

Inst. 1 Apostolus loquitur de *doclrinis hominum :* ergo non de lege Mosaica quæ erat a Deo. 2° Dicit, *Nemo vosjudicet in cibo aul in polu:* nullus autem potus prohibeatur ut immundus in loge antiqua. Ergo.

R. ad primum, 1° cum S. Chrysost. Bon 7 in Epist. ad Coloss. legem Mosaicam , si post abrogationem suam rursum revocetur in usum , ut a pseudoapostolis et hærclicis Simonianis et aliis revocabatur, jam non legem divinam , sed humanam posse dici ; 2° vocatur ab Apostolo, doctrina hominum, quia ei admixta erant instituta Pharisaica.

Ad secundum, N. ant. Polus enim qui reperiebaturin vasibus immundis, aut quæcare.rentoperculo, aut in quæ cecidisset morticinium, erat immundus, Num. 19, cl Levit. 11. Adde verisimile esse Pharisæos, inter alias traditiones suas, etiam quædamgeneia polus interdixisse.

Obj. 2° cx Patribus. S. Aug. lib. 30 cont. Faustum, cap. 5, ait : « Christiani, non ha> » rctici, sed catholici, edomandi corporis » causa, propicr animam in orationibusam- d piius humifiandam, non quod illa esse im- υ munda credant, non solum a carnibus, io- υ rum a quibusdam etiam lerræ fructibus w abstinent, vol semper sicut pauci, vel ccr- u tis diebus atque temporibus, sicut perqua- υ dragesimam fere omnes, quanto magis » quisque vel minus, seu voluerit, seu po- υ luerit. » Ergo voluntaria ct non necessaria cx lege communi fuit abstinentia a carnibus.

Idem S. Aug. lib. de Moribus Manichæorum, cap. 14, nullam agnoscit abstinentiam a carnibus nisi quæ suscipitur *vel ad comprimendam delectationem. ... vel ad luendam infirmitatem propter illa quev sacrificantur atque libantur, vel propter chanta-*

tern, ne fratrcsoflcndanlur. Ergo nullain hac de re legem ecclesiasticam agnoscit.

Julianus Pomcrius, lib. 2 de Vila contemplai. cap.24,ail : *Vcrumlamcn sic abstinere veljejunare debemus, ul non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus, nejam non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus :* unde ibidem docet licere propter quoslibet advenientes abstinentiam intermittere : ergo idem quod ante.

S. IsidorusIIispalensis, lib. 2 Sentent, sive ile Summo bono, cap. 42, dicit, *non qualitatem ciborum, sed eorum cupiditatem cavendam.*

Thcodorctus, lib. 5 Ilærclic. Fab. cap. 29 de abstinentia a vino et carnibus loquens, dicit : *Ecclesia vero de his nihil lege decrevil, neque etiam horum usum interdicit.* Similiter in cap. 14 Epist. ad Rom. 10.

S. Epiphanius, in Expositione fidei catholica*, postquam dixit Ecclesiam consuevisse in quadragesima jejunare exceptis dominicis, ct hebdomadam ultimam xerophagiis transigere, narrat varios esse mores circa abstinentiam, quosdam nempe ab omnibus carnibus abstinere, alios a quadrupedibus tantum, sed avibus vesci, alios a carnibus et piscibus abstinentes, cascum sibi permittere, etc. Ergo.

R. ad primum locum S. Aug. hæc verba, *quanto magis quisque vel minus, seuvoluerit, seu potuerit,* referenda esse non ad abstinentiam a carnibus, sed ad abstinentiam a quibusdam terne fructibus.

Jnferes ex solutione data. Ergo illos *paucos* quos S. Augustinus dicit semper abstinuisse a carnibus ct a fructibus, necessario etex lege abstinebant semper a carnibus, libere tantum a frudibus; utramque enim propositionis partem, et *paucos* scilicet cl *fere omnes,* afficiunt hæc verba, *quanto magis quisque vel minus,* etc. Ita Dallæus.

7L *N. illationem* .Quiajuxta ipsum S.Aug. alia est ratio abslinentiæ quadragcsimalis, alia abslinentiæ perpeluæ quam magis ferventes sibi imponebant. Illa necessaria ex lege, ista voluntaria. *Patet* ex Scrm. 64 de tempore, cil. in probatione conclusionis.

Ad secundum locum S. Aug. R. ipsum ibi loqui non de abstinentia a carnibus certis diebus ab Ecclesia præscripta, sed de abstinentia ;i carnibus perpetua quam Manichæi sibi imponebant, ctquam quidam catholici observabaul, diversa tamen ratione : illi necessario, eo quod carnes a malo deo conditas arbitrarentur; isti sponte ad libidinem edomandam, vel fratrum offensionem vitandam, vel propriam infirmitatem tuendam, ne forte idolothytis incaute vescerentur. Potest etiam dici sub primo titulo legem Ecclcsiæ contineri, siquidem Ecclesia hanc abstinentiam imperet ad frænandam libidinem.

Ad Julianum Pomerium, dicoipsumpariter loqui de abstinentia perpetua sponte suscepta.

Adlsidorum. Loquitur de qualitate ciborum secundum se spectata, non vero de qualitate ciborum ut interdictorum ab Ecclesia^ siquidem legem abslinentiæ certis diebus astruat, lib.1 do Divin.Oflic.c. 36 et sequen'

Ad Thcodorctum, R. ipsum loqui de absunentia perpetua a vino et carnibus qualem Encratitæ et Manichæi observabant, quoi malam horum naturam censerent, *Patet* ex adjunctis primo loco; *Abstinentia,* inquit,0 *vino esuque carnium ct reliquam contimnliam, non similiter ac hcerctici amplectitur* (scilicet Ecclesia) ; *hi enim ab his tanqumr, abominandis abstinere praecipiunt; Ecclesia vero nihil de his præcipil, etc.* Fere similiter secundo loco citato.

Ad S. Epiphanium, R. ipsum n. 22 de Jejunii quadragcsimalis ritu quidem agere, verum n. 23, ubi varios abslinentiæ morts refert, de quadragesimali jejunio non amplius loqui, sed de abstinentia ct aliis observantiis, ad quodvis anni tempus indifferenter spectantibus.

Obj. 3° ex historia ecclesiastica. Sozomenus, lib. 1 Hist. Eccles, cap. 11, narratSpiridionom, tempore quadragesimae, peregrino adventanti apposuisse carnes suillas sale conditas, et eas cum ipso manducasse.

Theodoretus, in Historia Religiosa, in Martiano, refert ipsum induxisse avitum ad ipsum adventantem, ante vesperam cibum sumere, et dixisse: *Scimus charitatem jejunio praestantiorem : hac enim divina legis est opus, iciunium two potestatis nostra arbitrii.*

Socrates, lib. 5 Hist. cap. 22, narrat diversitatem fuisse in abstinentia a carnibus, etiam quadragesimali, inter catholicos sui temporis, quorum quidam cum piscibus etiam aviculis vescebantur, affirmantes ex aquis eas esse conditas. Idem ex ipso Nicephorii*.

Eusebius, lib. 5 Hist. Eccles., cap. 3, refert Al ibiadem per visionem, Attalo martyri factam, reprehensum fuisse, quod in carcero pane ct aqua contentus abstineret a carnibus. Ergo.

R. *ad Sozomcnum,* 1° non constare esse vera quæ refert, Ium quia juxta I). Gregoriuni, lib. 6, Epist. 31, multum mentitur; Ium quia Rutinus, lib. 1ollist. cap. 5, ubi dcSpiridione agit, nihil de hac re loquitur. 2° Sed, *dato* veram esse hanc historiam, dico Spiridionem carnes hospiti apposuisse urgente necessitate, cum alii cibi non suppelercnt, cl ipsum carnes cum hospite manducasse, ut reluctanti quod quadragesima esset scrupulum excuteret, cumque suo exemplo ad vires prope delicientes eo cibo reficiendas invitaret : quod omnino licitum est. *Id lotum palet* ex ipsa historia, prout refertur a Sozomeno. Quinimo ex ea constat legem esse tunc de abstinentia carnium; si enim unicuique fuisset liberum edere carnes, Spiridion cum audivisset neque panem neque farinam esse domi, antequam carnes suillas juberet apponi, non praemisisset orationem, non petiisset veniam, et peregrinus non abnuisset vesci carnibus appositis, eo quod se chrislianum esse diceret, prout refertur in dicta historia.

Si instes cum Dallaeo, non esse verisimile Spiridionem episcopum in cremo habitasse, nullumquc habuisse vicinum a quo saltem panem peteret ad reficiendum hospitem : *R.* non constare ex ecclesiastica historia, nec aliunde, an jam esset episcopus Spiridion cum praefatum hospitem excepit, an vero agricola ruri vitam degens, qualem ante episcopatum fuisse narrat Sozomcnus. Unum constat, tunc ipsi non fuisse praesto panem, sed tantum carnes suillas sale conditasl, et alios cibos facile ipsum comparare non potuisse vcrisimillimum est, alioquin panem saltem emi jussissct quem apponeret hospiti cum carnibus.

Ad Theodorelum, It. Maelianum non carnes,scdolcracl legumina hospitiapposuisse, cl hoc quidem in jejunio perpetuo adeoque arbitrario, non ecclesiastico. Ha constat ex ipso Tbcodorcto loco citato.

Ad Socratem, R. ex abusu quorumdam Ecclesiæ' disciplinam inferri non posse. Porro abusus fuit esus ovorum temporequa- (Iraccsima* sicut ct insulsa ratio ad ilb'in exciisandiim.Abusum fuisseconstatexBa-! silio Cilice, exprobranto Joanni Scytopolitano *quod, cum sanctam quadragesimam tribus hebdomadibus concluderet, ne iis quidem esu volatilium abstineret;* ut refert Photius, in Biblioth. cod 107.

Ad Eusebium, R. non agi ibi de abstinentia ecclesiastica, sed de abstinentia voluntaria in pane ct aqua quam Alcibiades in carcere servabat sicut prius consueverat : ethoe inconsiderate, lumquia ex tanta abstinentia tempore et loco ubi nccjubebatur neeexpedicbal, offendebantur alii fideles incarcérali; tum etiam quia, cum incarcerati frequenter tormentis subjicerentur, indigebant cibis ad vires conservandas ct reparandas. Prudenliæ ergo erat aliquid remittere tunc de severiori abstinentia, quod ct fecit Alcibiades ab avito monitus. Confer art. primum et secundum hujus dissert.

Obj. 4° cum Kemnitio. Quidquid dicant catholici ut amoliantur suspicionem Manichæismi in prohibitione carnium, attamen rationes quibus hanc prohibitionem stabilire conantur, ostendunt in eodem ipsos luto cum antiquis hærelicis hærcrc. Ergo. *Probatur ant.* 1°ex benedictionibus quas ad suos cibos adhibent ; hæc enim indicant cos credere hos cibos esso immundos. 2° Refugiunt carnes eo quod in homine pravas carnis concupiscentias excitent : atqui hoc ipsum est veterum hærelicorum fundamentum. Ergo.

R. apertam Kcmnilii calumniam evinci ex hoc quod extra tempus jejuniorum, carnibus cl cujusvis generis cibis utamur, imo in ipsis jejuniiscxcausa legitima : quod plane demonstrat nos non credere eos secundum se esse immundos; quod enim per se immundum est,semper est immundum: unde illi antiqui hærclici nullo unquam tempore carnes comedebant.

Ad primam itaque probationem, insulsa est prorsus Kcmnilii argumentatio, ex qua nempesequilur Ie nos etiam credere panem cl aquam esse secundum se immundos, siquidem etiam benedicantur in Ecclesia, nosque ideo ab istis debere abstinere. Sequitur 2° paucos posse etiam extra tempus jejunii carnibus vesci, quia pauci sunt qui curant eas benedici. Sequitur 3° nos etiam in jejuniis carnes his benedictionibus purgatas posse libere comedere, quæ omnia sunt in< sulsa cl absurda.

Benedictiones igitur et exorcismos quandoqueadhibemus non solumcirca cibos,sal

etiam circa varias alias creaturas, non quod putemus eas esse secundum se immundas aut a diabolo inquinari, sic ut cis uti non Ireal nisi benedicantur, scdquia scimus diabolum, Deo permittente, sæpoeisuti in nostram perniciem, et ideo eas benedictione seu signo cnicis munimus, Deumque precamur ut non sinat res illas a diabolo converti nobis in malum.

Ad secundam probationem anteced. Neque uto ipsos haereticos inficiari quin esus carnium sit libidinis incentivus, cum id Patres passim agnoscant, probet ratio, testetur experientia. Sed non ideo nos, plusquam ipsi, carnes esse secundum se immundas dicimus, sicut nec vinum aut legumina, quæ tamen suo etiam modo sunt libidinis incentiva; quia non in hunc finem a Deo creata sunt aut concessa in cibum, sed ut moderate sumpta corpus reficiant. Abusus ergo vescentium immoderate carnibus, non ipsarum natura damnatur. *Non ego,* inquit S. Aug. lib. 10 Confess, cap. 3i, *immunditiem obsonii timeo, sed immunditiem cupiditatis.*

Quod autem assumunt hæretici moderni, hoc ipsum esse fundamentum veterum hæreticorum, probat cos esse peregrinos in doctrma Patrum: testatur enim S. Aug. Iib.de Ilæres. cap- 4G, Manichæos non comedere carnes animalium, quia dum occiduntur fugit ab eis anima et remanet corpus a malo principio factum : σ Nec vescuntur, inquit, » Carnibus, tanquam de mortuis vel occisis »·fugerit divina substantia, tantumquo ac n tale inde remanserit quod jam dignum non » sil in electorum ventre purgari ; » et infra : » Nam et vinum non bibunt, dicentes fel » esse principum tenebrarum. » S. Epiphanias de Encratitis dicit : cr Animata abomi- » nantes interdicunt non continenti® gra- » lia, neque honestae vit®, sed ob timorem » et imaginationem ,ut non condemnentur » ab animatorum esu. »

Inferes. Ergo sufficiebat Ecclesiæ prohibere abusus immoderatculentium carnibus, laululiis et condimentis, nec proinde deb - bat ipsam cibi qualitatem interdicere.

R. N. illationem. Cum enim Ecclesia, eujus intentio orat per jejunium domare concupiscendam, et carnem spiritui subjicere, deberet ideo statuere certam aliquam ct communem regulam, hanc non poluil statuiecirca quantitatem cibi, nequecirca lautitias el condimenta; quod videtur multum uni parum est alteri, quod huic ridetu lautum non est tale isti, et condimentum quod placet uni non sapit alteri. Quapropter restabat ut regulam communem et certam statueret circa aliquod cibi genus quod secundum se magis delectat el magis nutrit, quales sunt carnes, ut dicemus modo.

Obj. 5° Jejunium est institutum ad carnis macerationem ejusque concupiscentias refrænandas : atqui magis concupiscentiam provocat potus vini quam esus carnium, secundum illud Proverb. 20 : *Luxuriosa res est vinum;* et quidam pisces æque delectabiliter comeduntur ac carnes, imo magis delectabiliter quam carnes macilenta* aut caseus aridus ; neque tamen vinum et pisces prohibentur: ergo nec carnes debent prohiberi.

Q. 447. a. 8. ad 1. — *R.* 1° quantum ad vinum. Ad actum generationis tria concurrunt, calor, spiritus et humor; calorem ministrat vinum, spiritus legumina quæ sunt inflativa, carnes humorem : calor et spiritus cito transeunt, sed humor diu manet: et ideo magis interdicitur jejunantibus esus carnium quam vini vel leguminum.

Ibid, «d 2. — *R.* 2° quantum ad pisces. Ecclesia jejunium instituens intendit ad id quod communius accidit; esus autem carnium secundum se et communiter est magis delectabilis quam esus piscium, magisque confert ad nutrimentum, ac per consequens plus importat meteriæ spirituosæ, quamvis in quibusdam aliter se habeat ; sed hoc est per accidens intentioni Ecclesiæ, quæ cum non possit de singulis particularibus disponere, debet attondere ad id quod per se ct ut in pluribus accidit.

Nec te moveat quod pisces delicati, exquisitis condimentis praeparati, sint communius magis delectabiles quam caro macilenta aut caseus aridus; sic enim res nori spectantur secundum se . sed ut justa sit comparatio, debent comparari simpliciter carnes cum piscibus , delicatæ cum delicatis , arid® cum aridis, recentes cum recentibus: et sic nemini dubiam est quin esus carnium sit magis delectabilis et magis fini jejunii repugnans quam esus piscium. Et quia ova et lacticima non prohibentur principaliter, ut supra dixi, non oportet comparare ova ct caseum cum piscibus, sed cum leguminibus ; certum est nutem quod ova et lacticinia magis repugnent fini jejunii quam legumina.

ARTICULUS VIII.

Varia difficultates circa praecedentem materiam breviter resolvuntur.

Petes 1° ulnim præceptum abstinendi a carnibus, ovin » *i* lacticiniis, secundum se obliget sub mortali?

R. *affirmative*. Quantum ad carnes, corium esi cx communi fidelium sensu, et quia, ut supra dixi, lex jejunii obligat sub mortali, abstinentia autem a carnibus est pars essentialis jejunii ecclesiastici.

Quantum ad ova et laclicinia in quadragesima , est etiam sententia communis contra paucos; fundatur pariter in communi sensu fidelium, ct insuper in cap. *Denique,* dist. 4, ubi S. Augustino, Anglorum episcopo , quærenli utrum illicitum esset manducaro ova ct laclicinia in quadragesima, respondit 5. Gregorius sic : « Par est autem ut quibus odiebus a carne animalium abstinemus, » ab omnibus quoque quæscmcntinam caroms trahunt originem jejunemus, a lacte » videlicet, caseo et ovis : » in quibus verbis, attenta interrogatione ct contextu responsionis, doctorcs corn mu ni l er agnoscunl strictum præceplum et non solam convenientiam, ut volunt quidam. Insuper si solam convenientiam importarent, nequidem esset obligatio sub veniali, quod est damnatum ab Alexandro VII de quo supra articulo præccdcnti, conclusione tertia , et quod non admittunt ipsimet adversarii.

Dixi in petitione, *secundum se,* quia in hac lege non secus ac in aliis legibus ecclesiasticis, admittenda est levitas maleriæ : undo qui sumeret buccellam carnis, non ideo peccaret mortaliter, quia per hoc non conlrariaretur graviter fini legis ex quo pensanda est gravitas maleriæ. Vix autem aut ne vix peccant coqui qui leviter praegustant obsonia ex carnibus, quia tam leve quasi pro nihilo reputatur ; quod si solum palato degustent non degluliendo, certum est eos nullatenus peccare, quia sic non est manducatio.

Ex his inferes 1° non licere in quadragesima, ubi non permittuntur ova , comedere biscoctos partim ex ovis confectos : nec obstat quod substantia ovi videatur in aliam substantiam transmutato, quia remanet virtus substantialis ovi et alioquin sequeretur eadem ratione quod liceret comedere alios cibos ex carnibus aut jusculo carnium confectos scu conditos, **quod refugit communis sensus fidelium.**

Inferes 2° nec licere in diebus jejunii comedere laridum aut adipem, qu»' quamvis in rigore non sint caro, magis tamen approximant ad carnem quam ova et laclicinia ; et hic est sensus communis fidelium. Unde non probo quod quidam id permittant saltem pauperibus aut famulis el famulabus quibus hæc ab heris ad esum porriguntur, nisi necessitas excuset aut contraria consuetudo vigeat, qualis est, v. g. in Brabantia, comedendi pinguedinem cum jusculo diebus sabbatinis.

Petes 2 ' uirum quis toties peccet quoties in die jejunii carnes comedit?

R. *affirmative*. Quia præceptum non comedendi carnes csl negativum. Ita communiter.

Petes 3° utrum qui dic jejunii non habet alium cibum nisi carnes, possit eas comedere?

R. *affirmative*. Quia necessitas evidens ipsum excusat. Si autem habeat i anem cum carnibus, debet, meo judicio ^abstinere a carnibus, nisi per plures dies deberet solo pane vesci cum gravi el insolita difficultate, aut notabili detrimento sanitatis, ulpole aliis cibis assuetus.

Petes 4° utrum exemptus, seu dispensatus in abstinentia a carnibus, hoc ipso sit dispensatus in abstinentia a pluribus refectionibus, ct e contra?

R. *negative pro utraque parte.* Est communior inter doctorcs, ctsic observatur inter fideles. *Ratio csl i°* quia, ut jam sæpe dixi, quando lex plura distincta continens non potest servari in loto, debet servari in parte possibili : sic, v. g. qui est dispensatus ut possit serviliter operari in die festo, tenetur, si possit, sacrum audire; sic excusatus a parte etiam majore breviarii, non illico excusatur a toto juxta propositionem quinquagesimam quartam, ab Innocenlio XI damnatam, de qua alibi. 2° Quia potest esse ratio dispensandi in parte el non in toto, ut accidit in nostro casu , ubi tota ratio excusans ab una parte est impotentia, quæ ad alteram partem supponitur non esse. *Elei dicas* cum adversariis, ei qui non potest abstinere a carnibus, legem jejunii quæessentialiter importat hanc abstinentiam, esse ipsi faciam impossibilem, et similiter si non possit abstinere a pluribus refectionibus.

Jl. ci factam esse impossibilem quoad partem, non quoad totum. Confer quæ dixi articulo 5, § 2, objectione 1.

Inlelligc tamen resolutionem nostram tam in hac lege jejunii quam in aliis legibus Ecclesiæ, quando terminus polentiæ et impotentiae in observantia legis non est incertus cl ambiguus : alias daretur locusinfinitis scrupulis, *ut patet* in infirmis in quibus vix aut ne vix quandoque determinari potest quid possint, quid non possint : unde lii et similes, cx benigna interpretatione Ecclesiæ, quiescere debent vel in dispensatione superioris, vel in judicio medici, altcriusve viri prudentis.

Petes 5° utrum in iis locis in quibus tempore quadragesima? prohibentur ova ct lacticinia,'sint etiam prohibita diebus dominicis?

Λ. *affirmative,* secundum communiorem doctorum sententiam et communem tidehum sensum et praxim.

Petes G° utrum cui licet cx dispensatione comedere carnes aut ova, possit etiam comedere pisces?

Λ. *affirmative* cum Sylvio, Medina, Asor, Loth, etc. Quia licentia comedendi carnes aut ova, non adimit ipsi potestatem comedendi pisces qui sunt ipsi jure communi concessi ; privilegium enim scu dispensatio non imponit onus, sed impositum tollit.

Si dicas. Vel pisces nocent, vel non nocent : si noceant, peccat, si non noceant, etiam peccat, quia nulla est dispensatio, utpole sine causa data.

It. Quod si noceant, peccet contra legem temperantiæ, sed non contra legem jejunii a qua est solutus. Si non noceant, peccat, non quia comedit pisces, sed quia comedit carnes, invalide dispensatus. *Nola* tamen sæpe contingere modicum esum piscium non nocere, qui, si solus adhiberetur ad integram refectionem,vel noceret,vel insufficiens foret ad vires conservandas seu restaurandas: in quo casu valida est dispensatio.

Petes 1° utrum cui plus permittitur in hae matena, permittatur et minus?

R. affirmative, si majus cl minus contineantur sub eodem genere : sic cui permittuntur carnes, permittuntur etiam laridum, adeps, ova etlacticinia; hæcenim prohibentur co^quod sint carni affinia, aut ex carne trahunt originem, ergo cui permittitur caro, etiam ista permittuntur.

Non tamen cui permittitur minus, ideo permittiturmajus: undecxpermissione ovorum et lacliciniorum, non sequitur permitti laridum aul adipem; quia hæc sunt quid majus quam illa.

Petes 8° quibus cibis uti debeat qui tenetur jejunare sive ex voto, sive ex poenitentia injuncta, sive jubilæi lucrandi causa?

R. debere et posse uti iis ci bis qui bus concives communiter utuntur in jejuniis Ecclesiae tunc occurrentibus; ita ut si utantur ovis et lacticiniis, possit cis uti, secus non : quia tam vovens quam confessarius aut pontifex praesumuntur intendisse jejunium juxta quod solet [observari in patria. Dico, *juxta quod solet observari,* quia si ex speciali et insolita dispensatione comederentur carnes in quadragesima, non puto id licere jejunantibus præfatis, quia non praesumitur sive vovens, sive confessarius, sive pontifex intendisse id quod praeter morem accidit.

Petes 9° utrum pueris nondum adeptis usum rationis , et amentibus, liceat ministrare carnes die jejunii?

R. affirmative. Ita communiter, contra Palud. cllolct. quia leges ecclesiastic® non imponuntur nisi iis qui usu rationis pollent.

Petes 10° utrum religiosi exempti possint, saltem extra conventum , comedere carnes aul ova non prius obtenta licentia sui pra-Jati regularis, (piando episcopus pro sua dioecesi dispensavit?

R. negative per se loquendo, quia cum non subjiciantur jurisdictioni episcopi, ejus dispensatio eos non aflicit, sicque respectu illorum lex manet in suo vigore. Si tamen usus invaluerit in certis provinciis aut conventibus, videntibus et non contradicentibus prælatis regularibus, et religiosi sequantur morem sæcularium quantum ad carnes cl ova, sicut invaluit quantum ad lacticinia, possint uti hac tacita licentia : unde dixi in responsione, *per se loquendo.*

De licentia manducandi carnes sabbatis intra Nativitatem et Purificationem, ct feria sexta, quando in cam incidit Nativitas Christi, etiam respective ad religiosos, diximus supra art. 4.

ARTICULUS IX.

Utrum 'violaturis jejunium liceat ministrare cibos prohibitos aut camam?

Quæslio est dc petentibus cibos prohibilosautcœnam; non petentes enim aut im-

paratosad id invitare,procul dubio non licet.

Dico 1° Non licet absque justa ct rationabili causa, violaturis jejunium ministrare cibos vetitos aut cœnam.

Probatur 1° Ex lege charitatis et praecepto Dei, qui *unicuique mandavit de proxiiMiuo,* Eccli. 7, tenemur impedire et offensam Dei ct malum proximi, quando absque nostro aul alterius nocumento possumus. Ergo.

Probatur 2° Qui absque legitima causa prœbet altori occasionem seu materiam pco di, censetur moraliter velle ipsius peccancaliun et ipsi positive cooperari, cum tunc nihil rationabile adferre possit propter quod id faciat. Ergo.

Dices 1° Hæc, nempe ministrare cibos autcœnam, sunt secundum se indifferentia elactusad quos concurrunt, scilicet comare aut comedere carnes, sunt etiam secundum se indiflercntcs. Ergo.

R. Esto hos ultimos actus secundum se esse indifferentes, tamen prout hic ct nunc fiunt, sunt mali, ideoque eis praebere occasionem aut materiam, nulla interveniente causa legitima^ est malum.

Repones. Si ego talia non vendam aut ministrem, alii ministrabunt, sicquc non vitabitur peccatum. Ergo mihi licet.

R. N. consequentiam. Sicut enim non valet hoc argumentum : Si non occidam Petrum, occidetur a Paulo. Ergo mihi licet Petrum occidere, ita nec praecedens; quia nimirum etiam alii tenentur non ministrare, et sicut si ministrent peccant, ita cl tu.

Instabis. Qui talia petit, jam periit voluntate peccandi. Ergo.

R. N. iterum consequentiam. Quia peccatum nondum est opere externo perpetratum , cui non potes absque justa causa materiam seu occasionem praebere, quin potius teneris impedire.

Dices 2° Abusus nonjejunantium, ebriosorum ct similium tolerantur a rcpublica : atqui privatus non tenetur impedire pectita quæ tolerantur a rcpublica. Ergo.

R. D. min. Privatus non tenetur impedire universim cl publice peccata quæ tolerantur a rcpublica, *C.* privalim et in particulari, dum potest, *N.* Sic, v. g. meretrices tolerantur in certis locis; si tamen aliquam in particulari posses commode a peccato impedire, quis dubitat lead id teneri?

Inst. Licet elocare domos meretricibus, quia tolerantur a rcpublica. Ergo similiter.

It. I). ani. Elocare domos meretricibus, iis in locis in quibus coguntur habitaro, alibi, *N.* Licet ergo domos elocare meretricibus, non præciscquia tolerantur a republican sed quia sic tolerantur ut adslringan(ur habitare in tali loco et non alibi : unde quia non possunt manere sub dio, qui in tali loco domos habent, videntur justam causam habere permittendi eorum peccata, elocando eis domos.

Dico 2° Ex justa et rationabili causa licet ministrare cibos vetitos, aul cœnam violaturis jejunium.

Probatur. Ministrare carnes aut cœnam, est actio secundum se indifferens el ex natura sua ordinata ad refectionem corporis, qua petens potest adhuc bene vel male uti; quod autem ordinetur ad peccatum est ex malitia petentis : atqui nulla lege tenemur cum nostro nocumento abstinere ab actione secundum se indifférente propter malitiam alterius, sed possumus nobis consulere, permittendo seu negligendo ejus malitiam quam, uL suppono, aliunde detestamur. Ergo.

Confirmatur. Facere rem secundum se indifferentem cl non malam , quæ sit alteri occasio aul materia peccandi, non est per se malum, cum omnia omnibus possint esse occasio et materia peccandi ; sed tuncsolimi est malum, quando quis eam facit nulla rationabili causa motus; quia tunc, ut dixi supra , censetur moraliter velle peccatum et ipsi cooperari positive, cum nihil rationabile adferre possit propter quod hanc faciat: ergo ubi est rationabilis causa illam faciendi , non est malum. — Hicq. q. 78. a. 4. — Unde S. Th. docet licere accipere mutuum sub usura, *propter aliquod bonum quod est subventio propries necessitatis vel alterius;* — Q. 43. de malo. a. 4. ad 19. — et alibi, *quod licite possumus uti malitia alterius, vel etiam materiam qua abuteretur non subtrahere , sed preebere »ro aliquo incommodo vitando.*

Nola bene. Hoc autem incommodum seu causa, ut sil legitima et excusans, debet esse proportionale cl ipsi operanti ct peccato quod inde sequitur : ita ut debeat esse tanto gravior quanto majus est peccatum, tanto gravior quanto propinquius ad peccatum concurritur; item gravior si sine tua cooperatione peccaturo uou fieret quam si

fieret; gravior tandem si agatur de peccato conlra justitiam cum damno tertii, ut de «nicidio, etc. Ad quod discernen- ..... opus est judicio prudentum. : - *iio !iac* a ·: ia , dum de scandalo.

Hinc inferis licite apponi carnes aut cœnam violaturis jejunium, si ex denegatione merito timeantur graves iræ, rixæ, blasphemiæ, grave damnum, sive grave lucrum cessans, quod respective ari ministrantem reputetur grave damnum ; ut quod hospes deferatur ad magistratum, puniendus in locis hærelicoruin ; quod hospitium omnino aut notabiliter deseratur : non vero si leve damnum aut leve lucrum cessans timeatur, puta , quod displiceat hospitibus; quod ab iis aut aliquibus tantum hospitium deseratur. idem dic de propinantibus vinum aut cercvisiam se inebriaturis, etc.

Ubi adverte, lanio gravius fore peccatum in ministrante quanto levior erit causa ministrandi, tanto minus quanto gravior erit causa; ita ut futurum sil veniale duntaxal si causa non multum recedat a legitima. Hinc viderint quot peccatis se implicenl hi caupones qui, ex mora avaritia et majoris lucri cupiditate, omnibus indiscriminatim cibos vetitos, cœnam , polum ministrant, et quod pejus esi,violaturos jejunium aut se inebriatufos incitant, ur Λη1 ad comedendum aut bibendum : quod nullo unquam casu licet, quia hoc est directe concurrere ad peccatum.

Quantum ad carnes, puto raro esse causam legitimam apponendi in partibus catholicorum, quia tam in ministrante quam in petcntceslvaldescandalosum, et quasi quaedam professio tacita bæreseos; saltem ideo gravior requiritur causa quam administrandam cœnam. Imo, nullo casu, neque hoc neque istud licitum foret, si peteretur vel caro, vel cœna in contemptum religionis, quia tunc ministrare foret secundum se malum.

Inferes 2° quod, si sit dubium an hospites habeant jus cœnandi, debeant hac de re interrogari si decore fieri possit : sin minus, propter eorum reverentiam, possunt præsumi posse ; quia ncmodebel reputari malus nisi probetur; et dubia sunt in mcliorci partem interpretanda.

Infercs 3° libi a jejunio exempto, non licere urbanilaliscausa invitareadcœnam tecum , cum qunn scis jejunio teneri, quamvis paratum domi suae cœnare. Ita Lesi. Loth, Asor. el alii contra Navar. *Ratio tst,* qniaa sola urbanitas non sit causa sufficiens ut li cite praebeas occasionem aut materiam petcandi, *a fortiori* ut invites ad id quod sine peccato hic el nunc fieri non potest, quod, ut jam dixi, nullo unquam casu licitumeV cœna autem, quamvis secundum se sit indifferens, tamen hic et nunc non polcstsumi sine peccato.

El hinc solvitur prima ratio. Navarr.Addit praefatus auctor. 1° Deus invitat cl juvat ad aliqua quatenus sunt entia, quæ tamen alias sunt peccata : ergo el nos ita possumus 2° Licitum est gaudere de Passione Christi quatenus est nostra Redemptio, etsi de illi doleamus ut fuil peccatum. 3n Licitum est egenti petere mutuum ab usurario, sacramenta a malo parocho : ergo et invitare, ole.

II. ad primum, Deum nunquam invitare ad id quod sine peccato fieri non potest ; joval autem suo auxilio ad id ut est ens, quia auxilium physicum non attingit nisienlilatem physicam et præscindit a malitia; non sic invitatio moralis quæ respicit actum nt est a parte rei cum suis circumstantiis.

Ad secundum, N. consequentiam. Disparilas est, quod gaudium possit esse do bono precise secundum se considerato, absqueapprobatione causae vel circumstantiæ pravæ; non sicinvitalio aut incitatio, ut dictum est: unde non licuisset incitare Judaeos ad occidendum Christum.

Ad tertium, N. pariter consequentiam. Disparitasest, quod mutuum et sacramenta possint praestari absque peccato, non voro sumere cœnam in die jejunii. Insuper supponitur causa rationabilis ad priora, non ad posterius.

ARTICULUS X.

Utrum omnes ad jejunia ecclesiastica teneantur?

Q. 147. n. 4. o.— *Dico 1°* Omnes Christiani vigesimum primum aetatis annum completum adepti, tenentur ad jejunia ecclesiastica, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. H® ultimæ particulæ addunlur propter causas excusantes a jejunio, de quibus articulo sequenti.

IMd. — *Probatur*. Statuta communia proponuntur secundum quod multitudini conveniunt, et ideo legislator in cis statuendis attendit id quod communiter habetur el in

plnribus accidit : atqui rationes instituendi jejunii sunt omnibus communes : ergo omnes obliinnlur. *Probatur min.* Rationes instituendi jejunii sunt carnis castigatio ul ipsa spiritui subjiciatur, aut in subjectione jam adepta permaneat, elevatio mentis ad Deum, placatio iræ divinæ, satisfactio pro peccatis prætcrilis, cautio futurorum, boni privati aut publici impetratio : atqui hæ rationes omnes aut saltem pleræque et præcipuæ sunt omnibus communes; *et dato* quod in aliquo particulari deficerent, nihilominus lege teneretur, quia cessante fine legis inadæquale lanium, non ideo cessat lex. Ergo.

Dices 1° Ex Apostolo 1 Timoth. 2, *Lex non est posita justo.* Ergo.

R. D. ant. Lex coactiva non est posita justo, quasi metu poenarum impellatur ad ejus observantiam, *C.* lex direclivaquæ sil regula ejus actionum et quam tenere debet, *N.* Certe justus erat Adam quando illi fuit posita lex denon cdendo lignoscicntiæ bonietmali. Justus erat David quando dicebat Deo : *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum.*

Inst. Luc. 5, Christus pharisæis, et Joannes discipulis quaerentibus cur ejus discipuli non tam frequenter jejunarent sicut ipsi jejunabant, respondet : *Numquid potestis filiossponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare? Venient autem dies cum ablatus fuerit sponsus, tunc jejunabunt illis diebus.* Quod habetur etiam Malth. 9, excepto quod, loco *jejunare,* legatur fugere. Atqui sponsus, scilicet Christus, est cum justis spirilualiter eos inhabitans. Ergo.

H>>d. ad 5.—*R.* S. Thomas huic auctoritati adhibet tres expositiones cx SS. Chrysos. Ilieron. et Aug. Communior tamen est hæc. Christus se *sponsum* vocat, quia sic appellatus fuerata Joanne Baptista, Joan. 3. Discipulos suos vocat *filios sponsi :* filii sponsi ditunlur pronubi el amici dati sponso comites, honoris gratia, cujusmodi triginta dati sunl Sarasoni, Judic. 14. Sensus ergo verborum Christi est : Sicut non congruit pronuhis lugere seu jejunare, quamdiu durant tempora nuptialia quæ lætitiæ plena sunt ; ita non congruit discipulis meis luctibus el jejuniis frequentibus ac extraordinariis addici , sicut vos Pharisæi el discipuli Joannis voluntarie addicimini, quamdiu sum cum illis. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, scilicet per mortem vel ascensionem meam, et tunc lugebunt et bunt, sicut reipsa facium indic Apostolorum.

Repones. S. Ilieron. in hunc locum Matth. dicit : « Quamdiu sponsus nobiscum est, ct » in lætilia sumus, nec jejunare possumus » nec lugere : cum autem ille propter pecca- » Ia a nobis recesserit, tunc indicendum est » jejunium, tunc luctus recipiendus. » Ergo.

R. S. Ilieron. duntaxat velle quod jejunium, qua parte est luctuosum, hoc est, assumptum pro peccatorum expiatione, non convenire justis. — :bid. ad 5. — Duplex enim juxta S. Augustinum distingui potest jejunium : unum tribulationis et luctus, quod assumitur pro peccatis commissis eluendis, el hoc non convenit justis perfectis; aliud lætitiæ, quod perlinet ad gaudium mentis in Deum elevalæ vel elevandæ, ct hoc convenit perfectis.

Dices 2° Cassianus, Collât. 121, cap. 29, asserit justos quadragesimali jejunii lege non teneri, sed duntaxat mundanos et vitiis deditos; additque justos, superveniente honesta el sancta necessitate , audere stationem jejunii absque ulla dispensatione laxare, quod negat peccatori Itus. Ergo.

R. D. ant. Cassianus asseri' justos non teneri lege jejunii, ut cogentf *?C.* 11 dirigente, *N. Patet ex solutione primi 'irqumenti.* Quod autem dicat justos et noi impios, ex honesta necessitate posse larare legem jejunii, nihil aliud vult quam quod justi, qui per totius anni curriculum jejunia protrahunt, facilius jejunii præceplum solvere possint, quia tum apud se tum apud alios corti sunt quod non cx intemperantia id faciant, sed ex vera necessitate, quam terreni homines qui, deliciis perpetuo inservientes cl genio indulgentes, levioribus dc causis et sæpc iiclitiis jejunia solvunt. El si quid aliud intendat Cassianus, deserendus est, ut pote contrarius menti et praxi Ecclesiæ. Eodem modo exponendus est S. Isidorus Hispal, lib. do Offic. Eccles., cap. 38, ubi exscribit sententiam ct verba Cassiani.

Dixi 1° in conclusione, *omnes chrisliani;* ideoque non solum catholici, sed etiam hæretici lege ecclesiastica jejunii adstringuntur : quia cum per baptismum fiant Ecclesiæ subditi, ejus legibus tenentur · secus infideles ct pagani, quia defectu baptismi non sunt Ecclesiæ subditi.

Dixi *vigesimum primum atalis annumt completum adepti.* Pro quo.

2.147. 4. o. ad 2. — *Dico* 2° Nemo ante vigesimum primum ælalis annum completum , tenetur integre vi legis ccclcsiasticæ ad jejunia ecclesiastica.

Ita mentem Ecclesiæ interpretatur consuetudo a D. Thoma asserta et doctorum ac piorum praxi prope generali firmata. Sic etiam post D.Th. docent S. Antonin. Palud. Sylvester,Cajet. Roscii. Navarr. Sylv. Less Pontas, et innumeri alii contra paucos.

Ibid. — *Ratio etiam adslipulatur.* Quia in pueris, ante assignatam ætalcm, est evidens ratio non jejunandi ; tum propter debilitatem iialuræ ex quo provenit quod indigeant frequenti cibo ct non simul assumpto ; tum etiam quia indigent mullo nutrimento propter necessitatem augmenti quod fit dc residuo alimenti : ergo quamdiu sunt in statu augmenti, quod est, ut in pluribus, usque ad finem tertii septennii, non tenentur ad jejunia ecclesiastica.

Ibid.—Conveniens tamen est ut etiam hoc tempore se ad jejunandum exerceant plus vel minus secundum modum suæ ælalis : quod est consilii, inquit hic Cajelanus, et non præcepli : giatis itaque doctor Daelman hic astruit obligationem sub veniali.

Quandoque tamen, magna tribulatione imminente, in signum pœnitcntiæ arctioris etiam pueris indici possunt jejunia, sicut legimus dc jumentis, Jonæ 3. Possunt etiam ipsis imponi aconfessariisjsi id necessarium visum fuerit ad coercendam carnis petulantiam, sicut et ipsi possunt ultro se voto adstringerc ad jejunandum.

Dixi *integre;* quia certum csl omnes, ubi adepti sunt usum rationis, quod in pluribus accidit in fine primi septennii, teneri ad [pariem jejunii quæ est abstinentia a carnibus : tum quia id fert generalis consueludo, quæ est optima legum interpres, tum quia carnes non sunt ita ipsis neces-*ariæ ad debitum naluræ augmentum , sed sufliciunt alii cibi et plurcs rcicclicnes. Et de hoc imperfecto jejunio intcl-ligcnda sunt jura, si quæ sint quæ pueros doli capaces astringant jejunio. Ante vero usum rationis, neque a carnibus abstinere tenentur, sicut» nec amentes ; quia leges Ecclesiæ non alliciunt nisi ratione utentes : unde possunt etiam ab aliis carnes l edendæ ipsis porrigi, utjam dixi alibi, mod» absit scandalum.

Dices 1° Plurcs ante annum vigesimum primum indigent jejunio ad cohibendam carnis petulantiam. Ergo ad illud tenentur.

R. D. consequens. Ergo ad illud tenentur vi legis naluræ, *C.* si nempe alio remedio peccatum vitare non possunt ; vi legis ecclesiastical, iV. Hæc enim non intendit obligare ante assignatum tempus, ut colligimus ex consuetudine et communi sensu doctorum, sed judicio prudentis confessarii relinquit determinandum quid in certis casibus facto sit opus.

Instabis. Quidam ante vigesimum primum ætatis annum adipiscuntur statum augmenti et naluræ robur. Ergo hi saltem tenentur lege ecclesiastica jejunii.

R. N. consequentiam. 1° Quia cum Eo eJesia in suis legibus attendat ad id quod e immunitor accidit, ct communiter non ha- I i.eatur status augmenti ante hunc terminum, ibi fixit tempus obligationis, iïa quod ame illud nemo teneatur, sicut post illud omnes tenentur etiamsi quidam nondum attigerint statum augmenti. 2° Quia alioquin incerta nimis ct ambigua foret obligatio jejunii, cum non facile dignoscatur quando quis præcise attigit statum augmenti.

Repones. Pueri qui ante primum septennium attigerunt usum rationis tenenturad sacrum audiendum, ad confessionem annuam et ad abstinentiam a carnibus. Ergo siimlilcrqui ante vigesimum primum ætatis annum attigerunt statum augmenti, tonentur ad jejunium.

R. Dato ant. N. consequentiam. Quia nullibi nobis constat esse mentem Ecclesiæ ut qui attigerunt usum rationis eximantur i prioribus legibus, sicut constat nobis ct consuetudine el communi sensu doctorum c se mentem Ecclesiæ ut qui non attigerunt vigesimum primum annum eximantur a Ic. p jejunii. Insuper facilius dignoscitur imis rationis quam status augmenti.

Omisi antecedens, quia non itaccrlocons at, quin forte posset negari.

Dices™ Son est determinata aetas ad finiendam obligationem jejunii. Ergo nec ad inctoandam.

Pro solutione hufus argumenti,

Dico 3" Non est determinata a?tas ad fi'

niendam obligationem jejunii, sicut ad inchoandam. Unde male quidam assignant sexagesimum annum pro termino fmiendæ hujus obligationis.

Halio conclusionis et disparitalis c-vl^juia nullibi apparet quod Ecclesia assignaverit hunc sexagesimum annum aut alium pro termino fmiendæ hujus obligationis, sicut constat ex consuetudine el communi sensu doctorum, utjam sæpe dixi, determinasse vigesimum primum annum ad inchoandam hanc obligationem.

Altera disparitas aut potius ratio hujus diversæ dispositionis Ecclesiæ est, quia status augmenti et roboris communiter et ut in pluribus habetur certa ætate, non autem senectus, alii enim senescunt anno quadragesimo, alii quinquagesimo, alii sexagesimo, alii septuagesimo tantum et ultra, ita ut quandoque videantur septuagenarii aut sexagenarii vegetiores quam quinquagenarii aut quadragenarii : et ideo non potuit assignari certa ælas ad finiendam obligationem jejunii sicut ad inchoandam. Quapropter obligationis fmiendæ aut continuanda» regula repeti debet ex debilitate seu infirmitate senio causata. Non diffiteor tamen quin circa sexagesimum annum satis frequenter talis sil infirmitas, quæ excuset si non a toto saltem a parte jejunii.

Dices. Hieronymus Liamas, 3 p. Methodi , c. 5, §20, asserit Pium V. anno 1570 declarasse vivæ vocis oraculo, sexagenarios non amplius adslringi jejuniis ecclesiasticis, sequehujus declarationis fuisse testem oculatum. Ita referunt Loth, Sporeretalii.Ergo.

Huic argumento respondet Franciscus Benno, q. 7 de Jejunio in fine, his verbis : « Miror quosdam auctores etiam modernos d huic privilegioadhærere, cum omnia vivæ › vocis oracula fuerint per Gregorium XV » etUrbanum VIII expressissime revocata.» Verum fortasse vicissim mirabuntur isti auctores moderni, hunc lapsuin ab crudito theologo esse admissum, reponentque ipsi l Gregorium XV etUrbanum VIII ea duntaxat revocasse vivæ vocis oracula quæ concessa sunt collegiis, capitulis, ordinibus religiosis aut eorum prælatis, non vero quæ concessa sunt generaliter omnibus fidelibus (quale est id de quo agitur), *ut patet* ex ipsis terminis revocationis ulriusquc pontificis apud Lcsanam, lom. 3, v. *Oracula* t'l lX8 *coris.*

Quantum ad me allinet, magis mirarer Liamas se dicere *testem oculatum* oraculi vivæ vocis ; *auricularem* potius dixisset, non enim dicimur videre vocem, sed audire : oraculum autem vivæ vocis, est concessio a summo pontifice orelenus facta sine scriptura : Lesana ibidem, quod si forte ab aliquo hoc vivæ vocis oraculum exaratum viderit Liamas, et ideo se dicat testem *oculatum,* pari jure me etiam hujus testem oculatum pronuntiabo.

Cælerum si de isto vivæ vocis oraculo certo constaret, absque scrupulo aut cuju» vis admirationis metu illi adhærcrem ; sed quia non constat, conclusioni standum esse existimo.

Petes 1° utrum religiosi professi qui nondum vigesimum primum annum complevere, teneantur ad jejunia ecclesiastica?

R. non teneri vi legis ecclesiaslicæ ; quia nullibi habetur Ecclesiam prius sua lege religiosos quam sæculares velle astringere. Tenentur autem vi et pro modo suæ regulæ, sicut ad ipsa jejunia regularia, scilicet, vel sub culpa mortali aut veniali, si regula sic ad hæc obliget, vel sub poena tantum si regula non nisi sub poena obliget, ut in nostro Prædicatorum ordine. *Ratio est,* quia adolescentes absolute loquendo, jejunii capaces, possunt renuntiare indulgenliæ el privilegio Ecclesiæ, sicut renuntiarentsi se voto privato ad jejunandum obligarent, aut jubilaeum lucrari vellent.

Petes 2' utrum religiosi exempti teneantur ad jejunia mandato episcopi indicata?

R. non teneri vi legis episcopi, quia ejus jurisdictioni non subduntur; posse tamen teneri vi consuetudinis, si ita vigeat in provincia, aut ratione scandali.

Si dicas religiosos exemptos teneri obedire episcopo ferenti censuras vel interdictum, aut instituendi dies festos : ergo et indicenti jejunia.

R. N. consequentiam. Quod enim teneantur obsonare interdicta am dies festos e; mandato episcopi, hoc est specialis dispositio Ecclesiæ facta in concil. Trid. sess. 25 de Regular, cap. 12. Nullibi autem habolur similis dispositio pro aliis legibus episcopalibus. Ita Pontas, v. *Rogations, cas.* 2post Sylvium et plurcs alios.

Petes 5° utrum peregrini teneantur jctunio sui territorii vel loci in quo sunt?

Λ. teneri jejunio loci in quo sunt. Ita communius.

Patet i° ex vulgato responso S. Ambrosii ad S. Augustinum interrogantem pro matre sua Monica : σ Cum Romam venio, sab- » l>ato jejuno : cum Mediolani sum, non » jejuno : sic et lu ad quamcumque forte *n* Ecclesiam veneris, ejus morem serva, si » cuiquam non vis esse scandalum, nec D quemquam libi. » Habetur Epist. 118, el refertur cap. *Illa,* dist. 12; unde commune proverbium : *Si fueris Roma, Romano vivito more ; si fueris alibi, vivito sicut ibi.*

2°Quiaid exigit uniformitas in regimine elexacta legis observantia; nihil enim frequentius est quam ut, occasione alicujushospilis a jejunio liberi, alii jejunium frangant.

3° Quiasic obtinuiteonsuetudo : undegraviter offenderentur fideles si viderent aliquem advenam vescentem carnibus die jejunii.

Ex quibus rationibus jure præsumitur hanc esse legislatorum mentem, ut sicut a ,egibus sui territorii eximuntur absentes, sic teneantur legibus loci in quo reperiunlur. De quo fusius dum de legibus.

Hinc infera 1° eum qui discedit a loco ubi non est jejunium, posse refectionem mane sumere ; et si ad locum ubi est jejunium adveniat circa meridiem, posse iterum cum aliis prandere et sero collationem sumere. Quod si sero tantum adveniat, videtur quod non possit nisi collationem ut alii sumere. E contra, si discedat a loco ubi est jejunium, non potest manesumerejentaculum, nisi aliunde excusetur ; sed ubi advenerit in locum ubi non estjejunium, se gerat ut alij non jejunantes. Quia, ut dictum est, potest et tenetur obsequi moribus loci in quo est.

Inferes 2° (*) ex eadem ratione, quod qui in hac dioecesi Leodiensi jejunavit vigilia S.Laurentii, incidente,v. g.in feriam quartam, si sabbato sequenti sit in dioecesi Rhcmensi in qua hoc jejunium transfertur ju sabbatum, teneatur iterato jejunare. Idem censeo de eo qui hic jejunasset tota quadragesima, si adveniret in Angliam ubi adhuc duraret quadragesima propter obsen antiam veteris calendarii.

Neque obstat nos non teneri bis jejunare pro eodem festo, neque duplicem iu ann» quadragesimam agere. Id quidem verum est per se, per accidens autem contrarium contingit. Sic perse teneris j?junare semel pro S. Laurentio, et per unam quadragesimam in anno : per accidens tamen potest contingere quod non tenearis,si nempe sue· cessive reperiaris in locis in quibus tempus obligationis elapsum est aut nondum advenil, v. g. iu dioecesi Rhcmcnsi feria quarta, et in dioecesi Leodiensi sabbato sequenti; aut si discedas ex Anglia nondum absoluta quadragesima , et adventes in Galliam quando est absoluta : ulrinque a jejunio eximeris. Qui autem sentit commodum, debet sentire et incommodum, ut fçrl regula juris,

Inferes 3° ex eodem semper principio, eum qui invitatur ab amico ad prandium, ubi non est jejunium, posse illic comedert carnes quas domi suæ comedere non poluisset propter jejunium, nisi forte illuc iret in fraudem jejunii, hoc est, præcise ut manducet carnes, alias non iturus : quia, juxta axioma juris, *fraus el dolus nemini patrocinantur.* Neque dicas eum uti jure suo ; nomo enim habetjus agendi in fraudem legis.

<*1 **Ilm rpâolulio dit» »ute abroyilioocoi jejunii ct k*U LiUXCUlU,'**

ARTICULUS «XL

De causis excusantibus a jejunio.

Causa excusans a jejunio, generaliter loquendo, una est, nempe impotentia moralis qua quis non potest sine gravi suo vel alterius incommodo jejunare. Adhancrevocae lur omnes aliæ causæ assignari solitae, ut infirmitas, labor,peregrinatio, paupertas, pictas, etc. Unde

lu 4. dist. 15- q. 31. a. 2.;qumstiunc, 4. o. — *Dico* 1° Infirmitas praoscnsvel imminens in tantum excusat a jejunio, in quantum est aut saltem creditur juxta experti el timorati medici, aut eo deficiente alterius viri prudentis el probi judicium, vel incurrenda, vel aggravanda, vel non sananda si servetur jejunium.

Est communis eleeria ; quia jejunium.est ab Ecclesia institutum ad morlificatioucin quidem naturæ, non vero ad ejus destructionem·

Audis me, ubi necessitas non est evidens, requirere judicium medicii avi viri prudentis; quia infirmi solent essv in hac materia plusæquo vel indulgentes, vel scrupulosi : item me requirere judicium medici e.x perl· et timorati ; quia frequentes suntmedie) sok

titulo tales et ita ad urbanitatem informati ut omnibus promiscue exemptionem a jejunio petentibus nonnisi annuere noverint, quorum sane judicium tuto non sequuntur infirmi.

Ex hac conclusione inferes 1° non omnes iulirmos eximi a toto jejunio , sed quosdam 3 toto , quosdam a parte,prout scilicet exigit ratio infirmatis : el ideo quosdam posse manducare carnes, non tamen plures refectiones sumere ; vel e contra plures refectiones sumere, sed non carnes ; quosdam possejentaculum sumere, alios pinguiorem collationem; quibusdam sufficere invertere ordinem refectionum, collationem meridie, coeuam vesperi sumendo. Unde merito ad instantiam episcojji Gandensis damnata eslab academia Lovanicnsi,anno 1G57, hæcpropositio: «Qui dormire nequit nisi i vesperisumpta coena ,non teneturjejunali re, imo neque in prandio collalionepi sui mere, quamvis hoc modo isti incommodo i) obviare posset :quia nemo tenetur pervertiti tere ordinem refectionum. »

Ingres 2° mulieres praegnantes aut lactantes, qua* infirmis annumerari possunt, eximia loto jejunio quoad abstinentiam a j lnribus refectionibus. Ita communiter contra paucos. Quia abundantioremcl frequentiorem cibum exigit fœtus quem gestant aut lactant; imo peccarent sijejunium saltem in rigorcobservare vellent.ob nocumentum inde fœlui aut proli imminens. Non tamen eximuntur ab abstinentia a carnibus, quia abi cibi sufficiunt; excipe casum quo mulier pragnans immoderata passione ferrelur in carnes, cui ne fœtus ex denegalione patiaurdclrimcnlum recusari non debent.

Inferes 3°cum qui nunceslsanus, sed cui ex certis aut vere probabilibus indiciis imaiine.l morbus, eximi a jejunio pro quanto accessecstad avertendum morbum ; simililerqui ex infirmitate convalescit, proquanto necesseesl ad reparandas vires

Inferes 4° neque impotentiam reddendi debitum inter conjuges, neque maciem aut pallorem quo vel uxor viro, vel puella proco se minus gratam ad tempus exhibet, per se loquendo, esse infirmitates seu causassullieientes eximendi ipsas a jejunio.

Quantum ad primum , scilicet redditionem debiti, ·" quia ad id conjuges non se obligarunt in omni eventu, sedsahis manibiis Dei «i Ecclcsi® ; 2" quia tempus jqju- nandi est tempus longe fieri abamplexibus, ut religiose observat hic Sylvius. Imo non desunt theologi et canonis'æ nui contendunt conjugem petentem debitum tempore jejunii peccare: pro quo citant Patres et canones; sed advertit Navar. in Manu. c. 22, n.71, Patres elcanoriesesse inudligendos de prima consummatione matrimonii, quam reponunt inter solemnitates quæ prohibentur tempore quadragesima. Insuper idom Navar. ibidem existimat has canones esse antiquatos.

Quantum ad secundum,quia futiles sunt prorsus hæ raliones,nec ullam per se inducunt impotentiam aut difficultatem jejunandi. Ecquod enim grande malum si ad tempus uxor minus arrideat viro, puella procu?

Dixi, *per se loquendo; quia* per accidens , puta, si ex impotentia aut deformitate unius parlisjure timeantur inalleraincon linentia, graves iræ, odia, blasphemiæ, aut grave detrimentum, posset compars , suadente lege charitaliscui cedunt leges human®, temperare jejunium quantum necesse est ad illa mala avertenda.

Similiter, quamvis uxor marito violationem jejunii jubenti secundum se obedire non debeat, quia praestat obedire Deo quam hominibus , potest tamen per accidens, si nempe ex recusatione, præfata aut similia immineant.

Q. 147. a. 4. ad 3. et in 4. cit. — *Dico* 2° Secundum jus antiquum, labor non necessarius etiamsi gravis, non eximii a jejunio ; quia dimittendum est id quod non est necessitatis ut servetur id quod est necessitatis. Labor autem gravis necessarius ad bonum sive proprium sive alienum, eximit a jejunio; quia non videlur fuisse intentionem Ecclesiæ statuentis jejunia , ut per hoc impediret alias pias el magis necessarias causas. Ita , inquam , secundum jus ariliquuni S. Thomas ct cum eo omnes fere antiqui cl multi moderni.

Verum, inquit Sylvester, v. *Jejunium,* n. 24: « Eugonius IV, anno 1440, circa hoc » fecit magnam modificationem, indulgens » quod artifices lalioriosa opera exercentes, a et rustici, sive sint divites sive pauperes , a non teneantur ad jejunium sub praecepa io, ut refert Bosella,el alias ru doctis » audivi. » Hucusque laudatu Sylvester. Eamdeni Eligenti IV declarati nem referi Basteus, v. *Jejunium* 2, u. 7, fiù verbu r

» Opifices snas artes exercentes, aul coloni » colendis serendisqueagris aul alii ejusmo- » di rebus operam danlcs, sive sint divites, » sive pauperes, ad jtjuniasub peccato mor- T) tali non tenentur et a confessariis absolvi » possunt, consulendo illisui in eleemosynis » aliisque piis operibus occupentur.» Idem referunt ex laudalis operibus Loth , Ucnno el alii: divitibus autem non est necessarius labor. Quapropter.

Dico 3° Secundum jus novum, in hac Eugenii IV declaratione fundatum, omnis labor honestus cum jejunio incompossibilis, etsi non necessarius, modo non sil in fraudem jejunii susceptus, eximit a jejunio.

Hanc sane summi pontificis declarationem , a tot viris fide dignis relatam, eo facilius arbitror esse veram, quod videam esse in praxi etiam apud timoratos : neque enim pœnitcntesnequeconfcssariidisculcresolent an labor qui adfertur ut causa excusans a jejunio fuerit necessarius necne, sed an fuerit gravis et jejunio incompatibilis.

Ex his conclusionibus inferes 1° agricolas, fabros, sive ferrarios, sive lignarios, sive stannearios el similes, item fossores, cæmentarios, pistores, fullones, coriarios, typographes prælo insudantes (non tamen componentes) , cursores longum aul molestum iter pedibus agentes, et alios artes valde laboriosas exercentes, eximi a jejunio propter gravem defatigationem ct debilitatem cum jejunio moraliler incompossibilem.

Inferes 2.°e contra, propter oppositam rationem, pictores, sartores, barbitonsores, acu pingentes, cantores, musicos, mercatores, medicos, chirurgos, pharmacopolas, ancillas, famuloscommunia ct levia ministeria familiæ obeuntes, notarios, scribas, magistratusetaliosoflicialcs, quorum laborabsque gravi difficultate potest cum jejunio compati, ab ejus lege non eximi. Unde Alexander VII damnavit hanc propositionem : « Omnes of- » ficialcs qui in republica corporaliter labo- » rant, sunt excusati ab obligatione jejunii, » nec debent sc certificate an labor sit com- » patibilis cum jejunio. »

Sed quid de sutoribus, textoribus, aurificibus ct sculptoribus? Quidam cos excusant a jejunio, quod putent gravem eorum laborem; alii non excusant, quod putent levem. Nos cum Sylvio existimamus hos el similes quorum dubius est labor, prudeniiæ confessorii esse remittendos, ul, attento labore et personarum complexione, eos a jejunio liberos vel ad id obligatos pronuntiet.

'Idem censeo de judicibus,consiliariis,advocatis, lectoribus, scriptoribus, scholasticis confessariis et prædicatoribus.Quieuim cx illis mediocriter, ut fieri solet, studio incumbunt, nullatenus eximuntur a jejunio; qui acrius, plus vel minus, secundum quantitatem studii ct persona* conditionem,eximuntur; ita ul qiiandoquesunicre possit pinguiorem collationem, quandoque cœnam, quandoque jentaculum, quandoque totaliter eximantur, quantum scilicctad unitatem refectionis: sic, v. g. qui a mane ad vesperam confessiones exciperet, qui tota quadragesima quotidie aut fere quotidie concionem haberet cum magno studio et labore, puta, quia est ingratæ memoriæ, aut conciones recenter cusas pro prima vice recitat; qui diu nocluque ad componendum aut docendum libros evolvit, totaliter a jejunio exemptum quoad abstinentiam a pluribus refectionibus , non secus ac cæmenlarium , arbitror Sicut enim labore corporali spiritus vitales exhauriuntur, ita labore spirituali spiriUu animales, qui non sunt minus ad vitam necessarii.

lnfcres3n præserlim cx tertia conclusione, eos qui nonex necessitate aul officio, quales sunt plerumque ii de quibus hucusque sermonem habuimus,sed honesta*recreationis aul exercitationis causa aliove line honesto iter aul laborem suscipiunt, v. g. venantur, piscantur, invisunt amicos aut urbes, iter agunt pcdibuscum possint rheda aut navi, et similes, etiam eximi a jejunio ubi defatigatio est gravis ; *a fortiori* si peregrinentur ex devotione, *nidicam Herum modo in quinta conclusione.*

Dixi 1° in conclusione, *labor honestus;* quia sola defatigatio ex labore inhonesto ct illicito, non eximii a jejunio, curn præsumi non possit Ecclesiam relaxare legem suam in favorem peccantium ; secus tamen si ex labore illicito sequeretur aut immineret infirmitas, tunc enim currit lex naturalis conservandi vitam. Distinguendum est itaque hic inter infirmitatem et solam defatigationem quæ non est infirmitas, sed solum majorem difficultatem parit jejunandi, quam sane tenetur ferre elsuæ iniquitati imputare debet peccator. Unde merito Academia l.ovanienMS damnavit hanc propositionem : *Defessus ex quocumque labore licito vel il-*

o. v. g. (pudet referre) *cum feeminis commixtione, liberatur a lege jejunii.*

Dixi 2°, *modo labor non sit in fraudem legis susceptus ;* quia, ut communiter dicitur el feri regula juris, *fraus ct dolus nemini patrocinantur,* nec. ul anlc jam dixi, præsumi debet Ecclesiam vel'esuam legem relaxare in graliam eorum qui quærunt illam fraudare, et ventri indulgerc. Hinc qui suscipit iler aut laborem præcise ut eximatur a jejunio, alias non suscepturus; qui itineratur pedibus, alias ascensurus equum, aul currum, aut navim ; qui venatur alias non venaturus, etc., vere non eximitur; nisi, ulmodo dixi, cx nimia deratigatione sequatur aut immincal morbus.

Petes 1° quoad iter, quantum ct quale requiratur et sufficiat ad eximendum ajejunio?

R, Quidam requirunt qualuor leucas, quidam quinque, quidam sex, alii plus, alii minus. Item quidam eximunt solos itinérantes pedibus, alii etiam itinérantes equo aul curru.

Sed hæc si generaliter statuamur arbitraria sunt : quamvis enim salis communiter loquendo, quatuor aut quinque leucæ videantur requiri ct sufficere in hac saltem patria montibus frequenti,potest tamen contingere quod, attenta ilinerantis complexione, aerisinlempcric, majori viarum asperitate, itineris diuturnitate, plus defatigent duæ aut lres leucæquam quatuor, quinque, sex aut septem. Similiter, quamvis incedentes tquoaulcurru regulariter non multum defatigentur, nec ideo communiter eximantur ajejunio, potest tamen contrarium contingere : sic si diu incedas equo molesto, cursu præcipiti, flante vento valido, aut tota die curru non pensili super pavimento aspero el in locis præruptis, plus sane defatigaberis quam si pcdcslcr quinque aul sex leucas conficeres.

Non potest ergo certa regula statui generaliter pro omnibus cx longitudine viæ, neque ex modo itinerandi pedibus, scilicet vel equo autcurru ; sed hæc repeti debet cx ipsa lassitudine e» debilitate naturae restaurationem postulantis, causata per ilinerationem, qualiscumqiie sit.

Sed quæ ctquanta lassitudo requiratur, non magis facile dixerim. Marchantius apud Sporcr ponit hanc regulam : *Quandocumque iler ita hominem alterat, ul absque aliquo unio suo, vd negotii notabilis pro quo vadit,jejunium non possiteommode servare, excusai ajejunio* Verum,cum Ij *aliquo detrimento* et ly *commode* valde late pateant, vixilinerantem roperies qui juxta hanc regu'ain adslrineatur jejunio. Leve enim dctrimen!um,estrt//qT/odde(ri»/renlum,Ptqiia·· bscumque difficultas non est *commoditas.* Nullusesl autem itincransquijojun etab<que aliqua difficullaleaiit aliquo levi detrimento. Relicta igitur hac regula, utpote nostrojudicio laxiori.

FranciscusHenno, alter Minorita, hanc assignat. *Quandocumque iler ita alterat hominem, ul ea in quibus ordinarie occupatur non possit nisi cum magna difficultate excqui, solvit itincranlem a lege jejunii.* Hanc regulam in pluribus valere non diffiteor, at valere generaliter pro omnibus, non arbitror. Opera enim quibus occupantur homines, alia sunt facillima, alia difficillima : facillima quis posset absque magna difficultate exequi, etiamsi graviter lassus ex itinere; difficillima non posset, eliamsi leviter lassus. V. g. malleator in ustrinam (un *forgeron) ;* non admodum lassus ex itinere, non posset absque magna difficultate exequi opussuum, cui homo quietus et integer vix sufficit. E contra puella graviter defatigata ex itinere, posset adhuc absque magna difficultate nere aut suere.

Hac ergo regula admissa, ut m pluribus utili, generalem absolute statui posse non credo ; sed unusquisque suarum virium el debilitatis conscius, memor insuper Ecclesiam urgere observantiam legum suarum cum aliqua difficultate, non tamen cum summa aut gravi, sit coram Deo sincerus arbiter sui. Quod si non possit, credat viro prudenti et probo, maxime confessario, si copia adsit. Hinc iure merito damnata est ab Alexandro VII hæcpropositio : *Excusantur absoluteajejunio omnes illi qui iler agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iier necessarium non sit, el eliamsi iter unius dici conficiant.*

Petes 2° utrum agricolæ, fabriferrarii ct similes qui laboriosa opera exercent, propter quæ eximuntur a jejunio, teneantur jejunare eo dic quo hæc opera intermittunt, puta, die festo incidente in quadragesima ?

Λ. per se loquendo non videri exemptos, quia eo die non laborant, et, si praecedenti die laboraverint, aut sequenti sint laboraturi, ita el plene corpus rcfeceiunt aut re-

ficient. Plerumque tamen contingit eos excusari : 1° si ex praecedenti labore sint inultum attenuati, et per jejunium impares forent labori sequentis diei; 2° quia hujus conditionis homines plerumque parce vivunt, et vita eorum potest censeri quasi continuum jejunium, ita utindependenter ab opere laborioso, vix tenerentur lege jejunii. Adde quod, cumnonsint jejunioassuefacti, longe majorem quam alii jejunandi difficultatem patiantur: unde prudentia· confessarii remittendum est ut, attentis onnibus, judicet num excusentur vel non. Ita ferme clar. Pontas, v. *Jeûne,* c. 9

Petes 3· quid agendum cum illis pœnitentibus qui neque infirmi, neque laborantes, confessario urgenti obligationem jejunandi, simpliciter respondent: iVonpossuwJ *j junare,* et nihil aliud? Casum hunc nuilibi legi, sed sæpe audivi in tribunali.

it. talibus non esse facile fidem adhiben- <iam;sæpe enim fingunt se non posse quod nolunt, sola communi jejunandi difficultate quam refugiunt deterriti, nec forte un-|quam experti quid revera possint. Quod si r.-ipsa tamen singularem et majorem quam I alii difficultatem patiantur, vel illaprovenit ex eorum culpa, puta,'ex non usu, quod nunquam voluerintex intemperantia sub- j ici legijejunii, et luncimputentsuæiniquitali, nisi sil periculum morbi, utdixi supra v fatigatis ex labore illicito: vel provenit sine eorum culpa, puta, ex naturali voracittle, vel ex eo quod jejunio non sint assue- l ictiexcausalegitima, ut contingit in iis q ui continuo labore antehac fuerunt occupati, etinmulieribusquænuptæ antevigesimum primum annum, semper fuerunt ante prægnantes aut lactantes; hi secundum prudentiam confessai ii paulatim assuescant. et ideo ex parte saltem jejunent.

Hic Q. 147. a. 4. ad 4. et in 4. cit. ad 2.

Dico 4· Paupertas non semper excusat a jejunio, quia non semper affert impotentiam moralem jejunandi. Tunc autem excusat quando pauperes simul habere non possunt tantum hora comestionis quod ad victum totius diei sufficiat, sicut frequenleregemscontingitqui frustatim eleemosynas quærunx, vel etiam quaridoex præcedei.lt inedia tantum dclibitati sunt, quot jejunium ferre non possunt.

Petes utrum, quando ostiatim mendicantes aut alii habent sufficienter panem ad refectionem et nihil aliud, teneantur jejunare ? i

R. Cum Pontas, v. *Jeûne,* cas. 5, ηο teneri, quia solus panis semel sumptus, Don sufficit ad plenam refectionem qualis requi- j ritur ad onus jejunii sustentandum, seu, ut j dicitS. Thomas, *advictum totiusdiei.* Und» P. Hanno male profert hic S. Th. quas huic responsioni contrarium. Insuper nu& ignorabat S. Doctor ostiatim mendicantes possesæpe habere panem sufficienter ad refectionem, et tamen resolutive dicit hic ii 4: *A jejuniis excusari videntur ΐΐνφί yrustatim eleemosynas mendicant, quiaiv.* possuni *simul habere quod eis ad vietur.* si/f/iciat.

Dico 5° Pietas in tantum excusat ajejanio, in quantum importat laborem incom· patibilem cum jejunio.

Patet, quia pietas ex senon debilitat coipus, sed labor concomitans. Sic excusantur peregrinantes ad loca pia, inservientes dio ' nocluque ægrotis, confessarii, concionato-1 res, ut supra dixi pro quantitate laboris,

Multi hic instituunt quæstionem utrum peregrinatio ex sola devotione excuset a jejunio; item utrum vacantes charitatb operibus, ut inservientes ægrotis, concionantes, non ex officio, necjussi,sedsponte, aut etiam intuitu mercedis, excusentur!

Quidam tenent quod non, quia, ut diotum estsupra, dimittendum est idquodnon est necessitatis ut servetur id quod est necessitatis. Alii docent quod sic, quia juxta |S. Thomas, nonest intentio instituentis jejunium impedire per hoc causas pias: el quod est institutum ut promotivum boni, non deber esse illius impeditivum.

Verum, supposita veritate tertiae conclusionis, in qua diximus quemcumque laborem honestum gravem, etsi non necessarium, eximere a jejunio, evanescit difficultas, fluilque responsio affirmativa. Et sane si Ecclesia ore pontificis mdulget ut divites, qui bus nonest necessarius labor, operantes laboriose, eximantur a jejunio, *a fortiori* vacantes religionis aut charitatis officiis.

Et ad rationem pro parte negativa *distinguo.* Dimittendum est id quod non est necessitatis, si ita sit mens instituendi legem C. secusiV.

SPECIALITER NOTANDA.

G<rca praccdentet causas excusantes a jejunia.

Nota. 1« causas assignatas excusare aje-

junio ex rationabili epiikia cl benigna interpretatione mentis Ecclesiae, quæ in his circumstantiis fideles suos obligare non intendit, adeo ul si causa excusans sil evidens, nulla sit opus'dispensatione ; si dubia, rc--urrendum est ad prælatum, qui nomine Ecclcsiæ dispenset, elsua auctoritate suppleat quod deest sufïicicntiæ causæ. Non enim prælatus solum declarat sufficientiam causæ,sicut facit medicus aut doctor,sed vere dispensat cl sua dispensatione causam sufficientem reddit.

Porro prælatus pollens auctoritate dispensandi in jejuniis Ecclcsiæ jure ordinario, est summus pontifex in tota Ecclesia ; jure delegato ex usu, episcopus in sua dioecesi, parochus in sua parochia, saltem ubi non est episcopus, et etiam in mullis locis ex usu ubi est episcopus, superior regularis, provincialis in sua provincia, localis in suo conventu.

A'oM2°qiiod alibi jam dixi. Cum quis non jejunataulquanlitatcm excedit in collatione, putans bona fide se habere justam cl sufficientem causam, quæ tamen rcipsanoncsl sufficiens, non, peccat saltem mortaliter; quia præcepla moralia , inquit Cajetanus, moralitcr sunt interpretanda in cxeculione; el iste non agit formalitcr contra præceptum, nisi forte agat ex ignorant ia ita crassa, ut dolo æqtiiparelur. Adde quod Ecclesia non intendat injicere laqueum animabus. Ita CajelanuSjinSum.v. *Jejunium,* cap. 3,n. G,Tot 8; Navar. in Man. cap. 21, η. 20, ex S. Λn-(onino, 2p. Iit. 6,c. 2,§Ante;ct Palud. in4, dist. 15, q. 4, a 1. Item., Tolet.lib. 6, c. 4, n. 9; Layman c. 3, n. G; Sylvius hic i 4, ct alii.

ARTICULUS XIL

De gula. D. Th. Q. 148.

Uhuru gula sit peccatum, et quale?

Nota. Gula, ex primaria significatione, signilicat illum gutturis meatum per quem alimenta trajiciuntur in stomachum , ct quia superior ejus extremitas non secus ac lingua percipit saporem ct inde natam delectationem, hinc fit quod a theologis ii qui quæninl hanc delectationem magis quam corporis sanitatem dicantur gulosi, cl eorum vitium gula.

Itaque gula generaliter sumpta, est appetitus inordinatus cibi clpolus.—Hicq. 150. •J, — Dividitur in duas species: in gulam stricte sumptam, quæ etiam dicitur crapula et commessalio ; et in ebrietatem. — Hic q. 448. a. G. o. — Gula stricte sumpta, est appetitus inordinatus cibi et potus qua delectabilis præcise* sicque, *ut patet,* est vitium oppositum abstinenliæ. — Q. 150. Ebrietas est appetitus inordinatus solius potus inebriantis, ct opponitur sobrietati, ut dicam infra. ÜC gula stricte sumpta hic agimus.

Dico 1° Gula est peccatum

Hic q. 448. a. 4. o.— *Palet* ex ejus definitione ; est enim, ut dictum est, appetitus seu usus delectationis in cibo et potu inordinatus, id est, modum a recta ratione præscriptum excedens, ideoque peccatum.

Modus autem a recta ratione præscriptus in hac materia, est quod ita sumatur alimentum, ut sit utile vilæ et sanitati servandæ : qui ergo hunc modum excedit propter delectationem quam appetit aut percipit in alimento, peccati gulæreus est.

Non itaque peccati gulæslalim culpandus est, qui cibum delectabilem delectabiliter sumit; nisi sis adeo insipiens, inquit Cajetanus, in Summa, v. *Gula,* n. 1, ut putes omnem voluntariam delectationem sensibilem esse peccatum. Etenim propter infirmitatem humanam, Auctor naturæ annexuit alimentis, non secus ac actui matrimoniali, delectationem, ut in iis sumendis non essemus difficiles elsumpta facilius relinerentur ac digererentur, sicque melius vitæ et sanitati conservandæ concurrerent. Unde illud S. Aug. lib. 4 contra Julian. *Non solum cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, non propter exsaturandam libidinem, sed propter tuendam salutem.*

Tunccrgosolum est gulæ peccatum, quando, ut dixi, hæc delectatio inordinate seu contra reelæ rationis diclamen quærituraut percipitur; quod fit quinque modis, dequibus infra, ctetiamsi principaliter hæc delectatio quæratur in tiboaul potu, ita ut comedas el bibas præcise propior delectationem ; quia lune est inversio ordinis, cum alimonium non sil a natura institutum ad delectationem, sed mediante delectatione ad sanitatem ct vitam ; et insuper, quia linis humanarum actionum est bonum honestum, non delectabile, hoc enim est proprium brutorum. Unde merito damnata est ab Innoccntio XI hæc propositio : *Comedere el bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem,*

non estpeccatum, modo non *obsit valetudini;* item ct falsum principium quo eam fulciebant ejus patroni, hoc nempe : *Quia appetitus naturalis potest licite suis actibusfrui.* Debuissent dicere *uti* et non *frui,* fruitio enim est de fine, usus de mediis.

2· 14S. a. 2.0. — *Dico* 2° Peccatum gulæ est quandoque mortale, quandoque veniale.

Ibid. — *Probatur.* Vel appetitus ille cibi et polussic est inordinatus, ul tollat ordinem rationis quantum ad ipsum finem, quod contingit quando delectationi gulæ sic adhaeret homo, ut sit paratus transgredi præccpta obligantia sub mortali ut hujusmodi delectationes assequatur ; vel tollit tantum ordinem rationis quantum ad media quæ sunt ad finem, quod contingit quando quis concupiscit quidem inordinate delectationes cibi cl potus, non sic lamen quod propter hoc vellet facere aliquid contra legem obligantem sub mortali : atqui si primum est mortale, secundum est veniale ; et de hoc ultimo inlclligendus est S. Aug. cum dicit S«rm.4 in die animarum : *Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit quam necesse sit, ad minuta peccata perlinere noverit.*

Hinc inferes eos peccare mortaliter qui, ul gulæsatisfaciant, non solvunt debita, graviter nocent sanitati, aut se reddunt impolentesad sua munia obeunda hic et nunc urgentia; item qui prævident indeoriluram libidinem cum periculo consensus ; item qui ideo parati sunt furari, violare legem jejunii aut aliam quamcumque obligantem sub mortali : vere Epicurei *quorum deus venter est,* ut ait Apost. Philip. 3.

Petes utrum comedere usque ad vomitum sit ideopræcisc peccatum mortale? alii affirmant, alii negant.

R. Si vomitus ex quantitate cibi assumpti proveniat,difiicileexcusarem a mortali,quia tam enormis ingurgitatio videtur graviter repugnare rcctæ rationi ; si autem proveniat ex qualitate cibi, aut ex indisposilionc sumentis, excusatur a mortali. unde ex solo vomitu præcise non potest certo colligi intemperantiam fuisse mortalem.

2· 148. e. 4. o. — *Dico* 3° Sunt quinque species gulæ, seu quinque modis peccatur peccato gulæ, hoc versu comprehensis : *Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.*

ibid.—*Probatur.* Appetitus alimenti potest esse inordinatus duplici modo : 1°quoad **ipsum** alimentum; 2° quoad ejus sumptionem. Si primo modo, vel est inordinatus circa ipsamsubstanliam alimenti, quærendo scilicet pretiosiora, et hoc dicitur *laute,* vel quantum ad qualitalera, quærendocibos nimisaccurate præparatos, et hoc dicitur atudiose; vel quantum ad quantitatem excedendo in comedendo, et hoc est *nimis.* Si secundo modo sit inordinatus, nempe quantum ad sumptionem; vel quia prævenit tempus comedendi, quod est *preepropere*/vel quia non serval modum debitum, voraciter nimirum et ardentius quam par est comedendo, quod est *ardenter.* Ergo.

Cave tamen ne statim ac semper peccati gulæ arguas qui cibos lautos aut accurate præparatos manducant ; id enim quandoque exigit vel sanitatis, vel hospitis, vel festi ratio; aut sic ofierunlur, vel alii desunt; sed tunc solum quando id quæritur aut fit contra dictamen rectæ rationis.

Dices. Pluressunt species aut modi peccati gulæ quam quinque assignati ; sic, v.g. qui comedit tempore vetito, vel ante sacram communionem, vel in loco indebito ulin templo ; item qui utuntur cibis noxiis, v.g, carbonibus, aut etiam carne humana : hi on? nes peccant peccato gulæ, et tamen non modis assignatis.

ibid. a. *4.* 2. ct 3. — *R.* Diversas circumstantias peccati non constituere diversas ejus species, nisi sintjunctæ diversis motivisintra idem genus peccati ; si enim ad aliud genus trahant, etaltcri virtuti opponantur,jam non constituunt diversas species ejusdem peccati, sed alicujus alterius ad quod perse pertinent. Porro quinque assignati modi ex diversis motivis opponuntur eidem virtuti abslinentiæ : sic qui quæril lautos cibos, movetur contra abstinentiam cx ipsa specio cibi ; qui præoccupat tempus, movetur contra eamdem virtutem, propter impatientiam moræ. Et sic de cæleris.

Modi vero assignati in objectione non procedunt ex diversis motivis intra idem genus, sed ad aliquem ex prædictis quinque modis perlinent, licet possint etiam habere maliliam alicujus alterius generis. Sic comedere tempore vetito, vel ante sacram communionem, vel in loco indebito, pertinet ad illud *prapropere,* ct in duobus posterioribus adjungitur peccatum contra religionem. Qui utitur cibis noxiis, non etiam peccat peccato gulæ modo a praefatis distincto; non enim sibi nocere est contra virtutem abstinentis,

sed conti a charilalem sui ipsius. Similiter qui carne humana vescitur, peccat aliquo cx quinque t nodis, *sive studiose, sive ardenter;* c(insuper-est lenias belluma a qua natura abhorret, nisi forte in extrema necessitate, ut multi volunt.

Ibid. a. 5. o. — *Diet)* 4° Gula est vilium capitale.

Probatur. Vitium capitale dicitur cx quo alia vitia oriunlursccundum rationem causæ finalis, in quantum scilicet habet finem multum appelibilem , ex cujus appetitu homine:, provocantur ad multipliciter peccandum : atquigula habet finem mullum appetibilem. Ergo. *Probatur min.* Ex hoc aliquis finis redditur multum appetibilis, quod habeat aliquam de conditionibus felicitatis quam omnes naturaliter appetunt : atqui gula halet unam de conditionibus felicitatis. Figo. *Probatur min.* Una de conditionibus felicitatis csl delectatio sine qua non est felicitas: atquigula versatur circa delectationes tactus, quæ sunt præcipuæ inter alias. Ergo.

Q. 108. a. 6. o. — *Dico* 5° Convenienter assignantur gulæ quinque filiæ, scilicet, *htbttudo mentis, inepta Icelitia, multiloquium, scurrilitas,* et *immunditia.*

Ibid. — *Probatur.* Vitia quæ oriuntur ex immoderata delectatione cibi cl potus, possunt accipi vel ex parte animæ, vel ex parte corporis. Ex parle animæ quadrupliciler : l°quanlum ad rationem, cujus vis hcbelaturcximmoderalionecibiel polus, propter illorum fumositates perturbantes caput; cl quantum ad hoc ponitur hebetudo mentis, non solum circa eligibilia, hæc enim communiter invenitur in omni peccante, sed etiam circa speculabilia.

Porro hæchebetudo mentis non csl secundum se peccatum, sed poena peccati ; quatenus tamen est voluntaria, ut in iis qui in eam scienter incidunt, est peccatum, et quidem mortale si reddat hominem ineptum ad sua munia gravis momenti, ut jam supra dixi ; alias est tantum veniale. Neque existimandum est hanc hebetudinem durare duntaxat quamdiu durat actuale peccatum gulæ, sæpe enim ad sequentes annos clin lotam vitam extenditur.

Ibid. — 2° Quantum ad appetitum, ponitur *inepta (ælitia* et alii motus qui ad hunc referuntur. Cum enimmenshcbctataaltiora non percipiat ct carnalibus delectabilibus immergatur, quasi in parte felicitatis exui tat et exterius diffunditur per alia læfiliæsigna, »* S-üî. iudi illiberalescltheatrici, chorea?, tripudia, omnesque sive lasciviae, sive indccenliae in verbis, gestibus et factis.

Nota hic obilerquantum ad choreas, eas non esse per se malas, et positis certis conditionibus posse esse licitas; sed periculosæ sunt el plerumque occasio gravium peccatorum : unde ab his bonis suasionibus et adhortationibus deterrendi sunt fideles, inquit hic Sylvius ex fumo. De quo nos forte latius alibi.

3° Quantum ad inordinatum verbum, el sic ponilur *multiloquium* seu garrulitas, hoc est, sermo supcrlluus, qui cl in sc peccatum csl quatenus a recta ratione discordat , et sæpe occasio gravius peccandi, puta detrahendi, secreta revelandi, præsentibus irridendi, de rebus divinis irrisorie et impie loquendi : unde illud vulgatum Proverbiorum 10 : *In multiloquio non deerit peccatum.*

4° Quantum ad actum inordinatum, et sic ponitur *scurrilitas,* id est jocularitas, seu excessus in jocis et facetiis, commoventibus alios ad risum, proveniens ex defectu rationis quæ, sicut non potest cohibere verba , ita nec gestus.

Ex parte vero corporis, ponitur *immunditia* quæ potest attendi sive secundum inordinatam emissionem quarumcumque superfluitatum , vel specialiter quantum ad emissionem seminis.

Dices. Juxta S. Th. conclusione precedent! , vitium capitale dicitur ex quo plura peccata oriuntur secundum rationem causæ finalis : atqui hæc quinque assignata non oriuntur ex gula secundum rationem causæ final's, sed secundum rationem causæ efficientis. Ergo.

R. cum Sylvio hic, hæc etiam oriri ex gula secundum rationem causæ finalis, non quidem sic, quasi appetantur propter gulam , sicut appetitur navis ad navigandum, sed quia appetuntur velul permissa vel etiam acceptata ex desiderio gulæ lanquam finis ; quatenus gulosus est ita ventri deditus, ut, modo gulæ satisfaciat, non curet incurrere damna hebetudinis, ineptæ lætitiæ, etc., sicut diceretur quis appetere exilium propter vindiciam, si sciens se propter vindiciam exulandum , eam nihilominus sumeret ; quia cx nimio affectu vindicia incurrit exilii damna.

DIGRESSIO HISTORICA.

A QUO IXSTITUTA SIXT JEJUNIA ECCLESIASTICA ?

§ I. — *// quo buiitutum sit jejunium antcpaschnle quod quudragesimalc dicimus, ct quot (licium ?*

Dico 1° Jejunium antepaschalc non fuit institutum a Christo, sed probabilius ab Apostolis.

Probatur prima pars. 1° Nullum in Evangdio hujus institutionis vestigium habemus nisi exemplum Christi : atqui quod Christus jejunii quadraginta dierum dederit exemplum, non ideo praecepit. Ergo.

Confirmatur. Magna est inter nostrum el Christi jejunium disparités : ipse per quadraginta dies ab omnibus cibis et omni refectione abstinuit, non excepto die dominico ; nos autem quibusdam tantum cibis abstinemus, unam refectionem singulis diebus sumimus, diebus dominicis non jejunamus. Ergo.

Probatur 2° A nascente Ecclesia usque nunc, variæ mutationes intervenerunt in jejunio quadragesimae, sive ex summorum pontificum dispensatione, sive ex consuetudine : atqui tales mutationes non inveniuntur fieri in praeceptis divinis Christi salvatoris. Ergo.

Probatur secunda pars, 1° ex regu.a S. Aug. lib. 4^ontra Donatist. cap. 24: *Quod universa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi aposlolica auctoritate traditum rectissime creditur :* atqui jejunium antepaschalc in nullo concilio invenitur institutum cl semper fuit ab universa Ecclesia observatum ; *quod palet* ex primo concilio generali, scilicetNicæno, ubi patres, can. 5, meminerunt quadragesimælanquam rei ct notissima: et anliquissimæ ; similiter in I.aodiccno, can. 50, el in aliis deinceps. *Id adhuc magis patebit ex sequenti probatione.* Unde.

Probatur 2° *eadem secunda pars conclusionis ex SS. Patribus.* 1°S. Hieron. Epist. 54 ad Marcellam, dicit : *Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus.* 2° S. Leo, Serm. 6 do Quadrag. *Apostolic· institutio quadraginta dierum jejuniis impleatur.* El Serm. 9 cliam de Quadrag. *In quibus diebus merito a SS. Apostolis per doctrinam Spiritus sancti majora sunt ordinata jejunia.* Ergo,

Dico 2° Probabile est jejunium antepaschale semper fuissequadrageeimale, hoc est, quadraginta circiter dierum.

Probatur. Jejunium antepaschalc fuissi» quadraginta dierum circiter, testantur quarti et quinti sæculi Patres, nec illum dicrurn numerum primo sua ælate jejunio fuisse consecratum indicant, sed retroactissæculis institutum et observatum supponunt : ergo probabile est jejunium antepaschalc, etc.

Probatur ani. 1° cx conciliis Nicæno cl Laodiceno cit. supra. 2° S. Cyrillus Jcrosolymitanus, Catechesi prima, habita tempore quadrag. ait : *Tot annorum circulos transegisti, mundo frustra operam dans, et quadraginta diebus non vocabis pro anima tua.* 3°S. Epiphanius, in Expositione fidei catholicae : « Cæterumantescptcm paschalis dies, » quadragesimam observare, atque in jeju» niis perseverare eadem consuevit Ecclciio: «dominicis vero nullis omnino, adeoque » nec ipsius quidem quadragesimae jejunare » solet ; propterea sex illos paschalis dies » xerophagiis, hoc est, arido victu omnis po» pulus consuevit. »

4°S. Aug.Epist. 119, cap. 15: crUtquadraginta illi dies ante pascha observentur, «Ecclesiæ consuetudo roboravit.» S. Leo fere ubique Serm. 3 de Quadrag. « Doctrina » Spiritus sancti hac conditione imbuit po» pulum chrislianum, ut ad paschale festum » quadraginta dierum se continentia præpa» ret. » Serm. 4 : « Provisum est... ut qua» draginta dierum nobis exercitatio rnorc» rclur. » Senn. 5 : « Saluberrime nos qua» draginta dierum jejunio præparemus. » Similiter Serm. C, 8, 10,12.

5° S. Petrus Chrysologus, Serm. 66, contra relaxationem jejunii quadragesimalis ait : « Si ergo quadraginta dierum simplex, » purum,æquale,tantis tcslimoniissubia,.? » numero sacramenti traditum nobis a Do» mino jejunium perdocetur, unde novitas » ista? unde ista varietas? etc.... jejunium » sit æquale, et ut est nobis traditum sei» velnr, ad corporis et animæ disciplinam.»

Item S. Basil. Horn. 2 de Jejunio; S. Greg. Nazianz.Orat.40; S. Joan. Chrysost, Horn. 16 ad Antioch. S. Ambros. lib. de Noe, cap. 13.

6° Cassianus, Collât.21, cap. 24, inducit Germanum abbatem interrogantem Theonam cur jejunium quadragesima: compleatur triginta sex diebus : nam qui jejunium

ducunt per septem hebdomadas, non jejunant sabbato, nec dominica ; qui sex tantum hebdomadas decurrunt, jejunant sabbato; ct in utrisque triginta sex dies jejunii tantum reperiuntur. Respondet Thconas quadragesimam Jejunari ut dierum lotius anni (keimæ Deo per jejunium offerantur. Triginta enim sex dies sunt lotius anni decima pars.

Ergo antepaschalc jejunium fuisse quadraginta circiter dierum , Patres quarti ac quinti sæculi testantur, nec sua relate sic institutum, sed a prioribus sæculisad se derivatum supponunt.

Sohninltir objectiones contra pi imam conclusione .

Obj. 1° *contra primam pariem primæ conclusionis.* S. Ambros. Serm. 25 dicit : *Non lere peccatum est, indictam fidelibus a Domino quadragesimam non jejunare.* Et S. Leo, Serm. 12 de Quadrag. *Multum utilitatis afferunt divinitus instituta jejunia.* Ergo.

R. SS. Patres sic loqui, vel quia Christus jejunii exemplum dedit et {suo exemplo monstravit illud sibi placere: vel quia per Spiritum sanctum inspiravit Apostolis ut illud instituerent; sicut ipse S. Leo dicit Serm. 9 cil. supra.

Inst. S. Aug. in Psal. 100 dicitjejunium nobis præcipi ex lege ct Prophetis ct ex Evangelio. Et Epist. 119, cap. 15, dicit quadragesimam jejuniorum habere auctoritatem,elinvcteribuslibriscx jejunio Moysiset Eliae, cl in Evangelio cx jejunio Christi. Ergo.

R. adprimum, S. Aug. loqui de jejunio *ab illecebris mundi. Ad secundum,* sensus est quod jejunium quadragesimalc habeat auctoritatem a præfatis tanquam ab exemplaribus, non tanquam ab institutoribus; nisi forte velis Moyseu et Eliam etiam instituisse nostrum jejunium.

Obj. 2° *contra secundum partem primæ conclusionis.* S. Chrysost. Hom. in eos qui pascha jejunant, ait : « Multi quondam te» more ac sine judicio, præcipuc vero hoc d lemporequo Christo ca tradidit, ad sacra d mysteria accedebant : cum intelligcrent i› Patres quantum ex temerario accessu de- d trimenli caperetur, convenientes, quadra- c ginla dies jejunii, precum, audilionisvcr- d bi Dei cl conventuum designarunt.»

R. vel S. Chrysost. ibi non loqui dc prima quadragesima; institutione, sed de illius designatione ad omnia illa pietatis chrislianæ officia quæ ibi recenset; vel nomine Patrum intclligere Apostolos, quo sensu ipsemet Paulusdixit:A⊺mn *ctsihabcalis mulla millia pædagogorum in Christo, sed non multos patres; in Christo enim Jesu per Evangelium genui vos.* Et certe in quo Patrum seu episcoporum conventu ante S. Chrysost. instituta luisset quadragesima in universa Ecclesia ? Nonin aliqua synodo provinciali, hanc enim auctoritatem non habet pro totaEcclcsia; non in generali, nam Nicæna supponit jam institutam, ut vidimus ; Consiantinopolilana nihil dequadragesima decernit: nulla tamen alia synodus œcumcnica prælerhas duas ante S. Chrysost. habita fuit. Dicendum ergo S. Chrysost. intclligere quadragesimam institutam ab Apostolis quos hic nomine Patrum appellat, idque elucescit ex serie homiliæ.

Obj. 3° Victor Antiochenus quintosæculo, in cap. 2 Marci, docet neque a 'Deo neque ab ejus Spiritu ullam legem jejunii esse latam; ct postea concludit: «Quod si vero quadra» gcsiinale, vel aliud quodeumque jejunium » definitum habemus, propter ignavos et ne» gligenles, quonimirum quoqueiiofficium » faciant, præfmitum habemus ; studiosi » namque pietatique dediti , certo animi » consilio propensaque voluntate jejunium » illud persolvunt, magis quam ulla omnino » logis aut præccpti vi compulsi.» Ergo*

R. Victorem Antiochenum solum ibi asserere Apostolos non fuisse obligatos jejuniis legis Mosaicæ et Pharisæorum aul discipulorum Joannis, *ulpalet ex contextu;* christianosque modo pietati debitos servare jejunia ecclesiastica, non sicut Judæi, lege cogente, per temporalium poenarum inflictionem, sed libera electione et virtutis amore.

Obj. 4° S. Aug. Epist. 86 ad Casulanum, dicit : «Ego in evangclicis ct aposlolicis lit» teris, totoque instrumento quodappella» tur Testamentum novum , animo rcvol» vens, video praeceptumessejejunium: qui» bus autem diebus non oporleat jejunare el «quibus oporteat, præcepto Domini vel » Apostolorum non invenio delinitum* Ergo.

R. 1°S. Aug. in hac Epistola nullatenus agere dejejunio quadragesimæ,sed dejejuniosabbali contra quemdam Urbicum , qui contendebat more Romanorum omni sab-

balo esse jejunandam. Unde sensus S. Augustini est, non esse determinatum a Christo vel Apostolis qua feria per anni circulum extra quadragesimam sit jejunandum, sed hoc cuiqneliberum juxta morem suæ ecclesiæ. 2° S. Aug. ibi loquitur de præcepto quodsit scriptis exaratum in sacris Litteris, *ul palet ex contextu,* non de præcepto quod sil ore traditum, quale dicimus essepræceptum quadragesimæ.

Jnsl. S. Aug. Epist. 119 ad Januarium , cap. 17, quadragesimam tribuit soli Ecclesiæ consuetudini , sicut neophytorum octo dies post Pascha, et eos ejusdem facit originis cum quadragesima ; aUt quadraginta d i"i dies, inquit, ante Pascha observentur, » Fcclesiæ consuetudo roboravit, sic etiam jd utocto dies neophytorum dislinguantura » cæteris,id est, ut octavus primo concinat.» Ergo.

Λ. *Diti. ani.* Quadragesimamtribuitconsue udini Ecclesiæroboranti, *C.* instituenti, *N.* Et hoc sensu comparat quadragesimæ octo dies neophytorum, quod scilicet Ecclesiæ consuetudo ulrosque roboraverit et quod eos pariter observet Ecclesia,quamvis utramque illam observantiam pariter non instituerit, se l primam acceperit ab Apostolis : q a nquam nihil obesi quin ulrumque illud institutum Apostolis acceptum referatur, licet abrogatum sit alterum cum solemnis adultorum baptismusdesiit,alterum eliamnum vigeat, quia ejus rationes permanent.

Obj. 5° Socrates, lib. 5 Hist. cap. 22, scribit Apostolos jejunium quadragesimale *arbitrio cujusque ac voluntati permisisse.* Idem Nicephorus ex ipso. Ergo.

Λ. Socrati, Novatiano homini, et Novatianam circa festorum celebrationem ac jejuniorum observantiam, indifferentiam propugnanti , fidem non esse adhibendam, sed mag's credendum SS. Hieron. el Leoni.

Obj. G° Cassianus, Collai. 21, cap. 30 , tradit quadragesimalejejunium post aposlolica tempora ab episcopis institutum fuisse, eo quod remitteretur priscorum Christianorum fervor, qui initio totum anni spatium squali jejunio concludebant. Ergo.

R. hanc esse privatam Cassiani opinionem et infirmo fundamento nixam; non enim certum est nec verisimile Christianos apostolicis temporibus ardissimum toto anno jejunium observasse : unde, eo relicto, ÉS. Hieron. et Leoni adhæretuus.

Obj. 7° Berno, Augiensis abbas circa annum 1014, lib. de Rebus ad missam perlinentibus, c. 2 et 7, reponit quadragesimam inter ecclesiasticas consuetudes a Patribus et non ab Apostolis institutas. Ergo.

R. hunc abbatem a temporibus Apostolorum remotissimum, majorem non mereri fidem quam SS. Hieron. et Leo.

Obj. 8° Chronicon Eusebii, ad annnm 13G; Rabbanus Maurus, lib. 2 de Jnstit. Cleric, cap. 34; Ruperlus, Tuiliensis abbas, lib. 4 de Divin. Ofiic. cap. 9, referunt institutionem quadragesimæ Thelesphoro, pontifici Romano. Ergo.

R. ad Eusebium, ipsum referre quid aliqui sentiant, non tamen approbare. En ejus verba : *Quadragesimalejejunium a Theletphoro per hoc tempus inslilulum acprareplum quidam scribunt.* Insuper Chronicon Eusebii esse in hoc interpolatum, nec is<a verba reperiri in mss. codicibus notat Natalis Alexander ex Scaligero et Arnaldu Pontaco, in notis ad Eusebium.

Ad Rabbanum el Rupertum , dico ipsos deceptos fuisse, vel jam interpolato Eusebii Chronico, vel testimonio Libri Pontificalis, Damaso adscript!, et rccentiores esse quam ut eis præ SS. Hieron. et Leone fidem adhibeamus.

Obj. ultimo. Eusebius, lib. 5. Hist. cap. 18, Apollonium, scriptorem ecclesiasticum, ntroducil de Alontanosic loquenlem : *Hic est qui docuit nuptias solvi, el qui jejuniorum leges primus imposuit.* Ergo.

R. 1° quod , licet ·ὁ *primus* habeatur in versionc Eusebii per Rutinum, non legitur tamen in aliis emendationibus, sed sic : *Iste est qui nuptiarum divortia perdocet, qui novas jejunii 'eges sancit.*

2° *Dato* quod debeat legi *primus,* sensus est, quod jejuniorum insolitorum præter ecclesiastica primus leges imposuerit. Ex ipso enim Tertulliano Monlanista constat catholicos observasse quædam jejunia ante ipsum Montanum. Vide locum citatum art. 3 præced. disseri, obj. 2.

Solvuntur objections contra sacundam conclusionem.

Ante solutiones argumentorum, notandum 1° non eodem semper ritu ab omnibus fuisse observatam quadragesimam. Alii eam inchoabant a feria secunda post dominicam quædieitur quinquagesimæ, ita ut essent I septem septimanae jejunii ; sed ex his ali-

qui, ut Græci, excipiebant a jejunio dominicam ct sabbatum, ul dicit S. Basil. Horn. 2 de Jejunio. Quidam, solum dominicam excipientes, ultimam hebdomadam non computabant intra dies quadragcsimalcs, quia, xerophagiis, id est, arido strictiorique victu transigebatur, ut dicit S. Epiphanius, citatus in probationibus conclusionis :ulrobique tamen, *ul palely* numerabantur triginta sex dies quadragcsimalis jejunii.

Alii inchoabant jejunium a feria secunda post dominicam quæ dicilur prima quadragesimæ, jejunantes omnibus diebus usque ad Pascha, excepta die dominica : et sic erant etiam triginta sex dies jejunii ; quibus ul esset perfecte completus numerus quadragenarius ad majorem conformilatem cum jejunio Christi, additi sunt qualuor dies præcedentis hebdomadæ.

Quando autem hæc addilio facta sit incertum est:quidam eam tribuuntTelcsphoro papæ circa medium secundi sæculi, idque eruunt ex ejusdem pontificis Epistola decretali, et ex cap. *Quadragesima,* disl. 4, quod caput desumptum est ex quodam sermone S. Ambrosio adscriplo ; sed et ista epistola et iste sermo sunt apocrypha.

Id videtur certum, hanc additionem esse perantiquam cl ante tempora S. Grcgorii faciam, siquidem ipse in Sacramcnlario quod excodicoGelasii papæ collegit,feriam quartam ante quadragesimam: ponat caput jejunii ; similiter in Anliphonario. Nec obstat quod Horn 16 in Evang. tribuat jejunio quadragesimæ triginta sex dies tantum: quia hos triginta sex dies solum computat a dominica prima quadragesimæ in qua homiliam hanc habuit; item et quia ipsa quadragesima quantum ad officium et modum solvendi jejunium post vesperas, incipit tantum a dominica.

Nota 2° varietatem etiam incurrisse in forma jejunii, dum aliqui quotidie ad vesperum reficerentur, alii biduum , alii triduum, alii quatriduum , alii integram septimanam absque omni cibo transigerent, ut referunt S. Ironæus, in epistola ad Viclo--cm papam apud Eusebium , lib. 5 Hist, cap. 24, secundum accuratiorem translationem ; S. Hieron. Epist. 15, clS. Aug. lib. de MoribusEcclesiæ, cap. 33.

Obj. 1° S. Irenæus apud Ecclesiam, lib. 5 Hist. cap. 24 dicit, loquensdejejunio quadragesimæ: *Quidam unum diem sejejunare, oportere existimant, alii duos, non pauci plures, mulli quadraginta.* Ergo.

* *R.* 1° verba græca S. Irenæi, ut rnododicebam, nonaccuratc reddi latine in haeversioneEusebii per Chrislophorsonum, neque etiam in ea quæ est Rufini ; sed simpliciter latine reddita sic sonant : « Neque enim soli lumdedie(Pasdiœ)cstdubilatio,sedeliam » despecieipsiusjejunii: quidam enim exis- » limant unam diem opportune se jejunare, *v* quidam duas, quidam etiam plures. Qui- » dam quadraginta horis diurnis el noclur- » nis meliunlursuum diem.» Id probalBellarm. lib. 2dc Bonis Operib. cap. 14. Unde Natalis Alexander, sæc. 2, disseri. 4, a 3, ex emendatiori versionc sic refert : « Neque » enim de die solum controversia est, sed » etiam de forma ipsajejunii. Quidam enim » existimant unico diesibi essejejunandum, » alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam » quadraginta horis diurnis ac nocturnis » computatis, diem suum metiuntur.» Non fuit ergo diversitas secundum S. Irenæum circa ipsam quadragesimam, an eotemporc per quadraginta dies esset jejunandum, sed circa ipsum modum el formam jejunii illius, quatenus quidam quotidie reficiebantur , quidam tota die omnem cibum sibi subtrahebant, alii post biduum lanium cibum sumebant, alii posllriduum , alii post quadraginta horas.

Et hunc esse sensum S. Irenæi, *patet* 1° quia in nulla versioncdicitur quod esset controversia aut dubitatio de jejunio quadragesimæ, sed in versione Chrislophorsoni, *de jejunii ratione el modo ;* in versione Rutini, de *ipsa specie jejuniorum.* 2° Quia juxta S. Irenæum crat controversia de jejunio quadragesimæ, sicut de paschalis celebratione. Sic enim scribit juxta ipsam versionem Chrislophorsoni: *Non enim dc die paschalis solum, sed etiam de jejunii ratione cl modo est ista constituta controversia :* atqui non erat controversia an festum paschæ foretcelebrandum , sedquu die, an dominica , an quacumque dic hebdomadæ: ergo similiter, juxta cumdem, non erat controversia de ipso jejunioquadragesimæ, an servandum esset, sed qua forma el ouo modo. Adde non esse verisimile talem unquam fuisse varietatem jejunii paschalis, ut aliqui putarent illud unico dieconcludi ; cum e contra certum sil ex SS. Epiphan. Hieron. et Aug. citati».

uisse apud veteres varietatem in forma et modo Jejunandi.

R. 2° *Dato,* juxta S. Irenæum, diversitatem illam fuisse m numero dierum, nihil ideo obtinent heterodoxi ; siquidem S. Ircnæus asserit diversitatem illam ortam ex imperitia, ac irrepsisse in quasdam ecclesias ex pastorum negligentia contra id quod primitus traditum erat : sic enim prosequitur Irenæus in versione Rutini : *Cœpil hæc diversitas ab illis, ut opinor, qui, non simpliciter quod ab initio traditum est tenentes in alium inorem , vel per negligentiam vel per imperitiam , post modum decidere.* Aliter quidem habet versio Christophorsoni ; sed ipsi præferendus est Rutinus antiquior et doclioi·, eo magis quod juxta Bellarm. loco citato, textus Græcus Irenmi do verbo ad verbum latine redditus, hunc sensum importat. I nde Natalis Alexander loco citato, ex accuratiori translatione sic referi :

o Atque hæc in observando jejunio varietas
n non nostra primum mtate nata est, scd lon-
» gc apud majores nostros empit, qui negli-
»» gentius, ut verisimile est, praesidentes, ex
» simplicitate et imperitia ortam consuclu-
» dinem posteris tradiderunt.*n*

Obj. 2° Socrates, lib. 5Hist, dicit eos qui Romæsunt, 1res septimanas ante Pascha, Sabbato ct dominico exceptis, jejunare; qui autem in Illyria .Græcia ct Alexandria, ante sex septimanas Pascha praecedentes jejunium quod quadragesimale vocant inchoare, alios ante septem. Ergo.

Idem testantur c\ ipsoSozomenus, lib. 7, c. 19; Cassiodorus, homo Romanus, in Historia tripartita; Nicephorus, lib. 12, c. 31.

R. Socratem hac in re fidem non merer;, 1° quia partibus, si non erroribus Novalianorum addictus erat. Quamvis enim hærcsis Novatianorum nihil cum hac quaestione de jejunio quadragesimæ commune haberet hanc tamen varietatem ecclesiæ Romanæ imposuit, ul illi faveret, quia scilicet Novationi sentiebant esse liberum et indifferens quo quis vellet die pascha celebrare, cl ideo *Adiaphori* vocari amabant ; unde, ut Nôvalianam illam indifferentiam indisciplinæ moribus exemplo catholicorum Romanorum probatam faceret, exhibet varietalem in moribus ecclesia* Romanæ et ejus quoad jejunium dissidentiam ab aliis ecclcsiis.

2° Quia sccum pugnat Socrates in hoc ipso capite ; scribit enim Romanos 1res matimins hebdomadas ante Pascha, ,ᴛ-phi *sabbato cl dominica dic, jejunare :* et infra in eodern capile scribit : *Romæ simpdis sabbatis jejunant.* Quis verosibi persuadeat Romanos, qui reliquo anni tempore tam religiose sabbati jejunium observabant, ut etiam constat ex SS. Hicron. Aug. et Leone, quadragesim® sabbata a jejunio absolvisse?

3 I Quia hac in re fuisse hallucinatum Socratem, constat ex prius laudatis SS. Leone, Petro Chrysol. ct Cassiano, ejusdem ælalù scriptoribus, qui jejunium quadragesimal? piadraginta dierum, Romæ publica legi sancitum esse et observatum testantur. Porro non est mirum si Græcus homo, tanto locorum intervallo ab urbe Romam distans, Romanæ ecclesiæ ignarus fuerit. Eorle huic errori occasionem dedit plurium Christianorum Ravcnnæ aut etiam Romæ relaxatio, contra quam invehit S. Pctrm Chrysol. supra.

Si dicas cum Dallæo, non esse verisimile Socratem mentitum fuisse in re cujus prompta et expedita probatio in omnium oculis versabatur.

/L Non assero mentitum, sed forte deceptum. Sed, *esto* fuerit mentitus, id nulli incredibile esse debet, qui conspexerit Dalmum ipsum in referenda Romanæ et Gallicanm ecclesiæ disciplina de jejunio impudenter fuisse mentitum ; scribit enim lib. i de Jejunio ct Quadragesima, c. 2, pastores Romanæ ecclesiæ docere *reprehendi non posse, adeoque ecclesiastice vere jejunare, qui hora sexta prandent et vespere coenint... Neque aliud inter dies jejuniis sacros ct cos qui sunt a jejunio liberi discrimen apud eos quidem apparet, nisi quod carne illis abstinent, his vescuntur : certe ecclesiæ Romance pastores nihil aliud vel imperant r<l exigunt, nisi ut jejunia ea lege colantur.* Et lib. 4, cap. 6, dicit jejunium Adventus sub pœnaælcrnæ mortis ab omnibus observari. Numquid hæc sunt aperta ct putidissima mendacia? hæc tamen potuit Calviniste Gallus circa moros præsentes sum ecclesiæ; cur similiter non potucrii errare Socrates extraneus circa inores ecclesiæ Romanæ?

Quantum ad Sozomcnum. Cassiodoruin et Nicephorum , dico ipsos fi ne discussione Socratem fere de verbo ad v»rburn secutas fuisse, adeoquc non majorem mereri fidcin.

Dices. Scd quiscrcdalCassiodorum maxi*

me, civem Romanum, disciplinam ecclesiæ fuæ ignorasse et ipsi falsa imposuisse?

JL Cassiodorum, sicut alia Socratis ct Sozomeni errata exscripsit, ita cl illud potuisse exscribere : nullus namque ignorat tempore Sozomeni pontificem Romanum in ecclesia populum docuisse, cum id testantur S. Leonis Sermones; scripsit tamen Sozomenus loco mox laudato: *In urbe Roma, nec episcopus nec alius quisquam in ecclesia populum docel;* idque transtulit in suam historiam Cassiodorus sicut et alia. Neque id nemini mirum videri debet, qui advertit consilium Cassiodori in Historia illa tripatita aliud non fuisse *qnam de singulis dictatoribus deflorata colligere, ct cum auctoris sui nomine in ordinem collocare,* ut ipse monet in ejusdem historiae praefatione.

Obj. 3° Terlull. lib. de Jcjun., cap. 14, tantum meminit jejuniorum *Parascevis et sabbati scu Paschalis.* Ergo.

/L1°Tertulliano Monlanistæ, praesertim in hac materia scribenti contra catholicos, nullam esse fidem adhibendam. 2° Ubi horum jejuniorum tantum meminit, non quod hissolisdichus jejunarent catholici, sed quia solemniora orant jejunia ct in his conveniebant catholici cum Montanislis quoad xerophagias. Insuper dici potest Tertullianum nomine Paschalis inlclligcre totum tempus illud antcpaschalc quod jejuniis consecrant catholici; sicut lib. de Idololatria, c. 14, nomine Pentecostes intclligit totum illud tempus quod decurri la Paschale ad festum Pentecostes.

Obj. 4° S. Leo, Scrm. 4 de Quadrag. diserte testatur tertiam ct quintam feriam apud Romanos a jejunio eximi : *Secunda* , inquit, *cl quarta el sexta feria jejunamus, sabbato autem apud B. Petrum Apostolum vigilias celebramus :* vigiliisautem adjungebantur jejunia. Ergo.

II. hæc verba cum viginli circiter lineis adjunctis, non esse S. Leonis, sed in ejus sermonem irrepsisse atque assula fuisse. Id constat ex eo quod non reperiantur in quinque codicibus mss. venerandæ antiquitatis cl probata; lidei, quos, inquit Natalis Alexander, sine. ·?., dissert. 4, evolvit Qnesnellus. Primus extal in Regis Chrislianissimi bibliotheca, n. 341 ; secundus in bibliol. illustris D. Thuani, n. 49; tertius in eadem, n. 108; quarius in bibliolh. collegii Navarrici : quintus in bibliol. S. Germani a Pratis. Et saneS. Leo ubique quadraginta dies jejunio anlepaschali assignat.

Insuper, r/atohæc verba esse S. Leonis, intelligenda forent de jejunio quatuor dierum arde primam dominicam quadragesiniæ qui, licet nondum tunc lege praeciperentur, a mullis tamen ex devotione jam observabantur, ul testatur Maximus Taurinensis, Horn, habita in illud Evangelium quod legitur die Cinerum.

Obj. 5°S. Aug. Epist. 118 ad Januarium, docel cuique liberum esse pro more patiiæ suæ jejunare vel non jejunare quinta feria in quadragesima. Et Epist. 86 ad Casulanum, asserit Romæ feriam quintam a jejunio esse immunem. Ergo.

R. ad primam, S Aug. non illic loqui de qualibet feria quinta quadragesimæ, sed de feria quinta majoris hebdomadæ, *ut palet* ex serie totius Epistola; et ex ipsa quæstione facta a Januario: *Queeris enim his verlBs,* inquit S. Aug. *quid per quintam feriam vtlima· hebdomada' quadragesimæ fieri debeat.* Liberum ergo fateor fuisse tempore S. Aug. in ecclesia Africana jejunare vel non jejunare fera quinta in cœna Domini, imo missam celebrare aut eucharistiam sumere jejunum vel pransum /ul constat ex can. 29 concilii Carlhag. idque ex quodam usu propter singularem commemorationem cœn.e Domini introducto; sed *nego* id liberum fui -se qualibet quinta feria quadragesima'.

Ad secundum, dico S. Aug. ibi non loqui de jejunio quadragesima;, sed de jejuniis quæ per totum annum mulli ex pia consuetudine Romæ observabant, ut constat ex ipso S. Aug. in eadem Epist. ubi dicit fideles qui pietati studebant, solitos fuisse quarta et sexta feria , necnon sabbato jejunare per totum annum ; feria autem quinta non jejunare nisi paucos clericos et monachos.

Insuper dicendum quod, si alicubi feria quinta in quadragesima erat ajejunioimmunis, hæc relaxatio compensabatur per majorem hebdomadarum numerum, ulobservavimus supra.

Obj. 6° S. Gregorius Turonensis, lib. 10 Historiarum Francorum , cap. 31, tradit Perpetuum, episcopatum Turon, circa annum 460, *instituisse jejunia vigiliasque qualiter per circulum anni observarentur, quod hodie,* inquit, *apud nos tenetur seri-*

plum. Ille autem ordo jejuniorum quæ Perpetuus instituit erat diversus a cælcrorum more, el feriam quintam ct sextam tantum quadragesima; jejunio addicebat : *J)e jejuniis,* inquit, *post quinquagesimam quarta e' sexta [cria usque Natale S, Joannis.* Ergo.

R. Perpetuum instituisse jejunia et vigilias certis diebus per anni circulum extra quadragesimam ; dc jejunio vero quadragesima quod jam ante institutum erat nihil sanxisse. Nec te moveat quod foria quarta et sexta post quinquagesimam esse jejunandum decernat; non enim hicquinquagesima antepaschalis intelligcnda est, sed quinquagesima paschalis, hoc est, quinquaginta dierum intervallum quod a Paschale ad Pentecosten decurrit, quo tempore non jejunabatur, unde dicit *post quinquagesimam* esse jejunandum. Moris enim ecclesiastici tunc erat appellare Pentecosten *quinquagesima solcmnilatem,* quia est dies quinquagesimus a Resurrectione Domini. Ita in concil. Aurelian. 1,can. 25; in concit. Turon. 2, can 17 ; apud Cassianum, Collât. 21, cap. 11 ; el alibi.

Obj. 7° Casshnus, Colla!. 21, c. 27, scribi i quosdam jejunare sex hebdomadas, alios septem. Basilius,Scrm. 2 de Jejunio, non pluribus quam quinque diebus monet esse jejunandum. Ergo.

R. hæc conciliari ex prænotaminibus ad solutionem objectionum. Qui enim quinque tantum diebus jejunabant in hebdomada , septem hebdomadas jejunio consecrabant, et qui sex diebus in hebdomada jejunabant, sex hebdomadibus jejunium concludebant, ita ut utrobique forent triginta sex dies jejunii ; computatis scilicet utrobique sex diebus ultima; hebdomadae.

Obj. 8°S. Ainbros. Serin. 24, dicit aliquos sui temporis jejunare quinquagesimam pro quadragesima. Ergo.

R. S. Ambrosium id referre quidem, s : non probare tanquam majorum auctoritate institutum,quin potius improbare tanquan ex particulari quorumdam præsumpttnm* institutum. Cælerum S. Ambrosium pro indubitato habere per quadraginta dies esse jejunandum, ex ejus sermonibus dc quadi a-gesima patet.

j II. — *A quo InUitula tint jejunia quatuor leni porum ?*

Dico. Probabile csl jejunia quatuor lemporttm instituta esse ab Apostolis, licet aliqua diversitas supervenerit circa tempus.

Quidam probant primam partem cx illo Luc. Aci. 27 : *Cum jam non esset tuta navigatio, eo quod ct jejunium jam prastcriissct.* Sed alii volunt id in'c'ligi dc jejumo Judæorum. Unde efficacius

Probatur ex S. Leone. Is sermone primo de jejunio Pentecostes, sic ail : « Hodiernam, » dilectissimi, festivitatem descensione Spi- » ritus sancti consecratam sequilur, ulnos- « tis, solemne jejunium.... Repletis namque *n* Apostolis virtute præmissa.... Non ambi- » "imus inter estera coelestis sacramenta » doctrina?, hanc spiritualis continentia? dis- » ciplinam dc Paracleti magisterio primitus » fuisse conceptam.... Hi itaque doclorcs qui » exemplis ct traditionibus suis omnes Ec- » clesiæliliosimbuerunt, tirocinium mililix «christianæ sanctis jejuniis inchoarunt.... » Quarta igitur et sexta foria jejunamus, » sabbato apud B. Petrum Apostolum vigi- » lias celebremus. » Vigiliis autem annexum erat jejunium. Ex quibus evidenter *liquet,* juxta S. Leonem, .Apostolos el hoc jejunium observasse, et posteris observandum indixisse. Eiserni. 2, dc eodem jejunio dicit: *Hoc jejunium quod cx aposlolica traditione subsequitur, sancta observantia celebremus.... Quarta igitur ct sexta [cria*, etc. ut supra.

Idem, sermone 7 de jejunio septimi mensis, id est septembris, dicit : «Aposlolica in- » stilutio, dilectissimi.... ita veteris Tesla- » menti decreta distinxit, ut..... quædudum » fuerant consuetudinis Judaicæ, lièrent ob- » servantiæcbristiana?.»Elin line:«Quarta » cl sexta feria jejunamus, clc. » niante.

Et sermone 8 de eodem jejunio : « Cui mc- » dicinæ (scilicet jejunio) cum tempus non » sit congruum, hoc tamen habemus aptissi· » mum, quod aposlolicis el legalibus insli- » lutis videmus electum, ut sicut aliis anni » temporibus, ita in mense septimo spiritua- » libus nos purificationibus emendemus.»

Idem, scrm. 1 de jejunio decimi mensis, hoc est decembris, sic ait : «Tria vero sunt » quæ maxime ad religiosas pertinent aclio- » nes, oratio scilicet, jejunium et eleemo- » syna : quibus exercendis omne quidem » tempus acceptum , sed illud est studiosius » observandum quod apostolicis accepimus » traditionibus consecratum ; sicut etiam de » cimus hic mensis morem refei i v cieri* io-

i stituli, ut tria illa dc quibus locutus sum » diligentium excquamur... Quarta igitur ct p sexta feria *etc. » ut ante.

Restât solum jejunium vernum ; sed cum serm.8priuslaudatodejejunioseptimi mensis, dicat apostolicis institutis jejunium esse electum in hoc mense *sicut aliis anni temporibus;* et scrm. 8 de jejunio decimi mensis, annumeretjejunium vernum aliis jejuniis quatuor temporum , his nempe verbis: » Jejunium vernum in quadragesima, æsli- l vum in Pentecoste, autumnale in mense s septimo, hyemale autem in hoc qui deci- o mus est celebramus, » aperte colligitur SS. pontificem consuisse singula quatuor anni temporum jejunia esse traditionis apostolicæ.

Ilis victus argumentis Dallæus Calvinisla, lib. 4 de Jejun. c. 7, respondet, ecclesiam Romanam tempore S. Leonis equidem jejunia servasse quatuor anni temporibus, sed negat hunc fuisse universalis Ecclesiæ morem.

Contra S. Leo, scrm. 7 de jejunio decimi mensis, cap. 2 dicit : « His autem conversio- Biiibus per providentiam graliæ Dei addita usant sancta jejunia, quæ in quibusdam » diebus ab universa Ecclesia devotionem j)observanliægcncraliscxigerent.»Etserm. 4dejejunio septimi mensis, cap. 2 : « Quam- p vis autem unicuique nostrum liberum sil d voluntariis castigationibus proprium cor- ii pus allicere... quibusdam tamen diebus ab » omnibus oportet celebrari generale jeju- B nium ; et tunc clïicacior est sacraliorquc d devotio, quando in operibus pietatis totius » Ecclesiæ unusanimusctunus est sensus. » Inlclligere autem *per lotam cl universam Ecclesiam,* urbis Romæ ecclesiam ; per *omnts,* solos Romanos cives; ct per *generale jejunium,* quod solis Romanis est proprium, ut lacii Dallæus, non solum est ludere ei. cavillari, sed aperte abuti terminis.

/fc/wul hæreticus, S. Leonem non reponere sicuti nos jejunium æslivum post Pentecosten, sed m Pentecoste. Verum jejunium in Pentecoste ct post Pentecosten idem est S. Leoni, qui etiam illud post Pentecosten diserte collocat, Sermone 1 de Jejunio Pentecostes prius laudato.

Probatur secunda pars conclusionis 1° cx concilio Mogun lino an no 81 3, sub Leone 111 el Carolo Magno, can. 34, ubi dicitur : « Constituimus ut quatuor anni tempora .d' » omnibus cum jejunio observentur, id est, » mense rnartio, hebdomada prima..... si- » militer mense junio. hebdomada secun- » da .. similiter mense septembri, hebdo- » mada tertia, ctin mense decembri, heb- » domadaquæfuerilplenaantcvigiliarnNa- » talis Domini. » Refertur dist.76, c. *Consliluimus.*

2° Ex concilio Salegunstadiensi, in eadem dioecesi Mogun tina celebra te anno 1022, ubi vocatur *incertum jejunium quatuor tempo- rum ,* et paulo aliter quam in Mogun tina synodo assignantur tempora jejunii. Refertur ibidem, cap. de *Jejunio.*

3° Ex epistola Goffridi abbatis arca annum 1129, in qua quaerit ab Hildeberto, episcopo Cenomanensi, in qua hebdomada junii jejunia essent celebranda. Ergo.

Dices 1° *conlra primamparlcm conclusionis.* In quibusdam breviariis Romanis legitur decima quarte octobris sanctum Calixlum papam instituisse quatuor anni tempora quibus jejunaretur. Ipse Calixtus, in epistola ad Benedictum episcopum, quæ citetur a Gratiano, dist. 7G, c. *Jejunium,* scribit quod jejunium quod ter in anno celebrabatur, quater sit celebrandum ; unde eruitur saltem unum ex jejuniis quatuor temporum ab ipso fuisse institutum : el pontificale Damasi, quatuor illa jejunia ab ipso Calixto tradit instituta. Ergo.

Quidam respondent in correctione breviarii, loco priorum verborum, hæc esse substituta : *Constiluil quatuor anni tempora , quibus jejunium cx aposlolica tradilione acceptum, ab omnibus servaretur :* ex quo colligitur hæc jejunia fuissequidemabApostoiis instituta, sed cum varietas accidisset circa tempora quibus observarentur, Calixtus ea designavit. Ad ejus epistolam, respondent sensum esse quod restituerit consuetudinem quater jejunandi, quæ apud aliquos ex parte collapsa erat, ite ut nonnisi ter jejunarent. Ad pontificaleDamasi, dicunt eo significari Calixlum fuisse primum, non qui hæc jejunia instituerit, sed qui scripto mandaverit id quod pia traditione prius servabatur. Sed

R. brevius, et epistolatr Calixli el pontificale Damaso adscriplum ^cx quibusdam breviariis in cpscranlquæobjiciuntur, nunc ab eruditis explodi ut apocrypha cl supposition, proindeque nullius aullcvissimæ auctoritatis esse.

Dic m 2° Tertullianus, lib. de Jejunio, cap. 2, scribit Christianos docercnullum ab Apos-lolisimposilum jejunium præter quadrage-sima !c. Ergo.

11. nullain lidem esse adhibendam Tertul-liano scribenti contra catholicos, ex quo ab ipsis in Montani hærcsim defecit : docebant quidemchristiani nullam aliam quadragesi-mame-sesibi impositam præter quadrage-simam antepaschalem (cum ipscTertullianus eum suo Montanoplures astrueret) ,scd non ullum aliud jejunium.

Quædam alia argumenta præoccupavi-musin dissert, præced. in qua etiam suili-cienter diximus de origine aliorum jeju-niorum sive abstinentiarum.

DISSERTATIO I.

DE SOBRIETATE ET EBRIETATE.

D. Th. QQ. 149 et 150.

ARTICULUS I.

De sobrietate.

2.449. n. I.o. — *Nota.* Sobrietas dicitur a servanda *bria,* id est, mensura: unde generalissime sumpta , significat omnem moderationem animi a mensura non devian-tis in quacumque materia. Hoc sensu dixit Apost. Rom.12, *sapere ad sobrietatem.* Mi-nus late sumpta , sumitor pro temperantia quæ mensuram servat in delectationibus sensuum; hoc sensu dixit Apost. Tit. *2: So-brie,juste el pie vivamus.* Strictius sumitur pro virlutcabstincnliæ; hi enim dicuntur so-brii, non solum qui parce bibunt,sed etiam qui parce manducant. Strictissime tandem sumitur pro moderatione potus inebriantis; de sobrietate hoc sensu sumpta hic agimus, quæ definiri potest : *Virtus moderans affec-tum ct usum polus inebriantis: ad* cujus ma-jorem elucidationem.

Ibid.—*Dico* 1° Sobrietas versatur circa po-tum inebriantem, ejusaflcctumct usum mo-derans.

ibid.—*Probatur.* Virtutes quæ ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, il-lam materiam sibi specialiter vindicant in qua difficillimum et optimum est hujusmo-di conditionem servare: sic, v. g. fortitudo versatur circa jæricula mortis, temperantia circa delectationes tactus : atqui numen so-brietatis sumitur a mensura, ul dictum est, et in usu polus inebriantis est optimum et difficillimum servare mensuram , quia usus moderatus mullum confert, ct modicus ex-cessus millium lædil, sua fumositalc caput perturbans. Ergo.

Ibid. *n.* 2. o.—*Dico* 2° Sobrietas est virtus spe ialis ; quia ubi est speciale impedimen-tum rationis, ibi ncccssc est esse specialem virtutem ad illud removendum ; virlusenim moralis ponitur ad conservandum bonum rationis : atqui potus inebrians habet specia-lem rationem impediendi usum rationis, in quantum perturbat cerebrum sua fuinosi-tate: ergo ad removendum hoc speciale im-pedimentum rationis requiritur specialis vir-tus, quæ dicitur sobrietas.

ibid. a. 4. o.—Dico 3° Quamvis sobrietas omnihus conveniat, quia omnes fugere de-bent mentis perturbationem et peccata inde nascentia, peculiari tamen ratione convenit adolescentibus el mulieribus; item iis qui aliis præsuntjsive spiritualiler sive tempo-raliter, etsenibus.

Ibid. — Adolescentibus , quia propter fervorem sanguinis ct spirituum, est in cis major pronilas ad concupiscentias quas oportet rcfrænari per virtutem.

ibid. Mulieribus, quia*'facilius pcrlur-Ir.ntur, nec est in eis sufficiens robur men-tis ad hoc quod concupiscentiis resistant : unde secundum Valerium Max. lib. 2, c. 1, mulieres apud Romanos antiquitus non bi-bebant vinum.

Ibid. Senibus, quia in eis ratio vigere de-bet ad aliorum eruditionem : unde Apost. Tit. 2, monet *senes ul sobrii sini.*

Ibid. Iis qui præsunt spiritualiler, ul sunt episcopi, et alii Ecclesiæ ministri, quia mente devola debent spiritualibus officiis insistere : unde Apostolus inter cæteras vir-tutes episcopo necessarias, ponit sobrieta-tem. lis vero qui præsunt temporaliter, ul sunt reges, principes, magistratus, etc., quia per sapientiam debent populum sul>-ditum gubernare.

ARTICULUS II.

De ebrietate.

Quid stt , rf qutve /> t t cutum ?

Q. 450. *a.* 4. o. *Nota.* Ebrietas dupliciter a <·'; i potest : uno modo, prout significat ipsum defectum rationis qui accidit ex mullo vino potam (per *vinum* hic iritclligc omnem polum inebriantem); et secundum hoc

ebrietas non nominat culpam , sed defeo i tum pœnalcm consequentem cx culpa.

Ibid. — Alio mode ebrietas nominat actum quo quis in hunêdefectum indicii; qui adus potest causare ebrietatem dupliciter : uno modo, ex nimia vini fortitudine præter opinionem bibentis; cl sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, præcipue si non exnegligentia hominis contingat ;cl siccrcditur Noe inebriatus esse, Gen. 9 : alio modo, cx inordinata concupiscentia elusu vini; et sic ebrietas ponitur esse peccatum, et continelursub gula generatim sumpta, sicut species sub genere ; dividitur enim gula generatimsumpta in coinessalionem cl ebrielaleni, ut dixi supra.

Itaque ebrietas, ul est peccatum, definiri potest ex S. Thoma : *Voluntarius excessus* in *potu inebriante usque ad defectum usus* rationis.

Dicitur 1°, *voluntarius,* dum quis se scilicet, attenta vini quantitate aul qualitate propriaqueconditione, prævidctscinde prifandum usu rationis; aut dubitans non cural inquirere : quia tunc defectus usus rationisindescquensestvolunlariusindircclescu incausa. Unde το *voluntarius* afficit non solum actum potandi, sed etiam ipsum defcctam rationis inde sequentem, in quantum prævisus fuit aut potuit ac debuit praevideri secuturus cx tali potatione. *A fortiori* si essd directe volilus in se; ut si quis biberet cxpresse ut privaretur usu rationis, quod raro accidit;

Dicilur, *in potu inebriante;* quia in hoc distinguitur ebrietas a gula stricte sumpta, seu comessatione, quod hæc sit excessus in riboet potu non inebriante, ebrietas in potu inebrianle : non enim comessali© dicitur a *tnmcdendo,* sed, ut observat Sylvius cx Calepino post Varronem, dicitur a *Como,* qui piid antiquos habebatur deus crupu/a· ; erapulaaulem committitur clin cibo clin potu.

Ex quo sequitur ex una parte quod, cxcessus in potu non incbrialivo, ul lacte, vel eliaminclinativo, sed non de facto inebriante, scu non pertingente usque ad *defectum* rabonis (hæ enim particular additæ sunt promajori explicatione prioris particulæ in*ebriante* non sil proprie ebrietas, sed gula scu comessalio cl crapula, ut dicam infra, Exaltera parle sequitur quod , qui aliunde quain cx potu , puta , ex odore lupuli, aul wlfilu tabaci, privaretur usu rationis, non esset proprie ebrius, licet posset peccare si id ipsi voluntarium esset.

Quidam addunt definitioni, *voluptatis causa.* Verum, licet sic ordinarie fiat, id lamen absolute necessarium non videtur , arbitiarnurque eum qui, repugnante potu, cx complacentia pro amico aut metu mortisbiberet usque ad privationem usus rationis, forepropric ebrium, sicut puella foret proprie fornicaria, quæ metu mortis consentiret fornicationi.

Ratio est ·. quia, licet intemperantia, cujus ebrietas el fornicatio sunt species, verselur circa delectabile secundum sensum, non est tamen neccsse quod versetur circa delectansactu, *ut patet* in ipsa temperantia quæ opponitur intemperantiæ ct versatur pariter circa delectabile secundum sensum, Qui enim manducaret moderate cibum sceundum se delectabilem, sed in quo nullam perciperet delectationem, ut non infrequenter accidit viris sanctis mortificationi de.lilis, verum actum temperanliæ exerceret ct proprie foret temperans : ergo similiter qui immoderato utitur potu secundum sedeleclabili, licet non actu delectante, est proprie intemperans, el si usque ad privationem rationis, proprie ebrius.

Ibid.— *Confirmatur* 1° ex 1). Th. qui reponit peccatum ebrietatis in *inordinata concupiscentia et usu vini,* scu potus incbrianlis : atqui qui sine voluptate excedit voluntarie in potu usque ad privationem usus rationis, inordinate concupiscit ct sumil polum inebriantem. Ergo.

Confirmatur 2° cx praxi. Non enim pœnitentes se accusant quod voluptatis causa se inebriaverint, neque confessarii idinquirunl : ergo. His praemissis.

2.150. a. 1. o. ad 2. o. — *Dico.* Ebrietas plane voluntaria, etiamsi semel tantum admissa, est secundum se peccatum mortale,

Dixi, *etiamsi semel tantum admissa,* contra quosdam qui contendunt, praesertim ex S. Aug. ex S. Thoma in prioribus opusculis, solam assuetudinem se inebriandi esse peccatum mortale,

' *Probatur* 1° *ex S. Scriptura.* Apostolus Gal. 5, recenset ebrietatem inter peccata quæ a regno Dei excludunt : *Manifesta sunt,* inquit, *opera carnis. ... homicidia, ebrietates, ccmcssationcs ct his similia.. quoniam qui talia agunt regnum Dei non conscqucnlur.* El Rom. 13, enumeral ebrie-

talem inter opera tenebrarum quæ abjicienda sunt, ut possimus Christum induere. Nec refert quod alibi Apostolus nominet ebriosos •ebriosi autem sunt qui ebrietatibussunlassuefacli, quia sufficit quod alibi nominet *ebrietatem;* non enim omnia in omnibus locis dicuntur.

Probatur 2° *ex SS. Patribus,* Bas. Ποηι. 14; Ambros. lib. de Ecclesia , et jejunio c. 16; Chrysosl. Hom. 58 in Matth. Ilieronym. Episl. 83, cl in cap. 5 ad Galatas; S. Cæsario, Serin. 131 cl 132, in Anpendice operum S. Aug. et aliis, qui acriter invehunt in ebrietatem ut peccatum mortale.

Ibici. — *Probatur* 3U Graviter repugnat reclæ rationi quod homo sciens et volens se privet usu rationis et potestate propinqua ad illum : atqui hæc præslal ebrietas plene voluntaria : ergo. *Probatur major.* Inter alia hominis bona præslantissimum est usus rationis, quo nempe a brutis distinguitur, bonum virtutis exercet et peccata declinat. Ergo.

Ibid.— *Confirmatur.* Ebrietas exponit ebrium periculo plura ct gravia mala perpetrandi : quod si forte non sequantur, sunt tamen nata sequi ex illa. Ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° Gen. 43, legimus fratres Joseph fuisse inebriatos cum illo. Ergo.

R. sensum esse, non quod biberint usque ad defectum usus rationis, sed ad satietatem ct hilaritatem. Vox enim *ebrietas* seu *inebriatio,* sepæ usurpatur in Scripturis pro salicta tect hilaritate, ut psal. 35, *inebriabuntur ab ubertate domus tuœ* /similiter alibi.

Obj. 2° S. Aug. Scrm. 41 de Sanctis, aut potius S. Cæsarius, Horn. 8, alias S. Augustino adseripta cl inter ejus sermones relata, dicit ebrietatem esse peccatum mortale, *si assidua sil.* Et S. Thomas, q. 2 de Malo, a. 8, ad 3; et q. 7, a. 4, ad 1, docet semel inebriari esse peccatum veniale, assiduo autem inebriari esse peccatum mortale. Ergo.

Ibid. α. 1. — *R. ad S. Aug. seu Casa-*
»4 *rium,* assiduam ebrietatem ab eo dici peccatum mortale, non propter solam iterationem , sed quia non potest esse quod homo assidue inebrietur, quin sciens cl volens ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini et suam habilitatem **ad** ebrietatem ; cum c contra qui semel tantum inebriatur, possit ignorare et vini fortitudincm cl suam infirmitatem, cl .* jb omni peccato excusari.

Ad D. Thomam. Quidquid hac in re senserit junior, ccrlo ccrlius est cum nobiscum hic sentire, cum ex ipso et conclusionem ct ejus probationes et præcedcntem responsionem habeamus. Neque solum hic, sed etiam in cap. 14 ad Rom. lecl. 3; in cap. 5 primae ad Corinth, ct, 2, q. 88, ari. 5, **adi,** camdem tenet sententiam.

Obj. 3° Qui se privat usu rationis per somnum non peccat. Ergo nec qui per po tum.

TLy.con.wyuoitmni.DisparilasestPquol somnus privet tantum actual, usu rationis, non propinqua potestate ad illum, sic, ut dormiens possit ad illum redire quando voluerit; potest enim ante somnum disponere ut tali hora qua voluerit excitetur, el excitatus slatim est idoneus ad sua munia. E contra ebrietas non tollit tantum usum rationis, sed etiam potestatem propinquam ad illum, nec potest ebrius illum pro nutu recuperare, sed necessilatur in ejus privatione remanere quamdiu durat eflcclusimmoderatae potationis, ita ut, etiamsi vigilans, sil ineptus ad sua munia.

Altera disparilas est, quod privalio'usus rationis per somnum inducatur naturaliter, mediante quiete sensuum ad reparandas naluræ virês; per ebrietatem autem inducitur violenter ex causa illicita, vigilantibus sensibus ipsis.

Sed quid, si quis aliquo pharmaco se posset slatim ab ebrietate expedire?

R. eum nihilominus peccare mortaliter, vel quia privatio diuturnior usus rationis per se nala est sequi ex suo actu ; in moralibus autem attenditur id quod perse cl ordinarie contingit, non quod per accidens: vel quia non est certum quod ipse ratione carens sumet istud pharmacum, aut quod ipsi sfatim porrigetur ; vel quia non constat dari tale pharmacum, quod sic subito ab ebrietate liberet absque violentia naturæ illata cl capitis gravi læsionc.

Obj. 4° Ex subitanea aut diuturna capitis gyralione, ex odore lupuli aut recentis cerevisiæ, ex suffitu tabaci, quandoque quis Iit rationis impos:atqui non ideo arguitur pcccali. Ergo.

R. ubi id foret plene voluntarium, non esse ab omni peccato excusandum : ægro tamen peccati lelhalis accusarem , quia 10-

gulariler in his casibus, aut non absorbetur totaliter ratio, aut absorbetur mediante somno, aut slatim sibi restituitur : caelorum si quid horum inebriaret sicut polus, eodem modo foret vitandum.

Obi. 5° Non est peccatum spoliare volentem bonis suis. Ergo nec se volentem spoliare ratione propria.

R. N. consequentiam. Disparitas est, quod homo sit dominus bonorum forlunæ, et possit ideo cedere juri suo. Secus autem de bonis naturalibus, praesertim ratione.

APPENDIX.

Petes 1° utrum ut ebrietas sit peccatum mortale, requiratur totalis privatio usus rationis?

R. negative, nisi velis neminem esse mortaliter ebrium quin fiat brutum aut truncus; sed sufficere existimo notabilem rationis perturbationem, qua iit ut homo vix aut ne vix remaneat aptus suis actionibus communibus saltem et facilibus dirigendis ; quia tanta perturbatio videtur graviter repugnare rectæ rationi.

Petes 2° quibus indiciis possit dignosci an liomo ita sit ebrius, ut peccet mortaliter?

Aule omnia debet confessarius diligenter perpendere an ebrietas sit plene voluntaria saltem indirecte.—Ibid. o. — Si enim quis nesciat potum esse immoderatum et inebriare potentem* potest esse ictas sine peccato ; si percipiat potum esse immoderatum, non tamen æstimet esse inebriare potentem, ebrietas poterit esse cum peccato veniali; si proveniat ebrietas ex nimio calore, nimia loquacitate, aliave indispositione non praevisa, poterit esse sine peccato, aut cum peccato veniali pro quantitate negligenliæ in prævidendo : sed, supposito quod ebrietas sit plene voluntaria in quantum eam homo praevidit, aut debuit ac potuit humano modo praevidere.

R. ad quaestionem, 1° ridiculum plane esse quod quidam dicunt, eum non esse mortaliter ebrium qui potest adhuc equum vel currum praetereuntem declinare ne laedatur, domum redire, lectum repetere; id enim ct canes faciunt.

2° Quamvis linguae balbuties, gressus titubatio, rerum circumstantium apparens gyratio, salis saepe indicent ebrietatem mortalem, non sunt tamen certa ejus indicia, tum quandoque contingant remanente fere integro usu rationis. Idem de vomitu, qui quandoque ex nimio potu vere inebriante procedit, quandoque absque ebrietate ex vitiosa polus qualitate aut ex indispositione sumentis.

3° Certiora ebrietatis mortalis indicia sunt. 1° si quis faciat ea quæsui compos nunquam facit, ut si vir aliunde modestus et probus blasphemet, turpia dicat aut faciat, rixas moveat, vasa confringat, uxorem , liberos verberei, et similia ; 2' si rerum principalium quas gessit sequenti die non recordetur, hæ enim facile relinentur; secus res minutae quæ vix advertenler fiunt; 3° ut jam dixi, si suis actionibus communibus et facilibus dirigendis vix aut ne vix sufficiat.

Petes 3° utrum hi qui excedunt in potu inebriativo, absque tamen defectu rationis* quia vel a naiura vel assuetudine facti sunt potentes ad bibendum, aut quia norunt ali quo pharmaco impedire ne deficiat ratio^ peccent peccato ebrietatis proprie diclæ?

R. eos certo peccare, non tamen peccato ebrietatis proprie diclæ, sed peccato gulæ, quandoque vemaliter, quandoque mortaliter, pro ratione excessus

Prima pars est contra vigintidocloresParisienses qui, quaestione secunda resolutionis quæ extat apud Pontas, r» *ivresse,* contendunt ex D. Thoma tales esse reos peccati ebrietatis: at immerito. Nam dicitS. Doctor hic, art. 2, ad 2 : « Plus sumere in cibo vel d potu quam necessesit, pertinet ad vitium » gulæ, quæ non semper est peccatum mor-)) tale; sed plus sumere in potu scienter us-)) que ad ebrietatem, hoc csl peccatum mor- » tale : ebriolas autem, *inquit,* a. 1 o, no- » minat actum quo quis in defectum *{rationis* incidit. » Ergo ubi non csl defectus rationis, non est ebrietas. Is etiam est sensus communis hominum qui non reputant aliquem ebrium, quantumvis potaverit, si defectum rationis non patiatur.

Asl, inquiunt, juxta S. Thomain hic art. 1 o, *Ebrietas oritur ex inordinata concupiscentia ct usu vini.* Bene quidem oritur, non tamen in hoc consistit, nisi inlelligas *vini de facto inebriantis.*

Reponunt. S.^Doctor ibidem ad 2, dicit: *Immoderatus usus tiniest in quopeccali ratio consistit.* Distinguo* vini ut inebriantis, *C.* non inebriantis, *N.* Addo verba **S. Tho**mæ non salis fideliter referri; sic enim **ha**bet S. 1 hornas : *immoderatus tuus vini est*

itluntarius in quo peccati ratio consistit. Quæ verba sensum omnino diversum importent; his enim vult duntaxat ostendere S. Thomas lationem voluntarii, *in quo ratio peccati consistit, non* dresse ebrietati, quia actu.'· cx quo causatur esi voluntarius. Id *evidenti r pilet ex* collatione argumenti quod sibi objicit cum responsione.

Dices insuper. Privatio usus rationis per se nata est sequi cx illa potatione : atqui, ul supra dictum est, in moralibus attenditur id quod est per se, cl non id quod est per accidens. Ergo.

It. D. maj. Privatio usus ration?.! per sc nata eslsequiex illa potatione perscita te logica, seu ex natura rei, *N.maj.* quia potationes non sunt inebrialivæ nisi respective ad potantes; quod enim est nimium uni, quandoque non est salis alteri ; et quod est inebriativum unius, non est incbi ialivum alterius : perscitalc morali, seu ordinarie et ut in pluribus, *C. maj.* Unde, respectu illorum qui ex intentione el electione liberi arbitrii, possunt impedire el de facto impediunt ne ex illa potatione sequatur privatio rationis, non est dicenda perseinebrialiva, ncc illi dicendi sunt ebrii proprie: *sic apari,* qui sumeret venenum ordinarie ct ut in pluribus occisivum,sed cujus vim vel ex robusta complexione, vel aliquo pharmaco, certo sciret et intenderet elidendam, non cSSCl ideo homicida sui

Inferes. Ergo qui ex intentione impediret inconvenientia nata sequi ex fornicatione, non esset i eus pec ali fornicationis; item qui ex intentione impediret ne ebrietas auferat potentiam propinquamad usum rationis, ab ea aliquo pharmaco sc slalim expediendo, non peccaret saltem mortaliter peccato ebrietatis, quod supra negavimus.

Ii. N. utramque sequelam. Ideo enim prohibetur fornicatio, quia perse et attenta natura actus, ex ea sequi natus est defectuseducationis prolis; sive autem sequalursive non, slat semper quod ex seelex natura actus sequi natue sit. Similiter ebrietas prohibetur, quia per sect attenta natura rei, nata cslauferre potestatem propinquam ad usum rationis; siveaulern auferat dc facto, sive non, semper stat osse per se cl ex natura rei natam auferre. At vero excessus in potu non prohibetur lege prohibente ebrietatem, quia ‹*x eo per sc et ex natura actus nata est sequi ebrietas; nullus enim est absolute talis, sed, › ut dixi, potationes sunt inebrialivæ respective ad potantes, quorum quidam plus,quidam minus absque ebrietate putare possunt, sed quia ex eo prævidelur secutura ebrietas: quod si non sequatur quia ex intentioneimpcdilur, non fuit prævisa, proindequenon cadit sub lege prohibente ebrietatem; si autem non sequatur quia per accidens et præter intentionem impeditur, fuit prxvisad indirecte volita in causa, sicque cadit sub lege prohibente ebrietatem, cujus reum constituit coram Deo potantem.

Secunda pars responsionispalet. Si enim, ut diximus supra, possit esse mortalis excessus in cibo absque ebrietate, quando nempe est enormis, quidni in potu? hucque videntur spectare maledictiones lalæin S. Scripturis. Isai. 5 : *Væ qui potentes estis ad bibendum, cl viri fortes ad miscendam ebrietatem,* id est, liquores inebrialivos. El Proverb. 23: *Cui væ... nonne hisqaicommorantur in vino et student calicibus epotandis?* Ubi autem S. Sc. iplina comminatur *væ,* solet reputari peccatum mortale.

Porro quantus debeat esse excessus, ut censeatur enormis proindeque mortalis?difficile posset bic determinari ; id enim pendet non solum cx diuturnitate potationis, sed etiam ex quantitate et qualitate liquoris, ex capacitate aut incapacitate potanti» aliisque circumstantiis : unde excessus qui censeretur enormis respectu unius, posset non esse enormis respectu alterius; item posset esse enormis in quantitate unius liquoris cl non alterius.

Petes 4° ulium Txor teneatur reddere debitum marito petenti in ebrietate?

/f. non teneri cx justitia , quia illa petitio ebrii non est actus humanus magis quam somniantis, ac proinde non potest conjugem obligare. Ime nec posset quandoque uxor reddere, si nempe periculum subessct effusionis seminis aut suffocationis fœtus. His seclusis, potest contingere quod teneatur reddere ex charitate, si nempe animadvertat in mai ito periculum pollutionis aut commixtionis cum alia.

ARTICULUS IIT.

Utrum liceat sc vel alium inebriare causa mortis vitandœ aut sanitatis recuperanda?

Id non licere cousa vitanda* mortisabali* quo intentatae, estc.ommunior sententia:

id licere causa sanitatis recuperandae cx consilio medici, est plurium el gravium auctorum sententia, Cajetani hic,Sylvestii, v. *Jejunium,* q. 3, Navarri in Man. c. 23, n. 119 cl aliorum. Hunc autem ultimum casum esscmclaphysicum plui es existimant, quia non credunt dari talem morbum qui non nisi ebrietate sanari possit. Cæterum in hypothesi quod detur.

Dico 1° Probabilius est non licere sc inebriare, neque causa viland® mortis ab alio intentata;, neque causa sanitatis recuperandæ, Ila S. Antonin. Angelus, Fumus, Sylvius et alii.

Quantum ad primam partem, formalis est auctoritas S. Aug. aut potius nunc S. Cæsarii, Scrm. 295 in Appendice S. Aug. α Solent, inquit, ebriosi ita sc excusare ut j› dicant : Persona potens me coegit ul am- » piius bibam, cl in convivio rogis non po- » tui aliud facere. *Ad excusandas excusanti das excusationes in peccatis* ista prælen- » (limus, ct quod implere noluimus, non » potuisse non dicimus... Etiamsi ad hoc » veniretur ut diceretur : Aut bibas aut mo- » ricris, melius erat ul tibi caro tua sobria d occideretur, quam per ebrietatem anima » moreretur. »

Respondet Lessius id intelligendum esse dc casu quo quis, in odium virtutis temperanti®, alterum cogeret ad ebrietatem, vel do eo qui, initio coactus, sponte tamen postea sc inebriat ; sed has glossas osse mero gratuitas ct pro libitu lictas, *patet ex toto r(intextu.*

Probatur utraque pars ratione. Quod est exsc ct intrinsece malum, nullo fine cohonestari potest aut licere, alias non forel in- Irincesc malum : atqui, *ul patet er didis,* privatio voluntaria usus rationis per nimiam potationem, est ex sc intrinsece mala. Ergo.

Confirmatur. Veraci propria ebrietas est secundum omnes peccatum mortale atqui in hoc casu est vera el propria ebriolas : ergo, —ibid. o. — *Probatur min. ex* S. Thoma hic a. 2 o : *Quando,* inquit, *aliquis beneadvertit potum esse immoderatum d inebriantem , ct tamen magis vult ebrietatem incurrere quam a potu abstinere, tatis dicitur ebrius, cl sic ebrietas est peccatum mortale :* atqui is de quo in casu bene adveriil polum esse immoderatum cl inebriantem, et magis vult cbiiclaleni incurrere quam a potu al slinere. Erco.

Neque dicas ad proprie dictam ebrietatem requiri quod polus sumatur causa voluptatis; id enim S. Thomas non requirit, nec revera requiri ostendimus in definitione ebrietatis.

Obj. Ie Potus in casu non est immoderatus : ergo. *Probatur am.* Regula sumendi polus est bona cprpors valetudo el praesentis vitæ necessitas, u dici S. Thomas hic ad 3, *el patet cx didis* de temperantia : atqui j›otus inebrians supponitur in casu necessarius vita»aut valetudini. UndeS. Thomas ait ibidem : « Sicut quandoque contingit ut cibus » vel polus qui esi moderatus sano, sil suri perilous infirmo ; ita etiam potest e coi› » verso contingere ut ille qui est superfluus » sano, sit moderatus infirmo. El hoc modo » cum aliquis mullum comedit vel bibit se- » eundum consilium mcdicinæad vomitum » provocandum, non est reputandus super- » lluus cibus vel polus. » Ergo.

Λ. *1). ant.* Polus in casu non est immoderatus respectu sanitatis recuperandæ præcise, *transeat ant.* non est immoderatus respective ad bonum rationis servandum, *N. ant.* Undead probationem dicendum quod regula polus sumendi aut cibi, sil quidem necessitas præsentis vitæ, non tamen quomodocumque, sed convenienter ad bonum rationis; virtutes enim morales ordinantur ad bonum rationis servandum. —Hicq. 4L a. 6. nd 3. — Et S. Thomasspecialiter de virtute temperanti® dicit : « Temperantia res- » picil necessitatem quantum ad convenien- » liam vitæ, qu® quidem attenditur nonso- » lum secundum convenientiam corporis, » sed etiam secundum convenientiam cxlc- » riorum rerum, puta divitiarum el oflicio- » ruin,elmullo magissecundum convenien- » tiam honestatis, el ideo philosophus sub- » dii quod in delectabilibus quibus tempe- » ratus utitur, non solum considerat ut non » sint impedilixa sanitatis et bon® habilu- » dinis corporalis, sed etiam ut non sint » præler bonum, id est, conlra honestatem. » Porro huiicalasscubonum honestum est bonum rationis qua· absorbetur nimio potu inebriante.

Repones. S. Thomas, sub finem responsionis ejusdem ad 3, supponens quod polus inebrians non sit nccessàims ad provocandum vomilumzquia juxta ipsum polus aquæ tepida· potest causare hunc cITeclum , conludit : *Et ielrn propter hanc causam non* r.r- *cusarctur ab cb› iclalc ;* ergo in suppositione

quod potus inebrians esset necessarius ad vomitum, ul hiesupponimus, sentit S. Thomas quod excusaretur ab ebrietate.

Λ. A. *quentiam.* Ul enim recte obseival Sylvius hic, S. Doctor simpliciter negat potum inebriantem esse necessarium ad vomitum, el ideo non excusari illum qui ita potaret. Quio autem foret dicendum casu quo talis polus esset necessarius, non exprimit, eo quod non credat necessarium.

Obj. 2° In casu non intenditur privatio usus rationis, sed sanitas tantum ; ergo non est ebrietas formalis, sed materialis tantum.

R. D. ani. Non intenditur directe privatio usus rationis, *C. ani.* non intenditur indirecte el quidem efficaciter, *N. ani.* cum scienter ponaturcausa cx qua praevidetur secutura. Quinimo potest dici ebrietas in casu, directe intenta ut medium ad sanitatem.

Insl. Licet matri prægnanti sumere medicinam directe tendentem ad sanandum morbum, licet inde timeatur ejectio fœtus inanimati : ergosimiliter licet sumere potum directe tendentem ad sanitatem, quamvis inde sequatur privatio usus rationis.

R.N.consequentiam. Disparitas est, quod in secundo casu, potus directe tendat ad ebrietatem, cum sumatur ul inebrialivus. In primo autem casu, medicina non tendit directe ad ejectionem fœtus, quia non sumitur ut ejectiva, nec ut ejectura illum, alioquin nec licita foret.

Urgebis. Qui cx rationabili causa narrat peccatum alterius, undesequitur ejus diflamalio, non censetur reus diffamationis formalis, sed materialis tantum. Ergo similiter.

R. N. consequentiam. Disparitasest quod non sil detractio formalis nisi sil injusta; non est autem injusta, ubi filex causa rationabili , quia tunc diffamatus non csl rationabiliter invitus.

01j. 3° Non absurdum ju icet recta ratio ed breve tempus usu rationis destitui, ut recuperata sanilatemiiniarationismcliiis præstentur, quemadmodum etiam dormientibus contingit. Ergo.

R. N. ani. Absurdum enim judic t recla ratio fieri mala moralia ut eveniant bona temporalia : probavimus autem quod , privare se violenter usu rationis ct potestate propinqua ad illum , sit intrinsece malum non minusquam mendacium aut forniçatio; unde, sicut recta ratio non dicUt licitum cs- se mendacium aut fornicationem ad salvandam vitam, ita nec se inebriare. Quod addi·tur dedormienlibns, *solvimus articulo pracedenti,* obj. 3.

Obj. 4° Licet sibi amputare membrumad salvandam vitam : ergo ct sc privare ad tempus usu rationis.

R. N. consequentiam. Disparitas est 1«, quod recta ratio dictet bonum totius esse servandum cum detrimento partis in eodem genere; non dictet vero bonum inferioris ordinis esse servandum cum detrimento boni præslanlioris et superioris ordinis, quale est bonum rationis respectu vilæ temporalis. 2° Mulilalio, præciscsccundum se, non est intrinsece mala, cum in pluribus casibus liceat,sed tunc solum quando non subeslcau·sa legitima ; ebrietas autem est intrinsece mala, sic ul in nullo casu liceat magisquam mendacium aut fornicatio : unde si argumentum concluderet, probaret pariter licere mentiri aut fornicari ad salvandam vitam.

Dico-2" Non est licitum alterum inebriare aut inducere ad ebrietatem jussu vel suasione , propter quodeumque malum vitandum, sive mortem, sive deflorationem, sive proditionem civitatis aut patriae.

Sequitur cx prxcedenli ; quia sicut inebriare seipsum est intrinsece malum, ita ct inebriare alterum ; *non sunt autem facienda mala ul eveniant bona.* Rom. 3. *Confirmatur.* Non esset licitum inducere aliquem ad fornicandum propter assignatos fines, etiamsi aliis mediis obtineri non possent: ergo neque ad se inebriandum , cum ebrietas non sil minus intrinsece mala quam fornicatio.

Dicwcum Lcssio, cap. 3, dub. 4. Licet suadereel inducere ad minus malum ul vitetur majus: atqui hic nihil aliud fit, licet non ita exprimatur : v. g. scisaliquem ccrlooc-C:suium inimicum, adulterium commissurum, proditurum civitatem, etc. Tu ipsum inebrias aut inducis ad ebrietatem, ut sic fiat im, 'tens ad perpetranda hæc scelera, sicque peristud minus matum majus impedias. Ergo.

R. D. maj. Licet inducere ad minus malum reduplicative qua minus . ita quod objectum inductionis sit omissio; aut, ul ita dicam, minorilas majoris mali, *(', maj.* ad minus malum absolute, Y. *El ad Imncsen·sum delincta mhioi i,* .Y. *Consequendam·*

Veram est ergo quod, cum quiscerloanimo concepit perpetrare aliquod peccatum, liceat ipsi suadere ul non committat totum , $cd pai torn dunlaxatformaliler aut virlualiler inclusam in toto : ul si volenti furari mille,suadeas furari centum tantum; volenti occidere, ut spoliet tantum aut verberet et sic dimittat; volenti adulterari, ul fornicetur tantum cum soluta indeterminate : ndenti prodere civitatem, ul potius expoliet ærarium, quæ sunt exempla Lcssii ; quia inhisel similibus non suades homini ut peccatum faciat, sed ut pariem peccati omittat qui a toto non potest abduci; ita quod objectum tuæ suasionis sit omissio autdiminulio majoris mali. At inducere hominem ad peccatum etiamsi minus committendum, quod ille nec formaliler nec vidualiter decreverat committere, est vera inductio ad malum peccati cl scandalum activum ; et quamvis inducens in animo suo spectet impedimentum majoris mali, actio tamen ejus, ul exterius fit simpliciter et absolute , inducit alterum ad novum peccatum , non minus quam si ducerem eum ad lupanar, ul, carnalibus delectalionibus occupatus, grave malum quod meditatur non perficiat ; quod non puto a quoquam admitti ut licitum. Unde tantum abest ut illius de quo in casu peccatum minuam, quin potius augeam, cum prætcr malam voluntatem gravius peccatum committendi, quam non tollit, sed tantum sopit ebrietas, inducam ipsum ad novum ebrietatis peccatum. Non ergo videtur excusandus cum I.essio is qui, captus a latronibusctad tabernam ductus, ipsos inebriavit ut fugeret.

Sed numquid saltem licitum foret cooperari ad hoc, ut proditor aut alius graviter peccaturus se inebriet prætcr intentionem, v.g. provocando ipsum ad polum generosum cujus vim ignorat, aut clam infundendo in potu aliquid inebrians? *Afprmal* Layman cum pluribus rcccntioribus, quia talis isto potu non peccabit.

/{.nihilominus id mihi non magis licitum videri quam si impelleres puerum , amentem, aut ebrium ad impudica, ad blasphemies, aut similia jure nalune mala. Quemadmodum enim hæc tibi imputarentur ut causæ morali, ita el hujus ebrietas. Horum ratio est, quia quæ per sc ct intrinsece sunt mala c'. turpia, idcoque jure naluræ prohibita, aquocumquc fiant, semper sunt mala el turpia, nec a peccato formali excusantur nisi defectu voluntarii : hoc ipso autem quod ad ea impellis aut inducis, sunt libi voluntaria : unde quod in aliis est peccatum materiale tantum, Iit lilii formale.

Petrs quid censendum sit de amico qui ex urbanitate et amicitia urget amicum ad polum, unde tandem inebriatur?

Hio q. 450. a. 4. ad 3. — *R.* Sicut ille qui inebriatur excusatura peccato si ignoret fortitudinem vini, ilact ille qui invitat aliquem ad bibendum, excusatur a peccato si ignoret lalcmesse conditionem bibenlisutexhoc potu inebrietur. Sed si ignorantia desit, neuter a peccato excusatur, vel mortali si uterque praeviderit aut prævidcre potuerit inde secuturam ebrietatem, vel veniali si fuerit venialis tantum negligenlia in praevidendo. Hinc

Inferes 1° provocantes seadhaustusæquales, non raro peccare mortaliter, quia inde non raro sequitur ebrietas, quam possunt ct debent prævidere.

Inferes 2°gloriantes quod alios inebriaverint, secundum sc peccare mortaliter ; quia gloriari seu sc jactare dc peccato mortali, peccatum mortale est.

Inferes 3U ministrantes potum iis quos prævident se inebriaturos'*, peccare mortaliter, nisi excusentur ratione notabilis damni exdencgalioneseculuri, ut dixi latius art. 9 de jejunio. Require ibi.

Quid dicendum tam de potantibus quam dc ministrantibus potum tempore divini officii, diebus dominicis et festis?

Λ. Quamvis id secundum sc non videatur mortale peccatum, non enim puto tam rigorosc prohiberi, imo dum fit ex necessitate, nullum sit peccatum : si tamen fiat, ut sæpe fieri solei, cum scandalo, puta,si publice, si cantando, clamando, nugando, saltando, etc., difficile a peccato mortali excusarem tam polanlcsquam ministrantes polum. Id enim graviter offendit pios ct notabiliter repugnat religioni, quameopræsertim tempore colere debent fideles.

ARTICl LUS IV.

Utrum ebrietas sil gravissimum peccatorum ?

Q.450. λ . 3. o. — *Dico.* Ebrietas non est gravissimum peccatorum, est tamen gravo cl maxime fugiendum.

Ibid — *Probatur prima pars.* Peccata

qua? sunt directe coniraDeum sunt graviora peccato ebrietatis. Ergo. *Probatur ant.* Tanto gravius csl peccatum quanto majus est bonum cui directe opponitur et quo privat : atqui bonum divinum est majus quam bonum humanum : ergo peccata quæ sunt directe contra Deum sunt graviora peccato ebrietatis , quod directe opponitur tantum bono rationis humanæ.

Dices. Saltem inter peccata quæ opponuntur virtutibus moralibus, ebrietas videtur grav issimum ; quia peccata quæopponuntur aliis virtutibus conlrnriantur lanium rationi : ebriolas autem tollitusum rationis.Ergo.

ïbîd. ad 2. — *R.* quod plus habeat mali id quod contrariatur rationi, quam quod ad horam usum rationis tollit; usus enim rationis qui tollilur per ebrietatem potest esse bonus el malus, sed bona virtutum quæ tolluntur per ca quæ contrariantur rationi, sunt semper bona.

Probatur secunda pars, 1° auctoritatibus Scripluræcl Patrum, quas retulimus *in probatione conclusionis primi articuli.*

Probatur 2° *ratione.* Ultra quod ebriolas, ut diximus, tollit ab homine bonum ejus præstanlissimum, nempe usum rationis ct assimilatur bruto, est insuper ipsi fons el radix plurium cl gravissimorum malorum tam spiritualium quam temporalium.

Primi generis sunt impudens libido multiplicis speciei, rixæ, contentiones, pugnæ, homicidia, blasphcmiæ, etc.

Secundi generis sunt infirmitates omnis generis, podagra, chiragra, membrorum tremor, capitis dolor, viscerum resolutio, sanguinis corruptio, lingux balbuties, sensuum dissipatio, memoriæjactura, mentis hebetudo, bonorum forlunæ dilapidatio, etc. ILt c enim et alia ex ebrietate sequi, infausta cl quotidiana experientia lestante, nemo non novit.

Petes quo ergo fato pestis tam exitiosa vulgo æsiimelur leve peccatum apud certas itiones?

R. Quinque causas assignat doctissimus Sylvius, quarum præcipua reducitur ad pravam consuetudinem, introductam sub prætextu testificandi et fovendi sinceram amicitiam,quam istæ natio nes præ cæleris colunt. In hunc enim finem ipsi primates clopulen- iores viri, aliunde honesti el probi, convivia sæpc imtiluunl, sæpius potationes urgent, id majores haustus excitant, ac tandem inebrianlur. Quorum exempla sine scrupnh secuti plcbeii, comessaliones et compotatio- nes et inde natas ebrietates*in consuetudinem vertunt : *Peccata autem,* inquitS. Aug, Enchirid. c. 80, *quamvis magna el horrenda, cumin consuetudinem venerint, aul parva aut n ulla esse creduntur.*

ARTICULUS V.

Utrum ebrietas excuset a peccato mala qua ex ea fiunt?

Dico 1° Ebrietas involuntaria excusata peccato mala quæ ex ca fiunt, quia non sunt voluntaria neque in se neque in causa.

Unde sequitur quod, si ebrietas sit tantum venialis ob defectum sufficientis adverlcnlij cl voluntarii, peccatum inde sequens, v.g blasphemia, sit etiam tantum venialis; quia cum sil tantum voluntaria in causa, non est magis culpabilis quam ipsa causa.

Dices. Pollutio secula cx lac ibus libidiro sis inter conjuges est mortalis : atqui tamen illi tactus sunt lanium veniales ; ergo similiter.

R. N. consequentiam. Disparilascsl, quod tactus libidinosi non sint veniales cx imperfectione deliberationis,sed quia fiunt intra limites matrimonii ; cum ergo proxime influant in pollutionem clsinl deliberate volili, itact ipsa pollutio csl perfecte volita in sua causa; nec proinde habet unde cxcusclura mortali. At ebrietas quæ est causa hlasphemiæ in casu posito, non esi perfecte voli'a, nec consequenter blasphemia exilia sequens, unde a mortali excusatur.

Ibid. — *Dico* 2° Si ebrietas fuerit plene voluntaria et culpabilis, non excusat a peccato mala quæ prævisasunt aul debuerunt ac potuerunt humano modo prævidcri ex ea secutura ; quia tunc sunt sufficienter voluntaria in causa.

Excusat autem si nec prievisa sunt nccpotuerunt humano modo prævidcri cx ea secutura; quia tunc non sunt voluntaria neque iu seneque in causa. Quamvis enim causvit voluntaria, non est tamen voluntaria ul causa effectus qui non potuit ralimsabililcr in ea cognosci.

Dices. S.Th.hico,dicit peccatum sequens ebrietatem esse voluntarium cx hoc quod ebrius se inebriando dat operam rei illicitæ. « Si actus præcedcns, *inquit, quo nempe* ,v » *inebriavit,* fuit culpabilis, sic non totaliter w aliquis excusatur a peccato sequenti, quod

d scilicet rcddilur voluntarium ex voluntate $ praecedentis actus, in quantum scilicet d aliquis dans operam rei illicitæ, incidit in » sequens peccatum. Ergo non requiritur quod fuerit praevisum.

ll. S. Tbomam debere sccum conciliari. Docet autem S. Doctor 1,2, q. 20, quod effectus sequens non addat ad bonitatem aut malitiam actus ex quo sequitur, nisi sit præcôgitalus aul sequatur per se, proindeque potuerit facile prævidcri. Et q.7(>, a. 3, (locet quod, (pii percuteret aut occideret hominem, sciens esse hominem , nesciens autem esse patrem, reus esset homicidii, non tamen parricidii ; ct tamen vacat rei illicitæ.

El sane quod invincibiliter ignoratur, nullo sensu potest dici voluntarium : atqui eflectusqui non fuit prævisus, nec humano modo prævidcri potuit secuturus ex actu sive licito sive illicito, invincibiliter ignoratur. Ergo non csl voluntarius, nec per consequens culpabilis.

Confirmatur. Effectus malus sequens cx actione licita, in qua nec fuit prævisus nec potuitprævidcri,* csl involuntarius, quia esi invincibiliter ignoratus. Ergo etiam sequens cx actione illicita. Unde, secundum communem senlcn iam , Judas accedens ad Tliamar excusatur ab incestu, quod ignoraret eam esse suam nurum ; el tamen vacabat rei illicitæ.

Al forte actio mala, quia mala, majorem ingerit notitiam effectus? sed cl hoc falsum est, ct contra præscnlem hypothesim : supponitur enim quod nec prævisus fuit, nec putuit humano modo prævidcri.

Dicendum itaque quod S. Thomas supponat in objectione, effectum quem dicit esse voluntarium, fuisse prævisum aut potuisse prævidcri : nec tamen ideo frustra dicit esse voluntarium cx eo quod detur opera rei illicitæ; quia , licet ut effectus sequens ad causam sil voluntarius , requiratur quod fuerit prævisus aut potuerit prævidcri , id tamen non semper sufficit ; sed instipet requiritur quod ponens causam unde sequitur, non habeat jus illam ponendi : etenim Christus, v. g. prævidil multa mala secutura cx Evangelii prædicatione, non tamen fuerunt ipsi voluntaria, quia habebat jus ponendi causam. Sic etiam puel.æ modeste oinatæ eunti ad ecclesiam, non csl voluntarium peôcalum adulescentis eam inspicientis, licet illud præwdcril ; quia habet jus eundi ad ecclesiam, nec tenetur abstinereab auditionemissæ utistud peccatum impediat : et sic sexcenta alia.Sed quandocausaestsecundum se illici ta,nullus habet jus eam ponendi; undesi effectus malus sequens ex illa fuit prævisus aut potuit prævidcri, imputatur moraliter ul voluntarius, quia datur opera rei illicitæ quod debuit omitti. Sic interpretantur S. Th. Cajclanus, Sylvius, el alii ejus interpretes.

Repones. Cui voluntaria est causa, voluntarius est effectus; ut enim dicitur communiter, qui vult causam vult effectum. Ergo.

R. D, ani. Cui voluntaria est causa, voluntarius est effectus qui ex causa sequitur per se et ut in pluribus, *C.* sic qui vult fornicari publice, vult scandalum inde secutum, quia id facile potuit prævidcri : cui voluntaria est causa, voluntarius est effectus qui per accidens et ut in paucioribus sequitur, *subdislinguo :* si ponens causam non habeat jus illam ponendi, ut explicatum est, el insuper effectus fuerit prævisus aut potuerit prævideri, *C.* secus, -V. *Patet ex diclie.*

Hinc inferes 1° ci qui solet in ebrietate blasphemare, rixari, impudica agere aut dicere, el similia , ultra peccatum ebrietatis hæc omnia imputari ad culpam, el in confessione distinguenda, qui vel praevisa fuerunt, vel potuerunt facile prævidcri secutura. Imo, quamvis per accidens de facto non sequerentur semel, horum tamen est reus eo quod ea voluerit in causa ex qua *' pii solent ; idque est explicandum in confessione.

Inferes 2° eos qui per ebrietatem scienter sibi causant morbos, podagram, v. g. gravem capitis dolorem, etc. ad plurcs dies, peccare etiam mortaliter contra charilatem propriam, iisque imputari omissiones missæ de præcepto, jejunii ecclesiastici, recitationis breviarii, quas prævideic potuerunt secuturas cx morbo per ebrietatem causato ; imo etiam valde probabiliter teneri ad restitutionem pro rata omissionis officii.

Inferes 3° e contra, eum qui solet in ebrietate dormire aut ridere aul pacifice se gerere, si semel accidat quod blasphemet aut rixetur, id ei non imputari ad culpam, quia non potuit humano modo prævideic secuturum; imputari ad venialem culpam, si levis fuit ratio timendi no sequeretur. Quia in lanlum csl voluntarium el imputabile, inquan-

tum fuit prævisumaut potuit prævideri. Habes itaque quod in ebrietate etiam mortali, peccatum sequens quandoque mortale, quandoque veniale,quandoque nullum.

Petes 1° quid dicendum de illo qui pro prima vice se inebriat, respective ad effectus sequentes ex ebrietate?

R. non posse dici ipsi omnino involuntarios, quia fuit illi causa timendi ne, ratione privatus, plura non facienda faceret; neque omnino voluntarios, quia non potuit certo praevidere quod aliquid mali, et quid mali faceret. Unde censeo peccata inde commissa non omnino excusari, quia non sunt omnino involuntaria; minui tamen, quia minuitur voluntarium. An autem usque eo minuantur, ut de mortalibus liant venialia ? dicat me doctior, aut audacior.

Petes 2° quandonam peccata ex ebrietate commissa imputantur ebrio, an-quando se inebriat, an quando ea committit?

II. imputari inchoative quando se ' iebriat, consummalive quando ea mmittit, ut dicitur dc peccato ornis nisin tractatu de Actibus humanis.

DIGRESSIO HISTORICA.

DE EBRIETATE. NOE ET LOTH.

Noe, (ransactodiluvio, egressusdc arca, coepit vir agricola colere terram et plantavit vineam ; bibensque vinum inebriatus est ct nudatus in tabernaculo suo. Ita narratur Gen. 9.

Loth, egressus Sodoma, ivit Segor, el cum illic adhuc timeret conflagrationem, ascendit in montem el ibi mansit in spelunca cum diabus filiabus, quæcum crederent nullum virorum remanere super terram, una et altera die patrem inebriaverunt, dormiverunlquc successive cum illo ut ejus semen suscitarent, el sic conservaretur genus humanum : ex coque conceperunt et pepererunl, scilicet natu major Moabum qui fuit pater Moabitarum, natu minor Ammonem qui fuit pater Ammonitarum. Ha Gen. 19.

Quantum ad Noe, quæslio est utrum absolute cl proprie inebriatus fuerit, el in hac hypothesi, utrum se inebriando peccaverit? Quantum ad Loth, ulrum tam ejus ebrietas quem inde secutus incestus cum filiabus fuerit culpabilis? Pro quo

Dico 1° Probabile est Noe non fuisse absolute et proprie ebrium, sed mero dun« taxat incaluisse.

Ita posseintclligi ebrietatem Noe tradunt S. Chrysost. Horn. 29 in Genes. Janseniuj in cap. 31 Ecclesiastici, et Estius hic. Ratio est, quia vinum jam fuisse in usu ante Noe indicat S. Scriptura, Eccli. loco cit. ubi dicitur : *Vinum ab initio* tn *jucunditatem, non ad ebrietatem creatum.* Quod autem dicatur Noe plantasse vincam, eodem sensu debet intclligi, quo dicitur cœpissc exercere terram, rursum scilicet replantansquæ erant disjecta per diluvium; proindeque virtus vini non fuit incognita Noe qui tunc erat sexcentorum annorum : atqui non est verisimile virum justum se potu, cujus vis conscius erat, ingurgitasse usque ad pudendam ebrietatem. Ergo.

Nec obstat vox S. Scripturæ *inebriatus;* hæc enim non semper in S. Scripturis accipitur pro absoluta ebrietate, sed etiam subinde pro largiori cl hilari, honesta tamen polus sumptior.e, *ut patet* ex cap. 23 Gen. ubi de Joseph ct 'ratribus ejus dicitur : *Bibcruntquc cl inebria'i sunt cum eo ;* ctex 1 Machab. 16, ubi legitur : *Cum inebriatus esset Simon ct filii ejus;* etPsal.35: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.*

Non obstat etiam quod dicatur Noe inverecunde *nudatus :* non enim hæc nudatio necessario est adseribenda turbationi rationis ex ebrietate, sed vel motui naturali dormientis vel casui ; facile enim contingit quod dormientes, præsertim si potu etiam absque ebrietate aut aliunde incaluerint, operimenta a se projiciant.

Hic q. 450 a. 4. o. — *Dico* 2° Ad minus æque probabile est Noe absolute el proprie fuisse inebriatum : non peccavit tamen se inebriando, imo ejus ebrietas fuit mystica.

Prima pars est Thcodoreti, q. 56 in Genes. S. Chrysost. Horn. 29 in Genes. S. Cyrilli Alexand. lib. 11 Glaphyrorum in Genes. S. Ilieron. Epistl. 22, c. 4; Alcuini, Lyrani, Dionysii Carlhus. Abulcnsis, Pererii ct aliorum communiter. Isquc videlur S. Scriptluræ sensus magis obvius et naturalis.

Secunda pars est communis contra Calvinum, et palet, quia Noe inexpertus cl nescius vim vini, illud bibit sicut antea bibebat aquam. Ipseenim primus vineam plantavit, non quod antea ab initio mundi non fuit plantata eta Deo cum aliis plantis crcala, sed quia primus lenascenlcs post dilu-

riiini variarum vitium radices plantavit, in vineta distribuit, excoluit, ex carum racemis, postquam adoleverunt, liquorem expressit et bibit, quod antea non fuerat factum.

UndeS. Chrysost. Horn. 29 in Genes, ait : « Verisimile est quod antea et ab initio fuerit in sex illis diebus vinea creata.... nec tali men usum fructus ex illa manifestum h fuisse. Nam fci fuisset ab inilio notus omnino Abolis tempore, inter oblatas hos» lias el vinum libassent. Verum quia ignod rabant adhuc fructus usum, planta hac rusi non sunt : hic autem (Noe scilicet), d agricultura studiosus et magnæ diligcn» tiæ, forte etiam frudum degustavit, el n contritis botris vinum fecit coque usus Best. Elquia neque ipse gustaverat prius, » neque alium sciebat qui gustaverat, igna» rus qua mensura uti debebat, per ignod rantiam in ebrietatem incidit.

Ad locum Ecclesiastici qui objicitur in prima conclusione, II. vinum ab initio creatum fuisse in jucundtiatcm, quia a mundi exordio fuit creata vitis cx qua vinum exprimi potest. *Si dicas* non esse verisimile quod, toto tempore ante diluvium, nemo frudum vilis gustaverit, *R.* forte gustatum fuisse esu, non potu.

Tertia pars est S. Augustini, lib. Ifi dc Civitate, c. 1, ubi dicit, Noe ebrietatem fecisse *propheticis gravidatam sensibus eluctatam tegmine;* el Ilicron. contra Lucifcrianos, ubi hæc habet : *Egressus cx arca Noe vineam plantavit, ct bibens dc ea inebriatus est : notus quoque in carne Christus Ecclesiam plantavit cl passus est. Nudatum patremirrisit major filius, cl minor texit; cl Deum crucifixum irriserunt Judici cl honoraverunt gentes.*

Dico 3° Ebrietas Loth non videlur posse excusari a loto saltem peccato, etsi forte a tanto: bene tamen ejus incestus.

Ila S. Aug. quoad utramque partem, lib. 22cont. Faust, c. 44, ubi ait : *Culpandus est quidem* Loth, *non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.*

Prima pars probatur. Illa ebrietas fuit voluntaria Lotho. Ergo. *Probalur ant.* Non est verissim.'le Lothum, virum divitem cl hospitalem, ignorasse vim vini, quam ipsa· ejus liliæ bene perspectam habebant. Ergo.

Si dicas Loth liberalius bibisse, ut suum el tiliarum moerorem liniret, *respondet* S. August, lococit. talem adhibere consolationem non decuisse virum justum. *Si addas* aliqua Sodomitarum arte, mixtis fortasse aromatibus cum vino, potuisse filias paucis poculis patrem inebriare, *respondet* ibidem S. Aug. *Mirum si hoc Scriptura divina tacuisset.*

Inst, cum Sylvio, in cap. 19 Genesis, Loth cx moerore ct itincic fatigatum atque inde siticulosum, plus solito bibisse, et prætcr omnem expectalionem inebriatum fuisse.

R. Dato sic accidere potuisse in prima ebrietate, non tamen in secunda quæ sequenti die contigit; cessaverat enim turn defatigatio et exinde nata sitis, atque Loth, prima edoctus ebrietate, ad secundam magis debuisset esse circumspectus. Nec sane verisimile est quod ait doctissimus Sjlvius, ipsum nescivisse se prima nocte fuisse inebriatum. Cælcrum hæc quæ objiciuntur probant quod in conclusione dixi, Loth excusari, si non a toto , saltem a tanto.

Secunda pars quæ est communis, *probatur* contra Natalem Alexandrum. Ille incestus non fuit Lotho voluntarius neque in sc neque in causa : non in se, quia rationis impos, ebrius nempe, illud commisit ; non in causa, quia in ca nec provisos fuit, nec potuit humano modo provideri : quis enim tale quid cx ebrietate secuturum unquam somniassel? Ergo. UndeTheodorelus,q. 70 in Genes, dicit : *Nemo profecto merito Loth reprehenderit ob istam mixtionem; nesciebat enim quid ageret.*

Quantum ad tilias Loth : SS. Iron. Chrysost. Ambr. et alii ipsas excusare conantur : sed probabiliter est ct communior sententia S. Aug. lib. 22 coni. Faust, c. 43, qui licet eas aliquatenus excuset quod non ardore libidinis, sed ad conservationem generis humani, quod periisse isto incendio putabant, cum patre essent congressae, dicit tamen : *Potius nunquam esse matres, quam sic uh patre, debuerunt.*

El ratio est, 1° quia error quo credebant lotum genus humanum periisse, non videtur invincibilis, cum perspicerent urbem Scgor servatam; aut saltem ea dc re patrem potuissent cl debuissent consulere. 2° *Dato* hunc carum errorem fuisse invincibilem, non ignorabant saltem invincibiliter illicitum esse se patri miscere, siquidem cx horrore facinoris non ausæsunt illud proponere

patri, sed ipsum inebriaverunt ut ab ebrio el nc.cicnle extorquerent quod a vigilante elsano nunquam obtinuissent.

DISSERTATIO IV.

DE CASTI 1A TE, PUDICITIA ET VIRGINITATE.

D. Th.. Q. 151 el 152.

ARTICULUS I.

De caslilatc el pudicitia.

Ç.15I. a. 1. et 2.0. et ad2.—*Nota* 1° Castitas dicilur a castigando. Sicut enim pueri dum castigantur, emendantur ; si vero suæ voluntati dimittuntur, pejores fiunt : ita concupiscenti® quæ assimilantur pueris, dum refrænantur, minuuntur ; si vero nutriantur, per hoc quod cis consentitur, augentur. Et quamvis omnes concupiscenti® indigeant castigari a ratione, quia tamen concupiscentia delectabilium in venereis est vehementior, ideo circa hanc concupiscentiam antonomastice dicitur castitas.

Ibid. a. 2. o. — .Vola 2° Castitas dupliciter sumitur: uno modo proprie, *etcslvirlus moderaliva delectationum in venereis juxta diclamen rationis*. Secundo modo improprie et metaphorice sumitur pro moderatione dcleclalionisquæ oritur ex conjunctione mentis ad objectum. Sicut enim in conjunctione corporum est delectatio Venereorum, ita in conjunctione mentis ad res aliquas est quædam delectatio, quæ si sit in conjunctione mentis ad id cui debet conjungi, abstinendo se ne delectabiliter conjungatur iis quibus non debet conjungi,dicilurcastitassp ri naiis, secundum illud 2 Cor. 10 : *Despondi vos uni viro, virginem casiam exhibere Christo.* Si autemdcleclabilitermensconjungalur rebus iis quibus non debet conjungi, dicilur fornicatio spiritualis, secundum illud Jer. 3: *Tu autem fornicata es cum amatoribus mullis.*

ibid. — Et sic sumpta castitas, est generalis virlus, quia per quamlibet virtutem retrahitur mens ne rebus illicitis delectabiliter conjungatur. Principaliter tamen ratio nujus castitatis consistit in charilatc ct aliis virtutibus theologicis, quibus mens hominis immediate conjungitur Deo:sicut fornicatio spiritualis, licet extendatur per omnia peccata mortalia quibus homo relicto Deo conungilur creatura ul ultimo lini, dicilur lamen specialiter de apostasia a vera fide. Ilij præmissis.

Ibid, *a 4.*2 et 3. *o.^Dico* 1» Castitas proprie sumpta est virlus speciahs distincta a! abstinentia.

Ibid. a. i.o. — Quod sit virlus, *paltl;* quia ratio virtutis in hoc consistit quod <: aliquid secundum rationem modificatum: atqui, ul dictum osl, castitas est moderatio secundum rationem delectationis venereæ, scilicet, ut nec plus nec minus, nec alio tn:.· pore,, loco, modo, fine cis utamur, quam exigat rcctæ rationis præscripluin secundum præsentem statum. Ergo.

Ibid. 0.2.0. — Quod sit virlus specialis, etiam paid/quia habet specialem materiam, scilicet concupiscentias delectabilium qui sunl in venereis.

Ibid. o. 3. o. — ouoa sil distincta ab ab* slincnt a *probalur.* Ubi sunl divers® rati» nes delectationis, ibi sunl diversæ virtute: earum moderalivæ : atqui delectationes icnercorum sunl diversæ rationis a delectationibus esculentorum. Ergo. *Probatur min.* Delectationes proporlionanlur operationibus quarum sunl perfectiones : atqui op rationes perlinentes ad usum ciborum quibus natura individui conservatur, ctoperationes perlinentes ad usum vencrcorum quibus conservatur natura speciei, sunt divci-·. generis. Ergo.

Exhiscolligcs materiam proximam castitatis esse ni itus interiores circa venerem; materiam remotam esse aclus externos, puta coitum, tactus, oscula, etc., officium ejus, hos aetu> tam internos quam externos vel comprimere, vel secundum normam rationis componere.

Ibid, a 3.ad 5.— *Dico*2°Triplex distinguit | castitas, conjugalis, vidualis ct vir-

Conjugalis est, quæ abstinet ? voluptatibus carnis illicitis et utitur moderate licitis in matrimonio; vidualis,quæ post solutum matrimonium abstinet in posterum ab illici lis el licilisin matrimonio; virginalis,quæ nunquam has voluptates experta, ab omnibus omnino lam licitis quam illici lis abstinet in perpetuum. Prima est in præceplo, secunda el tertia in consilio.

ibid. a.4. o. — *Dico* 3" Quamvis castitas ct pudicitia sæpc pro uno ct eodem sumantur,si tamen stricte loquamur, pudicitia non est castitas, sed specialis ejus circumstantia.

ibid. — Pro. *alur.* Pudicitia dicitur a pudore, in qii.i verecundia significatur : unde pudicitia est proprie circa illa de quibus homines maxiinc verecundantur, qualia sunt venerea, propter rebellionem membrorum genitalium et quasi absorptionem rationis; adeo ul concubitus ipse conjugalis, qui tamen honestate nuptiarum decoratur, verecundia non cai eat, et erubesccrcn t conjuges illum coram aliis exercere· Verecundatur autem homo, non solum de ipsoconcubi tu , sed etiam de quibusdam ejus signis, ut sunt aspectus impudici, oscula, tactus, etc. Et qtra hæc solent magis deprehendi, ideo pudicitia magis respicit hujusmodi exteriora signa ; castitas autem magis ipsam vcncream commixtionem : ergo pudicitia perlinet ad castitatem, ut ejus circumstantia specialis.

ARTICULUS II.

Dc virginitate.

In quo consistai et utrum sil licita ?

η. 152. α. 1. o. — *Nola* 1° Virginitas dicitor a *virore.* Sicut enim illud dicilur virens el in suo virore persistere, qui nimio calore noneot adustum : ita virginitas hoc importai quod persona cui inest, immunis sil a concupiscenti® adustione, quæ esse videtur in consummatione maxim® delectationis corporalis, qualis est Venereorum delectatio.

Nola 2° VirginMas sumitur dupliciter : 1°naturaliter, pro integritate membri genitalis in utroque sexu, qualem nascendo cx beneficio natur® habemus; 2° moralilcr, ct hoc iterum dupliciter, vel pro quodam statu aslilalis, ut explicabo modo, vel pro speciali virtute a castitate distincta, quæ delinitur juxta S. Aug. lib. de Virgin, cap. 13, *Incarne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio,* hoc est, propositum; vel communiter, *Firma voluntas perpetuo abstinendi ab omnibus delectationibus vencrcis,* quarum præcipuaeslin resolutione seminis, quia ad earn omnes alii aclus vcncrci, etiam ipse coitus, naturaliter ordinantur

Nola 3° Virginitatem naturaliter sumtam consistere in integritate carnis, *patd* ex rjus notione data. El hæc virginitas intclligilur in communi modo loquendi, juxta quem illæ pueli® dicuntur virgines, qu® hanc integritatem servant, quamvis aliunde sint pollutae. Hunc usum sequitur Ecclesia in virginum consecratione a qua non repelluntur variis modis voluntarie pollutæ, modo claustrum vnginalcintegrum senaverint. El dc virginitate hoc modo sumpta loquitur S. Aug. lib. 4 contra Julian. cap. 8, dum ip>um redarguit quod virginitatem el pudicitiam pro re eadem usurpet, et dicit virginitatem esse rem corporis, pudicitiam animi ; hanc posse permanere, illa violenter ablata. Vir initas sumpta pro quodam slalu castitatis duo importat : primum, quod persona non si voluntarie polluta ; secundum, quod sit in proposito sic se servandi nisi matrimonio jun atur. Et hoc modo pueli® nubiles caslæ, dicuntur virgines. Restat ergo solum didi cultas de virginitate prout est virlus. Pro quo

Ibid. — *Nola* 4° in actu vcnerco tria posse considerari : primum cx parte solius corporis, scilicet violatio signaculi virginalis; secundum ex parle corporis et animæ, scilicet ipsa resolutio seminis, delectationem sensibilem causans ; tertium ex parte solius animæ, scilicet consensus in hanc delectationem, aul propositum ad illam perveniendi. El quia virginitas consistit in his rebus removendis, quærilur quomodo ad illam se habent. Pro quo

Ibid, — *Dico* 1" Ad virginitatem moralilcr sumptam pro virtute, per accidens se habet integritas carnis; materialiter sc habet abstinentia a delectatione venerea ; formalitcr propositum perpetuo abstinendi a tali delectatione.

Ibid. — *Prima pars patet,* tum quia moralis actus non consideratur per sc, nisi secundum ea quæ sunt animæ, tum quia amissa integritate carnis potest remanere virginitas moralitcr ;sicnim casu autalilcr cilia omnem consensum, membri integritas con umperclur, non magis præjudicarcl virtuti virginitatis quam si corrumperetur manus aul pes.

Ibid, — *Patet diam secunda pars.* Quia sensibiles passiones sunl materia actuum el virtutum moralium. — Ibid. α. 3.o. et ad 1. — Verum quia per hoc quod cx proposito abstinet quis a delectatione venerea , conservat carnis integritatem, hæc ideo potest etiam dici e>se materiale virginitatis moraliler sumpl®.

IliiJ.ii. I o. — *Tertia tandem pars diam paid.* Quia ratio moralium*formaliler ct complcctiv e consistit in eo quod est rationis

bid. a. 2. o. — *Dico* 2° Virginitas pia, moralilcr sumpta pro voluntate perpetuo

abstinendi ab omni delectatione venerea , non est illicita.

Est contra Luthenum et ejus sequaces.

Ibid, ιη arg. s. c. — *Probatur 1°* auctoritate S. Scripturæ.Nihil illicitum recte caditsub consilio: atqui virginitas recte cadit sub consilio ; dicit enim Apost. 1 Cor.7 : *De 'virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Et postea ; *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem.* Præmiserat autem : *Volo,* hoc est opto, omnes *vos esse sicut me ipsum,* coelihem scilicet. Et iterum : *Dico non nuptis el viduis , bonum est illis sic permaneant, sicut elego.* Item palet ex cap. 19 Matth. ubi Christus approbat eos *qui se castraverunt,* hoc est, vencreis illecebris renuntiarunt, *Propter regnum caelorum.*

Ibid. o. — *Probatur 2° ratione.* Illud non est illicitum in humanis actibus quod est secundum rectam rationem : atqui pia virginitas est secundum redam rationem : ergo. *Probatur ani.* Pia virginitas abstinet ab omni delectatione venerea propter bonum animæ et ut liberius vacet contemplationi rerum divinarum : atqui hoc est secundum rectam rationem : ergo. *Probatur min.* Recta ratio exigit ut his quæ sunt ad finem utamur secundum eam mensuram quæ congruit fini : atqui bona corporis, qualis est dicta delectatio, sunt propter bonum animæ tanquam propter finem, sicut bona exteriora, v. g. divitiæ sunt propter bonum corporis tanquam propter finem ; el inter bona animæ, bona contemplativae vitæ sunt potiora bonis vitæ activae, juxta illud Luc. 10 : *Maria optimam partem elegit:* ergo est secundum rectam rationem quod hemo abstineat a voluptate corporea propter bonum animæ, ut liberius vacet contemplationi divinorum ; sicut foret secundum rectam rationem, si abstineret ab aliquibus rebus exterioribus possidendis propter bonum corporis.

Confirmatur exemplo Christi, B. Virginis el plurium sanctorum qui semper manserunt virgines.

Solvuntur objectiones·

Obj. 1° Omne quod conlrariatur præcepto logis naluræ est illicitum : atqui virginitas contrariatur præcepto legis naturæ : ergo. *Probatur min.* Sicut est præceptum legis naturæ ad conservationem individui, quod tangilur Genes. 2 : *De omni ligno quod est in paradiso comede;* ita etiam e?| præceptum legis naluræad conservationem speciei, quod ponitur Genes. 1 : *Crescite n multiplicamini, cl replete terram.* Ergasicut peccaret contra præceptum legis naturæ, qui abstineret ab omni cibo, utpoteiaciens contra bonum individui; jta etiam peccat contra præceptum legis naturæ, qui omnino abstinet abactu generationis, utpote faciens contra bonum speciei.

Responderipotest, hæc verba Genes.Cres* *cite,* etc., non esse praecipientis, sed benedicentis et beneficium (fecunditatis conferentis. *Sed dato* esse præceptum naturale de conservanda specie.

Ibid, ad *1.—R. N. min. Adprobationem, N. consequentiam.* Quia præceptum de conservanda specie respicit totam multitudinem : ad præcepla autem quæ respiciunt lotam multitudinem , non tenetur quilihel do tota multitudine; quia mulla sunlmulliludini necessaria, ad quæ adimplenda unus non sufficit. Sicut, v.g. in exercitu, quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant : quæ tamen omnia debita sunt multitudini ,sed per unum impleri non possunt. Cum itaque multitudini hominum non solum necessarium sit quod multiplicetur corporaliter, sed etiam quod spirilualiter proficiat, sufficienter providetur humanæ multitudini, si quidam carnali generationi operam dent,quidam vero, ab hac abstinentes, contemplationi divinorum vacent, ad totius humani generis pulchritudinem ctsalutem. At vero præceptum datum de comestione necesseest quod ab unoquoque impleatur, quia aliter individuum conservari non posset.

In ὁ. Dist. 37. q. 3. a. 2. ad 2.—PotCStaddi insuper. Etsi supponeretur hoc praeceptum esse datum singulis, quia tamen est affirmativum non obligat ad semper, sed tantum in casu necessitatis; nunc autem multiplicato sufficienlergencre humano elplurimis generationi vacantibus, nulla est necessitas : unde etiam in hac hypothesi, nullus in particulari teneretur nunc,vi istius præcepti, vacare actui generationis,sed posset laudabiliter abstinere ab il'o majoris boni gratia, exemplo, ut jam dixi , Christi, B. Virginis cl plurium sanctorum.

insl. Si omnes vellent manere virgines, mulus periret : ergo illicita est virginitas.

11. Λ. consequentiam.* 1° Quia secundum

ultimam solutionem, dato quod in necessitateurgeatpræceptum affirmativum matrimonii,non sequitur quod urgeat nunc quamdo nonest necessitas. 2» Quia pro absurdo haberi non debet quod mundus pereat,cum, etsi omnes nuberent, sit aliquando perituרus. 3” Cam mundus sitcrealus ad implcndum numerum electorum, si omnes permaneren'tvirgines, quales optat esse Apostolus supra citatus, possent existimare tunc esse completum numerum electorum et finem mundi adesse. Cæterum: *Noli metuere,* inquicbalS. Ilieron. Joviniano, *ne omnes virgines [iant ; diflicilis res est virginitas, ct ideo rara, quia difficilis.*

Obj. 2° Virginitas recedit a medio virtutis. Ergo. *Probatur ant.* ex philosopho, 2 Ethic, cap. 2, dicente : *Qui omni voluptate politur, neque ab una recedit, intemperatus est;qui autem omnes [ugilsicul agrestis, est insensibilis.* Ergo.

Hio ad 2.—*R. N. ant. Ad probationem* , dico quod, qui abstinet ah omni delectatione præter rectam rationem, delectationem quasi secundum se abhorrens, sil insensibilis sicut agrestis ; at virgo non abstinet ab omni delectatione, quasi eam secundum se abhorrens, sed a venerea tantum , et hoc quidem secundum rectam rationem, quia propter bonum animæ. Medium autem virtutis non secundum quantitatem, sed secundum rectam rationem determinatur. Unde de magnanimo dicitur, quod sit magnitudine extremus, medius tamen, quia est extremus eo modo quo oportet.

Obj. 3° Poena non debetur nisi vitio : atqui apud antiquos puniebantur secundum leges illi qui semper cœlibem vitam ducebant: unde Plato secundum S.Aug. lib. 4de Vera Relig. sacrificasse dicitur naluræ, ut perpetua ejus continentia tanquam peccatum aboleretur. Ergo.

R. D. min. Puniebantur illi qui semper cœlibem vitam ducebant ex aliquo motivo humano, *C.* ex motivo supernaturali, JY. Leges enim feruntur secundum ea quæ ut in pluribus accidunt ; hoc autem erat rarum apud antiquos, ut aliquis amore divinæ veritatis conlemplandæ, ab omni venerea delectatione abstineret, quod solus Plato legitur fecisse : unde non sacrificavit, quasi hoc peccatum reputaret, sed perversae opinioni civium cedens, ut ibidem S. Aug. dicit.

Insuper istæ leges, etiam attenta sola legenaturali,non erantjustæ, nequeetiam erant universales; nam Vestales ?pud Romanossurnmo honore habebantur, etquæ ex illiscorruptæ deprehendebantur extremo supplicio afficiebantur.

Obj. 4" cum Lulhcranis. Nemo potest scire an conlincnliæ donum habeat ; dicit enim Aposl. 1 Cor. 7 : *Qui non se continent nubant.* Ergo.

R. N. consequentiam. Ut enim quis proponat, imo el voveat servare perpetuo castitatem , non est necesse quod certo sciat se illius donum habere, sed sufficit quod sciat se id posse divina gratia’ adjutus; sicut ut quis fiat chrislianus, non est necesse quod certus sil se nunquam a fide recessurum, sed sullicit quod sciat sc ex divino auxilio posse in ea perseverare.

Quædam objiciuntur ex. SS. Ilieron. et Aug. quibus videntur agnoscere legem fuisse apud Judæos de matrimonio ineundo, et necessariam fuisse huic legi obedientiam.

R. Tirinus, in cap. 7 Deuteronomii, dicit S. Ilieron. non bene intellexisse hæc verba Exod. 23 el Deuteron. 7 : *Non erit apud te sterilis ulriusquc sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis* , quasi importarent legem, cum significent tantum benedictionem fecunditatis ; fecunditatis enim non est in potestate hominis, et brutorum greges non sunt præcepti capaces.

Sed verius fortasse atque decentius videtur dicendum tam S.Ilieron.quam S. Aug. usurpasse legem improprie, pro consuetudine quæ tunc vigebat apud Judæos, ut omnes nuberent propter spem procreandi Messi® ; ct similiter usurpasse obedientiam seu necessitatem respective ad hanc consuetudinem. Idquc eruitur 1°quia ipse S. Ilieron. lib. 1 contra Jovin. et Epist. 118, agnoscit Josue, Eliam , Elisæum ct Jcremiam permansisse virgines; 2° quia S. Aug. lib. de Virginii, cap. 4, expendens votum a Deipara nuncupatum, contrarium dunfaxat vocat moribus Judæorum : *Hoc* , inquit, *Israelilarum mores adhuc recusabant.* 3° Quia nemo nescit ulrumque S. doclorcm virginitatem summis laudibus extulisse.

Cæterum, *dato* fuisse in antiuur. iege praeceptum dc matrimonio, saltem nunc certo constat ex Christo, Matre ejus, S. Joanne Bapt.S. Joanne Evang. cl infinitis prope anis sauciis, atque ex Apostolo supra citato, hoc præceptum abolevisse in nova lege.

Alia argumenta require in supp.q. 41 art. 2, ubi disputatur an matrimonium cadat sub præcepto.

ARTICULUS HI.

Utrum virginitas sil virtus specialis?

Q.152. a. 3. o. — *Dico.* Virginitas est virtus specialis a castitate distincta.

Quod sil virtus *patet,* quia disponit hominem secundum rectam rationem, ut articulo præccdenli dictum est.

Ibid.—Quod sil specialis virtus a castitate communi distincta *probatur.* Ubi est specialis ratio boni, habcnsspecialem excellentiam, ibi invenitur specialis ratio virtutis, *sicut patet* in magnificentia, quæ est circa magnos sumplus ; et ex hoc est specialis virtus distincta a liberalitate quæ communiter se habet circa communem usum pccuniæ ; atqui se servare immunem ab experimento venere® delectationis, habet specialem rationem boni et quamdam excellentiam laudis, supra hocquod eslseconservareimmunem ab inordinatione venereæ delectationis, quod respicit castitas communis :crgo virginitas est quædam specialis vir* ushabens sc ad castitatem sicut magnificentia ad liberalitalcm.

Solvuntur objectiones»

Obj. t° Nulla virtus inest nobis a natura ; atqui virginitas inest nobis a natura. Ergo.

Ibid, ad 1.—*R. D. min.* Virginitas quoad suum materiale inest nobis a natura, *C.* quoad suum formale, *N.* Sic enim includit propositum integritatem naturalem perpetuo servandi, quod non est nobis a natura.

Obj. 2° Qui habet unam virtutem habet omnes, scd aliqui habent alias virtutes el non habent virginitatem, *ut patet* in conjugalis. Ergo.

Ibid. ad 2.—*R D. mai.* Qui habet unam virtutem habet omnes quoad formale, *C.* quoad materiale. *N. Et ad hunc sensum distincta min. N. consequentiam.* Etenim ipsi conjugali debem habere in præparatione animi propositum prædiclæ integritatis servandæ si hoc ipsis competeret : sicut pauper qui non habet materiam magniiiccntiæ, potest tamen iu præparatione animi habere propositum magnificos sumptus faciendi, si sibi com| eterel ; similiter qui est in prospelitate, habet in præparationeanimipropoSilum adversa aequanimiter tolerandi : cl j sine hac praeparatione animi, nemo poHt esse virtuosos.

1. 2. q. 65. 0.1. nd 1. — Quando autem dicitur virtutes esse connexas, inlelligitur vel actu vel in proxima dispositione quali* est dicta praeparatio animi ; illud enim Inhere dicimur, quod in promptu est ut In beamus,secundum illud philosophi,2 Plm. *Quodparum deest, quasi nihildecsscvidelui*

Obj. 3° Omnis virtus restituitur perpunilenliam : atqui virginitas non resliluitu. per poenitentiam : unde S. Hieron. dicilad Eustochium : *Cum codera, Deus post',^on potest virginitatem post ruine reparari*

Hic q. 152. a ... nd 3. — *R. D. maj.* Omnis virtus quantum ad suum formale restituitur per poenitentiam, *C. maj.* quantum ad su_m materiale, *N.* Non enim si quis magnificus consumpserit divitias suas, per poenitentiam peccati restituuntur eidiviliæ. similiter qui virginitatem peccando amisit, non recuperat per poenitentiam virginitatis materiam, scilicet integritatem carnis, sed recuperat virginitatis propositum, si reda ratio id ab eo postularet.

Ibid.—Porro circa materiam virginitatis est aliquid quod miraculose reparari potest, scilicet, integritas membri quam diximus accidenlaliter se habere ad virginitatem. Aliud autem est quod nec miraculose reparari potest, ut scilicet quod qui experluscst voluptatem venerean , fiat non expertus. Non enim Deus potest facere ut ca quæ facta sunt, non sint facta, quoniam ad praeteritum non est potentia, utdicitur 1 p. q. 25,art.4.

Inst. Atqui virginitas non potest réparai i etiam quantum ad suum formale : ergo. Pro*baturant.* Formale virginitatis est propositum servandæ integritatis ; atqui hoc propositum , amissa semel integritate, est impossibile ; non enim potest conservari quando non potest recuperari. Ergo,

R. N. subsumphim. Ad probationem , D. min. Amissa integritate, etc. propositum cam servandi absolute est impossibile, *C.* servandi condilionate, *N.* Igitur reparatio virtutum inlelligcnda est sicut connexio carum, ct proplerca, inquit Cajetanus, sicut decrepitus potest esse foriis, cl pauper magnilicus, ita corrupta persona potest esse virgo quoad formale, sed (amen cum aliqua differentia: aliter enim formale virtutisdeterminat materiam suam quando est, clali-

terquando abest. Quando adest, determinat nAsolule; Sic cum adsunt multæ pecunia?, magnificus eas determinat absolute ; dum absunt, determinatcondilionate tantum cl in præparatione animi; el sicut ideo salvatur in paupere virtus magniiiccntiæ saltem in proxima dispositione, ut dixi supra, sic in corrupta seu conjugata salvatur virginitas formalitcr in proposito servandae integritatis, si adesset. Et lioc sufficit.

Neque tamen inferas corruptam pœnitentcmaul conjugatam, essedenominandam virginem. Denominatio enim absoluta desumitur ab habitu actu inhærenle et materiam absolute determinante ; sic pauper non denominatur magnificus, neque is cui omnia arrident, vir patiens. Adqequod denominatio virginitatis denotet integritatem carnis.

Obj.4° Nulla virtus perditur sine peccato, sed virginitas perditur sine peccato, nempe per matrimonium. Ergo.

Ibid, ad 4.—*Respondet* S.Thom. hic, quod virginitas secundum quod est virtus, importat propositum volo firmatum integritatis perpetuo servandæ, unde nunquam amittitur nisi per peccatum. Ex quo infert Cajetanus hic, virginitatem juxta S. Doctorem , non esse virtutem specialem a castitate distinctam, nisi sit volo firmata ; et S. Th. hic retractasse quodjunior dixerat in 4 loco mox citando.

Alii voro, ut Paludanus, in 4, d. 33, q. 2, art. 1, conclusione 1; Dominicus Solo, in 4, d. 49, q.5, art. 2; Sylvester, v. *Virginitas,* q. 1, quos sequilur Sylvius hic, volunt virginitatem etiam sine volo esse specialem virtutem a castitate distinctam. 1° Quia sic considerata, habet specialem rationem boni, specialem excellentiam supra castitatem, spccialcmquc difficultatem. 2' Quia habet specialem peccatum sibi oppositum, nempe stuprum simplex, quod nulli alteri virtuti opponitui prælerquam virginitati etiam sine volo.

d S. Th. respondent, cum sic loqui de virginitate, secundum gradum perfectum et prout communiter colitur ; siquidem inquiunt, S. Doctor in 4, disl.33, q. 3, art. 2, ad 4, apertius dicat, quod *completa ratio virginitatis, prout eslvirlus*, sil in illis qui habent propositum custodiendi integritatem usque ad finem, *sive sine voto, sive cum voto.* El ibidem, dist. 49, q. 5, ari. 3, *illis* tantum *virginibus aureolam deberi, qua> propositum Imbuerunt rh ginilatem perpe·tuo serrandi, sive hoc propositum voto firmoverint, sive non.*

Juxta quam sententiam, *ad argumentum respondendum est : D. majorem.* Nulla virtus, quantum ad suum formale, perditur sine peccato, *C.* quantum ad suum materiale, *N. Similiter ad minorem.* Virginitas, quantum ad suum materiale, perditur sine peccato per matrimonium, *C.* quantum ad suum normale, *N.* Nam el ipsi conjugati habere debent propositum sonandi integritatem, si recta ratio id exigeret, a quo si recedant, peccant.

Obj. 6° Virginitas condividitur viduitati et pudiciliæ conjugali : atqui neque viduitas, neque pudicitia conjugalis sunt virtutes distinct® a castitate communi : ergo nec virginitas.

Ibid, ad 5. — R. *N. consequentiam.* Disparités est, quod castitas conjugalis in hoc solo habet laudem, quod abstinet illicitis voluptatibus, unde non habet excellentiam supra communem castitatem. Viduitas autem addit quidem aliquid supra castitatem communem, non tamen pervenit ad i l quod perfectum est in illa materia , scilicet ad omnimodam immutationem venere® voluptatis, sed sola virginitas. Et ideo sola virginitas ponitur virtus specialis supra castitatem) sicut, proportione servata, magnificentia supra liberalitalem.

Insl. Vidua majorem patitur difficultatem in abstinendo quam virgo, propter rememorationem delectationis : atqui tamen non est ideo virtus specialis : ergo nec virginitas.

In 4. d. 49. q. 5. n. 3. nd *1.* — 7?. *D. maj.* Vidua patitur majorem difficultatem secundum quid, *C.* simpliciter, *N.* Quamviscnim, propter rememorationem delectationis, vidua patiatur in abstinendo difficultatem quam non patitur virgo, majorem tamen sustinet virgo in continendo difficultatem ex aliis capitibus. 1° Enim virginibus concupiscentiam inflammat experiendi desiderium, quod cx quadam quasi curiositate procedit. 2° Eis concupiscentiam auget æstimalio majoris delectationis quam sit secundum veritatem, et inconsidérélio incommodorum quæ huic delectationi conjunguntur. Insuper, ut dixi, viduitas non attingit ad id quod perfectum est in illa materia.

ARTICULUS IV.

Utrum virginitas sit excellentior matrimonio ?

Nota. Sensus quæstionis non est, utrum integritas carnis sit excellentior usu aut contractu matrimoniali præcise; hæc enim quæstio magis est physica quam moralis; sed, comparando statum virginitatis (sub quo intellige coelibatum) cum statu matrimonii, prout hi status diversas vivendi formas continent, sit ille isto excellentior? Pro quo.

Hic q. 152. a 4.0. — *Dico.* Virginitas est excellentior et melior matrimonio.

Hanc conclusionem negavit olim Jovinianus, cui cum neque nupsisset, neque nubere vellet, propter molestias conjugales, contendebat tamen, non plus esse meriti servare castitatem quam uti matrimonio : contra cujus errorem scripsit S. Hieronymus, et quem concilio coactodamnavit Siricius papa apud S. Ambros. Epist. 80. ubi sic loquitur pontifex : « Nos sane » nuptias non aspernantes, accipimusqui- » bus velamine intersumus; sed virginum » nuptias Deo devolas majore honorii- » centia veneramur. » El immediate subjungit : « Facto presbyterio (*id est concilio presbyterorum),* omnium nostrum » tam presbyterorum et diaconorum, quam » totius etiam cleri, una fuit sententia, ut » Jovinianus, Auxentius, Genialis, etc., » qui auctores novæ hæresis et blasphe- » miæ inventi sunt, divina sententia el » nostro judicio in perpetuum damnati » extra Ecclesiam remanerent. » Quam condemnationem laudantes S. Ambrosius et cum eo congregati episcopi, Epist.81, inter plura sic loquuntur : « Jure laudatur bona » uxor, sed melius pia virgo præfertur, di- » cente Apostolo: *Qui jungit virginem suam* p *bene facit, et quinon jungit melius facit...* » Bonum conjugium per quod est inventa posteritas successionis humanæ, sed » melior virginitas per quam regni cœles- » tis hæredilas acquisita. »

Recentes hæretici, antiquis pejores, scripserunt virginitatem non solum non esse matrimonio præstantiorem, sed esse superstitionem impiam , si assumatur in cultum el obsequium Dei; el licet assumptam ob hujus vit® utilitatem et majorem evangelici ministerii facilitatem. non esse malam, stultum tamen essi»se *t;* illam adstringere, nisi quis certus Sin habere donum continentiae. Ita Lutheru·, in Epithalamio, et Calvinus, lib. 4 Institut cap. 17, !8eU9,quosanathematisubjecit conci!. Trident, sess. 24, can. 10, li» verbis: « Si quis dixerit statum conjuga- » lem anteponendum esse statui virgini- » tatis, vel cœlibatus, et non esse meliusa· » beatius manere in virginitateaulcœlibalu » quam jungi matrimonio, analhemasit. »

Ibid. — Itaque conclusio perlinet ad fidem, el prater laudata decreta, probatur l<»exemp!o Christi qui virginitatem servavi! et virginem matrem elegit, quorum exemplasecutisuntpropeinfinitiutriusqueseius

Ibid. — PrôôaZur2°auctüritate,raiioDe-etexemplo Apostoli, I Corinth.7, ubidicit: *De virginibus autem præceplum Domini non habeo, consilium autem do tanquan misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis.... qui sine uxore est, sollicitus ml quæ Domini sunt quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus estqus sunt mundi, quomodoplaceat uxori, etdivisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corporeel spiritu; quæ autem nupta est cogitat qui sunt mundi, quomodo placeat viro... Igitur* ct *qui matrimonio jungit virginem suam benefacit, ct qui non jungi! melius facit... Beatior autem erit si sic permanserit seeundum meam consilium, puto autem quod ct ego spiulum Ih i habeam.* Quibus verbis Apostolus non solum sua auctoritate et exemplo, sed et ratione probat præstantiam virginitatis supra matrimonium, nimirum quod virginitas liberat a vinculis et curis sæculi, præbetque facultatem perfecte Deo serviendi,quod non præstat matrimonium implicans variis sollicitudinibus, scilicet, ut alter alteri placeat, ut psi cum sua familia honorate inter suos amicos vivant, ut proles decenter educent, ut amplam hæreditalem ipsis relinquant, et alia plura varia quibus videmus passim sic occupari conjuges, ut vix dimidiam horam in die, imo quandoque in hebdomada Deo et saluti suæ consecrent.

His auctoritatibus accedit unanimis Patrum consensus. Pro quo vide SS. Aug. Hieron. Cyprian. Ambros. Basihum, etc.

Ibid. — *Probatur* 3° *ratione.* Bonum animai est potius bono corporis, ct bonum vi·

tæ contemplativæ, bono vitae activae: atqui pia virginitas ordinatur ad bonum animae , secundum vitam contemplativam, quod csl cogitare ea quæ sunt Dei ; conjugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est corporalis multiplicatio genens humani, et)crtinel ad vitam activam qua vir ct mu- ier, in matrimonio viventes, ncccsse habent cogitare quæ sunt mundi , ut dicit Apost. citatus. Ergo.

Confirmatur. Matrimonium secundum se, convenit homini secundum pariem inferiorem qua similis est brutis; virginitas autem formaliter sumpta, convenit homini secundum rationem qua similis est angelis. Ergo.

2.152. a. tj. o.—*Dico* 2° Quamvis virginitas sit maxima virtutum inter species castitatis, præcellil enim conjugali ct viduali, non est tamen maxima virtutum simpliciter; illi enim præcellunt virtutes thcologicæ et virtus religionis, quæ versantur immediate circa Deum aut res divinas; item virtus fortitudinis martyrum qui, ut inhæreant Deo, vitam postponunt ; item virtus religiosorum qui in eumdem finem postponunt propriam voluntatem el omnia quæ possunt habere, cum virgines ad hoc postponant tantum venercam voluptatem. Ergo.

Dices i°conlra primam conclusionem. S. Aug. de Bono Conjug., cap. 21, dicit. « Sicut d non est impar patientiae meritum in Petro d qui passus est cl in Joanne qui passus non » est,sic non est impar meritum continentiae » in Joanne qui nullas expertus est nuptias i) el in Abraham qui filios generavit : » atqui majoris virtutis majus est meritum : ergo virginitas non est potior virtus quam castitas conjugalis.

ibid. η. 4. ad 1.— *R. D. min.* Majoris virtutis majus est meritum, cæteris paribus, C. exteris impari bus, *N. Explicatur.* Itaque is qui virtutis majoris opus exercet ex majori affectu erga Deum, majus habet meritum quam qui virtutem minorem exercet ex minori affectu erga Deum; sed qui minorem virtutem exercet æquali ac prior allectu in Deum, paratus majorem virtutem exercere si sibi conveniret, æquale meritum habet quoad præmium essentiale, quia tale meritum non solum pensatur cx genere actus, sed rnagisex animooperantis. Habuit autem Abraham animum sic dispositum, ut paratus esset virginitatem servare si esset tempori congruum, ex quo meritum continentia conjugalis in ipsoæquatur merito continentia virginalis in Joanne, respectu praemii essentialis, non autem accidentalis quod dicitur aureola : sicut Christus, *qui venit manducans el bibens, non* habuit minorem abstinentis virtutem quam Joannes Baptista, *qui venit neque manducans neque bibens.* Unde subjungit S. Aug. ibidem, «quod » Joannis cœlibatus et Abrahæ connubium » pro temporum distributione Christo mi- » litarunt, sed continentiam Joannes etiam » in opere, Abraham vero in solo habitu *n* habebat. »

Dices 2° Bonum commune potius est bono privato:atqui conjugium ordinatur ad bonum commune, virginitas autem ordinatur ad bonum privatum tantum. Ergo.

***R.** in D.maj,* Bonum commune est potius bono privato ejusdem ordinis, C. superioris ordinis, *N.* Conjugium autem ordinatur ad bonum commune corporale, scilicet multiplicationem corporalem generis humani, ct virginitas ab bonum privatum , sed spirituale , ideoque superioris ordinis. Unde .V. *consequentiam.*

Ibid. a. 3. — *R.* 2° *N. minorem pro seeunda parte.* Non enim virginitas ordinatur tantum ad bonum privatum, sed etiam ad bonum totius Ecclesiæ, partim quia virgines expeditæ a curis sæculi, sunt in statu perfectius vacandi Deo el ipsum precandi pro se et pro aliis; partim quia frequentia earum bona opera, tam vi cliai itatis quam earum intentionis, fiunt communia membris ejusdem corporis; partim tandem quia decor qui in cis splendet, exornat Ecclesiam cujus sunt illustrior portio.

Dices 3° Matrimonium est sacramentum conferens gratiam, non virginitas. Ergo.

R. N. consequentiam. 1° Quia non instituitur hic comparatio inter matrimonium ut sacramentum ct virginitatem, sed inter statum matrimonii ct statum virginitatis, ut dixi supra. 2° Quia gratia sacramenti compensatur percopiosiorem gratiam quam consequuntur virgines, offerendo suam virginitatem Deo, divinisque frequentius el devotius vacando.

ARTICULUS V.

Quibus modis amittatur virginitas , el utrum amissa possit recuperari?

Dico 1u Mrgiuitas naturalis amittitur ir-

reparabiliter in viro per copulam, in muliere per reserationem claustri virginalis, sive hæc reseratio fiat per copulam voluntariam, vel involuntariam sive per aliam turpitudinem.

Palet, quia virginitas naturalis consistit, it dixi, in integritate membri genitalis, quæ reparabiliter violatur per copulam aut vectationem claustri, sic, ul puella sic corii pta non sil amplius materia stupri, nec in >u communi denominetur amplius virgo.

In 4. d. 33. q. 3. α. 1. ad 4. — *ÜÎCO* 2" Virginitas moraliter sumpta pro virtute, amittitur non solum per pollutionem voluntariam aul consensum in delectationem carnalem, sed per simplicem consensum in rem venerеam, etiam seclusa pollutione aut delectatione, ut si quis simpliciter proponeret nubere, aul fornicari, aul tangere impudice. Quia tunc delicii a proposito perpetuo abstinendi ab omni re venerea, in quo sila est virginitatis virtus.

Ibid.—Dico 3° Virginitas amissa persimplicem consensum in rem venerеam potest reparari, amissa per pollutionem non potest.

Ibid.—Dolio *est,* quia in primo casu perit tantum id quod est formale in virginitate, scilicet propositum, remanente materiali ; in secundo autem perit irreparabiliter quod est materiale,scilicet incorruptio seu immunitas ab omni experimento delectationis venereæ quæ esi in resolutione seminis : atqui polesl iterum assumi propositum servandi incorruplioiiem quæ permanet, non polesl autem si perierit nisi, ut dixi a. 3, in præparalione animi ; quia electio servandi ineorruplionem quam quis nunquam amisit, non exigit quod nunquam contrariam electionem habuerit, sed quod nunquam habuerit contrariam corruptionem.

Dico-'r} Vei ius videtur virginitatem amissam per actus libidinosos, ut sunt copula , tactus, aspectus turpes, etc Eliam non secuta pollutione, non posse /rparari, saltem in iis qui attenta ælalc sunt capaces seminationis.

Quia, feel de facto non habeatur delectatio quæ est in resolutione seminis, cujusimmunilas est præcipua materia virginitatis , est omnino per accidens, cum actus ex naturasua cl ex intentione agentis eo tendant ; judicium autem in moralibus fertur de iis quæsunl per se ct non per accidens. El sane, mirum esset cum qui per solarnldelectadonem morosam pollutionem sibi semel procuraret, amittere irreparabiliter virginitatem quam non amitteret irreparabiliterqui sodomitice centies foedaretur absque pollutione, cl hunc habere aureolam qua privaretur alter.

Dixi, *saltem in iis qui attenta (elate* «uni *capaces seminationis.* Quia S. Th. loco citato, videtur excipere impuberes seminationis incapaces, his verbis: —Ibid.— «Si » luxuria contra naturam tempus perfecta» » ælatis præveniat, cum non adsit seminis » decisio, cl per consequens nec delectatio » completa mentem suffocans, non amilli» lur virginitas quantum ad id quod est ma· » teriale in ipsa.» Advertit autem Cajetanus hic in tine, sexum fœmineumesse capacem seminationis ante pubertatis annos, etiam in sexto ælatis anno ct supra ; unde mulieres longe citius possunt irreparabiliter amittere virginitatem quam viri.

Ne tamen ex hac exceptione certo *inferas,* viros seminare impotentes ex infirmitate, non etiam amillercirrcparabilitcr virginitatem peractus libidinosos. Quia , ut subdit laudatus Cajetanus ibidem, differt puera viro per infirmitatem impotente, quod puer est per se impotens, vir autem infirmus per accidens impotens, ct propterea puero per se dcesl materia stupri, viro autem per accidens : ac per hoc puer remanet virgo per se ex parle maleriæ et corporis ; vir autem remanet ex parte corporis per accidens virgo. El propterea non estdubium quin pueri | virginitas sit reparabilis per poenitentiam; sedansit etiam reparabilis sic perdita infirmi viri virginitas, non facile dixerim ; trahitur forte id quod est per accidens ad id quod est perse. IlaCajel.

Dice 5° Virginilasamissa persolam delectationem morosam, etiam accedente consensu in opus, probabiliter potest reparari, nisi sit talis delectatio, ut ex ea nata sit sequi pollutio.

Primam partem cnlliqo ex praecedenti doctrina Auctoris, quia posita sola delectatione etiam cum consensu in opus, remanet adhucquod est materiale in virginitate, nempe immunitas a delectatione quæ est in decisione seminis, in quaS. Doctor reponit pr®cipue materiale virginitatis, cl ideo docet, ut dixi, pueros antequam sint seminationis capaces, per actus impudicos non amittere virginitatem quantum ad materiale.

Necobstal virginitatem importare cliam propositum abstinendi a similibus delecta» lionibus morosis, quia id importat tantum secundario ct lanquam materiam minus principalem, cum, ul dictum est, præcipua delectatio sit in resolutione seminis, ad quam aliæ delectationes cl actus lubidinosi per se ordinantur, ct qua obtenta quiescit passio. Quapropter ex instantia bene probatur revera amitti virginitatem per delectationem morosam, non tamen irreparabiliter, quia remanet ejus materiale principale

Secunda pars eadem probabilitate gaudet ac præcedens conclusio; si enim talis sit delectatio, ut ex ea nata sit sequi pollutio, quamvis de facto non sequatur, videtur esse de ea eodem modo ratiocinandum ac de actibus libidinosis ex quibus per accidens non sequitur pollutio, licet ex iis nata sil sequi.

Petes utrum violata aut polluta in somno, ebrietate, amentia, aut per vim, amittat virginitatem moralem?

ibid. a. 6et7.—*R.* Si violatio aul pollutio fuerit perfecte voluntaria in causa, tollit irreparabiliter virginitatem, ut si mulier hac intentione iret dormitum aul se inebriaret ul cognosceretur a viro. Si ai.ie ct post displiceat, nullatenus tollit.

Si vero cum sit involuntaria in causa, post factum tamen placeat, tollit quidem virginitatem, sed reparabiliter per poenitentiam, quia approbatio illa subsequens non facit actum praeteritum esse voluntarium; nec de facto inducit, ul suppono, corruptionem cujus immunitas est materiale virginitatis-

Ibid, ad 6. — Qui tamen violenter corruptam duceret, iiercL irregularis defectu significationis; quia in significationibus sacramentorum magis attenditur quod exterius geritur quam quod interius ; cl pnecipue si per vim violata fuerit sui compos, quia cum propter delectationem nimiam ratio in illo actu suflbcctur, difficillimum est tali delectationi dissentire in statu illo, ct ideo præsumptio videtur esse quod consenserit.

DISSERTATIO V.

DE LUXURIA.

I). Th. QuæSt. 153.

Lutulentum hoc cœnum, mortiferum spirans fictorem, ingressurus, Christiane | lector, ora mecum : *Ure igne sancti Spiritus renes nostros ct cor nostrum, Domine, Ul libi rasio corpore serviamus et mundo corde placeamus, per Christum, Virginem, Virginis Filium cl virginum Sponsum. Arnen.*

ARTICULUS I.

Ltrum luxuria sit ex genere suo peccatum mortale ?

Q. 153. a. 1. o.ctad 1. — *Nola.* Luxuria dicitur a luxando, seu solvendo animum, et cum nihil magis luxet animum, seu, ut dicit S. Aug. 1 Soliloq. cap. 10, nihil tam ex arce dejiciat animum virilem quam delectatio venerea, ideo luxuria proprie significat excessum seu superfluitatem in delectatione venerea. Secundario autem cl minus proprie translatum est hoc nomen ad significandum omnem excessum non solum in rebus ad hominem perlinentibus, ul in cibo, potu, vestitu, ædibus, hortis, etc. sed etiam in rebus creaturas irrationales spectantibus ; sic agni cl hædi lascivientes, arbores copiosiores ramos emittentes, agri nimium feraces, luxuriari dicuntur.

Ibid, ad 3. — Similiter *libido,* quamvis generaliter significet omnem vitiosum libitum, seu cupiditatem animi, specialiter tamen , ex communi usu loquendi, significat cupiditatem delectationis vcnercæ.

Luxuria itaque definiri potest, *appetitus inordinatus delectationis vcnercæ.* Delectatio venerea autem est quæ consurgit ex commotione vel alleratione partis inferioris ob motum spirituum generatione servientium, qualis percipitur in ipsa poilutione aut copula. Dicitur venerea, quia naturaliter ordinatur ad promovendam generationem, cui deam Venerem præsidem faciebat insaniens et impia gentilitas.

Ibid. α. 3. o.— *Dico.* Luxuria est ex genetc suo peccatum mortale.

Ibid, in nrg. s. c.—*Probatur* 1° ex Λpost (ialat. 5, ubi inter opera quæ excludunt a regno Dei, enumerat luxuriam.

Ibid, o.—*Probatur* 2° *ratione.* De ratione luxuriæest, ul ordinem ct motum rationis excedat circa venerea: atqui talis excessus est ex genere suo mortalis: ergo. *Probatur min.* Quanto aliquid est magis necessarium, tanto magis oportet ut circa illud rationis ordo servetur ; et per consequens graviter v iliosum est si ordo rationis piælcrmitlalur :

atqui usus venereorum est valde necessarius ad bonum commune, quod est conservatio generis humani, sicut cibus necessarius est ad conservationem individui : ergo excessus circa venerea prælcr id quod requirit ordo rationis, est mortalis ulpote in re gravi.

Dices 1° Praecipuus actus veneretis est emissio seminis; atqui (alis emissio non est peccatum : ergo. *Probatur inin.* Semen est superfluum alimenti : atqui in emissione aliarum superfluitatum non est peccatum. Ergo.

Ibid, nd *1.— R. N. Àd probationem, D. maj.* Semen est superfluum alimenti quo indigetur ad conservationem speciei, *C.* quo non indigetur, *N.* Aliæ autem superfluitates humani corporis sunt quibus non indigetur, ct ideo non refert qualitcrcumqueamittanlur, salva decentia actus humani : unde est disparitas ab emissione seminis quæ taliter debet fieri, ut conveniat fini ad quem eo indigetur.

Inferes. Ergo saltem in his in quibus semen non est prolificum, ut sunt eunuchi, frigidi, mulieres quæ non patiuntur amplius menstruum , hujus emissio non erit peccatum.

Λ. *N. illationem.* Quia non cessat lex ex eo quod cesset finis legis inadæquale et circa quosdam particulares tantum, seu, ut dicit Cajetanus hic, quia id est per accidens. Praecepta autem moralia attendunt ad id quod secundum naturam est, et non ad id quod per accidens in illa complexione vel ælate invenitur. Per se autem semen a natura ordinatum est ad prolis generationem, alioquin semen non esset : ct ideo circa seminationem quamlibet communia praecepta quæ maxime a fine qui est generatio sumuntur, servanda sunt, quantumcumque per accidens tunc generatio sequi non possit. Falsissima est ergo et destructiva moralis Christianae consequentia allata. Ita doctiss. cardinalis.

Dires 2° Quilibet potest licite uti, ut libet, eo quod suum est. atqui in actu venero non utitur nisi eo quod suum est, nisi forte in adulterio, aut raplu. Ergo.

Ibid, «d 2.—Λ. *D. maj.* Quilibet potest licite uti, ut libet, eo quod suum est pleno jure, *C.* eo quod suum est non pleno jure, Λ'· *Et ad hunc sensum distincta min.* A'. *consequentiam.* Igitur homo non habet plenum jus in corpus suum, quasi de eu, ul libet, possit uti; solus Deus est absolute Dominus sicut vitae, ita et corporis ; præscribit autem homini rationem sui dominii in proprium corpus in ordine ad debitum finem, el illi concessit usum non quemlibi sed decentem, ut ipsa ratio naturalis dictat: facit ergo injuriam Deo, qui inordinate utitur coi porc suo per luxuriam.

Nota. Hoc peccatum fieri veniale ex io· deliberatione actus, ut accidit in omnibus aliis peccatis, nullus dubitat : sed utrum possit esse veniale ex lex itate materiæ, controversia est inter theologos, quos tamen puto convenire in re, exceptis pauc <,et differre tantum penes modum dicendi. Sit itaque.

ARTICULUS II.

Utrum in peccato luxuria) detur levitas materia)?

Nota 1°hicesse distinguendum inter materiam sensualitatis et materiam luxuriæ, seu veneream. Materia sensualitatis est delectatio orta ex proportione objecti sensibilis ad sensum, visibilis nempe ad visum, audibilis ad auditum, gustabitis ad gustum, tangibilis ad tactum, etc. ut tangere rem mollem, lenem, etc. audire vocem sonoram, videre pulchrum objectum, gustare cibum sapidum, etc. Materia venerea est, ut dixi, delectatio orta ex commotione spirituum generationi deservientium.

De delectatione sensualitatis, quæ etiam dicitur organica, non videturdiflicul(as;pn) certo enim habeo, saltem speculative, admittendam in ea levitatem materiæ, atque deea imprasentiarum dicendum quod dixi supra degula, conclusione prima et secunda, eam nimirum propter se quaesitam, non excedere culpam venialem, quia est tantum inordinatio rei secundum se indifferentis. Unde, sicut qui audit vocem sonoram, qui gustat cibum sapidum, praecise propter delectationem organicam seu sensualem inde exortam, non peccat nisi vcnialiter : ita non peccat nisi vcnialiter, qui aspicit pulchram mulierem, aut tangit ejus manum seu iaciein, praecise propter delectationem mere organicam seu sensualem, consistentem, ut jam dixi, in quadam proportione etconformitate rei visæ vel tactae cum organo visus vel tactus; ita ut non sit aliud quam delectati'» dere pulchra quæ videtur, aut de rc blanda, mulli, tenera quæ tangitur, absque

alia eujuscumque rei turpis delectatione. Ita consents. Antonius, Navar. Sanchez, Lessius, Gabriel, Molanus, Asorius, AGraffiis, Fillucius, quos citat ct sequitur Sylvius hic art. 4, conclus. 4; item Wiggerius, Comitolus, Colvenorius, Vincenlius Baronins, l oth. Boudart, quos citai et sequitur Henno in 6 præcep. Decalog. q. 9. art. 1, concl. 2, et, ut puto, communiter contra Cajetanum : imo et videtur S. Thomæ qui hic, art. 4, non agnoscit oscula libidinosa, nisi ea quæ fiunt ob delectationem peccati mortalis, ut fornicationis. De hac materia redibit sermo infra dum dc impudicitia tactus, etc.

Cætorum, quia a delectatione sensuali ad vencream, maxime in sensu tactus aut visus, facilis est progressus, consultum est omnibus castitatem amantibus, hic delectationibus organicis non immorari.

Quæslio itaque restat dc commotione seu delectatione venerea utrum plene voluntaria, seu volita, quæcumqucsit,etiam levis, semper sit peccatum mortale? Potest autem esse volita vel directe in se, vel indirecte in causa tantum. Ilis positis.

Dico 1° In re venerea directe in se volita et intenta non datur parvitas materiæ, excusans a peccato mortali.

Est communis contra Caramuclem el admodum paucosalios ; plurcs enim qui videntur sentire oppositum, intelligcndi sunt dc re venerea indirecte tantum volita, ad sensum sequentis conclusionis.

Quidam conclusionem probant ex hoc quod quæcumque carnis commotio etiam levis sit inchoata pollutio, proindeque matera gravis. Verum incertum est istud fundamentum cl a mullis negatur, nec nobis probatur. Insuper plus probat quam intendant isti auctores. Pro quo.

Nota : commotionem carnalem quandoque esse gravem, quandoque levem saltem physico, ct inter actiones ex quibus causari solet, quasdam esse remote influentes in illam, quasdam proxime; item quasdam esse quæ remote cl per accidens influunt in gravem, perso autem ct proxime in levem : v. R. simplex osculum oris ad os, aspectus fixus et morosus pulchræ mulieris in faciem, tactu^ levis cl transitorius superioris partis mamillarum cl similia, meo judicio, influunt per sect proxime in levem commotionem, remote ct per accidens in gravem, quia, licet nen habeant c.xse vim sufficientem ad commovendam graviter naturam, habent tamen ad commovendam leviter. Igitur si quæcumque levis commotio sil inchoata pollutio, Ideoque materia gravis, sequitur quod actiones præfatæ quæ Der se el proxime influunt in cam, sint peccata mortalia, quia non alia ratione tactus impudicus, v. g. est peccatum mortale, nisi quia per se proxime influit in commotionem carnis; cl tamen hanc sequelam negant isti auctores, qui passim docent tales aspectus, aut oscula, aut tactus, ex joco, levitate, aut simili causa factos non esse peccata mortalia. Hac ergo probatione omissa, melius.

Probatur conclusio cx periculo ulterioris ct turpioris consensus, qui inseparabiliter annectitur consensui directo in levem delectationem. Cum enim natura cx sua corruptione sil maxime fragilis in hac materia, atque tota proclivis in has delectationes, et insuper bæcindocilis passio, semel voluntarie admissa, mentem excæcet ct tanta vi voluntatem rapiat, ut illi figere terminos sit difficillimum, ne dicam impossibile, vix aut ne vix fieri potest quod quis directe consentiat delectationi carnali in se, quin sil periculum proximum in aliquid ulterius el turpius consentiendi : atqui id quod dc se foret veniale fit mortale ratione periculi proximi incidendi in mortale. Ergo.

Confirmatur cx damnatione hujus propositionis ab Alexandro VII : *Est probabilis opinio quot dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem quæ cx osculo oritur, secluso periculo ulterioris consensus ct pollutionis.* Atqui si in re venerea directe in se volita daretur levitas materiæ, tale foret osculum habitum ob delectationem carnalem quæ ex illo oritur Ergo. Unde sententia nostræ opposita non videtur posse nunc amplius sustineri.

Porro adverte illam propositionem peccare , non quia dicit tale osculum esse veniale si secludatur periculum, sed quia, inquit Slcyartius, ad tegendam turpitudinem suam, supponit id quod est impossibile, aut certe metaphysicæ raritatis, nimirum posse in tali casu secludi uericulum ulterioris consensus.

Dices 1° JuxtaS. Aug. lib.2 cont. Julian, cap. 10, et Scrm. 6 do Verb. Apost s.epc concupiscentia non lethali 1er, sed vcnialiter vincimur. Ergo,

Π. S. Augustinum loqui dc concupiscentia cui non pleno deliberate consentitur ; ab ea enim tunc venialiter vincimur.

Dires 2° Inter conjuges datur materia levis in re venerea. Ergo etiam inter solutos.

R. N. Consequentiam. Disparitas est, quod inter conjuges consensus in levem commotionem non habeat annexum periculum consensus in actum ulteriorem mortalem , siquidem actus ulteriores sint ipsis liciti; secus in solutis.

Dices 3° Talis est delectatio qualo est objectum, sed objectum est leve. Ergo.

R. D. maj. Talis est delectatio quale est objectum, secluso periculo peccati mortalis, *C.* attento periculo peccati mortalis, *N. El ad hunc sensum distincta minori, N. consequentiam.*

Dices 4° In aliis peccatis directe in se velitis datur levitas materiae. Ergo cl in isto.

R. N. consequentiam. Quia in aliis peccatis non intervenit periculum proximum peccandi sicut in isto.

Dico 2 in re venerea indirecte tantum volita in causa, datur parvitas materiæ excusans a mortali ; ita quod, qui voluntarie ponit actum cx quo sive per accidens sive per se sequitur levis commotio, modo in se displiceat, nec adsit periculum consensus in illam , peccet venialiter dunlaxat.

Est communis, si non quoad verba, saltem quoad sensum. Ii enim fere omnes qui negant dari levitatem materiæ in re venerea , plerumque intelligunl de re venerea directe in se volita tantum, *ut palet* in theologis Societatis qui, cum secundum suas leges teneantur docere, et de facto doceant non dari levitatem materiæ in re venerea, passim tamen docent, oscula , tactus, aspectus in partibus honestis causa 'evitatis, joci, etc. cx quibus ordinarie crilur quaedam commotio, non esse nisi venialia peccata, cl consequenter dari levitatem materiae in re venerea indirecte volita in sua causa.

Probatur 1° In re venerea directe ir. sc volita non datur levitas materiæ ob periculum proximum consensus ulterioris : atqui ubi non est consensus in ipsam rem levem vcncream in sensed tantum in sua causa, non est periculum proximum ulterioris consensus, ul testatur quotidiana experientia. Ergo.

Probalur 2° In aliis peccatis datur levitas materiæ, v. g. in ebrietate, gula, furio, tie ergo *a fortiori* in hoc peccato admodum naturali, familiari, facillimo el frequenti!· simo, ubi abest periculum gravioris pe. cati, ut in casu conclusionis. Nec sane proferri potest ulla ratio sulliciens disparitatis

Scio hanc proferri, quod omnis commo tio carnalis etsi levis, sit inchoata polluta„ quia, juXla Galenum et medicos, ut fertur, omnis carnalis commotio nihil aliud c l quam motus humoris spermatici per spiritus generationi servientes incalescentis, el ct lumbis per certas arienas ad membrum genitale descendentis, quod est inchoata pollutio.

Verum jam ostendi hocassumplum nimif probarc.Insupcr ipsum nego. Quamvis enim levis commotio carnalis sit quædam decisio humoris spermatici, est tamen levis decisio ctlongcadhucdistansa completa pollutione, nec magis debet dici inchoata pollutio quam jurgium dicitur inchoatum homicidium, aul haustus immoderalusdicilur inchoata ebrietas. Quod si morose contendas dicendam esse inchoatam pollutionem, dicam inchoatam leviter ct remote, sicut pari jure dicam haustum immoderatum esse inchoatam ebrietatem leviter ct remote, ct ideo ulrobiquc culpam venialem.

Repones. Ista levis commotio est saltem dispositio ad pollutionem, utpote ad quam ex natura sua tendit. Ergo.

R. D.ant. Est dispositio proxima, *N.* est dispositio remota, sicut rixa ad homicidium, haustus immoderatus ad ebrietatem , *C.* El *N. conseq.* Non est enim damnandus pecrali mortalisqui vult indirecte tantum elin causa dispositionem remotam ad peccatum mortale, alioquin omnes occasiones remotæ peccandi forent peccata mortalia, quod nemo dixit.

Confirmatur conclusio ab inconvenienti. Si homo teneretur sub peccato mortali vitare omnem actionem ex qua sequitur ordinarie levis commotio venerea, sequitur quod oporteret damnare, ut plurimum, peccati mortalis, conversationes non necessarias virorum cum mulieribus,juvenum maximccum puellis, colloquia familiaria, varias recreationes honestas secundum se, in quibus facillime intercurrunt aspectus blandi, verba demulcentia, tactus, oscula , amplexus in partibus honestis, ex amicitia, joco, levitate, utpote cx quibus plerumque oriuntur leves

moins vcnerci i atqui hæc, quamvis sint fugienda, pauci sunt tamen, si qui sint, qui ea damnant peccat» mortalis, ubi abest periculum consensus in ipsam venerem , nec ea est praxis confcssariorum in tribunali : ergo. Confer quæ dicemus infra dc osculis, (actibus el similibus impudicitiis.

Quarilur utrum possit dari actus Venereus qui non sit peccatum?

ç. 453. o. 2. o. — *R. affirmative,* scilicet actus conjugalis in matrimonio. Quia non est peccatum, quando homo ulilur modo cl (inline convenienti rebus propter finem bonum ad quem sunt ordinatæ : atqui talis est usus matrimonii ad conservationem generis humani : ergo. Dc hoc latius dum dc matrimonio.

ARTICULUS III.

Utrum luxuriasil peccatum capitale, et quæ ejus filiae?

2.453. a. 4. o.—Dicol0 Luxuria est peccatum capitale.

Ibid. — *Probatur.* Illud est vitium capitale quod habet finem multum appetibilem, cujus appetitu homo procedat ad multa peccata perpetranda : atqui finis luxuriæ est maxime appetibilis, nempe delectatio Venereorum, quæ est maxima. Ergo.

Recte notat hic Sylvius quod, quamvis origo vitiorum ex capitalibus attendatur potissimum secundum rationem causæ finalis, non attendatur tamen solum secundum illam, quasi omnia alia vilia oriantur ex affectu finis peccati capitalis tanquam media ordinata in eum ; sed sufficit quod vel ex affectu vitii capitalis homo sit paratus alia incurrere, vel quod cx ipso secundum rationem causæ efficientis aut dispositive procedant. Et hoc insinuat S. Doctor, tum hic ad 1, ubi docet originem aliorum vitiorum attendi *potissime* seen udum rationem causæ finalis; clsimiliter 1,2, q. 64, a. 4, dicit vitia capitalia dici ex quibus alia oriuntur *praecipue* secundum rationem causæ finalis: ubi *zbpræcipue* cl rô *potissime,* salis indicant etiam oriri secundum aliam rationem. Et hic q. 158, a. 6, docet iram ideo esse vilium capitale, quia ex illa mulla vilia oriri possunt, non solum ex parte objecti scu secundum rationem causæ finalis, sed etiam cx suo impetu quo ira mentem praecipitat ad inordinata quæcumquc agenda.

ibid. a. 5. 0. et ad 4. — *Dico* 2° Convenienter assignantur a D. Gregorio octo filiae interioresluxuriæ, nempe cæcilas mentis, inconsidcralio, præcipilalio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentissæculi clhorror futuri ; el ab Isidoro quatuor exteriores, scilicet turpiloquia, scurrilia, ludicra cl stultiloquia.

Ibid. o. — *Probatur prima pars.* Quando inferiores potentiæ vehementer afficiuntur ad sua objecta, consequens est quod superiores vires impediantur el deordinentur insuis actibus : atqui per vilium luxuriæ appetitus inferior vehementer intendit suo objecto propter vehementiam passionis ctdeleclalionis : ergo per luxuriam maxime superiores vires, scilicet ralio el voluntas, deordinantur. *Subsumo.* Atqui quatuor sunt deordinalionesin actibus rationis, totidem in actibus voluntatis ; rationes enim sunt quatuor actus in agendis : primus, simplex inlelligentia quæapprchendit aliquem finem ut bonum ; ct hic actus impeditur per luxuriam, et quantum ad hoc ponilur cæcitas mentis qua fit ul luxuriosus pro fine debito ultimo vel medio non apprehendit eum qui vere est talis, sed aberrat ct alium finem indebitum sibi constituit.

Secundus actus rationis est consultatio de mediis; ct hic etiam impeditur per luxuriam, el quantum ad hoc ponitur præcipilatio qua fit ut homo non adhibeat deliberationem sufficientem circa media ad finem.

Tertius actus est judicium de agendis, qui etiam impeditur per luxuriam ; el quantum ad hoc ponilur inconsidcralioqua iit ul quis deficiat in seligendis mediis inter plura ad finem aptioribus.

Quarius actus est imperium rationis circa agenda, qui etiam impeditur per luxuriam ; ct quantum ad hoc ponitur inconstantia qua fit ul luxuriosus non exequatur id quod decernit esse faciendum : unde Terentius in Eunucho, de quodam qui dicebat se recessurum ab amica, ait : *Hac verba, una falsa lacrymula restringet.* Ex quibus etiam *patet* peccato luxuriæ maxime everti prudentiam quæ in prædictis actibus consistit.

Ibid. — Ex parte autem voluntatis consequitur duplex actus inordinatus, quorum unus est appetitus finis ; cl quantum ad hoc ponilur amor sui quo luxuriosus non «nl.um se inordinate amat, id enim est commune omni peccato, sed quo amat carnem suam cl ejus voluptates sic, ut in cis ultimum fi-

nem suum constituai : el per oppositum ponitur odium Dei qui prohibet et punit delectationem concupitam. Alius actus voluntatis estcirca media ad linein, elquantum ad hoc ponitur affectus praesentis sæculi cui luxuriosus ita adhæret propter suas voluptates, ul in co semper vellet manere ; el per oppositum horror et desperatio futuri sæculi : horror, quia luxuriosus scit per mortem se privandum suis voluptatibus cl gravissima tormenta pro eis subiturum ; item desperatio, quia luxuriosus dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non curat pervenire ad spirituales, sed fastidit.

Ibid, nd 4,—*Probatur secunda pars.* Cum lux .riosus habeat cor turpibus cogitationibus plenum, de facili in turpia verba pronnnpit : *Ex abundantia enim cordis os loq -ihtr,* Mallh. 12; et sic ponitur *turpiloq :i*nm.l lem quia luxuria inconsidcrationem H praecipitationem causai, efficitulluxuriosis ac dicat aut faciat quædam minus hone a ad risum aliis excitandum , quod dici.ur *srurrilit is.* Et quia luxuriosus delecta donem quæril, verba sua ad delectationem oi d a', el sic prorumpit in verba *ludicra ;* u de videmus huic vitio deditos, colligere e libris certas narrationes turpes ct ludicras, quas coram aliis quasi ludendo cl ob c a. do loferunt. Tandem cum luxuria exercet mentem, luxuriosus prorumpit in *stultiloquia*, ulpolc cum suis verbis praefert delectationes quas appetit quibuscumque aliis rebus.

DISSERTATIO VI.

DE SPECIEBUS LLXL1UÆ.

D. Th. Q. 154.

ARI ICILISI.

Quot ft quæ sini species luxuries?

0.154. n. 1.0. — Sanclus Thomas, Ma- ; isiium Sententiarum in 4 , d. 41, cl Gratianum 3i>, q. 1, c. *Lex illa,* secutus, recenset hic quinque species luxuriæ, naluræ humans non repugnantes, scilicet fornicationem , adulterium , incestum, stuprum el raptum, quibus addit sextam repugnantem naluræ humanæ, quæ communi vocabulo dicilurviliumcontra naturam.—Ibid, ad 3. — El quamvishic,solilasuarevercntiautens in auctores, inquit Cajelanus, reducat sacrilcgium ad adulterium, dicens esse quoddam adulterium spirituale, quatenus mulier vovens continentiam, quoddam spirituale matrimonium facit cum Deo, infra tamen, a. 10, expresse ponit speciem distinctam luxuriæ. Itaque

Ibid. a. 1. et 10. o. — *Dico.* Sunt septem species luxuriæ, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, «iuprum, raptus,sacrilegium et vitium contra naturam.

Ibid. a. 1. o.— *Probatur.* Species io peccatis desumuntur ex diversitate objecti formalis : atqui in peccato luxuriæ Totsunt diversitates objecti formalis quot sunt species assignats · ergo. *Probatur min.* Diversa ratio objecti formalis in peccatis desumitur a materia sub diversa repugnantia ad rationem :alqui in peccato luxuriæ reperitur repugnantia ad rationem, uno modo quoad finem actus vcncrci, et hoc dupliciter, vel quia impeditur generatio prolis, et sic est *vilium contra naturam ;* vel quia impeditur debita educatio et promotio prolis nat®, et sic est *simplex fornicatio :* alio modo per cornua rationem ad alios homines,ct hoc quin· lupliciter, vel quia fœmina est nimis propinqua, nec ideo servetur illi debitus honos, et est *incisius ;* vel quia alteri est juncta ,et sic est *adulterium ;* vel quia est sub potestate parentum , et est *stuprum* si non inferatur violentia , *raptus* vero si inferatur; vel tandem quia non servatur debitus honos propter votum aut legem ecclesiasticam, el sic est *sacrilegium: ergo.* Quantum ad (actus, oscula et similes impudicitias, reducuntur ad speciem ad quam disponunt, v. g. si liant cum soluta, ad fornicationem; si cum conjugata, ad adulterium, cl sic de cælcris.

Dices 1° Peccata conjugum sunt in genere luxuriæ, adeoque in aliqua specie, non in assignatis. Ergo.

R. Peccata conjugum sunt secundum sc vel mortalia, vel venialia: si sint secundum se mortalia, reducuntur ad aliquam cx pr.cdiclis speciebus, ut congressus in vaso indebito, ad vitium contra naturam; in loco sacro, ad sacrilegium; petitio debiti in habente affinitatem cum uxore, ad incestum. Si autem sint venialia secundum se, ut tactus, oscula, etc. non perlinent ad praedictam divisionem , quia non sunt in genere luxuriæ simp'icilcr. sed 'uxuriæ secundum quid; praedicta autem divisio Iit in genere luxuriæ simpliciter, quia iit secundum inordinalio-

ncin seminationis quoad substantiam actus, et non quoad modum, aut alias circumstantias veniales actus liciti.

Dices 2* Genus luxuriæ non potest contrahi per differentiam alterius generis ad constituendam speciem, una enim species non potest esse sub diversis generibus : atqui differentiae adulterii, incestus , stupri, raptus et sacrilegii, sunt alterius generis, scilicet vel injuslitiæ, ut in adulterio, stupro et raptu; vel irreverenti® in sanguine junctos, ut in incestu; vel irreligionis, ul in sacrilegio. Ergo.

R. D. maj. Genus luxuriæ non potest contrahi per differentiam altcriusgeneris ad constituendam speciem proprie el metaphysice sumptam, C. speciem moraliter sumptam, *N.* Hoc autem ultimo sensu tantum species assignat® dicuntur species luxuriæ, moraliter scilicet et juxta vulgatum modum loquendi quo minus communia dicuntur species, etsi solum per accidens communem aliquam rationem contrahunt. Sed quamvis pertineant ad duplex genus, v. g. adulterium ratione injuriæ quæ Iit comparli, pertinet ad injustitiam, rationecarentiævinculi conjugalisad luxuriam, dicuntur tamen potius species luxuriæ quam vel injuslitiæ vel irreligionis,etc. 1° Quia luxuria se habet in illis fonnaliler, cum sc habeat per modum linis, alia vero genera materialiter ; sic adultera, v.g.regulariter loquendo, non quæril facere injuriam marito, sed suæ concupiscenti® satisfacere, ctsic de cæleris. 2° Quia hæc peccata committuntur in malcria luxuriæ el per actum ejus.

ARTICULUS II.

Dc fornicatione

Nota. Fornicatio aliquando sumitur pro quovis illicito concubitu; sic Mallh. 5 , sumitur pro adulteri? cum dicitur: *Quicumque dimiserit uxorem suam , excepta fornicationis causa, facit eam moechari.* Quandoque el communius accipitur pro determinata specie luxuriæ quæ delinitur, *concubitus soluti cum soluta corrupta ;* cl solet designari per hæc verba , *fornicatio simplex,* ul ostendatur eam nulla alia graviore circumlanlia inlici.

Dicitur 1°, *soluti cum soluta;* id est, personarum quæ sint liberæ non solum a vinculo mali imonii, sed etiam a mutua cognatione, vel affinitatem gradibus prohibitis. a voto continenti®, ab ordine sacro ct violentia. Dicitur 2°, *corrupta ,* quia si sil virgo, erit stuprum ct non simplex fornicatio, ut dicetur infra.

Circa fornicationem simplicem triplex fuiterror: primus Nicolaitarum , Gnosticorum cl quorumdam Græcorum, qui docuerunt fornicationem nullo jure esse illicitam. Idem adhuc tenent hujus temporis Anabaptist®, qui concubitum promiscuum permittunt ct agunt. Alter error fuit Durandi, qui in 4, d. 33, q. 2, n. 10, docet fornicationem jurc naturæ non esse nisi culpam venialem ; quod autem sit mortalis, hoc habere a lege, positiva. Tertius error fuit Caramuclis, lib. 3 Theolog. Moral, n. 1C00, et quorumdam aliorum, qui docuerunt fornicationem nullatenus esse intrinsece malam , sed solum esse malam quia lege positiva est prohibita. Ctfnlra quos.

Dico 1 De Tide est fornicationem simplicem esse peccatum mortale.

Probatur 1° ex S. Scripturis, Deuter.23. *Non erit meretrix de filiabus Israel, ncc scortator de filiis Israel. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui..... quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.* Apost. Rom. 1 , fornicationem annumerat iis peccatis *quæ qui faciunt, digni sunt morte.* 1 Cor. G, dicit: *Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores*, etc. *regnum Dei possidebunt.* Galal. 5 : *Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,* etc. *Qui talia agunt, regnum Dei non conscqucnlur.* Similiter Ephes. 5, el Hebr. 13 , ct Apocalyp. 21.

Ncqucdicas nomineforn icationisinlellLi inS. Scripturis, luxuriam in communi. 1° Quia id est aperte falsum, *ut patet* ex locis citatis ad Cor. ad Galat. ad Ephes, et ad Ilebr. ubi fornicatio cum variis aliis speciebus luxuriæ ut ab ipsis distincta recensetur. 2° *Dato gratis assumpto,* nihil ex illo evincitur contra conclusionem. Si enim luxuria ul sic damnatur peccati mortalis : ergo cl fornicatio simplex quæ est ejus species

Probatur 2° ex concilio Vicnn. Clementina de Haereticis, cap. 3 /Id *nostrum,* lib. 5, ubi inter varios errores Beguardorum cl Beguinarum, damnatur hic : *Mulieris osculum , cum ad hoc natura non inclinet, est*

mortale peccatum : actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est ; maxime cum lentatur exercens.

Probalur 3° cx Patribus. S. Fulgentius Epist. 1,c. 1 : « Fornicatio nunquam potest » esse sine gravi crimine ; in quo licet non a dubitemusdamnabiliter peccare hominem » ab uxore disjunctum, damnabilius tamen » fornicari existimo conjugatum : utrumd que autem Scriptura sancta judicandum » ct regno Dei pronunciat alienum. » S. (hi v sost. Horn. 22 in 2 ad Cor. *Quoties scortatus es, toties condemnasti teipsum.* Similiter alii Patres. Quantum ad probationem a ratione, proponetur conclusione sequenti. Unde,

Q. 154. a. 2. *o.—Dico* 2"Fornicatiosimp'r x est intrinsece mala mortaliter; proindeque non solum est mala quia prohibita, sed prohibita quia mala.

Probalur 1° cx condemnatione hujus propositionis ab Innoccntio XI: «Tam clarum » videlur fornicationem secundum se nul» lam involvere malitiam, et solum esse mali lam quia interdicta, ut contrarium omnid no rationi dissonum vidcalur. » Est vigesima prima.

Probalur 2° Si fornicatio non esset intrinsece mala,4 sed sola lege positiva prohibita , sequeretur quod gentes qui hanc legem positivam ignorarent, fornicando non peccarent . atqui *(alsum consequens* cl Apostolo contrarium: ergo. *Probalur min.* Apost. loco citato Cor. ubi postquam dixit : *Neque fornicarii,* neque alii quos ibi enumerat , *regnum Dei possidebunt,* subjungit alloquendo Corinthios: *El heee quidem fecistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi el in spiritu Dei nostri.* Fuerant ergo Corinthii per fornicationem, dum adhuc in gentilitate detinebantur, sordidi, immundi, injusti. Item Apost. loco citato Ephes. 5, ubi postquam dixit, *quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus non habet hareditatem in reqno Christi et Dei,* subjungit : *Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hac enim venit ira Dei in filios diifidentia,* hoc est incredulitatis, adeoque gentes non imbutas præceptis S Scriptura-1 jum.Ergo.

3. Cont. Gentiles cap. 422. — *Ante pro-*

l'' Ia ll q ll a m

cerium, seminationem humanam ordinari naturaliter non solum ad generationem, sed etiam ad nulritioncm, educationem el instructionem prolis. *Id patet* cx natura seminis et proli necessitate secundum corpus et secundum animam· Frustra enim esset generatio, nisi debita nutritio sequeretur , quia generatum non remaneret debita nutrilione substracla : elin specie humana proles non solum indiget nutrilione quantum ad corpus, ut in aliis animalibus, sed etiam inslruclioncquantumad animam. Nam animalia habent naturaliter suas providentias quibus sibi providere possum ; homo autem ratione vivit, quem perlongi temporis experimentum ad prudentiam pervenire oportet ; unde necesse est ut filii a parentibus quasi jam expertis instruantur, nec hujusmodi instructionis sunt capaces mox geniti, sed post longum tempus,et præcipue cum ad annos discretionis pervenerint.

ibid. — *Suppono* 2° quod in animalibus in quibus sola foemina non sufficit ad educationem prolis, a naturæ auctore indictum esse, ut mas et foemina post coitum commaneant quousque ncccssariuin est ad prolis educationem ct instructionem, ut patet in quibusdam avibus quarum pulli indigeni foveri, ct cibo aliunde quæsilo nutriri, ad quæ cum non sufficiat sola femella , a natura inditum est mari in talibus ut commaneat fcmcllæ ad educationem foetus. Manifestum est autem quod ad educationem hominis non solum requiratur cura matris a qua nutritur ad tempus, sed multo magis cura patris a quo est instruendus, defendendus , corrigendus et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus; proindeque ncccssum est ut in specie humana sil naturale vinculum seu societas maris ad determinatam fœminam, non ad breve tempus, sed diu cl per totam vitam; sic enim secundum se exigit debita prolis educatio. Hanc autem societatem matrimonium xocarnus.

ibid, et hic *a.* 2. o. — E® *principiis sponte (luit ratio a priori conclusionis* : hæc scilicet. Fornicatio simplex est concubitus secundum se privatus ordine naturali ad suum finem, scilicet educationem prolis proindeque secundum se importat inordinationem quæ vergit in grave nocumentum, non solum ejus qui cx tali concu' itu nascilurus est, sed etiam boni communis cl so-

rictatis human®, ill qüam plurima cl pessima malairruuntex mala educatione membrorum : ergo secundum se est peccatum mortale. *Probatur ant.* Debita educatio prolis in specie humana exigit inter marem et feminam diuturnam societatem post coituin, *ul patet cx didis* ; atqui fornicarius concubitus secundum se, neque supponit, neque importai hanc diuturnam societatem maris el fœminæ, quin potius contrarium importai; csl enim soluli cum soluta, hoc csl, eorum qui nullo inter se vinculo sunl devincti , ex quo ill quod, quantum est ex natura aclus fornicarii /pars post coitum possit pro libitu deserere compartem, prolem nonagnocerc, nullam ejus curam gerere, quod sane frequentissime accidit, el consc-quenter pessima prolis educatio. Ergo.

Nec obstat *si dicas* fornicalores posse inter se pacisci el jurare de cohabitalionc quamdiu necessaria erit ad prolis educationem, aut aliter illi providere.

ibid.— *R.* enim id esse per accidens actui fornicario, per se autem illi convenire ut partes non teneantur post coitum commanere cum per ipsum nullo vinculo ad hoc arctentur in quantum fornicaloressunt, nec prohibeatur quis, quantum est ex ipsa ratione actus fornicarii, ad quamcumquc aliam accedere, ct ideo quantum estex se est aclus privatus naturali ct debito ordine adcdiicationem prolis. Quod cigo fornicator post coitum diu commaneat mulieri, et eam juvet ad prolis educationem, facit quidem quod fornicatio aclu non noceat proli cl bono communi, sed non tollit quin sit secundum se nociva et deordinata a tine generationis; imo id ipsum aperte ostendit ipsa provisio ordinata ad educationem prolis fornicari® ; nam si non esset deordinatus cl per se nocivus iste concubitus, non oporteret ejusmodi provisiones adinvenire ul proles sine nocumento evadat, sicut non providclur concubitui matrimoniali, quia non est secundum se nocivus proli. Porro in actibus humanis bonitas aut malitia specifica attenditur secundum id quod illis convenit perse, non autem secundum id quod illisconvenil per accidens. Itaqucdiffci entia inter *perse* et *per accidens,* inquit hic Cajclanus, monstrat fornicationem esse peccatum mortale, ct solvit omnes difficultates.

Repones. Si quis projiciat Iapidem illuc ubi quis facile lædi polcst, sed adhibita diligcnlia provideat neullus lædatur, non peccat jaciendo : similiter si quis sumat venenum mortiferum , sed cujus vim antidoto elidat, non peccat, nec est sui homicida. Ergo similiter fornicarius si provideat ne nocumeplum accidat proli.

R. N. consequentiam-Disparitas est, quod actui fornicario per se conveniat privatio naturalis ordinis ad debitam educationem prolis ; at jactui lapidis non convenit per se laedere, sed per accidens, in quantum fit improvide, ct proptcrca si auferatur ly *improvide, quod* quia accidens est potest auferri, tollilur culpa ; sed a fornicatione non potest tolli illa privatio quæ perse incsl. Idem dic de sumptione veneni, quæ non est secundum se illicita nisi in quantum estoccisiva; potest autem tolli ab ea per antidotum quod sil occisiva seu tendens ad occisionem,sæpe enim venenum per antidotum fit sanatis um medicamen.

Dices 2° Fornicatio simplex non contraliatur neque dilectioni Dei, neque dilectioni proximi; non dilectioni Dei,quia non est directe contra Deum ; non dilectioni proximi, quia per hanc nulli homini fil injuria. Ergo.

Ibid, ad. 4.— *R.* fornicationem contrariari dilectioni proximi, in quantum secundum se importat inordinationem quæ vergii in nocumentum prolis nascitur®. *El nola* me non dicere quod de facto noceat proli, id enim potest impediri, sed quia secundum se involvit inordinationem quæ vergii in nocumentum, seu quæ est nociva. Unde csl essentialiter peccatum in materia luxuriæ, consequenter in materia injustitiæ.

Inst. Si quis fornicetur cum vetula aut sterili, ex qua cerium sil non nasciluram prolem, hujus fornicationis inordinatio non vergii in nocumentum alicujus. Ergo.

R. D. ant. Non vergit in nocumentum alicujus per accidens, *C.* per se, *N.* Quia omnis concubitus in vase naturali per se ordinatur ad generationem, et ex co secundum se potest nasci proles, alioquin congressus matrimonialis inter steriles foret illicitus: quod si de facto non nascatur ob conditionem personæ, hoc csl per accidens; adeoque semper stat quod inordinatio concubitus fornicari secundum sc vergat in nocumentum proximi.

Repones. Melius est proli nat® cx fornicationcsiccsscquamnoncsscsimpUciler.Ergo.

R. N. consequentiam. Alias sequeretur quod adulterium eliam esset licitum, cum melius sit proli adulterinae sic esse quam non esse: quamvis ergo melius sit absolute proli fornicariae sic esse quam omnino non esse, non tamen ideo excusantur parentes, quia supposito quod generationi vacent, non solum debent proli esse absolute, sed in quantum possunt debent bene esse, ut palet in ipsis animalibus quæ proles suas ex ipsa lege naturæ nutriunt, defendunt, etc.

Dices 3" Peccatum mortale non cadit sub præceplo : atqui Ose. 1, praecipitur a Domino: *Vade,sume tibi uxorem fornicariam, cl fac libi filios fornicationum.* Ergo.

R. his verbis non præscribi Oseæ accedere fornicarie ad fornicariam, sed eam quæ erat antea fornicaria, sibi datam a Deo, accipere in uxorem legitimam : unde non dicil simpliciter : *Sume tibi fornicariam,* sed : *Stnnc libi in uxorem fornicariam.* El cum subdit, *Fac tibi filios fornicationum,* sermo est vel dc tiliis ex fornicatione præcedente genitis, quos, ducendo matrem, quasi in filios adoptaret, vel de liliis quos ex ipsa uxore procrearet, qui dicuntur lilii fornicationum , non a fornicatione patris, sed a priori fornicatione matris, *ul palet* ex capite sequenti in quo dicitui : *Filii fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum.*

Cum autem S. Th. hic ad 2, dicit, *quod Osce non peccavit fornicando ex præceplo divino,* non vult Oscam proprie fuisse fornicatum, cum ibidem addat hunc concubitum non debere dici proprie fornicationem, sed vult ita nominari, referendo ad cursum communem, secundum quem potuisset videri fornicatio, secluso præceplo divino, cum mulier esset fornicat ia, ncc de matrimonio haberetur certitudo. Adde quod 1,2, q. 100, art. R. ad 3, diserte assera' quod Osco *ncc moechatus, ncc fornicatus fuit.* Ita Sylvius hic.

Q. 154 a. 3. o. — *Dico* 3° Fornicatio simplex non est majus peccatum quam peccata quæ sunt contra virtutes theologicas ct religionem , neque majus quam homicidium ; est tamen majus quam furtum.

Ibid.·—*Probatur.* Gravitas specifica peccati desumitur ab objecto, seu a bono cui oppon* lur : atqui bonum divinum cui opponuntur peccata conlra virtutes theologicas el religionem, est majus quam bonum humanum cui opponitur fornicatio, el inter bona humana majus est bonum hominis jam nati cui opponitur homicidium, quam bonum hominis nascituri cui opponitur fornicatio; bonum autem hominis nascituri est majus quam bona exteriora quibus opponitur furtum. Ergo.

Dices. Furium opponitur jusliliæ, fornicalio temperantiae : atqui eo gravius est peccatum quo præstantior est virtus cui opponitur, el justitia est præstantior temperantia. Ergo,

R. D. min. Eo gravius est peccatum quo præstantior est virtus cui opponitur, cætcris paribus, *C.* cætcris imparibus, *N.* Nam si oppositio unius peccati ad nobiliorem virtutem sit in re levi, et oppositio alterius peccati ad minus nobilem virtutem sit in re gravi, gravius erit hoc secundum peccatum quam primum . sic, v. g. beslialitas est gravius peccatum quam furtum unius lloreni, licet hoc sil contra justitiam cl prius contra temperantiam. Bonum autem hominis nascituri secundum se est quid gravius bono exteriori. Adde quod, licet fornicatio sit essentialiter contra temperantiam, est tamen consequenter etiam conlra justitiam.

APPENDIX 1.

l'aria quastiones retolvunltir circafornicationem)

Petes 1° utrum possit dari ignorantia invincibilis de malitia fornicationis?

R. posse dari inter barbaros rudes ct agrestes quibus deesl instructio ; Q. 5. de malo a. 2. ad 3. — quia hujusmodi inordinatio, cum non manifeste contineat injuriam proximi, non est omnibus manifesta, sed solum sapientibus per quos debet ad aliorum notitiam derivari. Ha post S. Thomam , Solo, Asor. ct alii quos citat cl sequilur Sylvius,

Petes utrum sil simplex fornicatio, sufficiatque pro tali confiteri, si quis cognoscat viduam, si servus suam dominam, si Christianus gentilem aut judæam , si lutor aut curator pupillam vel minorem?

R. quantum ad duo prima affirmative. Quia est congressus soluti cum soluta , ct quamvis interveniant quædam circumslantire, non videntur tamen notabiliter aggravantes. Ila Sylvius hic, qui idem censet dc duobus posterioribus casibus. Sed quantum ad tutorem aut curatorem cui cx oflicio incumbit cura non solum temporalis, sed spiritualis pupillæ aut minorennis, videtur

circumstantia notabiliter aggravans. Quantum ad coiQressum chrisliani cum gentili auljudæa, probabile est perlinere ad rationem sacrilegii, ul pole conlra reverentiam debitam religioni ct sacramento baptismi. Dum enim Ecclesia damnat conjugium fidelis cum infideli, videtur etiam prohibere quamcumquc commixtionem, cum sit idem molivum rcvcrenliæ, scilicet erga nostram religionem et sacramentum baptismi. Ita Lessius, Sporcr , Dclugo , conlra Asor. Tambur. el Sylvium hic.

Petes 3° quid censendum de copula cum alterius sponsa de futuro, an silsimplex fornicatio, an adulterium ?

R. non esse proprieadullerium, quia adultciiurn, ut dicam infra, est alieni Ihori violatio; neque eliam esse simplicem fornicationem, quia non est soluti cum plencsohila. siquidem sponsa defuluro sil obligata tradere suum corpus illi soli cui per sponsalia promisit; sed reduci ad adulterium sicut imperfectum ao perfectum sui generis ; — Ibid. a. 7. ad 4. — quatenus nempe fit injuria sponso cujus Violatur jus, si non in re saltem ad rem ; idcoque est circumstantia explicanda in confessione : idque verum est sive agatur desponso, sive desponsa ; paresi enim in utroque jus quantum ad mutuam obligationem corporis tradendi.

Neque obstat si dicas sponsos per sponsalia non promittere abstinere a concubitu alieno. *R.* id promittere si non explicite, saltem implicite, quatenus promittunt mutuam traditionem corporum in eo statu in quo reperiunlur. Idque sic *esse patet* cx eo quod, secundum communem sensum, censeatur gravis injuria irrogata sponso, si ejus sponsa ah alio cognoscatur ; aut sponsæ, si ejus sponsus aliam cognoscat.

Petes 4° utrum liceat abrumpere copulam fornicariam?

R. 1°Qui ex displicentia ct odio peccati copulam fornicariam abrumpit eliam cum seminatione extra vas, bene facit clad id tenetur; quia nullum est instans in quo quis non teneatur cessare a peccato actuali. Perditio autem seminis inde secuta est per accidens ct præler intentionem, subestque legitima causa cam permittendi. *Confirmatur.* Ita excitatus ad copulam, ut nisi eam peragat sil seminaturus extra vas, tenetur cam non peragere : ergo qui cam inchoas it abnim pero.

R. 2° *Qui,* in affectu peccati perseverans, inchoatam copulam abrumpit cum seminatione extra vas metu infamiæ aut cx aliquo simili molivo humano, peccat duplici peccato, scilicet fornicationis inchoatæ, el pollutionis.

3°Q)ui iisdem rnotivis inchoatam copulam abrumpit absque seminatione, novo peccato non inficitur; non videtur tamen sufficere si accuset lactum impudicum, sed debet explicare se penetrasse vas, quia est inchoata fornicatio.

Petes 5° utrum vir qui fœminam inducit ad fornicandum, teneatur hanc scandali circumstantiam exprimere in confessione?

R. Si paratam aut facile consentientem induxit, quamvis sit scandali reus, non tamen tenetur exprimere in confessione, quia ex communiter accidentibus praesumitur ct confessarius facile intclligit virum petiisse : ita Layman cum aliis. Secus, propter oppositam rationem, si alias nolentem cl invitam precibus, promissis, blanditiis, muneribus, etc. induxit.

Petes G° utrum qui ter peccatum fornicationis aut aliud commisit cum Iribus fœminis, teneatur exprimere in confessione fuisse tres fœminas, an sufficiat dicere : Ter fornicatus sum?

R. Quantum est ex capite fornicationis, non tenetur exprimere numerum fœminarum ; quia in omnibus est eadem specie malitia. Si tamen eas induxerit, tonetur talione scandali.

Meminerit insuper confessarius inquirere a fornicaloribus, an proles ex fornicatione nata sit, aut nascilura ; an natam non exposuerint, aut neglexerint; an prolis coni optionem impedire, seu abortum procurare non lentaverint ; an antequam ad copulam pervenerint, sæpe eam non desidciaverint, aut de ea delectati fuerint · ad hæc enim peccata interna plures pœnitentes maxime rudes el rustici non attendunt, qui solos actus externos peccata reputant.

APPENDIX II.

De connibinatti et meretricio›

Petes 1° utrum concubinatus et meretrl-uiin distinguantur specie a simplici fornicatione?

R. negative; sed sunt diversi gradus ejusdem speciei.

Meretricium dicitur, cuin quis accedit ad

eam quæ est publice dxpôsîta; concubinatus, cum habet consuetudinem accedendi ad aliquam determinatam, sive eam domi habeat, sive non. Concubitus vero cum ca quæ neque csl publica neque consuetudinaria, retinet nomen simplicis fornicationis; sed ubique est soluti cum soluta, ut supponitur, ideoqueintracamdemspeciem fornicationis.

Attamen meretricium est aliquo usque gravius fornicatione, quia non solum esi contra bonam educationem prolis, sed etiam aliquo modo contra ejus vitam, cum ex meretricio non soleat nasci proles. Attamen, juxta Sylvium cl alios, non videtur neccssc explicare in confessione an fornicatus quis fuerit cum meretrice vel cum alia, modo exprimatur numerus; quia, jnquiunt, hæc circumstantia non est notabiliter aggravans, forte quia actus secundum se est generalivus, cl solum per accidens ex conditione person® impeditur generatio, sicut si fornicaretur cum \elula aulsterili.

Concubinatus autem est et fornicatione cl meretricio gravior, quia superaddit statum el permanendam in peccato, vidclurque necessario aperiendus in confessione, si non ratione majoris gravitatis, saltem vel talione scandali quod plerumque sequitur, vel, etiamsi absit,quia alioquin confessarius non cognoscet sufficienter pœnilcnlis statum, quo permanente, concupisccnliæ cl desideria mala in infinitum multiplicantur, neque poterit convenienda remedia proscribere.

Quod autem legatur in veteri Testamento, sanctos viros habuisse concubinas, conc tbinæ ibi intelliguntur vera» uxores quæ habebant quidem jus ad concubitum, unde dicebantur concubin®, sed non ad administralioncm familiæ, sicut illæquæ dicebantur uxores.Similitercum injure,4 cl5,disl. 3i. cx concil. Tolct. dicitur, *Christianis aut uxorem aut pro uxore concubinam habere licere,* per concubinam etiam intclligilur veri nominis uxor, quæ tamen nondiccbaturuxor, quia non erat juncta matrimonio cum certis solemnilatibus quæ alias ex jure civili requirebantur ad matrimonium In foro exteriori.

Petes 2° utrum concubinarius sil absolvendus antequam ejecerit concubinam?

Regulariter non esse absolvendum, si semel aut bis (idemproni' : fi egerit, satis convenit inter auctores: sedan, etiamsi prima vice confiteatur? absolvendum *affirmant*^. biena, Sanchez quos citat ct sequitur noster Loth, idque aperte insinuat Sylvius hit Quia cum pœnitens nunquam promiserit, nec ideo unquam fidem fregerit, non esi ratio cur confessarius credat ipsius præsenlem dolorem aut propositum esse fictilium, unds tali pœnitenli credere debet. Nihilominus.

R. verius videri non esse regulariter absolvendus etiam prima vice : ita Navar. in Manu. c. 16. n. 20; nosier Sylvester, v. *Concubinalius,* q. 2 : Chapeauville, de Cas. Reservat. inline; Pontas,*v. Absolution,*cas. 13 et alii.

Ratio est, quia confessarius habet legitimam causam suspicandi defectum sinceri propositi, si non ex priori infidelitate quam nondum admisit, saltem ex hoc quod communiter accidit in similibus. Vix enim unum reperies qui id sincere promittat; *quod palet* ex hoc quod vix sil unus qui, semel absolutus, fidem promissi teneat el concubinam ejiciat : cx quo verisimiliter colligitur non sincere promisisse. Imoifaloquod sincere hic el nunc promittat, ct quod ex eo capite possit confessarius eum absolvere ul judex, non potest tamen ul mcdicu»,quw ut medicus tenetur pœnitenli remedia necessaria praescribere contra relapsum : unicum autem remedium in hoc casu contra relapsum est, ul prius ejiciat concubinam, quia si antea absolvatur, verosimilius non ejiciet, ut communiter accidit, sicquc remanebit in occasione proxima peccati.

Dixi in conclusione, *regulariter;* quia sunt casus in quibus id liceat prima vice : i°si ex certis cl singularibus indiciis probabilius sil confessario pœnilentem sincere promiltere cl fidem promissi servaturum, quod licet, uldixi, rarum sil, potest tamen contingere; 2° si pœnitens concubinarius non sil sui juris, nec possil concubinam ejicere, ul filius familias respectu ancillæ; 3° in periculo morlis, in quo casu non solum licerei prima vice, sed toties quoties, quia in extremis extrema sunl lentanda; 4° si cx dcnegalione absolutionis sequeretur gravis infamia aut grave scandalum, ul si pastor deberet in die festo omittere sacrum parochiale, modo aliunde appareat sincere pœnitens.

Pelcs 3° utrum concubinarius, nolens expellere concubinam aul ab ejus consortio desistere, possit in aliquo casu absolvi. quod

generalius quæri solet, utrum liceat permanere in periculo proximo peccandi, el talem in aliquo casu absolvere?

Navarrus, in Manu. cap. 3 ,n. 15,loquens dcoccasionepruxima, *respondet affirmative,* positis quatuor conditionibus. Prima est, quid sil poenitudo praeteritorum ; secunda, verum propositum non peccandi, cum se invenerit in ea occasione; tertia, credulitas quod Deo juvante non peccabit in ca ; quarta, quod subsit rationabilis causa non sescpaiandi ab illa.

Equidem in ea sum opinione, quod proximum periculum peccati non sit secundum se peccatum formaliter, sed occasio duntaxal i peccati, proindeque quod aliqua ratione possil cohonestari. Sic secundum jura , capite *Consultationi, de frigidis,* duo conjugati quorum matrimonium ratione impotentis l est nullum, permittuntur simul cohabitare l ul frater el soror, non sineevidenlissimo el i proximo periculo plurium immunditiarum. Idem censet laud. Navar. de duobus conjugatis quorum matrimonium csl nullum ob impedimentumoccullum, exquo tamen nat® sunt proles, quos dicit posse simul cohabitare ut fratrem cl sororem ad evitandum i scandalum, donec adveniat dispensatio. Sic etiam puto chirurgum, etsi in hac materia frag'lem clsæpc lapsum, posse mulieri pavienti, nullo alio opitulante, manum obi slelricanlcm adhibere, ne simul fœtus cum maire pereat. Tunc ergo solum periculum proximum peccandi imputatur ad peccatum , quando quis censetur illud gratis velle clamare, juxta illud Eccli. 3 : *Qui amat periculum, in illo peribit.* Quia tunc censetur velle et amare peccatum, cujus periculum csl occasio el causa proxima : qui autem urgente aliqua gravissima ratione in illo permanet, aul illud incurrit, non tam dici potest amare periculum, quam illud subire aul pati.

Verum rarissimam arbitror hanc gravissimam rationem quam Navarrus indulgcntiori vocabulo nominat *rationabilem causam,* maxime dum attendo ad haec Christi verba, Mallh. 18 ; *Si oculus tuus scandalisai (ef erue eum cl projice abs te; bonum est tibi cum uno oculo* **tn** *vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis:* quorum verborum sensus est, quod omnia quæ sunt nobis causa el occasio peccandi, quantumvis chara el necessaria, sieut est oculus, postponere debeamus saluti periclitanti. *Quam enim commutationem ,* dicit alibi Christus, *dabit homo pro anima sua?*

Ut ergo ad concubinarium redeamus, *R.* 1° Si sit nolorius, nullus est casus in quo ipsi liceat manere cum concubina, aut eam frequentare, quia tunc non jam est periculum solum peccati, sed peccatum formaliter, nempe scandalum ; non licet autem nec ad instans permanere in peccato formali. *Ex quo etiam inferunt* plures theologi quod, licet concubinarius resipuerit, aut forte nunquam talis fuerit, si tamen sit aut remaneat lama de concubinatu, teneatur mulierem quæ habetur ejus concubina deserere propter scandalum, donec veritas legilimæ conversationis appareat.

R. 2° Sive sit nolorius concubinatus, sive secretus, censeo non posse concubinarium retinere concubinam in casibus qui vulgo proponuntur. Et 1° certum est non posse, quamvis concubina sil ipsi valde utilis ct alia famula difficile inveniretur, *ut patet* ex condemnatione sequentis propositionis per Alexandrum VII : « Non est obligandus con» cubinariusad ejiciendam concubinam, si » hæc nimis utilis esset a<l oblectamentum, » vulgo regalo, dum deficiente illa nimis » ægre ageret vitam, el aliæ epulæ lædio » magno allicerent concubinarium, el alia » famula nimis difficile inveniretur. »

2° Regulariter non potest retinere propter periculum infamiæ aut alteriusdamni temporalis quod incurreret cx ejectione concubinæ; quia recta ratio principiis fidei instructa , videtur exigere ut homo qualecurnque damnum in bonis temporalibus patiatur, potius quam animam certo et proximo damnationis ælcrnæ periculo exponat. El quantum ad infamiam, specialis insuper est ratio. Vel enim concubinarius csl notus ul talis, vel non : si primum, nulla ex ejectione concubinæ sequetur infamia, sed laus c conira; si secundum, non magis inde sequetur infamia quam ex ejectione alterius domestici, nec desunt prætextus quibus tegatur vera ejectionis ratio.

Dixi, *regulariter;* cl ideo *R.* 3° Si revera, imminente gravissimo damno aul scandalo ex ejectione concubinæ, posset attenta dispositione pœnilcnlis et aliis circumstantiis concipi fundata credulitas, ul loquitm Xavurrus, quod opitulante Deo, remanens m

periculo, non peccabit; non do quidem securitatem, *sal* nec auderem ex supradictis damnare pernitentem, neque contessarium qui eum absolveret, maxime quod in hac hypolhesi videatur minui periculum ei non esse amplius proximum.

Petes 4° utrum confessarius possit audire confessionem suæ concubinæ?

Juxta Sanchez el Diana apud Loth, talis confessio potest esse licita ad salvandam famam concubinarii, aut quia ipse melius novit statum pœnilenlis.

Supp. q. 20. a. 2. ad 1. — *R.* id nec esse decens, nec congruum, propter periculum novi consensus aut defectus doloris ex nimia familiaritate adhuc, ut suppono, perdurante. Supposita tamen sufficiente dispositione prenitentis quæ raro potest præsumi, nisi jam diu abstinuerit, si absolveretur esso: absoluta : hoc attento jure naluræ, nam ex jure positivo talis absolutio reservatur in multis dioecesibus et signanter in hac nostra Lcodiensi.

Petes 5° quænarn sint pœnæ concubinaliorum ?

R. Concilium Tridenlinum , sess. 24, cap. 8 *de Reform, rnalrim.* statuit ut concubinarii, si 1er admoniti ab ordinario, concubinam non ejecerint, nec ab ejus consuetudine se separaverint, excommunicentur ; quod si per anuum non paruerint, severe puniantur : concubinæ vero, si pariter ter admonitæ non paruerint, extra oppidum seu diœcesim ejiciantur. Verum istæ pœnæ ct aliæ quæ spectant clericos concubinarios, sunt sentenliæ fcrendæct non latæ, *ut patet* ex terni ii oncilii, loco citato ct sess. 25, cap. 14.

AKTICt'LVS 1Π.

De stupro.

Q. ISA. a. fi. atl 2. — *Nota.* Stuprum generaliter sumitur pro omni illicito concubitu; sic sirnilur Num. 5, dum dicitur: Si *latet adulterium el testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro,* elc. Specialiter sumitur pro illicito concubitu cum virgine.

Quidam requirunt ad rationem stupri prout est species distincta luxuriæ, quod isle concubitus sil violentus; ita ut si virgo consenserit non sil proprie stuprum , neque species distincta a fornicatione. Ita Dominicus Suto in 4 d. 18, q. 2. a. 4; Petrus Navarra , Sanchez, Lessius, Maldenu, llcnnocl plurcs alii recentiores: undestu. pruin dcliniunl quod sil *violenta virginis defloratio.*

Ibid, o. — S. Thomas vero, Gratianum ct Magistrum sententiarum secutus, eteum eo antiquiores lhedlogi, S. fionavcnl.S. Antonin. Angelus, Sylvester, Fumus, Navat Cajet. Tolcl. Hannes, Asor. Bonacin. Sylvius el alii plurcs tenent oppositum, atque docent atl rationem stupri, quatenus est species distincta luxuriæ, sufficere congressum cum virgine, sive adsit violentia, sive non. Unde definiunt stuprum : *illicita virginis defloratio.*

Nota 2° per *~i virginis,* in utraque sententia , non intelligi illam quæ virtutem virginitatis sic servavit ut nullo peccato luxuriæ fuerit maculata, sed illam quæ virginitatis signaculum integrum retinet, quamvis aliunde delectationibus vcnercis aut moilitiesil polluta. Igitur virginitas hic supponit non pro virtute, sed pro statu integritatis.

Signaculum autem virginale quidam reponunt in quadam membrana seu pellicula quæ hymen dicitur, ct virili coitu lacerata aboletur; alii autem et præserlim recentiores volunt nihil aliud esse quam compressionem seu complicationem orificii vasis fœminei, quæ congressu viri dilatatur, sicque vas aperitur. Idque verius videtur quod, juxta medicos et anatomicos modernos, prædicla pellicula non reperiaturin omnibus virginibus, maxime junioribus.

Dico 1° Stuprum virginis invitæ, seu violenta defloratio virginis, superaddit simplici fornicationi malitiam, mortalem specie distinctam, non solum ratione violentiae qua cogitur ad fornicandum, qualis potest esse respectu corruptæ, sed etiam ratione integritatis naturalis quæ ab invita violenter rapitur. Quia, ut dicam infra, hac integritas violenter ablata, est sufficientis momenti ad constituendum peccatum mortale in violatore.

Per violentiam autem hicintelligilur non solum violentia physica, sed etiam moralis, qualis est fraus cl metus; item importuns preces et blandiliæ, quæ juxta judicium prudenlum , in hac præserlim materia, violentia moralitcr reputantur;quales sunt eæ quas comitantur magna promissa , oscula, tactus, veneris incentiva , ac uno verbo ea

omnes quibus ingenua mulier facile resistere non potest.

Dico 2· Stuprum virginis ultro consentientis, est etiam vora species luxuriæ a fornicatione distincta.

Probatur. Ubi circa materiam alicujus vitii occurrit aliqua specialis diflbrmitas, ibi debet poni determinata species illius vitii : atqui in stupro virginis etiam ultro consentientis est specialis diflbrmitas circa materiam luxuriæ, 1° ex parte puellæ, quæ, ex hoc quod corrumpatur nulla pactione conjugali præcedcnte, impeditura legitimo matrimonio, et ponitur in via meretricandi, a qua retrahebatur ne signaculum virginitatis amitteret ; 2° ex parte patris, qui de ejus custodia sollicitudinem gerit. Ergo.

Sed quid, si parentes etiam consentiant!

R. nihilominus stuprum remanere speriem distinctam luxuriæ; quia remanent eædem rationes ex parte puellæ, quod sufficit. Insuper, juxta Cajetanum, signaculum virginale indiget naturaliter custodia paterna, sicque ab ordine ad illam non potest absolvi per consensum parentum; neque negandum puto quod, qui corrumperet virginem quæ de facto non cxislit sub cura parentum, committcretverum stuprum et non simplicem fornicationem, sicque stet ratio stupri, independenter a consensu ve! dissensu parentum. Quando autem S. Thomas definit hic stuprum, *quod sil illicita virginis defloratio sub cura parentum existentis,* hæ ullimæ particulæ, juxta iSylvium, non ponuntur ad significandum tantum esse stuprum, quando virgo quæ corrumpitur de (acto est sub custodia parentum , sed ad significandum id quo virgines naturaliter indigent ad signaculum virginale servandum usque ad matrimonium.

Dices. Scientibus ct volentibus non fit injuria. Ergo.

Responderi potest ex dictis ad antecedens, fieri injuriam juri naturali quo pater constituitur custos virginitatis filiæ, cui proinde cedere non potest. Sed hoc omisso.

R. Dato ant. N. consequentiam. Neque enim S. Th. neque nos statuimus stuprum esse speciem distinctam luxuriæ, præcise cl principaliter ratione injuriæ aut injusliliæ alicui irrogatae, sed præserlim quia puella per hocimpedilur a legitimo matimonioet ponilurlnvia meretricandi, aqua retrahebatur ne signaculum virginitatis amitteret. Addimus quidem cum auctore, fieri injuriam paterni qui de custodia virginitatis sollicitudinem gerit; quia re! parentes valide consentire nun possunt, ut dictum est, vel raro accidit ut consentiant stuprosuarum filiarum : casu tamen quo res ita sit, et cesset ista ratio, remanent saltem adhuc rationes aliæ ex parte virginis, quæ, cum importent specialem difformitalem, sufficiunt ad constituendam speciem distinctam luxuriæ.

Repones. S. Th. hic ad 3 , docet stuprum habere duplicem injuriam annexam : unam ex parte virginis, quam etsi stuprator vi non corrumpat, seducit tamen, et sic tenetur ei satisfacere; aliam ex parte patris :ergo utroque ultro consentiente, non est injuria nec stuprum.

R. N. consequentiam. Nihil enim aliud ibi intendit S. Th. quam quod stuprum ex adjunctione injuriæ remaneat nihilominus stuprum, et fiat deformius; non autem negat quod, seclusa injuria, sit vere stuprum, quin potius contrtfrium evidenter et constanter asserat, tum in definitione stupri, tum in rationibus quas deduximus in probatione conclusionis, tum denique articulo sequenti, ubi diserte dicit : *Stuprum sine raptu invenitur, quando aliquis sine violentia illatione virginem illicite deflorat.*

Ex hac conclusione colliges 1° puellas quæ se tangendo libidinose digitis aut instrumento , claustrum virginale reserant, committere stuprum. *Colligcs'20* masculum primo fornicantem non committere stuprum est communis contra paucos. 1" Quia non amittit signaculum virginale, ex cujus amissione impediatur a legitimo matrimonio, et ponatur in via meretricandi, nec aliquid aliud quod paternæ custodiæ a natura sil demandatum : nam masculi post pubertalis annos, absquecustodiacominunitcrdiseurrunt, non sic puellæ : quod autem communiter fit in naturalibus,signumestsicnatum esse fieri, inquit philosophus, 2 Physic.

Ast, inquies, perdit masculus virginitatem Deo , angelis et hominibus amabilissimam, singulare animæ el corporis ornamentum. *Esto:* sed perdit quod suum est cl nemini facit injuriam; cessante autem in« juria, nihil cx hac amissione remanet quod specialem aliquam deformitatem importet, sicut contingit in puella.

Colliges 3" cum Asorio, Bonae, et aliis quos citai ei sequitur hic Sylvius, pollulio-

nem in **virgine** aut consensum in pollutio-1 nem sine respectu ad copulam, non perii- nere ad stuprum , sed solum ad mollitiem, i

Dico3n Probabilius videtur stuprum virginis ultro consentientis , nou superaddere j *fornicationi* simplici malitiam mortalem, quæsit necessario in confessione explicanda,sed venialem dunlaxat. Ila Joannes Wiggers, de Justitia et Jure tract. 2 , cap. 4, I duh. 1 ,quem citat et sequitur Boudart, tract. 6 in tt præcepl, Decalog. q. 4 ; el novissime Carolus Gislcnus Daclman , de Jure **et** Justitia, q. 4, observat. 17.

Neque ideo putos nos a D. Th. dissentire. Statuii quidem S. Doctor el nos cum ipso , stuprum virginisconsentienlis esse vere stuprum clspcciem distinctam luxuriæ:at non dicit esse mortalis maliliæ; non enim omnis circumstantia mutans speciem , semper addit malitiam mortalem , quod forte fallit minus intelligentes, siquidem sint plures peccatorum species quæ secundum sc non sunl mortales, v. g. ira, avaritia, gula, prodigalitas, vanagloria,clc. Item eæ quæ sunt Secundum sc mortales, sæpe liant veniales ex levitate malcriæ.

Probalur itaque conclusio 1° *a priori.* Bationes propter quas ponimus cum D. Thoma, stuprum virginis consentientis constituere speciem distinctam luxuriæ , sive considerentur ex parte puellæ,siveex parte parentum, non videntur adeo graves, ul aftcrant malitiam mortalem. Ergo.

Probalur ani. ex parte puellæ, Non est tanti momenti 1° quod impediatur a legitimo matrimonio, tum quia non tenetur illud inire,et potest velle ab illo abstinere; turn quia non impeditur per stuprum, nisi in quantum innotescit, quod raro accidit, el quando accidit est per accidens stupro. 2° Neque quod ponatur in via meretricandi ; quia quæ secunda et tertia vice fornicatur, magis ponitur in via meretricandi quam qua; prima vice. Per aclus enim repetitos sensim amittuntur fama et pudor, ac generatur habitus : imo quæ cum diversis fornicatur, non solum ponitur in via meretricandi, sed de facto meretricatur ; ct tamen neque in primo casu secundæ et terti® fornicationis, neque in secundo casu fornicationis cum diversis est per sc malitia mortalis superaddita simplici fornicationi. Ergo.

S» *dicas* per primam amitti signaculum viiginale, cujus amittendi metu retrahebatur a fornicatione, **ut** dicit **S.** Th. quod non accidit in casibus allatis. Equidem *faint* aliquam ibi esse specialem deformitatem, et ideo dicimus tale stuprum esse speciem j distinctam luxuriæ, sed non putamus mortalem, alias quo magis progrederetur in via meretricandi, co major admittenda foret malitia mortalis , quod tamen est falsum, Mi *paid cx dictis.*

Ex parte parentum. Non minus jurenaluræ, imo magis demandata est parentibus cura ct custodia filiarum corruptarum , ulpote magis periclitantium quam virginum: atqui quod puella corrupta fornicetur citra consensum parentum , non est circumstantia mortalis : ergo nec quod virgo, etc.

Horum fundamentalis ratio est, quod tam virgo quam corrupta habeant proprietatem et dominium sui corporis quantum ad hunc usum , non minus quam pedum ad ambulandum, oculorum ad videndum, ita ul valide el absque injustitia , quamvis non semper licite, possit de illodisponerc: *quod paid* exeo quod invitis parentibus possint valide nubere. *Confirmatur.* Masculus habet dominium sui corporis quantum ad hunc usum , ita ul nulli faciat injustitiam si eo abutatur : ergo el puella. Jus autem quod parentes habent in corpus filiae quoad hunc usum , est jus impropne dictum , scilicet custodiae et œconomiæ. Unde fieret illis quidem gravis injuria si vi aut fraude contra illud ageretur : at dum illa quæ habet dominium et proprietatem in hujus boni amissionem consentit, non nisi levis injuria custodi infertur.

Nec refert si dicas parentes non a puella sed a natura constitutos esse custodes. F«-*l/or* quidem ita esse, alias non levis, sed nulla fieret ipsis injuria, ut patet in (economise! custodibus, quibus nulla Iit injuria, quando dominus qui eos constituit, in direptionem honorum suorum consentit. Verum est ergo hinc sequi aliquam injuriam fieri parentibus, sed non admodum gravem, ut patet in fornicatione corruptarum quarum custodia pariter non ab ipsis, sed etiam a natura sibi demandata est.

Probalur 2° *a posteriori,* ex communi praxi et inconvenientibus. Si stuprum virginis ultro consentientis superadderet simplici fornicationi malitiam mortalem, sequitur quod puella se accusans de delec- j talionibus aut dcsidciiis in ordine ad co·

piilam, teneretur etiam explicarean sit virgo vel non; similiter vir an puella quam concupivit sil virgo vel non ; ct si id taceant, debeat inquirere confessorius : atqui hoc est contra praxim communem tam pœnitentium quam confessoriorum, idque foret ulrisquconus intolerabile ; quæ enim puella in pari casu, somniavit unquam explicare sitne virgo vel non ? quis pariter vir id cogitavit inquirere aul exprimere? et si id sciscitari ab eis tenlet confessarius,ingenuas puellas præserlim moniales pudore maximo suffiundelctelingues efficiet;a viris autem responsum habebit sc id nescire, neque de eo cogitasse, et demum ab utrisque nimiæ et suspect» curiositatis arguetur. Ingenue *[aitor* me, antequam præsenti opinioni sul>-scribercm, in his pudendisct importunis interrogationibus faciendis, dum menti occurrerent, graves molestias passum esse et aliis creasse, mihique raro fuisse satisfactum. Ergo.

Solvuntur objectiones contra ultimam conclusionem,

Obj. 1° Stuprum virginis etiam consentientis pervertit ordinem naturalem , juxta quem claustrum virginale debet manere integrum usque ad matrimonium, vel usque ad mortem. Ergo.

R. D. ant. Pervertit ordinem naturalem in re levi, C. in re gravi, 2V. *Explicatur,* Ista perversio ordinis naturalis potest considerari dupliciter. quoad modum et quoad rem. Quoad modum, est quid grave, quia iit per modum graviter illicitum, nempe fornicando. Quoad rem vero, quæ est amissio integritatis in qua sita est ratio stupri, est quid leve posito consensu virginis, quia tunc cessat injuria, quod est in eo præcipuum et grave.

/nsl. 1° Signaculum virginale est quid grave, saltem in ordine ad tamam ct statum suscipiendum, ulpote singulare virginis ornamentum, rpio se viro reddit gratam, natural donum honori matrimonii reservandum, ac tandem virginitatis custos : ergo ejus amissio est res gravis.

Respondent aliqui negando signaculum virginale esse rem gravis momenti. Vel enim, inquiunt, consideratur naturaliter vel moralilcr quoad aestimationem hominum. Si naturaliter, nihil est aliud quam scissio levis pellicula·, vel pa li. ii reseratio; clulrovis modo, est admodum le\is læsioqu® nec tollit incolumitatem cor ris, ncc causai ejus deformitatem. Si consideretur moralilcr in ordine ad aestimationem hominum, etiam dicunt esse quid leve apud requos rerum aestimatores, ntpote quod unicoacta amittatur. Quod aulem contemptu habeatur quæ noscitur corrupta, hoc. provenit non tam cx signaculo virginali amisso, quam ex probata inde ejus lascivia . unde, inquiunt, si dus ali© offerantur ad matrimonium quarum una sit vidua, sed adhuc vegeta el nubilis, nullaque prole gravata, altera virgo, cæteraquesint paria, non mullum virgo præfcrctur viduæ, quin potius vidua sæpe præfcrenda est propter ejus probatam in administranda familia dexteritatem. Quod si in tali casu quidam multum attendant ad dolem virginalem , hi non videntur ®qui rerum æstimatores, qui, in matrimonio ineundo, ad carnalia transitoria magis attendunt quam ad essentialia, nimirum ad sponsæ lidclitalem in servanda tide conjugali, ad ejus pietatem in educandis prolibus, ad ejus dexteritatem in administranda re domestica , etc.

Hæc solulio est probabilis ; sed ex ea sequitur quod, qui vi opprimeret virginem non peccaret mortaliter, ratione virginitatis ablatæ, sed solum ratione violenti® illat® ad copulam illicitam , qualis foret respectu corrupt® : sicut, v. g. qui vi auferret ab alio quadrantem, non peccaret mortaliter ratione rei ablatæ; ct consequenter satisfaceret iste violentus stuprator accusando se vim intulisse puell®, non explicando conditionem virginitatis. Quod non puto concedendum juxta primam conclusionem.

Quapropter, *dato* virginitatem esse sufficientis valoris apud homines, ut ejus violenta ablatio constituat peccatum mortale superadditum violenti® pari qu® fieret corrupt® (non enim constat essciniquos rerum æslimalorcs, ul dicit præcedens responsio, qui illam magni æstimanl, imo oppositum videtur verius el colligitur ex communi sensu et cx supremo ac justo moerore quo affligitur virgo violenter dcQorata); *respondeo* hanc malitiam gravem qu® sila est in injuria virgini illata, cessare per ejus consensum in stuprum , sicut cessaret si ab ea consentiente auferrem centum nummos; remanet tamen in tali stupro sufficiens dclormilas ad constituendum peccatum vcnialc, ul dictum est.

Inst. 2° Virgo non potest in id consentire. Ergo.

R. D. ant. Non potest licite, *C.* non potest valide, seu citra cujusque injuriam, *N.* Habet enim, ut dixi, proprietatem cl dominium sui corporis ad hunc usum, non minus quam oculorum ad videndum. Unde sicut qui abutitur oculis ad malum, peccat, nemini tamen facit injuriam : ita quæ utitur suo corpore ad hunc usum modo illicito, peccat; sed nemini facit injuriam, nisi levem parentibus ob custodiam ipsis a natura demandatam, tam circa virgines quam corruptas.

Inst. 3° Virgo non potest valide consentire in abscissionem membri, nisi abscissio sit necessaria ad conservationem totius. Ergo nec in amissionem signaculi virginalis.

R. N. consequentiam. Disparitas est, quod puella habeat majus jus in proprium corpus ad usum copulæ quo aufertur signaculum virginale, quam in propria membra quantum ad eorum abscissionem ; *quod patet* ex eo quod possit absque necessitate inire matrimonium, non possit autem absque necessitate abscindere sibi membra. Adde quod physice loquendo, membrum sit gravis momenti, non sic pellicula aut complicatio virginalis.

Inst. 4° Conjux non potest valide consentire adulterio compertis, ita ut per hujusmodi consensum abstergatur malitia adulterii. Ergo nec virgo stupro.

R. N. consequentiam. Disparitas est, quod adulterium non solum sil contra jus personale conjugis, sed etiam contra jus status conjugalis : unde, *dato* quod possit conjux valide cedere juri suo personali, ex quo per adulterium non fiet ipsi personaliter injuria, non potest tamen valide cedere juri status, eo modo, v. g. quo clericus non potest cedere juri sui status clericalis. Quapropter, supposito consensu mariti in adulterium compactis, remaneret semper injuria facta statui et juri conjugali. At jus virginis in corpus ad copulam est jus personale tantum, cui proinde valide cedere potest.

Obj. 2° Ex stupro virginis etiam consentientis sequuntur gravis moeror ct indignalio parentum ob lamiliæ dedecus, item sæt c | inimiciliæ, rixæ, cædes, etc. Ergo

R. hæc non sequi per se ex per accidens ratione evuîgationis t sicut etiam sequi possunt ex evulgationc fornicationis illius quæ jam secreto erat corrupta : unde non constituunt malitiam nioilaIcm in stupro secundum se.

Obj. 3° In certis dioecesibus, non reservata fornicatione simplici, reservalur stuprum : ergo signum est stuprum supenderc fornicationi mortalem malitiam, venialis enim non solet reservari.

R. 1° non solum circumstantiam stupri reservari, sed ut conjunctam fornicationi, quæ inde fit gravior. Et ideo potest reservari slupium etsi non reservetur fornicatio simplex. Quod si hæc pura circumstantia reservetur, ulvult Steyarlius, quod tamen non probat.

R. 2° hos episcopos sequi sententiam oppositam quæ ipsis videtur probabilior. Vel potius, sicut in hac diæccsi Leodicnsi,secundum Chapeauville, reservalur stuprum, quod est violenta defloratio virginis, non violentia stricte dicta, sic enim est raptus, sed violentia morali quæ sita est in precibus importunis, ut explicui supra conclusione prima.

ARTICULUS IV.

De raptu.

Raptus potest dupliciter considerari : 1eul est species iuxuriæ ; 2° ut est impedimentum matrimonii : quæ duo auctores plerumque non salis distinguunt. De raptu ul est species luxuriæ, hic est dicendi locus; quatenus est impedimentum matrimonii,spectat tractatum de Matrimonio : quia tamen quædarn habent communia et unum per aliud innotescit, hic de utroque dicam. Unde sit.

5 I. — *De raptu ut e l species Itixttnæ,*

Dico. Raptus, ut est species luxuriæ, rn *vis illata cuicumque personæ aut ejus parentibus causa explenda libidinis.*

Scio communiter definiri quod sil *abductio violenta cujvscumque personae causa explenda libidinis.* Et quidem in .Iuie, cap. *Lex illa,* dist. 30, a.1, exprimitur per abductionem. Prior tamen cMinilio videtur conformior S.Thomæel rationi. 1"— Hio q. 151. a,7. o.—S. Thomas docet quod raptus el stuprum *concurrunt in idem, quando aliquis violentiam inferladvirginem itficiledo parandam* : ubi non requirit ab l c oneni. El infra ; *QualUcrcumuue violentia adul,*

proindeque etiam absque abductione, *salva tur ratio raptus.* Et iterum infra : *Stuprum tine raptu invenitur, quando aliquis absque violentia illatione, virginem illicite defloratur:* ergoubi intervenit violentiæ illatio, est raptus. Verum quidem est quod ibidem ponat exempium raptus *in abductione,* dum dicit : *Puta cum ipsa puella consentit, ul per violentiam de domo patris abstrahatur.* Sed hoc probat esse quidem raptum cum puella violenter abducitur, el non quod solum tunc sit raptus.

2° Non est de ratione raptus ut sic, quod res rapta abducatur de loco in locum, sed solum quod violenter auferatur a domino vel custode praesente et reluctante, etiamsi non abducatur, sed ibidem consumatur, vel videlineatur; ita utsola violentia sit essentialis raptui et ipsum a furto distinguat: sic, v. g. qui panem vel vinum abaliquopræsente el renitenle vi auferret ct ibidem consumeret, esset verus raptor ct non lanium fur. Ergo.

Confirmatur. Vis illata alicui ad explendam libidinem, non est simplex stuprum, *ul palet ex articulo praecedenti;* non simplex fornicatio, aul simplex adulterium, incestus vel sacrilegium : ergo raptus.

Quidam dicunthancvioientam oppressionem in eodem loco esse raptum generatim clcommunitcr dictum, violentam autem abductionem esse raptum specialiter sumptum. Transealpcr me licetista dislinctiuncula, modo admittatur cum S. Thoma quod, qualitercumque adsit violentia, salvetur veri raptus ratio : et ita censent S. Antoninus, Navarrus, cap. 16,n.3;Chapeauville,cap. 11 de stupro q. 1. His positis.

Explicatur definitio. Dicitur *vis illata* seu violentia, per quod inlelligitur solum vis aul violentia physice et proprie dicta, seu etiam metusquiconscalur gravis,saltem respective ad personam, puta, metus reverenlialis respectu puellæ, non vero fraus aut preces importunae : quia ille non dicitur proprie rapior, qui dolo aul precibus importunis alienum extorquet, sed qui vi aperta, aul saltem metu gravi injuste incusso.

Dicitur 2° *cuicumque persona;* quia hic non agitur ul in stupro desola virgine, sed sive sit irgo, sive corrupta, sive soluta, sive conjugata, sive mas, sive frrmina, imo vçrtinqii æcumque sit persona, est material râptus, qui est eo gravior quo persona. rapta graviores induit qualitates : ita ul si sit conjugata, sit raptus et adulterium; si Deo sacra, raptus el sacrilegium ; si ejusdem sexus, raptus el sodomia · et sic de eæleris.

Dicitur 3° *vel ejus parentibus;* quia ad rationem raptus ut est species luxuriæ, non est necesse quod violentia semper liat person® raplæ,sufficit quod fiat ejus parentibus seu tutoribus, aul custodibus ab iis constitutis sub quarum cura exislil persona rapta, quia tunchabetur violentia; qualitercumque autem adsit violentia, salvatur ratio raptus ul est species luxuriæ : sive ergo rapta raptori consentiat reluctantibus parentibus, sive consentiant parentes reluctante rapta, est raptus.

Sed quid si rapta consentiat, nescientibus parentibus?

R. non esse proprie raptum, quia nulla est violentia, in quo consistit essentialiter ratio raptus. Dicitur a quibusdam *raptus seductionis,* sed melius ab aliis dicitur *fuga,* quæ tamen reduci potest ad raptum, quia licet fiat sine violentia, non fit tamen sine injuria parentum , quatenus eorum cuslodiæ praesertim puellæ a naiura ct lege commissæ sunt ad certum tempus, regulariter usque ad vigesimum quintum aetatis annum , quo fiunt annis majores , el ultra quem abductio puellæ uliro consentientis, etiam repugnantibus parentibus, non est amplius dicendus raptus, neque proprie, neque improprie; quia tunc nulli fit injuria.

Hæc autem injuria quam patiuntur parentes ex fuga seu raptu seductionis puellæ virginis, est major quam ea quam patiuntur ex simplici stupro virginis consentientis, quia non solum defloratur virgo,sed etiam subducitur eorum cuslodiæ, regulariter cum scandalo, diffiunatione et familiarum discordia, non raro cum rixis et cædibus. De fuga seu raptu seductionis fusius dicam $ sequenti.

Dicitur 4° *causa explenda libidinis;* quia si sit ex alio molivo , puta, ul persona rapta fiat servus aut ancilla, aut vcnumdelur, non erit species luxuriæ, sed alia species raptus qui dicitur plagium. Quamvis autem raptus de quo hic, habeat suum complementum per expletionem libidinis, erit tamen verus raptus ex sola intentione, copula non secuta.

Ex dictis colliges Io virum qui uxorem

suam de ingressu religionis intra bimestre deliberantem, vi illata cognoscit, aut in hunc finem edomo parentum violenter abducit, probabilius esse raptorem ; quia, inquit Sylvius hic post Asor. Bonae. ctFilluc. uxor ulitui jure quod ipsi conceditur cap. *Ex publico,* Extra, lib. 3, lit. 32, el hocjus violat vir vim inferens ad consummationem matrimonii, vel ad abductionem in hunc finem.

Colliges 2" sponsum qui sponsam de futuro volentem abducit ab libidinem sine matrimonio explendam, reluctantibus parentibus, esse etiam probabilius raptorem, juxta eumdem Sylvium post Sanchez, Asor. el Filluc. quia ad id jus non habet per sponsalia , et violentiam veram facit parentibus.

Si dicasS. Thomam hic ad 4, oppositum docere ex can. *Lex illa,* d. 3G, q. 1 el ex cap. *Cum causa,* Extra, lib. 5, lit. 17, respondet laudatus Sylvius S. Thomam el jura loqui de raptu sponsæ consentientis in ordino ad matrimonium legitime contrahendum, ut dicam § sequenti. Vel etiam posset dici sensum S. Thomæ et juris esse, quod talis in jure non reputetur raptor, propter aliquale jus quod habet in sponsam, non autem quod non sit talis coram Deo, et revera ratio convincit sic esse.

Colliges 3° eum qui copulatur fœminæ dormienti absque prævio ejus consensu, non esse proprie ct in rigore raptorem, quia non est ibi proprie dicta violentia ; est tamen reductive rapior, quia, cum supponatur invita mulier, per fraudem quæ ibi intervenit censetur ipsi fieri aliqualis violentia; saltem est injustitia explicanda in confessione. Idem cense de eo qui sine vi copulam extorqueret a puella ante usum rationis, seu ab ea quæ hujus peccati foret ignara.

*Colliges*4° eum esse vere raptorem qui, sive voluntarie abductam postea renilcnlcm violenter cognoscit, sive violenter abductam postea consentientem cognoscit; quia ulrobique est violentia in ordine ad libidinem ex-dendam.

Petes quomodo se gerere debeat mulier vi oppressa, ut non peccet coram Deo?

Λ. Debet 1° interius non consentire delectationi , sed ipsi positive dissentire. Debet 2° exterius positive resistere oppressori loto corporis connisu, motu, agitatione, pugnis, alapis, etiam clamando, si sit spe^ '•ubsidii impetrandi; uno verbo, in quantum utiliter potest et rationabiliter debet alioquin eo ipso quo quantum potest et debet non impedit, censetur consentire: unde Exod. 22, domi stuprata jubetur lapidari, non stuprata in agro, quia domi potuisset utiliter et debuisset clamare, non in agro.

Utrum autem clamaro debeat cum periculo vitæ aul famae? *respondeo :* Si speret se Deo opitulante non consensuram interius veneri, quod difficile fateor, non puto teneri ; modo tamen exterius semper quantum potest resistat opprimenti.

§ Π, — *De raptu ut est impedimentum matrimetvi,*

Circa hunc raptum ita statuit concilium Tridcntinuin.sess. 24 de Reformatione matrimonii, cap. 6 : « Decernit sancta syno» dus, inter raptorem et raptam, quaindiu » ipsa in potestate raptoris manserit, nullum » posse consistere matrimonium. Quod si » rapta a raptore separata et in loco tuto el » libero constituta, illum in virum haben » consenserit, eam raptor in uxorem ha· » beat: ctnihilominus raptor ipsc,acomue » illi consilium, auxilium ct favorem præ· » bentes, sint ipso jure excommunicari, a‹ » pcrpetuoinfameSjOnmiumqucdignitalur » incapaces:ct si clerici fuerint, de propri » gradu decidant. Teneatur praeterea rap» tor, mulierem raptam, sive eam uxorem » duxerit, sive non duxerit, decenter arbi» trio judicis dotare. »

Quæstio est itaque de quo raptu inlelligendum sit Tridentinum, an de omni? Id melius erui non potest quam ex molivo seu tine qnem habuit concilium in condendo illo decreto. Porro motivum seu finis concilii fuit consulere libertati matrimonii, ul palet ex loto contextu decreti, et omnes fere concedunt. Unde.

Dico. Raptus inducens impedimentum matrimonii et alias pœnas præscnli decreto latas, est omnis cl sola abductio violenta mulieris invitæ causa ineundi cum illa mali imonii. *Patebit ex explicatione terminorum.*

Dicitur l , *abductio;* el hoc vide·'"' indicare concilium dum dicit,quamrfiu *ipsa i·| potestate raptoris manserit,* et, *si rapta ‹· raptore separata cl in loco tuto ct libri constituta,* etc. sicque communiter inlcll gunl auctores. Si tamen liceat meum pr · feri o judicium, existimo verba concilii pos etiam sano sensu inlclligi de violentia illata

absque abductione de loco in locum : cl nullus dubi Lal quin sit raptus dirimens matrimonium, Si quis, v. g. puellam peregrinanIcm, nui extra domum paternam exislenleni, vi delineret in loco ubi illi occurrisset, causa contrahendi cum illa matrimonii , I etiamsi dum cessante vi sponte consentiret, nisi posita extra potestatem delinentis; huic enim violenta» detentioni congruunt verba concilii naturali sensu intellecta. Ut enim prius dixi, ille cum omni proprietate dicitur *rapere* seu *rapior,* qui rem domini præsentiset inviti violenter surripuit, quamvis illam de loco in locum non transferat, sed ibidem consumat aul destruat. *Nisi forte* diros hanc violentam detentionem in nostro casu esse virlualem abductionem, quatenus præsupponit mulierem de loco in locum esse abductam , aul saltem a sua libertate abductam in potestatem alienam. Quod non abnuo.

Dicitur 2°, *violenta ;* et hæc violentia debet inlclligi ul § praecedenti de violentia physice sumpta, aut etiam de metu gravi injuste incusso; puella enim quæ gravi et injusto metu perterrita raptorem sequitur, censetur violenter abducta.

Ilæcautem violentia debetinferri persona» abduclæ , unde addidi *persona invita,* nec sufficit quod inferatur parentibus aut tutoribus, si persona abducta sponte abductio· i Consentiat : per quod 1° differt hic raptus a raptu ut est species luxui iæ .Et ratio est, quia, utdixi,pcrhocimpedimenlum concilium voluit consulere libertati matrimonii cl obviare gravissimis inconvenientibus quæ ex matrimoniis coactis nata sunt sequi, ut patet ex eo quod decernat mulierem cui visa raptore illata fuit, non posse ab eo duci in uxorem, antequam ab ejus potestate erepta suæ libertati sit restituta ; quæ causa cessat in ea quæ suæ abductioni consentit, quantumvis restiterint ejus parentes. Ita censet Cabassut. juris can. Theor. et Praxis, lib. 3, cap. 26, n. 21, qui improbabilem p enuntiat sententiam oppositam; item Sanchez, Coninch., Hurtado , quos (itat ct sequitur Loth ; item Perez , Gobai, quos ci at cl sequitur Sperer; item Steyaert, de Sacramen. Matrim.§17, cl novissime Daclman de Impedim. raptus.

Dicet. Concilium Trident, decernit absque ulla limitatione raptum dirimo o matrimonium ; atqui raptus quo, consenti, (de puella , iit parentibus violentia , est vere et proprie raptus , secundum jus cl I). Thomam tergo. Ita Franciscus Henno.

R. I). maj. Concilium decernit absque tdla limi talione explicita, *(ra nsea(; implici* ta, .V. Hoc ipso enim quo agit de raptu in ordine ad matrimonii libertatem, salis indicat se loqui de raptu qui hanc libertatem laedit, (pialis est solus raptus in rapiam el non in parentes ejus : sunt enim duæ species raptus quas juxta laudatum Cabassutium utrumque jus canonicum ct civile agnoscit, cap. *de Ruptoribus* 36, q. i, cap. *Cum causam, de Ruptoribus ;* cl 1. *Raptores,* cod. *de episcop. el Cleric.*

Et sane, si verum foret assumptum patris Henno, sequeretur quod concilium suo decreto comprehenderet 1° raptum masculi a fœmina, quod ipse diserte negat; 2° raptum causa libidinis tantum , quod infra negabimus; 3n raptum in ordine ad servitutem aut venditionem raplæ , quod omnes negant: hi enim omnes raptus sunt vere el proprie raptus.

Insl. cum eodem. Concilium non intendit solum prospicere libertati matrimonii : ergo. *Probatur ani.* Si concilium solum intenderet prospicere libertati matrimonii, eo ipso quo puella abducta consentiret, cessare deberet impedimentum; atqui etiam tunc perseverat quousque sil posita extra potestatem raptoris. Ergo. ,

R. N. ant. Adprobationem, N. sequelam. Quia quamvis puella vi prius rapta, postea libere consentiat in matrimonium , quamdiu tamen manet sub potestate raptoris, est justa ratio suspicandi quod non omnino libere consentiat, sed exterius tantum metu aul (ædiocoacla, intus vero sit semper invita. Elideo concilium , ad majorem cautelam ac deliberationem lirmiorcmque libertatis assertionem, prudenter requirit separationem a raptore. Adde id etiam recte a concilio statui et in pœnam raptoris, cl ut dcterrcalura rapiendo ,dum scit per raptum non juvari ad matrimonium, sed potius impediri. Quæ ratio semper eo tendit utsartatccla maneat libertas matrimonii. Aliud ejusdem theologi argumentum de clericis recurret modo.

Dicitur 3°, *mulieris;* et in hoc ilerum distinguitur a rapiunt est species luxuriae, qui versatur indifferenter circa masculum aut fteminain : iste \ ero non est nisi mulieris,

qua'iscumquc (amen sil, sive virginis , sive corrup *æ,* sive meretricis, sive solutæ, sive cenju.a æ. Ratio petitur ex ipso decreto; nam concilium expresse loquitur dc raptore el rapta, non de raplricc et rapto, et cum sil quid pœnaleet odiosum, non debelextendi ultra terminos legis. Ita communiter contra Steyarlium, cujus tamen opinio non csl improbabilis, sequenti rationi nixa.

Objicit enim quod sit identitas rationis in utroque sexu , quia hac lege concilium intendit servare libertatem matrimonii, quæ ralioæque currit in viro rapto ac in muliere rapta : atqui ubi csl identitas rationis legis ferendae in utroque sexu, lex utrumque sexum obligat , ut patet in impedimentis criminis cl allinilalis. Ergo.

Λ.Tamen, *N. maj.* Magiscnim urget hæc ratio in muliere rapta quam in viro rapto, tum propter infirmitatem sexus cum propter frequentiam casus; satis enim frequens est quod viri rapiant mulieres ad matrimonium, rarissimum autem cl vix auditum quod mulieres rapiant viros. Cum ergo non soleanl leges ad insolita attendere, verisimile est consilium voluisse consulere cl infirmiori sexui cl frequeniiori malo, non vero comprehendere casum insolitum et in quominuspcriclilatur libertas matrimonii.

Nccobstal quod mulieres faventes raptori excommunicentur vi laudati decreti, non enim magis infrequensestquod mulieres faveant raptoribus quam viri, neque hic quidquam facit major aut minor infirmitas sexus; unde est in utrisque quoad hoc identitas rationis.

Dicitur 4° tandem, *causa matrimonii cum rapla ineundi ;* el per hoc iterum distinguitur a raptu ut est species luxuriae, qui iit causa explendae libidinis. Ita communius Rodriguez,Vega, Conninch,Sanchez, Hurtado, quos citat el sequitur Loth ; item Sporer, Daelman cl alii plurcs, contra Bonacinam , Sa, Henno, etc. Imo in declaralionibusconciiiiTridenlinicditionisAntucrpiensis 1633, typisJoannisMerusii, declaratione in præsens decretum legitur fuisse decisum a sacra Congregationedie decima tertia jannarii 1586, raptores ob aliam causam quam ul in uxores ducant, non comprehendi a concilio.

Ratio pelilur semper cx molivolegis,quod est consulere libertati matrimonii : atqui i raplus qui non frl causa matrimonii. sed solius libidinis explendae, non nocet libertati matrimonii, nec in illud influit magis quam raptus qui fieret causa servitutis aut venditionis : ergo. Unde.

Confirmatur i° Raptus mulieris eo fine ut venumdelur aut ut serva /iat, csl verus el proprius raptus : atqui non subjacet pœnis hujus decreti : ergo nec raptus causa libidinis explendae.

Confirmatur 2° Motus gravis injuste incussus, sed non in ordine ad matrimonium contrahendum, illud non irritat : ergo nec violentia quæ infertur alio motivo quam contrahendi matrimonii.

Dices cum Francisco Henno. Concilium subjicit pœnis decreti clericos raptores:atqui hi non rapiunt causa contrahendi matrimonii, sed solius libidinisexplendæ.Ergo.

Λ. *i°N. maj.* Non enim ibi concilium loquitur dc clericis raptoribus, sed fautoribus raptorum, quos ideo excommunicationi el degradationi subjicit, *ut palet* cx contextu qui sic habet : *Nihilominus rapior ipse ac omnes illi consilium, auxilium cl favorem preebentes, sint ipso jure excommunicali.... etsi clerici fuerinl, de proprio (/radit tiedd*ont.Ubi evidens est *το eIsi clerici fuerint* fcrii ad praebentes auxilium,consilium,etc. qui ponuntur in plurali, et non ad raptorem qui ponitur in singulari, ita ut sensus sit : et si clerici fuerinl præbcnlcs consilium, etc. alioquin non dixisset in plurali, *cl si clerici fuerint,* sed in singulari, *cl si cierictis fuerit,* nempe rapior.

R. 2° *Data maiore, N. min.* El 1" clerici minorum ordinum possunt raperccausa matrimonii contrahendi. 2° Eliam clerici majorum ordinum possunt rapere causa matrimonii contrahendi, sinon jure, saltem facto, sicut ipsi conjugali. El quamvis eorum matrimonium sil jam aliunde nullum, non debuit tamen concilium cos excipere, tum quia generaliter decernit de omnibus raptoribus, nec est insolitum plura impedimenta erga eumdem concurrere, tum quia cos subjicit aliis pœnis ibidem latis.

Posset insuper objici concilium loqui de raptu absque limitatione, raptum autem causa libidinis esse vere raptum. Sed hanc objectionem solutam habes in explicatione parliculæ *violenta.*

Non dubilo tamen quin, qui abductam mulierem causa libidinis, postea expleta libidine, vi delineret ad matrimonium contra-

hendum, subjaceret omnibus pœnis præsenlis decreti, non quidem vi abductionis causa libidinis, sed vi detentionis violenta? ad matrimodium; quia, ut dixi prius, hæc violenta dcler.tio habet rationem raptus.

Ex dictis colliges 1° cum qui non sibi sed alteri jubenti aut consentienti rapit mulierem ad matrimonium, non incurrere cum illa impedimentum matrimonii, quia non est proprie rapior sed minister cl instrumentum raptoris. Incurrit tamen excommunicationem et alias pœnas latas in fautores raptorum. Ipse autem jubens aut consentiens cui rapitur niulicr, incurrit cl impedimentum cum illa el alias pœnas decreti ; quia ipse est principalis cl proprius rapior. Quapropter, si quis libi neque consentienti neque scienti rapiat mulierem , probabile est quod neque tu, neque rapiens incurrat impedimentum: non tu, quia nullo sensu es rapior ; non exequens, quia pro alterius matrimonio non pro suo rapuit, dc quo solo tamen videtur loqui concilium. Ita cum aliis Sanchez apud Sporer de Sacram. p. 4, cap. 1,sect.1, §4.

Colliges 2° rapientem qui, poenitentia ductus aut aliunde impeditus, non abducit rapiam usque ad locum destinatum , sed in via sistit, incurrere dictas pœnas, quia vere rapit, estque verus raptor.

Pelcs 1° utrum sponsus qui sponsam dc futuro rapit ad matrimonium, sit vere raptor ct incurrat pœnas latas in raptores?

2.154. a. 7. o. ad 4.—*R.* 1°Si rapiat consentientem reluctantibus licet parentibus, ad matrimonium legitime pelliciendum, excusatura crimine raptus, proindeque non incurrit pœnas, quia ex desponsatione habet aliquod jus et in sponsam ct ad matrimonium cum illa contrahendum. El ita statuitur can. *Lex illa,* d. 36 , q. 1 , el c. *Cum causa,* Extra, lib. 5, lit. 17 *de Raptoribus* , Ius verbis : « Respondemus quod, cum rap» tus ibi dicatur admitti, ubi nihil ante dc n nuptiis agitur, iste raptor dici non debet » cum habuerit mulieris assensum, et prius « eam desponsaverit quam cognoverit, licet » parentes reclament a quibus dicitur cam » rapuisse. » — Ibid. — Poterit tamen abducens peccare propter violentiam illatam parentibus, si, non prius Lentalis aliis mediis, eam adhibeat.

/L 2 Si abducat invitam, etiamsi ad matrimonium perficiendum , juxta Sylvium hic, quem sequitor Pontas, v. *Empêchement de rapt,* cas. 5, el plures alios, est verus raptor ex pœnas incurrit, quia , licet habeat jus ad compellendum via juridica sponsam ut perficiat promissimi matrimonium , non babel tamen jus vi illam compellendi ad matrimonium.

Petes 2° utrum, postquam legitime duxit raptam in uxorem, adhuc subjaceat aliis dccreli pœnis?

R. affirmative. Palet ex ipso decreti lexlu qui sic halxct : « Quod si rapta a raptore se» parata, cl in loco tuto ct libero constituta, » illum in virum habere consenserit, cam » raptor in uxorem habeat : ct nihilominus » raptor ipse ac omnes illi consilium, au» xilium ct favorem præbentes, sint ipso » jure excommunicat!, ac perpetuo infa» mes, etc. »

Poles 3U utrum ha? pœnæ incurrantur ante sententiam judicis?

R. impedimentum dirimens el excommunicationem incurri ipso facto, ad infamiam autem, incapacitate»! ad dignitates et earum privationem, requiri sententiam judicis. Ita Sanchez apud Loth ; quia, inquit, infamia? pœnaclalia? huic annexa? non incurruntur ante sententiam judicis, ct sic videtur esse in usu.

Pelcs 40 an non sint aliæ pœnæ statuts, sive jure civili sive canonico, contra raplores?

R. Jure civili, 1. *Raptores,* c. *de Raptu virgin,* cl in Authent. *de Raptu mulier.* rapior cujuscumque mulieris honesta? sive caina libidinis, sive causa matrimonii, ct omnes coadjutorcs morte puniuntur el amissione bonorum quæ rapta?, seu monasterio, si sit monialis, applicantur. Item raptor dcpichcnsus in flagranti crimine, potest impune a personnis raptis conjunctis interfici. In regno Gallia?, raptus mera? seductionis etiam pœnæ mortis plectitur, *ut patebit cx infra dicendis :* raptor vero inhonesta? mulieris pœna arbitraria punitur.

Jure canonico, c. *Raptor* 33, ct e. *Statutum* 34, 27, q. 2, raptor alienæ sponsa?, primo poenitentia? publica? addicitur ; secundo manet sine spe conjugii, etiamsi rapta separata consenserit : csl tamen solum impedimentum impediens, quod in mullis locis in dissuetudinem abiit : tertio Iit servus rapta?.

Confutatur opinio Honorati Tournely circa raptum quem vocat seductionis·

Honoratus Tournely, q. 8 dc impedimentis inatrim. art. 1, § de impedimento raptus, vocat raptum seductionis, *cum puella blanditiis ex voluptatis illecebra, aut quocumque alio molito seducta consentiens, raptorem sequitur,* etiam, ut colligitur ex totius § contextu, parentibus nescientibus. Hoc nos supra vocavimus fugam.

Hunc autem raptum contendit subjacere pœnis concilii Tridentini, et esse impedimentum dirimens matrimonium.

Hæc singularis opinio confutatur 1° iis omnibus rationibus el auctoritatibus quibus supra , circa particulam *violenta,* probavimus raptum in solos parentes, consentiente puella, non subjacere pœnis decreti : si enim id verum sit dc raptu in quo fit parentibus violentia, *a fortiori* ubi nulla reperilur neque in parentes neque in puellam.

2« Raptus seductionis, seu abductio mulieris consentientis, non reluctantibus parentibus , puta , quia nesciunt, non csl raptus, nec nisi abusive ct valde improprie dicitur talis : atqui hic est quæslio dc solo raptu proprie dicto ct de co solo loquitur concilium Trid. Ergo. *Probatur maj.* Violentia est de conceptu essentiali raptus : atqui in casu nulla reperitur violentia, neque in puellam, neque in parentes. Ergo.

Objicit 1° laudatus theologus. Antiqua jura tam civilra quam ecclesiastica raptum seductionis statuerunt impedimentum dirimens matrimonium. Ergo.

R. hæc antiqua jura, falente ipso Tourne!) ibidem , a saeculo nono in dissuetudinem abiissc : quod etiam aperte constat cx eo quod juxta illa jura, rapior nunquam possit habere raptam in uxorem, etsi sit separata a raptore et, suæ libertati resti tuta , liberrime consentiat, cujus contrarium sancivil Tridcntinum citatum. Adde theologos non agnovisse in his juribus antiquis nisi impedimentum impediens tantum dc quo hic non est quæslio, sicut nec de jure antiquo , quod est praesertim civile, sed de novo canonico per Tridcntinum.

Obj. 2° Concilium Tridcntinum loquitur dc raptu, nulla facta distinctione violenliæ, neque ulla potest firma proferri ratio qua ostendatur verba ipsius ad solum raptum violenliæ restringi debere. Ergo,

Λ. *N. an(. quoad omnes parles.* Hoc ipso cnim quo concilium loquitur de raptu, plus· quam evidens est ipsum loqui de raptu violentiae, cum non detur alius, ut probavi. Raptus autem quem Tournely vocat seductionis, non nisi abusive ot valde improprie dicitur raptus, sed potius *fuga* dicitur.

Instat. Cum puella e domo patris abducitur volens ac consentiens, raptus crimen haud dubie intervenit: atqui tamen nullacsl in rei veritate violentia. Ergo.

R. N absolute majorem, in hypothesi scilicet quod nulla etiam violentia fiat parentibus, quæ videtur esse hypothesis adversarii. Quod si supponas fieri violentiam parentibus, erit quidem raptus in parentes, sed insufficiens ut incurrat pcenas decreti,ui probavimus supra circa particulam trfo-*lenta.*

Urget. Tlcnricus III, Galliarum rex,in famoso edicto, art. 42, raptum per seductionem et subornationem definit; sic enim loquitur Gallice : « Voulons que ceux qui » se trouveront avoir suborné fils ou filles » mineurs dc vingt-cinq ans, sous prétexte » de mariage ou autre couleur, sans le gré, » su ou vouloir cl consentement exprès des » pères et mères, ou des tuteurs, soient pu» nis dc mort.» *Latine;* « Statuimus ut, » qui filios vel filias nondum viginti quinque » annos natas, prætexlu matrimonii aut » alio quocumque, sine expresso parentum » vel tutorum consensu ac beneplacito, se» duxerint, capite puniantur. » Renovatus est ac denuo confirmatus hic articulus a Ludovico XIII, edicto anni 1639, art. 2. Ergo.

/L *N. ant.* IToc enim edictum non solum non dicit, sed nequidem innuit seductionem de qua loquitur esse vere raptum. Statuit quidem in eam poenam mortis; sed quid ad nos? Non quaerimus hic qua pœna mera seductio puniatur in Gallia, sed an sit verus raptus ct talis qui subjaceat pœnis concilii Tridentini, quod hæc instantia nec leviter attingit.

Reponit. Mera seductio non minus generat malum quam violentia. 1° Pariter familiarem pacem turbat et honorem labefactat. 2" Lædit etiam libertatem puellæ in ordine ad matrimonium : cum enim leneræct molliori puellæ per blanditias illuditur, vix ipsi permittitur ut serio attendat ad gravitatem ct momentum contractus quo se obstringit.

id quem si attenderet, ab eo haud dubie desisteret. Ergo.

Jl. 1" id quod objicitur dc turbatione familiaruin et honoris labefactatione, non esse ad rein. Non cnim concilium pcrsæpe laudatum decretum intendit providere paci ct honori familiarum , sed libertati matrimonii. Quod additur de læsionc libertatis puellæ in ordine ad matrimonium , negandum est : non enim censetur puris blanditiis lædi liberlatem quæ sufficiat ad matrimonium , alioquin vix ulla puella valide contraheret, cuin vix sit ulla quæ proci blanditiis non afficiatur ad matrimonium. Sed efficacius

R. 2° *Dato ani. N. consequentiam.* Sive ergo mera seductio lædal libertatem matrimonii , familiarum pacem el honoiem labefactet, sive non, nihil inde evincitur; non enim concilium Tridcntinum praesentis decreti pœnis subjicit omne id quod lædit libertatem matrimonii, familiarum pacem turbat, aut honorem labefactat ; sed solum raptum qui noceat libertati raplæcirca matrimonium. Unde quidquid non est vere raptus, quantumvis aliunde noceat, decreto non comprehenditur. Meram autem seductionem non esse vere raptum probavimus supra.

Replicat tandem, cl hæc instantia videlur alicujus momenti, leviores enim sunt praecedentes. Si raptus de quo concilium Tridcntinum, solummodo sit ille qui cum violentia lit, non consentiente sed renitente puella , oon novum constituit impedimentum distinctum a violentia, quæ cum libertatem tollat, jure naturali irritat conjugalem contractum : atqui tamen certum est voluisse concilium inducere impedimentum raptus distinctum ab eo quod dicitur vis vel violentia. Ergo.

R. N. maj. Posito cniin quod solus raptus violentia· in puellam sil impedimentum matrimonii , niliilominusstalapcrla differentia inter istud impedimentum ct impedimentum quod dicitur *vis* seu violentia ; in hoc quod, licet impedimentum raptus ortum habeat a violentia, illa tamen penitus cessante et puella libere consentiente, remanet nihil ominus impedimentum , quamdiu remanet puella sub raptoris potestate. Sic enim diserte decernit concilium, partim, ut jam dixi, in pœnam raptoris et ut a rapiendo deterreatur, partim ad majorem cautelam, amoliorcm deliberationem raptæ, certior cmque assertionem snœ libertatis. Hæc autem locum non habent in impedimento quod dicitur *vis ;* hac enim cessante, cessat impedimentum.

Ad quid teneatur rapior sicut ct stuprator, expendimus dum de restitutione in materia dc jure et justitia.

De raptu Benjamitarum dicemus in digressione speciali ad calcem dissertations præscnlis.

ARTICULES V.

Dc adulterio.

Q. 15<i.a. 8. o. — Adullcriumsicutipsum nomen sonat, est accessio ad alienum torum : communiter definitur : *lori alieni violatio.*

Ibid. — *Diro* 1° Adulterium est species hixuriæ ab aliis distincta.

Patet, quia ultra deformitatem fornicationis quam habet totam ex hoc quod quis accedit ad non suam , habet insuper aliam specialem deformitatem ex hoc quod accedi' ad alienam. Sic enim peccat contra fidem datam in sacramcnlali contractu matrimonii, in quo corpus suum ad usum conjugalem soli conjugi promisit ct tradidit, ct contra justitiam violando jus corporis sui acquisitum conjugi, juxta illud Apostoli 1 Cor. 7 : *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir : similiter autem ct vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Huic autem infidelitati et injuslitiæ cooperatur pars coadullcrans.

Porro hoc jus conjugale consistit in duobus : 1° quod alter alteri petenti debitum reddere teneatur; 2° quod a persona extranea abstinere debeat. Quando ergo alteri se commiscet, id quod est conjugis quoad usum, alteri tiibuit; imo cum sil una caro cum conjugo, juxta illud Christi, Malth. 19, *Erunt duo in carne una : itaque jam non sunt duo, sed una caro,* carnem conjugis miscet carni extraneæ : quæ quanta sit injuria , *palet ex* communi hominum æstimalionc, qui illam nonnisi morte aut divortio ulcisci solent. Unde

Dico 2° Adulterium est grave peccatum mortale.

Sequitur cx dictis. Insuper patet ex sexto præceplo Decalogi : Aon *moechaberis;* ex 1 Cor. 7 : *Neque fornicarii, neque adulteri.... regnum Dei possidebunt,* Ex variis aliis S. Scripturis locis, Lev, 2, Douter, 22, 27,

Tob. 32, Proverb. 6, Ecclesiastici 33, ubi hujus criminis gravitas exaggeratur. Constat landem ex pravissimis pœnisquæ jure civili statuuntur in adulteros. 1° Adultera morte punitur, non lamena(luiler.2°Donala propter nuptias amittuntur per adulterium. 3° Pars adulterans privatur jure petendi debitum. 4° Pars innocens habet jus petendi divortium.

1res sunt gradus in adulterio. Primus est conjugali cum soluta; secui Jus, conjugatae cum soluto; tertius, conjugali cum conjugata, quorum est diversa gravitas.

Secundus est gravior primo; quia magis repugnat unam mulierem commisceri pluribuc viris, quam unum virum pluribus meiieribus. 1° Quia ex commixtione unius mulieris cum pluribus viris plerumque impeditur generatio; quod si non impediatur, incertum est cujus sit proles. 2° Fit singularis injuria marito, dum ei aliena proles supponitur, et filiis legitimis, dum extraneus in pariem hæreditalis immittitur, autsallcm hispericulissesubjicit aduitera: quæomnia non consequuntur cx adulterio conjugali cum soluta. Unde in antiqua lege, quamvis aliquando fuerit permissum viro uti pluribus fœminis, nunquam tamen fœminæuti pluribus viris : et ideo conditio mulieris in hoc casu explicanda est in confessione. Tertius autem gradus est omnium gravissimus, quia ultra prædicla continet duplicem numero infidelitatem cl duplicem injustitiam, necessario explicandam in confessione.

Petes 1° utrum, si compars cedat juri suo, aut etiam vir fiat leno uxoris suæ, remaneat adulterium ?

R. affirmative. Est cerla et communis. Sed tamen stalim occurrit axioma juris, *Scienti ct volenti non fit injuria tsiavlem* tollis injuriam ab adulterio, non remanet adulterium.

Respondent plures , nihilominus ficri injuriam comparti cedendi juri suo, quia non potest cedere tali juri : regulam autem juris debereintelligidc iis quorum sumus domini, ut sunt bona forlunæ, non de iis quorum sumus tantum custodes, ul sunt vita, membra, quibus annumeratur usus uxoris : cum ergo talis juris cessio sit invalida, ct illud jus ideo agitur per adulterium ct consequenter fit injuria comparti quamvis consentientil.

Verum hæc doctrina non videtur conformisdocU'inæD.Thomæ.—Hic q. 5U. e. 3.o —qui docet, neminem posse pati injustum formalitcr nisi nolentem;—Xbid. ad 2,- et quod, *qui seipsum occidit, injuriam qub dem facit, non sibi, sed civitati et Deo.* Neque etiam videtur conformis veritati et communi hominum sensui : is enim qui uxorem suam alteri cognoscendam sponte tradiderit, risu dignum se omnibus exhiberet si dc injuria ideo sibi irrogata conquerereretur, ctpro illa satisfactionem aut reparationem aliquam exigeret; quod lotum tamen posset si vere patiatur injuriam formaliter. *Confirmatura simili.* Qui corrumpit virginem consentiente patre, aul furatur bona pupilli consentiente tutore, juxta communem hominum sensum, neque patri neque tutori facit injuriam, el tamen neuter potest cedere juri suo. Ergo,

ibid, ad 3.— Equidem verum est jus, non obstante tali cessione, manere integrum, el ideo consentientem adulterio pali injustum materialiter, quia injustum materiale alienditur secundum id quod exterius agitur, jus autem quod manet integrum violatur exterius : at non patitur injustum formalitcr, quod est proprie injuria, quia injustum formaliter scu injuria attenditur secundum voluntatem siveagentis, sive patientis : ita ut, sicut nemo facit injustum formaliter nisi volens, sic nemo patitur injustum formalitcr nisi nolens. Isteautem in casu patitur volens.

Melius ergo videtur dicendum, per talo adulterium ficri injuriam non ipsi viro consentienti, sed statui cl juri conjugali cui cedere non possunt conjuges, quodque ideo, cum maneat integrum, non obstante eorum cessione, violatur per adulterium. Sicut, quemadmodum jam alibi dixi, si clericus cedat juri ct privilegio sui slatus,ct inde trahatur ad tribunal sæcularc, non fit illi injuria, sed statui clericali : nec ideo minus peccat judex sæcularis.

Petes 2° utrum in foro conscientia; liceat marito aul patri occidere uxorem aul filiam ct adulterum in adulterio actuali deprehensos?

Id licere non pauci opinantur propter leges civiles qui hanc occisionem permittunt; licitum est enim occidere malefactores auctorilate *egum cl rcipublicæ. Nihilominus, ζϊ. id esse illicitum : videtur etiam certa el est communior. Kalio est, quia leges civiles non possunt dare auctoritatem sic occidendi adulteros, et si darent forent injuslæ, proindequeipsa occisio remaneretinlrinsece

ronin. 1°Quîa est contra jus gentium , imo contra jus naturale, quod quis extra urgentem necessitatem inauditus et indefensus puniatur, maxime pœna mortis; item quod quis constituatur in eadem causa pars, accualor et judex, sicquesub falso prætcxtu apeiia!ur via occidendi innocentes. 2° Est contra charitatem quod quis, absque urgente necessitate, occidatur cum evidenti et fere certo periculo damnationis æternæ : hæc au-'emaccideront, si liceret occidere adulteros in flagranti crimine deprehensos ; nec ulla est necessitas quæ ad id cogat, cum neque bonum publicum hic periclitetur, et reus possit capi ctjudicialiter puniri : secus esset, si ageretur, v. g. de hoste publico reipublicæqui capi non posset, nec aliter quam ejus occisione defendi respublica. Dicendum itaque, leges civiles hanc occisionem duntaxat tolerare seu permittere negative, hoc est, non prohibere, nec punire propter vehementiam doloris et iræ qua supponitur occidens permotus. De hoc vide latius Loth, tract. 16, q. 6, a. 16.

Ad quid adulter et adultera teneantur? spectat materiam de restitutione. De adulterio autem respective ad divortium agit S. Th.supp. qq. GtletGl.

ARTICULUS VI.

De incestu.

incestus est *concubitus cum consanguinea vel affine intra gradus prohibitos,* sub concubitu tanquam sub actu principali, intelligeoscula, tactus, aspectus ct alias impudicitias cum consanguinea vel affine, quæ ex se ad concubitum ordinantur, el ideo pertinent ad incestum, siculi cum conjugata ad adulterium, cum soluta ad fornicationem.

Gradus prohibiti sunt in consanguinitate el affinitate orta cx matrimonio sive rato , sive consummato, usque ad quartum inclusivc;inallinilalcorla cx copula illicita, usque ad secundum inclusive: ex Trident, sess. 24, cap. 4 de reformat, malrim.

Hic. q. 154. n 9. o. —*Dico* 1° Incestus est determinata species luxuriæ.

Ib»d.—*Probatur.* Ibi necesse est inveniri determinatam speciem luxuriæ, ubi invenitur specialis repugnantia usui debito venercorum: atqui in usu consanguinearum ve affinium intra gradus prohibitos invenitur specialis et multiplex repugnantia usui (Iobito vpiiçreorum. Ergo,

Ibid. — *Probatur min.* Quia homo in cis præierlim quæ spectant actum generandi, natura liter debet quamdam honorificentiam et reverentiam parentibus ut sui ortus principio, et consequenter consanguineis et aflimbus in quibus parentes, hoc est, ortus sui principium intuetur; ita ul apud antiquos, teste Valer. .Max. lib.2, Lit. 1,cap.9, non erat fas filium simul cum patre balneari, ne scilicet se invicem nudos conspicerent* atqui in actibus veneris est quædam turpe tudo honorificentiæ et revercntiæ contraria, unde de his homines verecundantur. Ergo,

Ibid —2° Quia personas sanguine junctas necesse est simul ad invicem conversari* unde si non arcerentur a commixtione venerea , nimia opportunitas daretur venereæ commixtionis, etsic animi hominum nimis emollirentur per luxuriam. Ergo.

Ibid.— 3° Quia per commixtionem consanguineorum et affinium impeditur multiplicatio amicorum; dum enim homo uxorem extraneam accipit, iungunturs ibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei uxoris, ac si essent consanguinei sui, quia vir et uxor fiunt una caro. Ergo.

Ibid.—Aristoteles addit quartam rationem in 2 Politic. Quia cum naturaliter homo consanguineam diligat et consequenter affinem , si adderetur amor qui est ex commixtione venerea, fieret nimius ardor amoris et maximum libidinis incentivum, quod castitati repugnat. Ergo.

Ex his vides quanta sit malitia incestus quem ulriusque Testamenti paginæ damnant ac detestantur. Sic Levit. 20, constituitur pœna mortis in incesluosos,quia *rem illicitam , rem nefariam operati sunt.* Apost. 1 , Cor. 5 : *Auditur inter vos* , inquit , *fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes ; ita ul uxorem patris aliquis habet.* Hunc autem incestuosum tradit sa'anæ, vultque totam Ecclesiam lugere ob hoc facinus.

Ibid, nd 3.— Tmo, ipsa natura dictante , quæ lam animalia sic ab incesluosa commixtione abhorrent, ul,juxta Aristotelem, lib. Ode Animalibus, equus regis ScyIliarum, deceptus ut matri commisceretur, re deleta, seipsum praecipitaverit quasi pne honore facti. Parem instinctum ibidem t. ihuit camelis.

Ibid, «a *3.*—*Dira* 'l Omnes incestus car· Inales sunt eiusdem speciei.

Ita prater Auctorem , Cajetanus et Sylvius hic, Soto, Nugno, Bonae, el alii communius, contra Lessium,Filluciumel alios, qui contendunt incestum consanguinitatis specie differre ab incestu affinitatis; item contra Navarrum ct Valentiam , qui ulterius volunt incestus in diversis gradibus consanguinitatis inter se specie differre, sicut et incestus in diversis gradibus affinitatis; ita ut incestus, v. g. cum matre specie differat ab incestu cum sorore, ct incestus cum sorore uxoris specie differat ab incestu cum ejus nepte. Contra quos omnes.

ibid, — *Probalur* 1° *conclusio.* Hoc ipso quo per copulam carnalem consummatam iit viri et mulieris una caro, consanguinei unius sunt consanguinei alterius, ita quod affinitas nihil sit aliud quam consanguinitas carnis suæ; proindeque uiriusque violatio importat deformitatem ejusdem rationis, scilicet violationem et dehonoralionem consanguinitatis carnis suæ. Ergo.

Nec obstat quod diversimode caro sit sua per generationem et commixtionem, id enim, inquit Cajetanus, spectat differentiam inter personas coeuntes, non differentiam cair.is ad sibi conjunctos, quia utrobique est consanguinitas.

Confirmatur. Affinitas est propter consanguinitatem tanquam propter finem; ad hoc enim est directe et proxime, ut honoretur consanguinitas carnis sibi commixlæ cl unius factæ : atqui ordinatum ad finem ex line speciiicalur : ergo ejusdem rationis est dehonorarc affinitatem ct consanguinitatem. Hæc, inquit laudatus Cajetanus, indicant verba litteræ subtiliter perspecta.

Porro si consanguinitatis et affinitatis violatio sit ejusdem rationis, *a fortiori* violatio diversorum graduum , vel consanguinitatis, vel affinitatis inter se.

Probalur 2° Gradus sive affinitatis, sive consanguinitatis, solo jure positivo prohibiti , inter quos contrahi non potest matrimonium , eodem molivo prohibentur ac ii gradus consanguinitatis qui jure natura,- prohibentur, nimirum, ul senetur honorificentia debita propinquis, removeatur nimia occasio libidinis inter ipsos cl multiplicentur amici : ergo alterutrius juris sive positivi sive naturalis transgressio per incestum , est ejusdem rationis.

Confirmatur. Quæ differunt tantum secundum majus cl minus non differunt specie : atqui incestus varii non differunt nisi secundum majus ct minus, scilicet, secundum majorem vel minorem propinquilafem, cujus inhonoratio per incestum inducit majorem vel minorem indecentiam. Ergo.

Cæterum, quamvis omnes incestus sin· ejusdem speciei, alii tamen aliis sunt graviores : sic gravior est incestus cum consanguinea quam cum alline; gravior in priori quam in secundo gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis; et sic decæteris. Item gravior etgravissimus estin linea recta,sive consanguinitatis, sive affinitatis, quam in linea collaterali, puta, cum matre quam sorore : unde,juxta communiorem sententiam dc circumstantiis notabiliter aggravantibus accusandis, non sufficit dicere in confessione, Commisi incestum, sed debet exprimi , an cum consanguinea vel affine, an in primo vel secundo gradu lineæ reclæ vel collateralis, quia hæ circumstanti® videntur notabiliter aggravare. De remotioribus autem gradibus lineæ collateralis censeo cum Ledesma, de la Cruz, Sporer et pluribus aliis, non debere esse sollicitum pcenilentem, quia id non videlur notabiliter aggravare.

Nola hic quod, licet incestus cum consanguinea gravior sit incestu cum affine, iste tamen ex jure positivo habeat duplicem effectum quem non habet alter. 1° Privat incestuosum jure petendi debitum ab uxore cujus consanguineam in primo vel secundo gradu cognovit, quia per illam copulam contrahit cum uxore affinitatem . potest tamen petenti reddere. 2° Mortua conjuge, non potest aliam ducere : sed istud impedimentum est tantum impediens, et videtur cum pluribus aliis in dissuetudinem abiissse.

Dixi in conclusione, *incestus carnales;* quia certum csl incestus legales aut spirituales, ratione nempe cognationis legalisvcl spiritualis, specie differre tum ab incestibus proprie dictis, tum inter se : quia cognatio tam Icgalisquæ fundatur in adoptione, quam spiritualisquæ orilur ex baptismo clconfirmatione, distinguuntur specie inter sect a cognatione carnali quæ orilur ex copia, suntque ad instar illius. Etenim quia filius adoptivus transit in potestatem adoptantis et accipit ab ipso alimenta et hærcditateni sicut filius naturalis,el quia filius spiritualis accipit esse spirituale a baptizanto aut confirmante, sicut illius naturalis accipilosso

naturale a paire; Ecclesia his similitudinibus mota csl, ul inter illos statueret quamdam speciem cognationis dirimentem matrimonium.

Adoptioeslpcrsonxcxlrancaiinfiliumaul filiamassumpliolegitima. Persona extranea dicitur, quæ non est ex descendentibus adoptantis , sive sit alioquin ejus consanguinea sivenon. —In ά. d. 62 q. 2. a.3. o.— Est autem triplex cognatio legalis, orta ex adoptione perfecta : prima in linea recta quasi descendentium, quæ contrahitur inter adoptantem ct adoptatum ejusque descendentes, si in ejus potestate existant; secunda in linea transversa,inter filium adoptatum elfilios naturales legitimos odoptanlis quamdiu existunt in ejus potestate ; tertia per modum cujusdam aflinitatis inter adoptantum el uxorum adoptati, et e converso inter adoptatum ct uxorem adoptantis. Prima et tertia perpetuo durant, etiam dissoluta adoptione per mortem al terius, aut per emancipalionem adoptati; secunda, non nisi quamdiu adoptatu saut filii legitimi naturales manent in potestate adoptantis. Ita injure.

Islæ autem cognationes legales, ut jam dixi, non oriuntur nisi exadoptione perlecta, quæ dicitur *arrogatio :* et hæc fit auctoritate principis de aliqua persona quæ non sit amplius sub potestate patris naturalis, sed emancipata ct sui juris; litque per adoptionem hærcs non solum legitima, sed cliain necessaria adoptantis.

Igitur, qui peccat carnaliter cum cognata legali, committit incestum a præccdentibus specie distinctum, et ideo explicandum in confessione; ct quamvis diversi gradus hujus cognationis inter se specie non differant, alii tamen aliis sunt graviores, utdictum est supra de incestu carnali.

Cognationis spiritualis quæ oritur ex sacramento baptismi ct confirmationis est duplex modus : scilicet *paternitas* inter baptizantem et palrinos ex una parte, et baptizatur ex altera ; ct *compaternitas* inter eosdem baptizantem et palrinoscx una parte, elpatrem ac matrem baptizat cx altera: idem dic dc confirmatione : olim erat etiam *fraternitas* inter baplizatum ct baptizantis ic patrinorum filios, sed jure novo Triden- (ini sess. 24, dc Reformat, matrira.cap.2, cessavit.

Qui igitur peccat cum cognata spirituali, committit incestum a præccdentibus distinctum specie, et explicandum in confessione, eo magis quod addat specialem malitiam sacrilegii propter irreverentiam irrogatam sacramento. Utrum vero explicandum sit an cognatio sil ex baptismo an ex confirmatione , item an sit paternitas aut compaternitas? videtur quod non ; quia in omnibus est eadem specie diffonnitas, non notabiliter gravior aut levior. Ila Sylvius hic quoad primam partem ; Sporer quoad utramque.

Mura de utraque cognatione tam legali quam spirituali discutiuntur in tractatu de Impedimentis matrimonii. Hæc nunc prælibasse sufficiat pro necessitate præsentis materiæ.

Petes utrum aclus sodomitici inter consanguineos, aut consanguineas ,vel affines, induant malitiam incestus?

R. Si fianlin gradibus jure naturæ prohibitis, qui secundum aliquos est tantum primus in linea rccla , secundum alios primus et secundus , certum csl induere malitiam incestus, probabile autem si fiant in gradibus solo jure positivo prohibitis: quia in quolibet gradu lædilur reverentia consanguineisvel afiinibusjure naturali vel positivo debita.

Dices. Jus positivum prohibet duntaxat copulam inter personas inter quas prohibet iniri matrimonium : isti enim gradus consanguinitatis et affinitatis constituuntur ab Ecclesiain ordincad dirimendum matrimonium ;sicque non videntur afficere personas ejusdem sexus inter quas non potest iniri matrimonium. Hæc sententia non est improbabilis.

R. tamen, *distinguo ant.* Jus positivum prohibet duntaxat directe copulam inter personas inter quas potest iniri matrimonium, *C.* indirecte, *N.* Hoc ipso enim quo Ecclesia sua lege statuit propinquitatem inter personas tam diversi quam ejusdem sexus, recta ratio jusque naturale dictat eas sibi muluodebereereverentiam, quam proinde lædi per sodomiam indirecte prohibet lex positiva. Sicut hoc ipso quo lex ecclesiastica statuit cognationem spiritualem inter baptiza tumet baptizantem, directeexjurc naturali, cl indirecte cx lege positiva, aut saltem ex sacramento, sibi mutuo debent reverentiam , quam si lædant actu sodomitico, rei erunt incestus spiritualis, aut, ul alii volunt, sacrilegii.

ARTICULUS VII.

Utrum ei sacramento poenitentiae oriatur cognatio spiritualis sic, ul confessorius peccanscumsua pernitente, committat incestum ; aut saltem hoc titulo addat circumstantiam explicandam inconfcssione.

In 4. d. 42. q. 4. a. 2. ad 8· et in supp. q. 56. a. 2. ad 8.—*Dico* 1°cx sacramento pœnitcntiæ non oritur cognatio spiritualis qualis oritur ex baptismo et confirmatione, dissolvens matrimonium ; adeoque confessorius peccans cum sua pœnilente, non committit incestum.

Probatur. Certum et talem cognationem ex sacramento pœnitentiæ non oriri jure naluræ seu ex natura rei ; quod enim alter alterum absolvat a peccatis, ex natura rei non fit quod sint cognati seu propinqui. Neque oritur cx sacramento pœnitentiæ talis cognatio jure positivo ; quia si quæ fuerint jura antiqua quæ quibusdam videntur talem cognationem statuisse (quod forte non est verum) saltem certo sunt abrogata per Bonifacium VIII, cap. *Quamvis,* de Cognatione spirituali, tit. 3, lib. 4, in 6, ubi dicitur : *Ex datione vero aliorum sacramentorum* (prætcr scilicet baptismum et confirmationem), *cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat aut dissolvat.*

Ratio autem congrua cur Ecclesia e baptismo et confirmatione ct non ex sacramento pœnitentiæ statuerit talcin cognationem hæC CSt. — Ibid, q. 4. a. 2. ad 1, et in supp. q. 56. a. 2. ad. 4.— Duplex est carnalis nativitas : (prima in utero in quo adhuc id quod est natum est adeo debile, quod non possit extra poni sine periculo; el huic nativitati similatur generatio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi fovendus intra uterum Ecclesiæ. Secunda est natiavitas cx utero, quando id quod jam natum crat in utero lanium roboratum est, quod potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere; et huic similatur confirmatio per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominisChristi : etideo congrue per utrumque istorum sacramentorum Ecclesia statuit contrahi spiritualem cognationem, ad instar cognationis carnalis.— Ibid. ad. 8.— Quamvis autem per sacramentum pœnitentiæ tolialur peccatum actuale, hoc tamen non est per modum generationis, cum in peccatore maneant adhuc semina vit® spiritualis, nempe fides et spes, sed per modum sanationis seu susc'lationis.

ibid. α‹1 9. — Neque obstat quod confessorius dicatur pater spiritualis; quia, cum paler spiritualis dicalur ad similitudinem patris carnalis, pater autem carnalis dei tria, scilicet esse, nutrimentum el instructionem, potest aliquis dici pater spiritual» ratione alicujus horum : tamen ex hoc quod sit pater spiritualis, non habet secundum Ecclesiæ dispositionem, cognationem spiritualem , nisi conveniat cum patre quantum ad generationem per quam est esse. Sic director per spiritualia monita aut instructiones, pastor per pastoralem curam, concionator per conciones, dicuntur patres spirituales absque ulla cognatione.

Ibid, ad S. — *Dico* 2° Jure antiquo ecclesiastico, ratione sacramenti pœnitcntiæ contrahebatur inter confessarium et pœnilentem quoddam foedus simile cognationi spirituali, non quidem dirimens matrimonium, sed tale, ul tantum peccaret confessarius pœnitentem carnaliter cognoscens, etiisdem subjaceret poenis ac si esset sua spiritualis filia.

Probatur. Symmachus papa, cap. *Omnes,* causa 30,q. 2, dicit : « Omnesquos inpœ» nitentia suscipimus, ita nostri sunt spi» rituales filii, utel ipsi quos vel nobis sus» cipientibus vel trinæ mersionis vocabulo » mergentibus, sacri baptismatis unda re» generavit. Sylvester quoque docens, ad» monet unumquemque sacerdotem, ut)) nullus causa fornicationis ad suam pœni)) tentialem accedat, quia scriptum est. Om)) nes quos in poenitentia accipimus ita filii » nostri sunt, ul in baptismate suscepti : » quapropter, hoc scelus si quis perpetra» vont, non solum dignitatis honorem amil» tat, verum etiam usque ad exitum viter » jugi poenilentiæsc subdat. » Et Crelcsl·· nus I, cap. *Non debet* ibidem, ait : « Non » debet episcopis aut presbyter commsceri » cum mulieribus quæ ei sua fuerint con» fessæ peccata : si forte, quod absit, hoc » contigerit, sic preniteat quomodo de filia » spirituali : episcopus quindecim annos, » presbyter duodecim deponatur, n

Hæc autem jura quamvis plurcs theologi inlclligant dc cognatioue spirituali proprie dicta, matrimonium dirimente ut in bap-

iβ χΓ'β.τ·»

tismn ct confirmatione, cujus violatio sit incestus, cl quæ ideo dicunt revocata per Bonifacium VIII, ut supra, tamen S. Thomas ntelligil in sensu "inclusionis, quæ, sicut præcedens, csl cx ipso fere in terminis.

Hujus autem prohibitionis ecclesiastic® molivum fuit, ut tolleretur occasio peccandi cx nimia familiaritate quæ quandoque contingit inter confessarium et pœnitentem.

Dico 3° Hæc jura antiqua de quodam foedere inter confessarium cl pœnitentem videntur abrogata ; ita quod peccatum confessarii simplicis cum sua pœnilcnte, absque ullo respectu ad sacramentum, licet cx hoc capite habeat forte aliquam deformitatem , non tamen videatur talis ac tanta, quædebeat necessario exprimi in confessione.

Quoad primam partem, videtur communior. Quoad secundam, csl Bonae, de maIrimon. q. 14, p. 1G, prop. 5; Bas. Pont, lib.7, cap. 38, n. 7; Sa, v. *Confess,* n. 15; Asor. torn. 3, lib. 3, cap. 9, q. 5 ; Vasques, q. 91, a. 1, dub. 2 ; Sporer. Tlicol. Sacram, p 4,cap. 3, sect. 4, §4; Lcand. Sancii el i luriuin aliorum.

J/u/li *probant primani pariem* cx Bonif. VIII, supra laudato in prima conclusione, qui videtur revocasse hæc jura antiqua : sed quia Bonifacius loquitur de cognatione dirimente matrimonium, el S.fhoniasinterpretalurjura antiqua de cognatione simililudinaria tantum non dirimente matrimonium, ideo melius, ul puto,

Probatur prima pars cx usu et praxi contraria. 1° In foro exteriori, ubi agilur dcpoenis indigendis, inauditum est quod, sacerdolccausa fornicationisaecusato, inquiratur an peccaverit cum ea quam audivit in confessione; clsi hoc innotescat, non ideo gradu dejicitur, aut aliis poenis per hæc jura slalutis plectitur, nisi forte abusus fuisset sacramento ad peccandum, ul dicam modo : quod sane est manifestum indicium hæc jura non amplius vigere.

2° Si hæc antiqua jura adhuc vigeant, *s* çuftur 1° quod talis cognatio seu foedus quod statuunt, contrahatur non solum interconfessarium et fœminas pœnilenies, sed etiam interconfessarium el mares contitentes, ul palet ex ipsis terminis canonum qui loquuntur in masculino genere; cl consequenter quod confcssarius peccans cum tali masculo, debeat hanccircumstanliarn explicare : quod esi inauditum modo, inquit Potitius 2° *Se-*

quilur quod confcssarius qui frequenter audit confessiones in aliqua parochia vel civitate, si contingat quod peccet, non solum per actus exlemos luxuriæ cum aliqua iiujrj parochi® vel civitatis muliere, sed interne tantum, eam concupiscendo, debeatinquirere an non aliquando ipsi confessa fuerit, et rem compertam explicare in confessione, ct si dubitet vel de suo peccato vel de ista conditione cum muliere, id dubium aperire in confessione; quam quæ nunc sunt insolita ac prorsus inaudita nemo nescit.

3° Vix ullus est inter plcbeios, si non sit omnino rudis, qui non apprehendat aliquae obligationem baptizati ad baptizanten aut suscipientem et c contra ; idem de confirmatione; nullus autem qui apprehendat obligationem confessarii ad eum cujus peccata semel aut iterum audivit, nec talis pœnilenlis ad confessarium a quo plerumque non vult cognosci.

« Hæc omnia, *inquit Basilius Pontius,* » *(nec tamen dixit omnia quæ ego dixi),* » mullorumque hominum timoratæ conii scienti® judicium in praxi, mihi persua» dent abolitar eam spiritualem cognatio» nem, si qua erat judicio ecclesiastico inii ducta, contraria consuetudine, vel illa » constitutione Bonifacii VIII qui voluisse υ videtur nullam aliam cognationem esse » prætcr eam quæ matrimonium impedit, » orlatr. cx baptismo el confirmatione. »

Porro his antiquis juribus sublatis, cessat omnis cognatio spiritualis aut foedus illi simile inier confessarium et pœnitentem : cessante autem omni cognatione seu foedere, abstergitur a peccato confessarii cum pœniIcnle, non solum ratio incestus sive proprie dicti, sive simililudinarii, sed etiam ralio sacrilegii quod oriebatur cx prohibitione facta in reverentiam sacramenti et religionis. Non enim cx natura rei peccatum confessarii cum pœnilcnte est magis sacrilegium, quam peccatum sacerdotis cum ea cui aliud sacramentum, puta, cucharisli® vel cxlremæ-unclionis ministravit : unde etiam peccatum cum filia spirituali baptismi non esset incestus sacrilegus, nisi causa religionis ab Ecclesia prohiberetur. Et hinc

Probatur secunda pars conclusionis. Si enim a peccato confessarii cum pœnilcnle removeas rationem incestus etiam similituditiarii cl sacrilegii, non video quid ex ilfo capito supersit tale ac lanltim qnod debeat

necessario explicari in confessione; cl co ma.is quod ipsi auctores qui nobiscum agnoscunt hoc peccatum non esse neque incestum neque sacrilegium, cl tamen ponunt esse circumstantiam notabiliter aggravantem, non explicent in quo sila sil ista nolabilis aggravalio. Quidam , ut Franciscus Ilenno, recurrant ad moralem considerationem: sed, ut ingenue fateor, confessorius secundum meam moralem considerationem extra tribunal existons, habetur apud me respectu pernitentis ut alius homo ipsi omnino extraneus, nec magis propinquus quam illi cui sacramentum eucharistia? aut cxlremæ-unclionis ministrasscl ; imo magis alienus, eo quod teneatur se gerere cum pœnitente sua ac si eam nunquam audivisset.

Quidam distinguunt inter pernitentem quæaliquoties tantum confessa est, cl illam quæ frequenter ct ordinarie confitetur. *Sed contra :* vel illi distinguunt secundum jma antiqua, vel ex natura rei. Primum dici non potest; tum quia ista jura sunt abrogata, tum quia, etiamsi vigerent, non distinguunt ; imo , præcise vi confessionis etsi semel facta quod debeat explicari, non sequitur etiam ex confessione sæpe ct frequentor repetita, cum omnes sint ejusdem rationis quantum ad hoc.

Si dicas ex frequentia confessionis oriii familiaritatem inter confcssarium cl poenitentem. *Despondeo* 1·· id esse per accidens, cum contrarium sæpe contingat ; sunt enim plurcs pœnitentes qui, quamvis ordinarie eidem sacerdoti confiteantur, nunquam tamen ipsum nisi in tribunali alloquuntur : imo non rari sunt qui ejus aspectum ct consortium omnino fugiunt. *Respondeo* 2° non omne id unde oritur familiaritas inter sacerdolcm cl fœminam aiTcrrc circumstanti? m notabiliter aggravantem, nisi spccialilei ab Ecclesia prohibeatur, ut palet in ipsa cohabilatione sacerdotis cum ancilla ct multis aliis. Unde, quamvis talis familiaritas orta cx sacramento pœnilentiæ, fuerit causa congrua ob quam Ecclesia olim specialiter prohibuit peccatum confessarii cum pomilente, cx (pio contrahebat malitiam specialem , cessante tamen ipsa prohibitione , nihil csl secundum se, neque in sacramento neque in familiaritate inde ori·*», quod pcecatum notabiliter aggravat,

Tandem oppones verba S. Thomæ loco citato ad 8, ubi sic ait : « Per poenitentiam » contrahitur quoddam fœdus inter sacer- «dotem cl mulierem confitcnlem, simile » cognationi spirituali, ut tantum peccet » eam carnaliler cognoscens, ac si esset sua » spiritualis lilia. Ergo. »

II. S. Thomam loqui vi juris antiqui, quod forte sua ælalc adhuc vigebat, cl quod probavimus nunc non amplius vigere. Id certo constat 1nquia solum peccatum astruit S. Doctor ratione foederis inter confessariuni et pœnitenlcm ; hoc autem fœdus plusquain certum est non oriri cx natura rei, sed ex sola lege Ecclcsiæ. 2·* Et maxime, quia id aperte exprimit in verbis sequentibus, sul>-jungil enim immediate : ***El*** *hoc ideo, quia maxima familiaritas est inter sacerdotem el confitcnlem, el ex hoc ista prohibitio est inducta* (aud s), *ut tollatur occasio pcccandi.* Ergo sublata ista prohibitione, cessat fœdusac tale tantumque peccatum,

Dixi 1", *peccatum confessariisimplicis* quia si confcssarius esset pastor, foret circumslantia necessario explicanda in confessionc. Quia tunc pastor peccaret contra ofllcium , cum ex ofticio teneatur etiam extra confessionem suas oves a peccato arcere cl bonis moribus imbuere.

Dixi 2°, *absque omni respectu, ad sacramentum.* Pro quo.

Dico 3° Confcssarius, occasione vel prælexlu confessionis, impudica agens cum pœnitente, aut ad impudica aliavc peccata sollicitans, sive tunc sive postea perpetranda, gravissimum sacrilegii peccatum committit propter gravissimam irreverentiam quam infert sacramento, eo ejusvc occasione aut prælexlu abulcns ad peccatum. Ita communiter.

Contra hos confessorios sacrilegos, inhonesta sic perpetrantes aut ad inhonesta sic sollicitantes, Gregorius XV, bulla *Universi dominici,* confirmans bullam Pii IV, decernit pœnitentes teneri eos denuntiare ordinariis locorum, seu Inquisitoribus, man·datque confessaiiis ut moneant talcs pernitentes de ista obligatione.

Iluc spectant duæ propositiones damna·tæ ab Alexandro VI i. Prima : « Confcssarius » qui in sacrarnentali conlessione tribuit » poLuitenli chartam postea legendam, in

p qua ail venerem incitat, non censetur solplicitas.se in confessione, ac proinde non o est denuntiandus.» *Sccunda :* Modus evaB dendi obligationem denuntiandas sollicitaitionis esi, si sollicitatus confiteatur cum i» sollicitante ; hic potest ipsum absolvere d absque onere denuntiandi. »

Vtjrutn hæc bulla Grcgorii XV , inquit Pontas, v. *Confesseur* 2, cas. 17 , non habet vim in Gallia, quia non fuit ibi promulgata. α In nostris partibus, *id est,* in Gcr« mania, *inquit Sporcr supra citatus,* in i) tanto rigore bulla non csl usu recepta, ut » notant doctores Germani omnes : certe » difficile foret in Germania honestis ma» tropis cl puellis id onus imponere : pru» denliæ ergo confessarii relinquitur tam » grando malum impedire. » Hæc ille, quæ forte etiam nostratibus conveniunt.

Cæterum notant auctores, hanc obligationem denuntiandi non urgere quando confcssarius creditur fraterne corrigibilis, quando esi emendatus, quando ex denuntiatione timetur grave malum, mors, vulnera, infamia, etc., item confcssarium non debere facile in se suscipere onus denuntiandi, ne zelolypiæ aul odio irritais mulieris forte faveat, injuslæquc diffamationi innocentis concurrat, ut non semel contingit. Referi Lcsana, lom. 1,cap. 19, n. 34; quod, cum quidem episcopus cogere vcllcl regulares sub juramento ad observandum id quod in dicta constitutione Grcgorii XV, *§ Mandantes,* continetur, prohibitus sit id facerc a sacra congregatione episcoporum ct regularium, septima novembris 1642. Vide cumdcm ibidem el fusius Dianam, Résolut. Moral, tract. 4.

ARTICULUS VIH.

De sacrilegio carnali.

Dc sacrilegio in communi egimus in tractatu dc Religione, disseri. 4, ubi require plura huc spectantia. Hic quæritur tantum de sacrilegio in materia venerea. Delinitur, *violatio rei sacra: per actum venereum,*

Hicq. I54.a.1.o.— Dicitur species luxuriæ, quia dum actus unius virtutis vel vitii ordinatur ad finem alterius, assumit speciem illius; sicut furtum quod propter adulterium committitur, transii in speciem adulterii : ergo violatio rei sacræ quæ committitur propter luxuriam, transit in spectem luxuriæ, sicque est luxuria saciilega. Pro quo vide Cajelan. in hunc articulum.

Per rem *sacram,* in dciimlonc inHligilur persona sacra, locus saccr, cl quæcurnque res sacra alia a persona vel loco. Quapropter triplex esl species sacrilegii carnalis, sicut el sacrilegii in cornmuni, ut dixi loco citato de Religione; scilicet persons, loci et rei, tanloque gravius quanto sacratior est persona, locus vel res, ct quanto giavior profanatio, ul dixi loco citato.

Quantum ad personam saeram.

Persona sacra hic dicitur quæ est Deo dicata ad servandam castitatem per votum, sive sil solemne per professionem religiosam, sive solemnizalum per susceptionem ordinis, sive simplex. El quamvis quidam opinentur per votum simplex personam non fieri sacram,sed requiri auctoritatem publicam , pro quo vide dc Religione, concedunt tamen hujus peccatum in materia luxuriæ, reductive saltem pertinere ad sacrilegium; ita Sporcr. Ex quo habes nomine personæ sacræ non comprehendi delicos minorum ordinum, neque noxilies nondum voto obstrictos.

Itaque commillur sacrilegium cx i ac parte, 1° quando persona sacra luxuria contaminatur, sive interne per delectationes morosas aul consensum in actum luxuriæ, sive externe per actus impudicos tam in se quam in aliam personam etsi non sacram; 2° quando persona non sacra concupiscit personam sacram, aut cum ea impudice agit : quamvis enim non sil sacra, violai tamen affectu vel actu personam sacram ; quod si tantum a persona sacra patiatur impudica , cooperatur saltem ejus sacrilegio; 3° quando ulraquc persona complex est sacra : et tunc csl duplex sacrilegium , sicut in adulterio, quando ulraquc pars est conjugata, csl duplex adulterium : cl hoc est explicandum in confessione, ulpole multiplicans numerum peccatorum.

Petes 1° utrum sufficiat pœnitcnli dicere se peccasse contra votum castitatis, aut se peccasse cum persona voto castitatis obstricta, non explicando qualitatem voti au sit solemne vel simplex?

11. sufficere si lanium voto simplici obstringatur, quia sic lotam peccati malitiam exprimit. Idem censeo si sit sacris initiatus, quia votum quod emittitur in susceptione ordinis sacri, csl etiam votum simplex,

quod dicitur sotcmncseu potius solemniza-turn, quia conjungitur cx lege ecclesiastica susceptioni ordinis sacri, sive traditioni ad sacrum ministerium, ul dixi de Religione, dissert. 4, de voto, ari. 5.

Si vero agatur dc religioso, non sufficit, saltem secundum communiorem sententiam de accusandis circumstantiis notabiliter aggravantibus, quia cum votum solemne addat promissioni voti simplicis traditionem, ut ibidem docui cx D. Thoma, obligatio voti solemnis est multo strictior obligatione voti simplicis, si tamen specie non differant; ct ideo ejus transgressio vel cslvspocic distincta , vel saltem notabiliter gravior transgressione voti simplicis : debet ergo in tali casu explicari conditio voti solemnis. Ita communiter Thomistæ contra plures alios.

El puto id sufficere, ncc requiri quod pœnilcns explicet sc ulterius esse sacerdotem aut episcopum, aut sc alias teneri voto simplici. Ita docet Dc la Cruz in 2 praeceptum, a. 2, n. 15; Coninch. de Sacram, disp. 7, dub. 4, n. 18, ct alii. Quia, supposito quod obligatio sacerdotis ad servandam castitatem sit cx voto, ut tenet probabilior opinio cum I). Thoma, hæc obligatio est ejusdem rationis cum obligatione voti solemnis, imo quid minus eminenter contentum in majori; etenim volum solemne importat totam obligationem voti sacerdotalis, aut alterius voti simplicis, ct aliquid plus, *ul palet cx didis :* ergo inutile videtur utramque explicare quando major exprimitur.

A forliori non tenetur pernitens explicare in confessione se pluries idem votum suum iterasse, ul docent Sylvius et l.essius hic; quia secunda promissio ejusdem rei non inducit novam obligationem in promittente, ncc novum jus tribuit promissario,sed confertur idem quod prima promissione repetito titulo ; omnis enim obligatio ct omne jus quod secunda promissione induci posset, jam priori promissione inductum est. Sicut ergo, cum quis inter homines iteratam ejusdem rei promissionem violat, non committit duplicem infidelitatem, sed unam tantum nec multo graviorem propter iteratam promissionem, ita nec in promissione facta Deo.

PγI«2° utrum qui voto castitatis adstrictus consuleret impudica alteri pari vuto non adstnclu, peccaret contra volum el foiet sacrilegus ?

R. Videtur quod non, quia non vovit castitatem alienam sed propriam : sicut si ulerque volo jejunandi teneretur, el unus alteri consuleret non jejunare, consulens non peccaret contra volum suum. Nccobstat quod alteri consulens impudica censeatur velle et amare impudica; amat quidem ct vult in alio, sed non in seipso, nisi ca consulendo alteri eis ipse delectaretur.

Quantum ad lucum sacrum·

Nomine loci sacri, jam dixi loco citato de Religione intclligi locum auctori ta te publica deputatum cultui divino, seu sacris officiis, quales sunt ecclesiæ ct coemeteria ; ct utraque, si non secundum jus, saltem secundum praxim communem consecrata aut benedicta , c. unico *de Consecrat, ecclcs.* in G, lib. 3, lit. 21 ; non tamen sacristæ ncc earner® adjacentes, ncc ecclesiæ dcstruclæ, ncc oratoria privata aut eremitoria non consecrata aut benedicta , quamvis episcopus dederit licentiam in cis missam celebrandi, quia hoc non obstante, possunt ad nutum domini ad usus profanos converti; item neque claustra, ofïicinæ, ccllæreligiosorum, licet tamen in favorabilibus, puta, quoad immunitates,tam monasteria quamsacnstia cl cameræ adjacentes ecclesiæ intra triginta passus locis sacris annumerentur, c. *Quamvis,* caus. 17, q. 4; imo quoad præsenlcm effectum , Bas. Pontius non improbabiliter censet claustrum in quo sepeliuntur mortui esse locum sacrum, si sit benedictum quia censetur coemeterium.

Si quaeras utrum quaelibet pars ecclesiæ sit locus sacer respective ad præsenlcm materiam? *respondeo* cum Navar. Grailla, Sanchez, Nugno, Coninch. et aliis quos citat ct sequitur Bonae, de mal. q. 4. p. ultimo, propos. 2, illud spatium dici locum sacrum quod spectat ad interius corpus cclcsiæ a lecto interiori usque ad parimentum. Unde, respectu hujus materiae luxuria?, non reputatur locus sacer lectum exterius ecclesiæ, parietes exteriores,nisi inserviant pro muro coemeterii, caveæ fabricatae sub pavimento, nisi sil locus sepulturæ aut ibidem celebrentur divina officia ; turris seu campanile; item chorus a corpore ecclesiæ separatus, ut saepe contingit in ecclesiis monialium, quia cer.setur tunc oratorium privatum, quod tamen sic intelligo, nisi sil, sicut ecclesia , per consecrationem aut be-

nediclionem cullni divino deputatus. Dico, *respectu prcrsenlis materia*l, quia quoad immunitates ea omnia habentur pro locis sacris.

Igitur sacrilegium carnale committitur per copulam carnalem aut quamcumque voluntariam seminis Immani effusionem in loco sacro, cap. *Ecclesia,* dist. 68, ct eodem cap. *de Consec.* dist. 1. l)ico , *seminis humani,* non seminis bruti, neque humoris medii inter semen et urinam. Non est autem necesse quod effundatur in pavimentum ecclesiæ, sed sufficit quod effundatur in vas naturale, seu in alium locum.

Veles 1" utrum seminis effusio debeat esse notoria, ut sit sacrilega, ct locus sacer censeatur pollutus?

R. probabilius negative cum Lessio, Loth cl aliis contra Tolcl. Asor. Coninch. el alios quos citat el sequitur Has. Pontius libro decimo, cap. 10., n. 15, *Ratio csl,* quia Ecclesia non solum prohibet talem actum ilei i publice, sed absolute fieri, in reverentiam loci sacri, quem per immunitatem a tali spurcitia vult honorari, licet, ad vitandos scrupulos ct molestias, non jubeat abstineri a tali loco, ncc necessariam velit esse reconciliationem nisi lactum sil notorium ; quia, inquit Lessius, quamvis in sc ipsa sil læsa sanctitas loci, non csl tamen læsa in mentibus hominum, ct ideo Ecclesia non jubet reconciliationem, quæ propter apprehensionem hominum est introducta. Simile est in actu cui annexa est excommunicatio, quem qui facit revera excommunicatur, licet non teneamur cum vitare nisi sit publice denuntiatus.

Confirmatur. Notitia hominum non polluit locum sacrum, sed facium prohibitum, licet quia csl occultum non teneamur abstinere ab illo loco tanquam a loco polluto : ubi nutem factum iit publicum, nullo alio actu interveniente, indiget reconciliatione. Ergo ante notitiam erat pollutus.

Petes 2° utrum etiam colloquia , aspectus, oscula, tactus impudici in loco sacro sint sacrilegia?

R. negative cum Sylvio hic; Coninch., disp. 7 de poînitentia, n. 22; Sanchez et aliis quos citat, cl sequitur Bonae. *Ratio est,* quia id solum quo ecclesia polluitur habet rationem sacr ilegii : atqui sola seminis effusio jure positivo prohibetur ut polluens locum sacrum, non vero alia impudica : ergo. Hinc qui in templo existons concupiscit mulierem, non est sacrilegus, nisi forte intendat ilrdem explore libidinem, quod rarum est : quia hac intentione seclusa , censetur id velle secundum morem communem excqui alibi loco et tempore opportuno.

Si tamen præfati actus impudici forent admodum enormes, ul si vir palam coram omnibus ante altare tangeret impudice mulicl em, si comœdiæ lascivæ ropræscntarentur in templo, censerentur sacrilegi, non quidem cx jure positivo, sed jure naturæ, quia ex natura rei ct secundum sc repugnant notabiliter et directe primariæ sanctitati loci, invohunique contemptum gravem loci sacri, non secus ac si, v. g. quis habercl locum sacrum pro stabulo aut latrina. Item si præfati actus sint ita impudici, ut per sc influant proxime in pollutionem, licet de facto per accidens non sequatur, juxta Sylvium ct Bonacinatncitatos, contrahunt cx hoc capite specialem malitiam in confessione explicandam. Quod tamen non videtur omnino certum.

Petes 3° utrum copula conjugalis possit licite el absque sacrilegio exerceri in loco ‘aero?

R. Quidam absque distinctione affirmant de omni copula conjugali, sive interveniat necessitas sive non. Ila Gerson, llalensis, Henriques, Sa el alii quos citat ctsequitur Basil. Pontius, lib. lOdcMalr.cap. 10 n. 13. Hæc ejus ratio: quia copula conjugalis in loco sacro non habet labem sacrilegii ex naturali aut divino jure, sed tantum cx lege ecclesiastica, statuente certis actibus violari locum sacrum : atqui nullibi id statuit dc copula conjugali : ergo. *Probatur min.* In cap. *Significasti, de adult,* agitur de copula clerici cum alterius uxore. In cap. *Ecclesiis,* dist. 68 et eodem cap. *de Consecr.* dist. i. Item cap. *fin. deConsecr. cedes,* tantum dicitur violari ecclesiam si cujuscumque, hoc est, sive viri, sive fœminæ, pollutione maculetur ; eo autem verbo non significatur actus maritalis : ergo. Ita Pontius.

Hæc sententia non videtir probabilis cpiam impugnant omnes auctores mox citandi et quæ nititur falso fundamento : *ad argumentum* enim Pontii, .¥. mni. *Ad ejus probationem, dico* ipsum malo legisse aut intellexisse textus juris. Etenim in cap. Er*clesiis,* dist. 66, siclegilur : « Ecclesiis scinol

» Deo consecratis, non debet iterum conseil cratio adhiberi, nisi aut igne exust®, aul » sanguinis effusione, aul cujuscumque se» mine pollui® fuerint, n Similiter cap. *Ecclesiis, dc Consecrat,* dist. 1; el cap. *finali, a'e Consecrat. Ecclcsice.* Nun dicunt ergojura : *Sicujuscumque pollutione maculetur,* ut fingit Pontius, sed : *Si cujuscumque semine polluatur :* quæ verba sensum omnino diversum important; el per lyctyur-*cumque semine,* palet aperte significari non semen fornicarium, aul mollitiem lanium, sed etiam semen conjugale.

Altera sententia resolvit quaestionem sub distinctione, nimirum,actum conjugalem ob periculum inconlinenliæ in alterutra compacte exercitum in loco sacro, non esse sacrilegium, sed licitum : puta, si conjuges diu delineantur in ecclesia, ul jrolcst contingere tempore obsidionis seu excursionis militeris , cl alteruter non possit continere. Ita Sylvester, Richaidus, Angelus, Tolctus, Asor, Coninch. Lcssiuset alii plures. *Ratio est,* quia in eo casu copula non censetur ab Ecclesia vetita; hocenim esset nimis durum, nec salis congruum indulgenti® Apostoli, I. Corinth. 7 : *Nolite fraudare invicem, nisi μ ı tc ex consensu ad tempus, ul vacetis orationi ;* el *iterum revertimini in idipsum,ne lentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Ergo quando csl periculum incontinenti®, id non csl prohibendum.

Confirmatur. Quando in ecclesia sanguis m sui defensionem licilc effunditur, aut semen per pollutionem nocturnam, ecclesia non polluitur, quia ubi nulla csl culpa contra loci sanctitatem, nulla csl violatio : ergo nec quando semen actu alias licito effunditur. II®c sententia est probabilis.

Tertia sententia lend hanc copulam conju£alem in loco sacro esse illicitam cl sacrilegam, sive petendo sive reddendo, etiam in periculo inconlinenliæ propii® vel aliens, a *fortiori* causa delectationis aut sobolis procrcandæ. ItaS. Antonin. Soto, Turrccremala, Sylvius, Joan. Andreas, Navarr. Cajetam quos citai cl sequitur Ponlas, v. *Devoir conjugal,* cas. 14. Quorum quidam hanc sententiam probant, quia, ularbilranlur copula cunjugalis in loco sacro, est jure natura?prohibita; sed hac ratione omissa, quam non puto veram.

Ratio cmvtnienlior videtur,quia nulla in lalicasu csl necessitas obqva n Ecclesia censeatur re laxare suam legem; huic enimircontinenti® periculo occurrere possunt conjuges oratione, jejunio el aliis mediis, sicut facerent si diu ab invicem abesse cogerentur, aut alter diulurno morbo delineretur. *El hinc patet* disparilas ab effusione licita sanguinis in sui defensionem, quia csl libi vera necessitas, cum supponatur non possealilcr vitari mortem, in tali autem necessitate leges ecclesiastic® non obligant. Quantum ad Apostolum, dico ipsum hoc dixisse fccun-*dum indulgentiam, ut patii cx ejus verbis,* cl casu quo nullum obstaret Ecclesia? præccplum; alioquin sequeretur quod nullus esset casus in quo foret illicitus actus conjugalis, quod csl falsum. Et ideo hæc sententia nobis videtur probabilior.

Quantum ad res sacrat

Committitur sacrilegium carnale, quando circa eas aut earum interventu aguntur impudica, ut si in linteamina aut vasa sacra semen effundatur, si cereus benedicius, aul, quod est horribile, sacra eucharistia ad philtrum amatorium adhiberetur ; si res sacra, maxime sacrificium miss®, promitterelui aut daretur in pretium actus carnalis ; secus, si actu peracto, in signum benevolenti® offeratur. Si autem quid impudicum petatur per obtestationem Dei seu B. Virginis aut alicujus sancti, erit potius blasphemia quam sacrilegium.

Petes utrum sil sacrilegium exercere copulam, sive conjugalem sive fornicariam, cum reliquiis aut similibus rebus sacris ad collum aulalibi appensis?

Respondetur communiter negative, nisi id liat in contemptum hujus rei sacr®, aul adhibeatur a l ipsum actum venereum; quia alias concomilanler tantum el materialiter se habent ad copulam, nec moraliter censetur gravem injuriam illis inferri. Idem puto dicendum propter camdem rationem , si sacerdos alba indutus fornicetur aul impudica agat, licet contrarium sustineant Marchantius et Ilenno; secus, si gestaret corpus Christi , propter singularem reverentiam quæipsi debetur.

ARTICULUS IX.

Dc peccato contra naturam.

Hicq.454.0. H.o. — *Nola.* Dupliciter aliquid in hac materia dicitur contra naturam: uno modogcncialiter, quia repugnat

reriæ rationi, qnod est commune omni vitio htxuiiæ;alio modo stricte, quia ulterius repugnat ordini et modo quem natura instituit in actu venoreo ad generationem , ad quam solam est a natura ordinatus : ct hoc peccatum specialiter dicitur euntia natuiain, quod, *ul palet,* est species distincta luxuriæ, cum habeat specialem deformitatem.

Ibid. — *Dico* 1° Sunt quatuor species peccati contra naturam.

ILid. — *Probatur.* Actus venereus, ul cx co possit concipi proles ejusdem speciei , quatuor requirit: 1° concubitum duorum ; 2°camdem in utroque naturam specificam ; 3°diversitatem sexuum;4° modum connalutalem concumbendi ; ergo sunt quatuoi species peccati contra naturam. Prima , si absque omni concubitu, causa delectationis vcncrcæ, pollutio procuretur, quod dicitur immunditia, ab aliquibus mollities. Secunda, si fiat per concubitum cum re diverse speciei, v. g. cum bestia aul d.emonc, quod vocatur beslialilas. Tertia , si fiat per concubitum ad indebitum sexum, hoc est ad cumdcm, puta, masculi ad masculum, vel fœminæ ad fœminam , quod dicitur sodomilicumvilium. Quarta, si servatosexu debito, non servetur modus naturalis concumbendi , unde impediatur generatio : quod potest fieri dupliciter : 1° defectu instrumenti naturalis, ulsi vir coeat invase præpostero; 2°delectu silus naturalis, ul si mulier supergrediatur virum , aul vir eam cognoscat averse in vase tamen naturali ; hic autem modus non csl contra naturam nisi in quantum per ipsam impediretur generatio, alioquin erit potius praeterquam contra naturam, eslque tantum peccatum veniale in conjugatis cl quandoque nullum, si nempe aliqua ratio exigat ita fieri.

Porro huic deformitati peccati contra naturam possunt conjungi deformitates aliatum speciei um luxuriæ : ut si quis cognoscat uxorem alterius in vase præposleto, adjungitur malitia adulterii; si consanguineam, malitia incestus, et sic de cæteris : quia per primum fit injuria marito; per secundum non servatur reverentia debita patentibus. Non esi temen stricte ct proprie adulterium, neque proprie in e.Jus; <μιίη per primum non violatur proprie (horns alienus seu vas conjugale; per secundum non fit commixtio seminum ex qua conti a-halur affinitas : et insuper hær nomina trihui solent luxuriæ naturali. Qitapt opter si reservaretur adulterium aul incestus, hæc non essent reservata.

Ibid. a. 42. o. — *Dico* 2° Inter peccata luxuriæ peccatum contra naturam csl gravissimum in genere luxuriæ. Quia transgreditur id quod csl secundum naturam determinatum circa usum venereum ; caetera vero transgrediuntur tantum id quod est determinatum per rationem : atqui primum csl gravius secundo : ergo. *Probalur min.* In quolibet genere, pessima est principii corruptio ex quo aha dependent : atqui principia rationis sunt ea quæ sunt secundum naturam; nam ratio, præsuppositis his quæ sunt a natura determinata, disponit alia secundum quod convenit. Ergo.

Dixi, *in genere luxuria ;* quia in alio genere, ratione circumstantiae adjuncte, alia peccata luxuriæ possunt esse graviora ; v. g. pollutio in genere luxuriæest gravior adulterio , sacrilegio, etc. ; tamen adulterium ratione injustiliæ est absolute gravius, ct sacrilegium ratione irreligionis.

Xbi<l.a.42. ad/i.— *Dico* 3° Inter peccata contra naluratn gravissimum est beslialilas; quia non servatur debita species : unde super illud Genes. 37 : *Accusavit fratres suos de crimine pessimo,* dicit Glossa quo ! cum pecoribus miscebantur. Post hoc csl sodomia, quia ibi non servalur debitus sexus. Deinde est indebitus medus concumbendi, magis autem si non sil debitum vas, quam si sit inordinatio secundum aliqua perlinentia ad modum concubilus (inlclligc tamen hoc ultimum quatenus per eum imjreditur generatio). Tandem infimum locum lend pollutio qua· consistit in sola omissioneconcubilus ad alterum; gravitas enim in peccato magis attenditur ex abusu alicujus rei, quam ex omissione debili usus.

/▮.'.r *dictis inferes* merito damnatam fuisse ab Alexandro λ II hanc propositionem numero vigesimam quarlam : *Mollities, sodomia , beslialilas sunt peccata ejusdem speciei infima , ideogue sufficit in confessione dicere se procurasse pollutionem.* Quidquid sil enim de specie physica, certum est e.i inisse moris, seu quatenus rationi repugnant, specie ct plusquam specie differre, *ufpulet* ex eorum notione data.

mîCULÜS X.

De beslialiia'c cl sodomia.

Circa bcstialilatem clsodomiam pauca occurrunt dicenda quæ breviter perstringam.

Quantum ad lieslialitatorn. Imprimis hujus sceleris atrojitatem probant pœnæin illud latæ. Levit. 20, jubetur ul bestia et hestialitalcm committens simul interficiantur; apud christianos flammis addicuntur.

Quando concubitus fit curn dæmonc, printer malitiam bcslialitatis, habet etiam malitiam superstitionis, quatenus includit societatem cum dæmonc, Dei ct nostri hoste infensissimo, quod ideo debet explicari in confessione. Item attendendum sub qua forma appareat dæmon : si sub firma bruti, nihil addit; si sub forma humana, xcl sub forma viri ad virum, vel mulieris ad mulierem, etsiccontrahit secundum afleclum malitiam sodomiæ;si sub forma alterius conjugis diversi sexus, malitiam adulterii ; si sub forma monialis, malitiam sacrilegii ; ct sic de eæleris. El hæc sunt in confessione explicanda.

Deles 1° utrum in confessione debeat explicari utrum dæmon fuerit incubusaulsuccubus?

II. negalive. Ilæc enim circumstantia non est mutans speciem, neque mullum aggravans; non enim peccatum viri incumbentis est diversæ speciei a peccato mulieris succubæ, nec mullum gravius.

Deles 2" utrum sil ncccsse explicare speciem besliæ ?

II. negalive. Quia id non mutai speciem in genere moris nec mullum aggravat. Ha Sylvius,Chapeauville, Bonae, el alii.

Deles 3" ulrum si non sil seminatio intra vas, beslialilas sil casus resci valus, ubi reservatur?

U. negalive. Quia cum reservalio sit odiosa, non cadil nisi supra actum consummatum , ut iterum dicam de sodomia.

Del s i" ad quam speciem vitii contra naturam perlinet coitus v iri cum fœmina mortua?

/t. Quidam reducunt ad bcstialilalem quia fœmina mortua non est amplius foemina ct specie differt a viro vivente. Non est tamen , inquiunt, proprie beslialilas ; quia beslialita stricte intelligilur de concubitu viventium diversæ speciei : alii reducunt ad foi libationem, quia fœmina mortua dicilur adhuc licet æquivoce fœmina, sicutoniliu mortuus dicitur æquivoce oculus : nec tamen inquiunt, est proprie fornicatio, quia fornicatio proprie est inter personas ejusdem speciei. Alii tandem reducunt ad pollutionem , sicut qui coire* eum pictura aul statua. Forte participat aliquid do istis omnibus secundum rem : secundum autem afleclum multiplicatur malitia secundum diversas conditiones quas concumbens apprehendit in illa muliere el quas habebat dum viveret, scilicet adulterii si fuerit conjugata , incestus si fuerit consanguinea, cl sic de caderis, quia ista copula procedit ex affectu quem habebat ad illam viventem.

Q. 45*i. n. l f. o.—Quantum ad sodomiam, est, ut jam dixi, *concubilus ad indebilui.' sexum.* I bi vides S. Thomam totam malitiam sodomia? repetere a sexu indebito, nullatenus a vase indebito sexus debili, ut quidam ipsi perperam tribuunt, indeque volunt id ultimum esse sodomiam saltem imperfectam ; cum e contra S. Doctor hoc ultimum expresse — Ibid. — reponat in altera specie, nimirum, modi innaluralis concumbendi.

Ex quo inferes, virum coeuntem cum muliere in vase præposlero, nullatenus secundum S. Thomam esse sodomitam ; el e contra mulieres coeuntes in vase naturali esse vere sodomitas , quia est indebitus sexus, lia Cajetanus, Sylvester, Bonae, et alii. Quia tamen usus invaluit apud majorem partem theologorum, ul coitus in vase indebito sexus debili dicalur *sodomia imperfecta* , inorem usui gerentes, loqucmu? eum multis, censebimus cum paucis.

Hoc autem peccatum esse exccrandum, *"alet* 1" cx ejus notione, quod ita sil conlri naturam, ut ipsamcl bruta illud regulariter abhorreant; 2“ cx igne quem Deus pluit in Sodomam ct Gomorrham ; 3° ex EpHl. Rom. 1 , ubi Apostolus dicit , gentilium sapientes propter suam idolalriam esse traditos in reprobum sensum cl in hanc passionem ignominiosam , ul fœmina; mutarent naturalem usum cl masculi in masculos exarserint; 4° ex poenis in illud statutis: juro civili plectitur pœna ignis, C. lib. 9, lit. 7 ; jure canonico antiquo, clericus so lo-inila, deponitis, dcirudcbalui i monasterium ad pœnitenliam agendam; jure novo L'ii V, bulla *Horrendum illud scelus* , clericus exercens sodomiam privatus omni

privilegio clericali, officio, beneficio, dignitate et gradu dejectus, sæculari potestati traditur. ‹0

Sed bæ pœnæ requirunt sententiam judicis. Advertunt etiam auctores, eum qui semel aut iterum committit sodomiam , his Icenis constitutionis l'ianæ non esse subjiciendum , quia loquitur de clerico qui exerret sodomiam ; aliquis autem dicitur aliquid exercere quod illud non semel aut bis, sed frequenter facit, sicut dicitur mercaturam exercere qui illi frequenter addicitur.

Petes 1° utrum sodomita seminans extra vas, sive lentaverit illud penetrare, aut etiam penetraverit et se retraxerit, sive non, incurrat pœnaslatas ct reservalionem, ubi sodomia est reservata?

R. negative. Ita communiter; quia cum pœna el reservatio sint odiosa , non intclligunlur afficere nisi peccatum consummatum ; consummatur autem sodomia per seminationem intra vas.

Petes 2° utrum sodomita debeat explicaro in confessione an fuerit agens aul patiens?

R. Mihi probabile est quod non. Ita Loth et alii quos citat ; quia hæc circumstantia non mutat speciem , nec videtur notabiliter aggravaro; sicut in fornicatione peccatum masculi agentis non est alterius speciei nec multum gravius peccato fœminæ patientis. *Si dicas* in sodomia agentem seminare, non patientem : *respondeo* etiam in fornicatione foeminam non semper seminare, nec tamen inde videtur multum minui ejus peccatum, neque aggravari peccatum masculi, sic, ut talis circumstantia sit explicanda. Insuper, raro, ut puto, contingit patientem in his immunditiis non seminare. Si *iterum opponas* peccatum agentis esse gravius cl gravius puniri : *esto,* sed id non probat esso notabiliter gravius, sic, ut oporteat confiteri.

Petes 3° utrum, dum sodomia exercetur inter consanguineos aul affines, conjugatos, voto adslriclos, etc., contrahat malitiam incestus, adulterii, sacrilegii, clc.

R. affirmative; eo tamen sensu quodixi* supra,art. præccdcnti, prima conclusione,-sui» finem. Scio quosdam id negaro dc consangnincif aut affinibus in gradibus solo jure positivo prohibitis. Sed vide quæ ad hoc respondi art. G hujus dissert, in fine.

ARTICULUS XL

De pollutione.

Ç›. 154. 0.41.0. — *Dico* 1" Pollutio sive mollities,est *voluntaria emissio semini* humani citra omnem concubitum.*

Explicatur. Dicitur 1% *voluntaria*/quia hic agitur dc pollutione ul est peccatum, non est autem peccatum nisi sit voluntarium. Quapropter quæcumque pollutio she in somnis sive in vigilia, quæ non est voluntaria neque directe in se, neque indirecte in sua causa, non imputatur ad peccatum.

Dicitur 2°, *extra concubitum* et non extra vas tantum, ul quidam ponunl ; quia in fceminis sæpius accidit pollutio per solam decisionem seminis in vase genitali, absque ullo eflluxu exteriori, licet etiam quandoque exlra emittatur; hanc autem decisionem seu resolutionem sensibiliter percipiunt mulieres, cl in ea magna voluptate afficiuntur, qua completa saliantur el quiescunt : idque sil pollutionis fœmineæ indicium confessariis, quorum plerique falluntur, dum putant eam ul in viris semper exterius (lucre, idcoqucsolum interrogant et attendunt in heminis an non senserint humoris (luxum exteriorem , cum tamen sæpc ulterius patiantur humoris modii (de quo modo) (luxum absque pollutione, el e contra interius veras pollutiones absque tluxu ad extra.

Dicitur 3°, *extra omnem concubitum;* quia si fiat in coneubilu naturali, erit fornicatio; si in concubitu innaturali ex parte instrumenti, scilicet in vase posteriori, erit altera species luxuriæ quam cum S. Thoma dixi modum innaturalitem concumbendi.

Dicitur 4°, «eminfe *humani,* ul dislinqualur a tluxu seu distillations alicujus humoris medii inter urinam ct verum semen, qui a vero semine mullis conditionibus differt : 1° quod sil minus mordax et magis aquosus ; 2" quod habeat diversum meatum et quandoque misceatur cum urina ; 3° quod quandoque insensibiliter (luat ; 4“ quodgultatim in minori quantitate absque impetu el ejaculatione decidat. De illo humore, juxta Cajetanum tom. 1 Opusc. tract. 22,q. unica ; Layman lib. 3, sed. 4, n. IS el alio.· communiter, cum sil ineptusgenerationi, non est magis curandum quam de sudore, quando Huit absque carnis commotione,

juæ tamen etiam non raro intervenit.

Dico 2° Pollutio dividitur 1° *in simpli-*rc./iquæ, prælcr malitiam pollutionis, nullam aliam habetadjunctam, ul si omnino libor proprii corporis tactu aut aspectu se polluat, sistens in sola propria delectatione : et *qualificatam* quæ, prælcr malitiam pollutionis, habet aliam adjunctam, vel ex parte objecti cogitati, vel cx parte persona· polhilæ aul polluentis.

Ex parte objecti cogitati, ul si quis se pol-: j ndo cogitet de consanguinea, uxorata , Pro sacra, de masculo, etc., tunc pollutio t ier malitiam propriam induit malitiam ' · ' incestus, vel adulterii, vel sacrilegii, vel . „'υη .ΰυ,οio.,οΐ ideo conditio person® cogi-I. læcsl in confessione explicanda :siaulem (at in delectatione fœminæ ut sic, super-!dil tantum malitiam simplicis fornicationis.Quod si se pollueret coram statua vel imagine, talo erit ejus peccatum qualo apprehendet objectum in hac statua vel imagine, nimirum fornicationis si simpliciter fœminam apprehendat, sodomiæ si masculum, bcslialitatis si pecudem, horrendi sacrilegii si aliquam sanctam.

Ex parte persona· polhilæ aul polluentis : ut si religiosus sacerdos uxoratus, etc., se aul alium polluat, aut ab alio polluatur: cxplicand® sunt conditiones person® polluentis aut polhilæ, ulpote supperaddenies malitias specio diversas, *ut patet.*

Ex parte vero modi se vel alium polluendi, aut instrumenti ad hoc adhibiti, non videtur regulariter superaddi malitiam specie distinctam, nec camdcm notabiliter aggravari; ut si quis sive intra manus, sive inter ubera aut femora mulieris se polluat ; item sive aspectu, sive osculo, sive tactu quocumque corporis proprii vel alieni, vel rei turpi, sive intensa imaginatione Venereorum, sc vel alium polluai : hæc omnia materialiter ct per accidens se habent ad pollutionem, nec sunl mala nisi per ordinem ad illam, ideoque nec speciem mutant, nec camdcm notabiliter aggravant, nec in confessione necessario sunt explicanda , modo explicentur qualitates personarum, dicendo : Me pollui cum tali ve! tali ; aut, Talem vel talem pollui ; aut, A tali vel tali pollutus jim. Ita Donacin. de Matr. q. 4, puncto 10, propos)t. 4 ; Sporcr de Sacram, cap. 3, sect. 5, § 4. Favent Cajetan. hic ari. 11; Navar. Asor, Tolclus, Loth j qui *(locent* omnes pollutiones secundum socs ejusdem speciei.

Quidam (amen excipiunt, parce,verecunde lector, pollutionem in orc, volunlque esse quamdam speciem luxuriæ quam alii innominatam relinquunt, alii *irrumatio, nem* nominant. El sane hæc putida mollities tam enormiter a ratione ct natura deviat, ut, si non constituat speciem distinetam luxuriæ, saltem camdcm notabiliter aggravare non sit improbabile.

2° Dividitur pollutio in voluntariam directe in sc ct voluntariam indirecte inausa. Unde

Dico 3° Pollutio directe in sc voluntaria, est ji re netura· mortaliter mala sic, ut nullo line possit unquam cohonestari. Est communis el certa.

Latini passim hanc conclusionem probant ex Apost. 1 Corinth. G, ubi dicilhVr-*que fornicarii.... neque molles.... regnum Dei possidebunt,* infelligcndo per molles pollutioni deditos, unde ct pollutionem vocant mollitiem ; verum Graeci *per moliti* inlelligunt pathicos, seu patientes in copula sodomilica. Cætcrum potest aliunde probari ex eodem Apostolo, nimirum Galat.5, et Ephcs. 5, ubi etiam a regno Dei repellit immunditiam : nomine enim immunditie omnes libidines innominata; significantur, ut notat S. Ilicron. et præserlim hæc in qua est specialis immunditia.

Probalur ratione a priori. Iste actus est contra primarium finem ad quem semen est a natura seu naturæ auctore destinatum, qui est conceptio prolis et generis humani propagatio : ergo est intrinsece ctjuro naturæ illicitus sic, ut nullo fine, sive tentalionis sedandæ, sive morbi sanandi, sive mortis vitandae etiam in principe, possit unquam cohonestari, quia naturæ rerum sunt immutabiles. Hinc Poeta gentilis solo lumino naturali instructus, ad quemdam Ponticum hujus criminisscrvum, ait: *Quod perdis, Pontice, digitis, homo est* ,

Probalur a posteriori. Si ullo unquam asu liceiol sibi vel alteri procurare pollutionem , cum in ea homines maxima vohiplato afficiantur, facile ea licentia abuterentur cieam ad infinitos prope casus .› tenderent, sicque, ea voluptate coni enti,'matrimonium cl legitimum generandi modum cum maximo speciei human® detrimento ncgligercnl : in hoc ergo sicut cl in pluribus aliis

non est attendendum præcîsc ad damnum actuate quod sequitur, sed ad damnum quod sequeretur aul sequi natum esset si semel liceret; quod quidam vocant malitiam cxtrinsecam.

Jure itaque Innocentius XI proscripsit hanc propositionem . *Mollities jure naturæ prohibita non est: unde si Deus eam non interdixisset, sape esset bona el aliquando obligatoria sub mortali:* est 49.

Dices. Licet ad conservationem totius corporis elicere sanguinem aut etiam ampu-tare membrum : ergo cl semen ejicere.

R. N. consequentiam. Disparitas est , quod lam sanguis quam membra sint partes corporis el propter solum bonum individui inslilutæ, paries enim sunt pioplcr bonum totius · unde rationi consentaneum est ut de eis disponamus prout convenit bono individui. At semen non est pars corporis, ncc propter bonum individui, sed totius speciei institutum : unde eo uti non possumus, nisi eo modo quo posset generationi servire.

Adde cx detractione sanguinis, aut ubscissionc membri, cum sil perse molesta, non esse periculum quod eo medio abutantur homines in destructionem individui aul speciei humanæ, sicut est in pollutione, si causa sanitatis liceret.

Repones. Vasa spermatica sunt etiam propter generationem, cl tamen causa sanitatis licet ea exscindere : ergo similiter.

R. N.consequentiam. Disparitasest, quod ista vasa sint veræ partes corporis : unde dc illissicut dealiis partibus possumusslatuere. Semen autem non est pars corporis ncc propter illius bonum, sed propter solam generationem. Militat insupersecunda disparitas ad priorem instantiam data.

Petes 1° utrum non possit saltem adhiberi medicamentum corrumpens semen aul illud transmutans in sanguinem, vel alium humorem, ut sic corruptum aul transmutalum expelli possit?

R. Negat Diana p. 6, tract. 6, resol. 37. *Affirmat* Sanchez lib. 9 dc Mal. disp. 17 , η. 15 ; item nosier Loth trac. 16, q. 3, a. 1 ; nec video cur id sil illicitum, si fieri possit absque sensu libidinis, nisi forte dicatur camdcm esse rationem ac de abortu foetus inanimali; sod (amen mullo longius semen distat ab homine quam foetus inanimatus.

Petes 2° qua ratione pollutio cl aclus sodomilici in fremînîssinl peccata mortalia contra natu: am?

jJIæc in fœminiscsse peccata mortalia pro constanti supponitur, inquit Cajclanus hic a. 12, ulpote ab univorsa Ecclesia acceptatum; nullus enim apparet catholicus contradicens. Sed quæstio est qua ratione in via Aristotelis et D. Thcinæ, hæc sint peccata mortalia contra naturam : docet enim Aristoteles semen muliebre non esse nisi emissionem superfluitatis uteri, neque active neque passive concurrere ad generationem, sed esse quid ipsi extraneum el solum menstruum esse materiam generationis. S. Thomas, cx parte Aristotelem scculus, docet semen muliebre osse quid imperfectum in ratione seminis, nec esse necessarium generationi. De quo vide Cajctanum hic, a. 12. Di(licui las est ergo, quomodo, in hac maxime S. Thomæ sententia quam plures sustinent et quæ videtur aptior ad defendendam summam B. Virginis puritatem in conceptione Christi, pollutio in fceminis sil peccatum mortale contra naturam.

R. duplicem modum videri nobis proliabilem. Primus est, quia licet semen muliebre non sit absolute necessarium generationi, est tamen ipsi utile cl ad eam commodius, medius cl perfectius peragendam a natura ordinatum, sive ut adjuvans semen viri, sive ut adjuvans menstruum; ct hoc videtur insinuasse S. Thomas cum dixit semen muliebre, non sicutdixerat Aristoteles, esse quid extraneum generationi, sed quid imperfectum in ratione seminis; et patet cx hoc quod lanium delectationem ejus emissioni non annexuisset natura si nullatenus ad generationem concurreret. Porro abuti non solum necessariis a natura ordinalis ad generationem, sed etiam utilibus, est peccatum mortale : sic peccaret mortaliter qui sc vel alterum uno oculo privaret, quamvis non sit absolute necessarius, sed utilis tantum ad videndum.

Secundus modus est, quia licet seminatio mulieris non sit necessaria immediate generationi, est tamen necessaria concubitui, et eo mediante, generationi, quod colligitur ex Minima delectatione quæ huic seminationi annexa est : sæpius enim mulier refugeret concubitum,si non perciperet ineo delectationem; delectationem aulem non nerciperet, si non seminaret.

Aula. Juvat Ipccxxribcrcverbac«ud.To-

teli, in Summa, rap. 13, n. 10 ct fl. « Esl » autem hoc peccatum, inquit, dillicillima· » emendationis, quia occasio fere semper p est cum homine; el adeo universale, utcrc- d diderim maximam pariem damnatorum » hoc infici peccato. Vix puto esse aliud cf- » ficax remedium, nisi frequentissimam » confessionem cum uno eodemque confes- » sario, ut liai 1er in hebdomada si fieri pos- » sil; est cnim hoc sacra men lum maximum » frænum,ct qui hoc non utitur,non sibi pro- » mittat cmendalionem, nisi per miraculum » a Deo factum, aut rarissimum privilc- » gium. » Hæc laudatus cardinalis, quæ etiam conveniunt aliis luxuria' peccatis.

Major est difficultas de pollutione indirecte voluntaria in causa. Pro quo sit

ARTICULOS XII.

Dcpollutione voluntaria indirecte in causa.

Utrum e' r/uando sit peccatum ?

Nota, quod jam alibi notavi, nec piget repetere. Voluntarium directum el in se dicitur, quidquid per se procedit a voluntate, seu omnis actus qui per se el in se intenditur a voluntate : ut si quis occidat hominem intendens occidero, occisio est ipsi voluntaria directe; si quis se polluit intendens pollutionem , pollutio est ipsi voluntaria directe; etsi nunquam osso licitam dixi articulo superiofi. Voluntarium indirectum dicitur quod quidem in se non intenditur, tamen ratione alicujus in se volili el intenti prævidetur secuturum, el ideo censetur voluntarium et intentum indirecte ; dicitur etiam voluntarium in causa, voluntarium interpretative, moraliler, praîsumpte ; quia ex hoc quod quis vult el ponit causam, præsmnitur velle ejus effectum, licet ipsum in se non velit aut intendat.

Docent autem communiter auctores, ad voluntarium indirectum tria requiri. I iimum, quod praevideatur aut pranideri possii moraliler secuturum ex causa, quia quod non est cognitum non est voluntarium : quod etiam verum est quamvis causa sit illicita, quia licet agens potuerit ct debuerit illam secundum se vitare, ct ideo peccavc- rit non vitando , non fuit tamen in ejus potestate vitare illam nt est causa talis eiTcclu?-, quia ut sic. non orat ipsi cognita ; unde , v. g. pollutio secula ex ebrietate, quam seen- **twain** praevidere non potuisti, puta, quod nunquam tibi acciderit, non est voluntarii nee culpabilis. Secundum, quod agens possil causam cognitam amovere ct non amoveat, nemo enim peccat in eo nuod vitare non potest. Tertium, quod teneatur amovero; si enim non teneatur amovere, quin e contra habeat jus illam ponendi, non est ratio cur censeatur velle effectum inde suculum contra formalem ejus intentionem, sed potius debet censeri velle uti jure suo aut aliquid aliud intendere cx sua actione. - *Neque dicas* quod, hoc ipso quo sequitur ma'us effectus ex mea actione, tenear illam amovere : id enim omnino falsum est; |>ossum enim habere aliunde justam rationem permittendi seu negligendi malum effectum ex mea actione secutum, sive quia bonus quem intendo ipsi prævalet aut æquivalei, sive quia actio mea leviter influit in illum, sive aliter. Aliud siquidem est velle directe malum aut illud facere ex intentione, quoi nunquam licet, quia est intrinsece malum; aliud velle et ponere causam unde sequitur malum , illud non intendendo, sed permittendo duntaxat ; quod saepe licet quia non est intrinsece malum. Sic, v. g. Christusct Apostoli non tenebantur omittere praedicationem Es angeli i, licet inde plura mala sequi viderent ; sic rex non tenetur omittere bellum justum, licet inde praevideat mullos innocentes gravandos aut occidendos; sic injuste invasus non tenetur omittere mod - ratam defensionem , licet inde prteiideal laesionem invadentis; sic puella licite vadit ad templum, licet sciat se turpiter amandam ; sic licite venduntur venena et arma, licet multi praesciantur iis abusuri; ct alia similia passim occurrentia , dc quibus jam alibi el adhuc infra.

Et hoc maxime verum est, quando effcc·(us malus non sequitur per se cx tali causa seri per accidens, puta, ex conditione materiæ aut interventu alterius causae; cum enim tunc malus effectus supponatur bahere causam aliam ab ea quam ponit agens, non csl cur praesumatur ab ipso volitus el intentu·., si aliunde habeat congruam ralionem agendi. Imo id etiam verum csl, licet rfleclus malus per se sequatur cx tali causa, si hujus causa? duplex sil effectus æque «immediatus, unus malus el alter bonus, ct bonus prævalcal seu saltem æquivalcat ma- 'o, ut latius explicui ex D. Thoma, disseri, 10 dchomicidio,ari. 5,§1, prob. 4; confer

qu® ilfic dixi : et dissert. 8 dc restitutione, ari. 13, § 6 *dc participante.*

Ut ergo dignoscatur quando debeat vel non debeat omitti causa propter malum effectum , sive per se, sive per accidens secuturum, comparari debet malus effectus cum bono, et quantus sil influxus causæ in offectum malum.

Si enim gravis sit malus effectus, maxime in damnum proximi, ct levis bonus, tunc est gravis obligatio amovendi causam, etsi leviter influentem : quia charitas jubet nos non solum non causare malum proximo, sed etiam in quantum commode possumus, illud impedire. Si sil levis malus effectus et gravis sit bonus, nulla est obligatio amovendi causam etiam per sc influentem, quia tunc subesi ratio negligendi seu permittendi minus malum propter majus bonum. Si tandem nullusbonus effcctusscquaturex causa, quinimo ipsa sil mala, leviter tamen influat in effectum malum non perniciosum proximo, erit obligatio levis amovendi illam, nempe juxta rationem influxus; cum enim effectus non sit voluntarius nisi in causa ct kvilercontineatur in causa, leviter cslin ca voluntarius, adcoqucad culpam levem tantum imputabitis. Ex his positis principiis fluunt sequentes conclusiones. Unde

Dico 1° Quando actio cx qua prævidetur secutura pollutio, est secundum se licita ct simul est necessaria aut utilis, non est illicitum eam ponere proplcr pravisam inde pollutionem, nec ipsa polluliocst culpabilis, modo absit consensus aut periculum proximum consensus in illam.

2 154. a. 5. o. et 3 p. q. 80. a. 7. o. — Est D.Thomæ qui molitur malitiam aut inculpabilitalem pollutionis noclurnæ ex causa : ita ut, si causa non sil mala, nec pollutio est mala; si venialis aut mortalis, pollutio est venialis vel mortalis. Sive autem pollutio eveniat nocte dormiendo, sive in vigilia, modo non intendatur, perinde csl, ut probat Cajetanus tom. 1 Opuscul. tract 22, q. unica. Est etiam, poslS. Thomam, S. Antonini p. 2, lit. 6, cap. 5 ; Cajet, loco citato, et in Summa, v. *Pollutio;* Navar. in Man. cap. 16, η. 7; Less. lib. 4, cap. 3. dub. 4; Lavman lib. 3, sect. 4, n. 16; Sylvii hie a. 11,conclusione 1 ; Syheslri, Sa, Sanchez, Bonae, ct aliorum passim.

Probatur. Nemo tenetur omittere actionem secundum sc licitam, necessariam vel utilem propter aliquod leve tnalum cx ea prælcr intentionem secutum, maxime si sequatur per accidens; neque ex tali actione posita potest hoc malum ceuseri an agente volitum seu dici ipsi voluntarium indirecte, *palet ex principiis positis :* alqni sic est in casu conclusionis. El 1°, ut supponitur, actio est secundum se licita, necessaria aut utilis. 2° Pollutio inde secuta prælcr intentionem est leve malum, exiguum aut pene nullum incommodum alTert sive individuo agenti, sive humanae speciei, *ul per se palet;* non enim ex tali pollutione præter intentionem accidente, natum est sequi inconveniens, quod artic. superiori probavimus natum esse sequi ex pollutione directe in se volita. 3° Sequilur per accidens ex causa posita ; hæc enim, ulpole necessaria aut utilis, habet effectum alium el bonum, elipsa pollutio habet aliam causam in agente, nimirum propensionem el miseriam naturæ per peccatum corruplæquæ maxime in eam influit, cui etiam sæpc adjungitur singulare temperamentum. Ergo.

At forte dices. Aspectus et tactus partium secretiorum alterius sexus, quales exercet, v. g. chirurgus morbi sanandi causa, videntur per se influere in pollutionem.

R. hos equidem actus secundum se assumptos, et non ut media ad honestum finem , perse influere in pollutionem, secus apprehensos ul media necessaria ad sanitatem ; quia non movent nisi ut apprehensi a phantasia, apprehensi autem a phantasia ut media necessaria ad curandum morbum, non habent vim concitandi libidinem; Quod si cum ea apprehensionesimul subrepat alia, ul rei delectabilis, caque moveat, hoc est per accidens cx miseria naturæ et prælcr intentionem agentis, non ex natura objecti sub ratione medii ad sanitatem considerati. Ita Lessius. Sed, *ct dato* hos actus etiam ut inedia necessaria apprehensos, per se influere in pollutionem, stat nihilominus com clusio ; quia horum est eliain alter effectus bonus æque immediatus, nimirum sanatio morbi, ct hic effectus æquivalcl, imo longe prævalet pollutioni prælcr intentionem seculæ. Quando autem unius causæ esi duplex effectus æque immediatus, unus bonus alter malus, et bonusæquivalet malo, nihi' prohibet bonum intendi ct malum permitti, *ut dixi in nolamine* ct probavi cx D Thoma, locis ibidem citatis. Et ideo *dixi* in *proba-*

tione, maxime si sequatur per accidens, nt innuerem *majorem esse veram.,* etiamsi *sequatur perse.*

C'onfirmatur conclusio ex Cajelano , Opusc. cit. (loquitur de pollutione ex auditione confessionum proveniente). Voluntarium indirecte, id est, quia est in potestate voluntatis, non imputatur voluntati ex eo quod possit facere cl non faciat, sed ex eo quod possit ct debeat facere et non faciat ; sed in proposito, pollutio hæc non cadit sub voluntario nisi indirecte, quia scilicet voluntas non divertit ab auditione quæ est ejus causa. Et quamvis voluntas possit, non tamen tenetur divertere a tali actu auditionis, cogitationis ct similium : ergo hoc non imputatur voluntati. *Declaratur minor.* Quia nullus artifex debet omittere inchoationem aut prosecutionem operis propter defectus consequentes ex necessitate malcriæ; stulte enim aliquis omitteret constructionem serre vel gladii ex eo quod rubiginem contrahent, propterea quod ex ferro liant, clsic de aliis : pollutiones autem ct stimuli carnis in proposito contingunt ex necessitate materi®, ex co quod res venerea est materia purganda, lavanda, disputanda, praedicanda, cogitanda ; exinde naturali sequela scquilurcommulio carnis, etc. Testatur autem hoc non solum experientia, sed doctrina tertii de anima, ubi in cap. *De molivo principio,* vult Aristoteles quod quandoque, intellectu non præcipienlc, ex imaginatione moveatur pars aliqua corporis, etc. Non igitur debet homo propter defectus contingentes ex necessitate malcriæ vcnercæ, omittere non solum necessaria, sed utiles cogitationes, locutiones, auditiones, etc. Nam alioquin oporteret aul angelos aul viros valde privilégiâtes lanium de ejusmodi disputare, audire, elc. cujus oppositum ecclesiastica habet consuetudo el ratio docel. Hæc eminent, cl doctiss. cardinalis.

Hinc ergo colliges, studere rebus Venereis causa docendi aul discendi, confessiones præscriim heminarum excipere, cum cis honeste el ulililcr conversari, eas secundum morem palriæ amplecti, quando sine gravi offensione intermitti non polesl, equo incedere, corio ei commodo silu cubare, cibo aul |H)lu calido sed salutari moderate uli , I mederi in partibus secretioribus allcrius sexus, proprias a sordibus mundare, servire infirmis aul in balneis, hæc inquam cl plura alia similia esse licita, quantumvis ex ei» provideatur secutura pollutio, el eam ipsam etiam pollutionem ossea vulpaimmanent.

Dixi 1° in conclusione, *quando actio de n licita, est etiam simul necessaria aulutilis:* quia si in his elsimilibus nulla esset utilitas, essent peccata venialia vel mortalia ratione pollutionis secuturo, prout in eam parum vel mullum innuerent. Sic incedere equo cum æque commodo posses curru, certo situ cubare cum possis allero æque commodo, talibus cibis uti cum possis aliis æque sanis, est peccatum veniale ab his non abstinere, propter prævisam inde pollutionem; quia licet, *ul dixi*, pollutio quæ non est perse intenta aul procurata, sed ex necessitatemaleriæ atque naturo impulsu provenit, non sil gravis inordinatio , est tamen aliqua inordinatio, mentem perturbans clad malum incitans sic, ut causa etiam per accidens illi proberi non debeat, sed vitari si commode possit, alioquin censetur voluntaria saltem imperfecte, ul modo dicam.

Dixi 2°, *modo absit consensus aut periculum consensus in ipsam pollutionem;* clhoc sit dictum semel pro semper. *Quia, ul patet ex articulo pratcedenle*, consentire directe pollutioni in se, est semper mortale, ct consequenter hujus consensus periculo proximo se exponere : hoc autem periculum quisque advertere polesl ex propria expcrcintia, aut ex present) voluntatis dispositione.

Dico 2° Quando actio ex qua prævidclur secutura pollutio est peccatum veniale, sive in genere luxuriæ, sive in alio, leviter cl remote lanium inlluens in pollutionem, ipsa pollutio inde secula, est tantum veniale peccatum, nec per consequens est obligatio abstinendi ab illa actione, nisi sub veniali.

Est ul procédons S. Thomæ, juxta principium positum demetienda culpa pollutionis ex causa, item ct aliorum ibidem laudatorum. Unde Cajetanus 2 2, q. 64, ari. 8, dicit : Aclui *materialiter mortalis , quando non eslvoluntariusnisi indirecte el in causa, judicandus est secundum illam causam ; cl ideo effusionem seminis humani extra* imt-*trimonii actum, posse esse solum veniale definitum esi, quando actus in causa sutum fuit peccatum veniale, ul patet in pollutione* I nocturna, ex *delectatione veniali per diem habita , consequente.*

Probatur 1° In tantum pollutio est pecca* I minosa, in quantum est voluntaria · atque

in casu est tantum voluntaria imperfecto el ' secundum quid : ergo est lanium pcccaminosa imperfecte et secundum quid, hoc est, venialilor. *Probatur min.* In casu est tantum voluniaria in causa cl ratione causce : atqui continet.ir tantum imperfecte cl secundum quid in causa, sive causa est lanium ini; cifcclc cl secundum quid illius causa , ulpotc leviter lanium cl remote induens in il am. Ergo.

Probatur 2° Ideo peccat agens in casu posito, ratione pollutionis scculæ, quia non amovet causam illius : atqui non tenetur sub mortali eam amovere : ergo. *Probatur* wiin. Non tenetur 1u ratione causa? secundum se, (juta secundum se est lanium venialis, neque ratione pollutionis scculæ, quia pollutio non intenta in se, sed ex conditione malcriæ ct impulsu natura) principaliter proveniens, non est grave malum neque agenti neque speciei, ul dictum est, alioquin non posset permitti propter levem utilitatem , quod tamen omnes concedunt, *ul prima conclusione dictum est* ; sicut, v. g. homicidium non potest permitti propter levem ulililalcm quia est grave malum.Ergo.

Dices. Si quis poneret causam venialem , puta, jaceret ex levitate aut joco per fenestram lapides, cx quo prævidcrel secuturam nioricin transeuntis, hæc mors forci ipsi voluniaria, cl peccassct mortaliter ponendo hanc causam. Ergo similiter.

R. N. consequentiam. Disparilas *palet cx dictis,* quia mors aul mulilalio hominis est grave proximi damnum, nccalia dalur causa quam ista projectio : unde gravis esi obligatio eam amovendi, nisi forte æquale damnum ponenti immineret; secus de pollutione prætcr intentionem secula cx causa levi, utpQtequtcnon est grave malum cl Label aliam causam in natura.

Quod autem pollutio in Joc casu sil saltem vcnialiter mala, *palet,* quia csl aliqualiter voluniaria in causa el in se lubcl aliquam inordinationem, *ul dictum csl supra poil primam conclusionem.*

Hinc colliges, locutiones,lectiones, cantiones turpium vanas et inutiles, item aspectus, tactus, amplexus, oscula, quæ venialia sunt in malcria hixuriæ sive cx imperfcclioiio actus, sive ex pravitate materia*, si liant ex levitate, curiositate, joco et alio molivo non libidinoso, etsi ex his prævidealm Kculura pollutio. esse tanli/di venialia tum ex se, Ium ut sunt causa pollutionis, quia loviter lanium el remote influunt in illam; ipsamque pollutionem consequenter esso tantum venialem, */ntelliqe* semper, molo absit periculum consensus in illam. Idem dic *a fortiori* de causis venialibus ct remoto influentibus in alio genere, ul de nimio aut calidiori cibo et polu el similibus.

Dico 3° Quando aci io exqua perfecte praevidetur secutura pollutio csl secundum sc mortaliter malaetsimul notabiliter cl proxi> me iniluens in pollutionem, ita ut ex ea nata sil sequi pollutio, tenemur sub peccato morfali abstinere ab illa actione, non solum ratione sui, sed etiam ratione pollutionis soculuræ, quæ alioquin erit mortaliter mala. Quia ejusdem moris csl velle effectum ct ejus causam propinquam, nisi, *uldi.ri in prima conclusione,* subsit gravis etjusta ratio illam causam ponendi, quod esse non potest ubi causa est secundum sc mortaliter mala.

Hinc colliges, diuturnas et intensas cogitationes, seu delectationes impudicas, aspectus, taclus, amplexus, oscula , turpiloquia quæ sunt peccata mortalia in genere luxuriæ, sive cx objecto secundum se obscœno, sive cx affectu libidinoso, si cx illis pre videatur pollutio secutura, licet non intendatur, esse regulariter peccata mortalia, non solum in se, sed etiam ut rausa pollutionis ; ita ul pollutio secuta debeat explicari in confessione, ulpotc voluntaria elmala mortaliter. Quia hæc graviter cl proxime infiuunt in pobutionem.

Dico, *regulariter ;* quia «unt quædam actiones mortales etiam ingencrcluxuriæquæ non videntur notabiliter ct proxime influere in pollutionem, ut est, v. g. *?onscnsus inslantancus in delectationem carnalem, cl quæ ideo, ratione pollutionis scculæ cl ut ejus causa, probabiliter non videtur mortalis. Ha Sanchez et Salas apud Loth. Idem *a fortiori* ct probabilius videtur dicendum de actionibus quæ sunt peccata mortalia in alio genere, v. g. ebrietate, quia h® actiones minus adhuc induunt in pollutionem quam actiones mortales etiam transile·»® in materia luxui i® Ita Bonae, q. 4 de filat, puncto H); SporcrdeSacram.p. 4,cap.3,secl.-i, re .3, citans Navar. Snares, Layman cl*alios : ct ideo dixi, *ct simul notabiliter influens,*

Si *objicias,* S. Thomam metiri malitiam pollutionis cx causa, ut s®pe dixi, *respon** '

deo id verum esse de causa pollutionis ut causa est ; talis autem actio cx causa polhitionisesllanlum venialis,quia leviter influit in illam, licet sit aliunde mortalis.

Advertunt insuper auctores quod qui posuit causam mortalem pollutionis, si antequam eveniat pollutio ipsum causæ pœniteat, pollutio sequens non ccnselur amplius ipsi voluntaria et culpabilis, quiacausa desinit esse voluntaria : unde non tenetur eam explicare in confessione, quia jam nullam habet malitiam et sufficicnlcr expressa csl in sua causa. Ila Loth a. 4 sub finem, citans plurcsalios.

Nota bene. Quæ hucusque dixi dc causis pollutionis, *a fortiori* dicenda sunt de causis delectationis seu commotionis carnalis quæ est quid minus pollutione elvia tantum ac dispositio ad illam. Unde 1° ponere causam honestam, necessariam vel utilem ex qua providetur secutura commotio carnalis absque periculo consensus in illam, nullum est peccatum : *cl nota* minorem adhuc requiri utilitatem quam ad pollutionem , quia, utdi.xi, est quid minusin genere mali quam pollutio. 2° Ponere causam venialem leviter ct remote influentem in commotionem carnalem notabilem, ct peccatum veniale. Dico *commotionem notabilem*, quia ponere causam perse proxime influentem in commotionem levem, secluso periculo consensus in illam, csl tantum peccatum veniale, rationcilliuscommolionis, quia, utjam dixi initio hujus dissertationis, datur parvitas materiæ in hac re volita tantum in causa. 3° Ponere causam proxime et notabiliter influentem in gravem commotionem absque urgente necessitate, csl peccatum mortale ratione istius commotionis.

Petes utrum ad expellendum semen corruptum aut sedandum pruritum in verendis, liceat ea fricare cum periculo effusionis veri ct prolific! seminis?

Respondent ay/irnuilivcThomasSanchcz, Fillucius, Reginaldus, Bonae. Joannes Sanchez et allii quos citat Loth, tract. 16, q. 3, a. 5, el sequitur quoad speculationem ; quia 1° secundum omnes , licitum csl chirurgo videre cl tangere verenda fœininæ causa curationis , quamvis inde praevideat pollutionem secuturam. tactus autem, aut fricatio pudendorum propriorum minus movent quam alienorum, praesertim diversi sexus. 2° Quia licitum est in bello justo ponere aclioncm ex sc tendentem ad occisionem innocentis, prætcr tamen intentionem formalem agentis, ut in expugnatione urbium. 3· Licitum est mulieri praegnanti sumeremedicinam causalivam sanitatis, licet sequatur inde prætcr intentionem abortus fœtus inanimali : ergo similiter. Hæc illi.

Verum cum ista fricatio cx se directe el proxime tendat in pollutionem, ncc islæ infirmitates mihi adeo graves videantur, ccn» sco potius esse patienter tolerandas quam (ali remedio curandas. Attamen si revera es< set in isto pruritu ingens dolor verendorum, ut quidam dicunt, aut ex semine corrupto immineret gravis morbus, juxta posita ante principia, non damnarem illum quinonhabcnsaliud remedium, illud adhiberet,secluso periculo consensus in delectationem aut pollutionem.

ARTICULUS XIII.

Dc pollutione nocturna.

Utrum ct quando sit peccatum.

Pollutionem nocturnam vocal S. Doctor eam quæ accidit in somno , quia somnus node capi solet.

Q. 154. a. 5. o, 3· p. q. SO. a. 7. o. ct in 5. d. q. a. 4.—*Dico* 1° Certum est pollutionem nocturnam secundum se non habererationem peccati, ulpote involuntariam;quia in somno non habetur perfecte liberum judicium rationis; perfectum enim judicium dc aliqua re non potest a nobis naturaliter haberi, nisi per resolutionem ad principium cx quo nostra cognitio orilur, omnis autem cognitio nostra orilur a sensibus qui ligantur in somno. Ergo.

Quod si aliquis non dormiens intendat pollutionem in somno, aut eo utatur lanquam instrumento ut eveniat, puta, certo situ ea intentione cubando, sive quia praevidens turpe somnium, aut se impudice tangendum, ideo somno sc dat : in hoc quidem casu patiendo pollutionem peccaret cxccu- lixc , eo modo quo quis emittens sagittam peccat eo instanti quo occidit inimicum, non tamen clicilive aut imperative, quia tunc non agit cxjudicio aut electione, sed tunc solum quando formavit talem intentionem.

Ibid. — *Dico* 2° Perpendenda est malitia pollutionis nocturna cx suis rausis, sicut supra diximus de pollutione indirecte tantum in causa volita quæ accidit in Vtgi-

lia;esi cnitn eadem ulriusque ratio, uldixi cx Cajelano.

Ibid.— *Explicatur.* Triplex esse potest causa pollutionis nocturnæ: corporalis, animalis cl spiritualis, seu, ut dicitur secundo loco citato, spiritualis intrinseca ct spiritualis exlrinseca. Corporalis, est superabundantia humoris seminalis vel cx superfluitate alimenti, vel ex speciali temperamento: item et resolutio hujus humoris vel ex delibilale naluræ, vel per nimiam calefactionem aut aliam commotionem. Cum enim humor seminalis superabundat in corpore, vel quando facta est hujus humoris resolutio, somniat dormiens ea quæ perlinent ad expulsionem hujus humoris suporabundantisaul resoluti, sicut etiam contingit quando natura gravatur cx alia aliqua superfluitate, puta urinæ, ita quod quandoque formantur in imaginatione phantasmata ad emissionem similium superfluitatum.

Ibid.— Causa animalis seu spiritualis intrinseca, sunt cogitationes et delectationes praecedentes in vigilia, ad ruam reduci possunt omnes acliones exteriores quæ pollutionem causare possunt. Spiritualis exlrinseca est dæmon lentans ct commovens phantasmata dormientis in ordine ad talem effectum.

Ibid. — Igitur pollutio nocturna est vel non est peccatum, pro conditione causæ in qua fuit prævisa aut potuit ac debuit prævideri. Si causa non sit culpabilis. nec ipsa erit culpabilis ; si causa sit culpabilis vcnialiter, leviter et remote influens in illam, erit venialis; si causa sit mortalis, graviter el proxime inllucns in illam, erit mortalis, juxta ea omniaquædixi arliculu præcedente.

Piles quid sil censendum de pollutione inchoata in somno el continuata in vigilia?

In 4. cit. qunestiuncul. 1 ad 5.— *R.* Qlli plene expergefactus complacet pollutioni in somno completio, vel actu fluenti propter delectationem, peccat mortaliter ; quia complacet rei mortaliter malæ ; ista tamen complacentia non facit pollutionem præleritam esse peccatum , quia ipsius causa non csl, sed ipsa in se est peccatum. Si sil tantum semicxpergcfaclus, aut ex subreptione sit (alis complacentia, peccat vcnialiter. Tandem si placeat ut naluræ exoneratio, vel allevialio, peccatum non creditur.

Ibid. —Nec lenelur ejus fluxum actualem eolijberc, quia ex quo in dormiendo excitatus est motus carnis, non subjacet ultoi iuj voluntati vigilantis, et quamvis subjaceret, cohiberi non posset absque notabili gravamine corporis et periculc infirmitatum: quapropter potest illum permittere lanquam effectum causæ naturalisquæ amplius impediri non potest. Prætcr Auctorem, ita censent Gerson, Sa, Sanchez apud Sporer et alii plurcs. Idem dicendum videtur de qu* cumque pollutione involuntaria, sive in somno, sive in vigilia eveniat, cum situ iriusque ratio eadem quantum ad boc,ul jam dixi cx Cajelano.

ARTICULUS XIV.

Virum liceat gaudere secundum rationem di pollutione nocturna mere naturali et involuntaria, aut etiam eam desiderare effectu simplici?

Quod hic dicemus de pollutione nocturna, videtur propter puritatem rationis idem dicendum dc pollutione mere naturali et ex omni capite involuntaria, quæ accidere potest in vigilia.

Certum est 1° esse peccatum mortale gaudere de pollutione nocturna propter voluptatem, aut eam sub ea ratione desiderare, *ul articulo prxcedenli dixi* ex D. Thoma; quia objectum est mortaliter malum, cum delectatio venerea sil a natura ordinata ad solam generationem in actu conjugali.

Certum est 2° pollutionem sub quavis ratione desiderare efficaciter, ita utdesiderium eam causcl aut vi illius adhibeantur media ad ejuseventum, esse pariter peccatum mortale, quia tunc fit voluntaria ct non remanet amplius mere naturalis.

Certum est 3°licilum esse gaudere de bono effectu pollutionis, puta, de sanitate aut cessatione tenlalionis per illam causata; item licere pariter illum offectum desiderare, quia utrobique hocobjeclum est bonum. Item eadem ratione licet gaudere quod absque peccato et mere naturaliter evenerit pollutio.

Qnæslio itaque devolvitur, utrum licitum sit do pollutione mero naturali et omnino involuntaria, gaudere propler bonum finem , seu quatenus est causa boni effectus, puta, sanitatis aut cessaliomsa tentatione; pariter utrum sub eadem ratione liceat eam desiderare desiderio simplici el inefficaci ?

Partem negativam tenent Solo in 4, d. 12, q 1, a. 7; Lopez, Medina, Àsor. Zumel. Rodrigues, Sylvius hic, Henno ei alii. II

si nlcnliacslvere probabilis; attamen allirmaliva mihi aliquo usque videtur probabiïior tum ab auctoritate, tum a ralioue. Unde

i(>4.d .0, q. j. n. 4. quœstîuncui. 1. ad 5. — Diro i" Si pollulio mere naturalis habita iri somnis, *placeat ut naturæ exoneratio aul aPcviatio, peccatum non creditur.*

Ita in terminis S. Thomas. Scio quidem Sylvium interpretari hæc S. Docloi is verba non de pollutione ipsa, sed dc ejus effectu, nimirum dc exoneratione naturæ : at, pace doctissimi viri, non dixit S. Thomas, si placeat *exoneratio naturæ,* sed, *si placeat pollutio ul est exoneratio naturæ,* sive ut est causaexoneralionisnalu;^- Ei sa ne si S.Thomas intellexisset non de pollutione ipsa, sed de ejus bono effectu, non dixisset quasi sub formidine, *non creditur peccatum;* ccrlo en incertius est apud omnes, licitum esse gaudcrcdesanitalcobtenta per pollutionem. Hanc sententiam post S. Tiiomam docent gravissimi ihcologi, S. Antoninus, p. 2, lit. 6, cap. 5 ; Cajetanus, Sj Ivcslcr quos citai et sequitur Navar. in Man. cap. 16, n. 7. IlemTolelus, Angelus, Lessius, Tannerus, Layman ctalii plures quos citat etsequitur noster Lolli, iract. 16, q. 3, a. 6.

Probatur ratione. Pollutio mere naturalis el ex omni parte involuntaria, nullo jure prohibetur, neque naturali neque positivo ; non eoi enim actus humanus, sed effectus mere naturalis cl indifferens,ul sternutatio, aul sudor, proindeque non csl in se peccatum nequidem materialiter, ul fatetur ipse Ilcnno, nobis in hac parte adversarius : linis au'em propter quem dc ea babclur gaudium est bonus : ergo cx nullo capite illicitum est dcca gaudere secundum rationem : tale est enim gaudium quale csl objectum el inolivum.

Dices cum patre Ilcnno. Talis pollutio quamvis naturalis el indifferens, csl tamen nociva naturæ, quia semen csl ordinatum ad generationem : non licet autem gaudere dc rc aliqua etiam naturali ct indillcrcnti propter bonum finem, si sil alteri nociva : sic, v. g. non licet filio gaudere dc morte naturali patris propter pinguem hærcdilatcm ipsi obventul am, *Wpaht*ex proposilionc 14 ab Innoccnlio XI damnata.

71.1" aturam non esse sibi contrariam nec sui rsiusdeslruclivam ; proindeque elfusio seminis quæ esi ab ipsa natura non potest nec debet dici naturæ nociva. Equidem polluito quando esin voluntate houûiù.t 4 graviter si non nocens actu , saltem no ; η quia ejus voluptate, si liceret, illecti Imi - nes négligèrent legitimum concubitam '· totalem naturæ destructionem , ulsupracipliciii : at natura , quando eam profundit, habet suos tinos sibi consentaneos, quodsane liquet cx eo quod ab initio mundi sil ita disposita, sic egerit ctagat absque ullosuidispendio : sicut, v. g. licet sanguis sit a nalum institutus ad vitam individui, illum tamen natura quandoque cllundil, non in perniciem suam, sed c contra in sui ipsius salutem ct conservationem.

R. 2· *Ralo* pollutionem naturalem eno nocivam naturæ, istud tamen nocumentum est leve cl abundanter compensatur bono effectu secuto propter quem de ea lælatur humo. Islud autem nocumentum, si revera detur, esse leve ρα/et, ut dixi, cx ipsa experientia ab initio mundi, idque negare noi possunt adversarii qui nobiscum concedunt posse permitti propter levem commoditatem : quod non potest dici de iis quæ grave nocumentum afferunt, puta de morte, mulilallone, incendio, etc. *El hinc palet ruponsiosd* paritatem faciam dc morte patris; mors enim est omnium damnorum gravissimum, quod non satis compensatur per bona forlunæ lilio obventura : sed ponecffectum cx morte naturali secutum praeeminere malo mortis, puta : sil pater luus hrannus, reipublicæ ct religioni per omnia exitiosus, plane liceret tibi de ejus morie naturali gaudere, imo ipsam affectu simplici ct inefficaci desiderare ob bonum rcipublir.c et religionis. — 2.2,q. 76. a. 1.o. — Inde dicit S. Thomas, «esse licitum optare ma» lum alicui sub ratione utilis, puta, cum » aliquis optat aliquem peccatorem pali ali» quam aegritudinem aul aliquod impedi» mentum , ul vel ipse melior efficiatur, vel » ut sa>tcm ab alioi uni nocumento cesset. »

Rico 2° Pollutionem mere naturalem cl involuntariam affectu simplici cl inefficaci desideraro propter bonum finem, non videtur etiam peccatum.

Ita tenent et tenere debent quotquot docent primam conclusionem ; ex illa enim sequil ur : quia si licitum sil gaudere de facto, licitum est desiderarent liat; gaudium enim nascitur ex desiderio oblenio ipsumquesup* ponit, unde sunt ejusdem inoris. Adde qu·· l praeteritum el lulurum non variant natu·

rain actuum, quando procedunt cx eodem mulivo, ut palet in vidua et sponsa , quarum hæc de copula futura, illa de prælcrita sibi complacet.

Confirmatur. Objectum talis desiderii, ut dixi,nou csl malum nequidem materialiter; finis propter quem desideratur est bonus : ergo cx nullo capite est malum.

Quapropter, cum dicitur pollutionem in sevolilam ct intentam, esse semper peccatum mortale, intelligcndum est de volition·* efficaci, aul de pollutione in se cl propter se, non propter bonum finem volita,

Su I·IIT i ohjtciiore·

Obj. 1° Voluntatis efficacis cl inefficacis csl idem objectum : atqui non licel velle eflicaciter poilulionem. Ergo nec inefficaciter.

d. *D. maj.* Est idem objectum materiale, *C. maj.* est enim utrobique pollutio: csl idem objectum formale, *N.* Sic, v. g. sil pauper qui desiderat inefficaciter facere eleemosynam, et aller eliam pauper qui idem desiderat efficaciter : uterque habet idem objectum materiale,scilicet eleemosynam, non tamen formalc:quia primus vult tantum eleemosynam simpliciter secundum se,alter vult illam per furtum quo vitiatur ejus bona intentio. Similiter iu nostro casu, idem est obiccluni materiale voluntatis efficacis cl inctlicacis,scilicet pollutio, non item formale : objectum enim formale volunlalis inefficacis csl pollutio, ul habenda per causas mere naturales propter bonum finem; objectum volunlalis efficacis est pollutio habenda per media voluntarie adhibita, quia intentio efficax movet ad electionem mediorum ; unde in hoc casu pollutio desinit esse natui alis cl Iit voluntaria; in primo autem remanet naturalis et fil tantum valita. Aliud enim volitum, aliud voluntarium; voluntarium procedit a voluntate, volitum csl objectum voluntatis: sic pluvia est volita ab agricola, non tamen ipsi voluntaria. Quando autem objectum non est malum , non e. l ma a ejus simplex volilio, licel non sil semper licitum illud velle efficaciter aut facere. ‹ *humque patebit mndo.*

Obj. 2° l.itiiiim est facere scu procurare quod esi licitum velle: undcS. Thomas in hac parte q. 70 , a. 1, o, dicit : *Γarere aliquid cl illud velle se consequun'at in bonitate cl malitia :* atqui nnlli lice: facere seu procurare poilulionem. Ergo nec velle.

Jl. IJ. maj. Licitam csl facere quod licet velle facere, *C,* quod licet velle ficri, *N.* Ita ipse Sylvius, nobis hic contrarius,'mlerpro tatur S.'l hornam loco citato. Vel aliter :lk cot facere quod licet velle efficaciter, *C.* quod licet velle inefficaciter, .V. In idem redit : plura sunt enim quæ nobis licel velle fieri ab aliis, aut velle inefficaciter, qua tamen non possumus facere : sic, v. g. mihi licel velle homicidam a judice occidi, nor. tamen ipsum occidere; sic mihi licet velle inefficaciter mortem illorum qui rempublicam aut religionem conculcant, non tamen [» is inferre; — 2. 2. q. 70. a. *1. o.* — sic juxta S. Thornam supra citatum, licet velle morbum peccatoris, ul non amplius noceat, non tamen illi procurare.

Instabis eum eodem Sglrio. Juxta S. Thomain ex 1). Augustino, *Hoc licel orare quod licet desidet are :* atqui non licet orare Deum ul tibi dormienti eveniat pollutio, cum sil per se mala. Ergo.

Quibusdam [orte videbitur neganda hujus argumenti minor cum sua *probatione* etiam ex ipsis principiis qiiorumflnm advet sariorum qui tenent nobiscum, pollutionem mere naturalem non esso cx natura sua malam , neque materialiter neque formalitcr, sed esse clfcctum pure naturalem qualis csl sternutatio aul emissio humoris superflui per aures; ila interminis P. Ilcnno, utjam monui supra: qualcergo inconveniens, si petam a Deo effectum mere naturalem ad bonum iinem? *Omissa tamen hac solutione.*

II. 1). maj. Hoc licel orare quod licet desiderare efficaciter, *C. maj.* quod licel desideraro inefficaciter, .V. *maj.* Hoc ipso enim quo adhibetur oratio ad oblinendum objectum desiderii, jam non amplius sistitur intra limites desiderii simplicis cl inefficacis, sed lit efficax ex ipso medio adhibito, cl i|>sum desiderii objectum non remanet simpliciter volitum, sed Iit voluntarium , cum procedat a voluntate per medium adhibitum. Quapropter *admittentia csl minor arg iwnii,* non propter ejus probationem qua·, ut dixi, csl falsa, sed quia adhibita oratione desiderium pollute.·..·. Geret efficax et ipsa pollutio non maneret simpliciter vot't'ta, sed etiam esse voluntaria. Quantum nutem ad I). Thomam, patet osse inlclligon- !umdrdosideriocflicaci,quia il.' foquilur do desiderio honorum temporalium, quæ licel efficaciter desiderare·

Obj. 3° Non licet gaudere propler bonum finem do homicidio, adulterio, perjurio cl similibus in ebrietate, amentia, aut ex ignorantia perpetratis, *ul putei* cx hac proposé lionc al) Innoccnlio XI damnata : *Licitum estfilio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hœrcditale consecutas;* neque etiam desiderare allectu licet simplici ut sic eveniant; quis enim non horreat lilium qui desideraret occidere patrem in ebrietate, propter ejus hæredilatem capessendam , puellam qui cupercl vim sibi dormienti inferri propler utile matrimonium consequendum? Ergo.

R. concesso antecedente, N. consequentiam. Disparitas est jam insinuata et clara. Homicidium, adulterium et similia non sunt aclus more naturales, sed cx natura sua petunt esse aclus morales el liberos, sunlquc jure naturæ prohibiti, proindeque intrinsece el ex natura sua mali, soloque defectu rationis cl voluntatis liberæ excusantur a culpa formali. Hæc aulem causa excusans non repcrilur in eorum desiderio seu gaudio, quæ proplcrca sunt mala formaliter, utpotc actus liberi do objecto materialiter cl intrinsece malo. Hæc enim tenenda est regula : quoties causa excusaris a peccato factum exterius, non repcrilur in ejus desiderio vel gaudio, tunc licet factum sit liberum a culpa, non est tamen liberum a culpa ejus desiderium vel gaudium. Pollutio aulem vi naturæ proveniens non est aclus hominis, nec ejus voluntati subjectus, sed aclus naturalis,seu naturalis evacuatio naturæ, sicut sudor et aliæ expulsiones; proindeque nullo jure prohibetur, et vacat omni culpa, non defectu cognitionis aut libertatis, sicut homicidium aut adulterium ,sed quia nulla lege prohibetur, utpotc effectus more naturalis : unde velle illam ut talem, non contrahit ullam malitiam.

Inst. Si voluntas ad illam libere concurre**ret,** non vacaret culpa ; ergo vacat culpa tan**tum** defectu cognitionis cl libertatis ul h<,-«nicidium.

R.D.ant. Si voluntas concurreret ad illam causando el procurando, non vacaret culpa, *C.* quia tunc desineret osse mere naturalis cl licrcl voluntaria ; si voluntas concurreret simplici affectu seu gaudio, *N.* quia tunc remanet mere naturalis cl lii lanium volita. Poinsl auloinoscsiinulicilei tliiiellh aci ler volita, quia non est ex se mala etiam mal··rialitcr, utpotc effectus naturalis nulle jure prohibitus. Homicidium autem, adulterium, etc. non possunt esse sic volita,quia sunt peccata materialiter, utpotc lege prohibita et solum defectu voluntatis quæ tunc adesset, a peccato formali excusata.

Obj. 4° Tenetur quis pollutionem naturaliter linentem cohibere si possit absque suo gravi incommodo · ergo non potest illam desiderare. Ita llenno.

R. 1° juxta S. Thomam supra citatum, pollutionem fluentem non posse impediri, elduloquOd possit, id tamen licri non posse absque notabili incommodo, ut dixi prius. *Lndcneganduincslsupposilumanlecedentii.*

R. 2· Dato ant. D. consequens. Ergo non licet illam desiderare secundum sc, *C.* pro suo commodo, *N.* Sicut enim secundum theologum l'ranciscanum, non tenetur eam cohibere cum .suo incommodo, ita potest illam desiderare pro suo commodo, nec aliud nos intendimus. Insuper non satis sibi constare videlur laudatus theologus ; docet enim infra q. 11, non esse obligationem saltem sub mortali resistendi molibus carnalibus naturaliter oboi lis, quia sunt naturales et nullo modo in se peccata ; si aulem id verum sit de motibus ad ipsam pollutionem, cur non de ipsa pollutione?

Cælcrurn hanc quæslionem verbis Navarri loco citato absolvo. « Ob rationes quibus » in præsentia respondere nesciremus, e. » ob prædiclorum quos sequimur aucloritalem, hanc pariem sine ulla contentione » pervicaci cl præjudicio ejus qui contra con» tcndcril, sub correctione debita tenemus.»

ARTICULIS XV.

De delectatione morosa in materia venerea.

Quamvis delectatio morosa per omnia peccatorum genera vagetur, ct dc ea ex professo tractet Auctor 1,2, q. 74, nc tamen aliquid desit præscnli tractatui, quæ spectant delectationem in hac particulari materia , in qua frequentior est, nunc expediam per distinctos paragraphos. Unde sit

5 I· — *Utrum delectatio moro a in materia v*uc· rea sit semj er / r< catam mu· tale ?*

In 2. d. 24. q. 3. a. 4. o. et ad 2. — JVoM 1° Delectatio ul sic, est aclus appclilus sive rationalis, sive sensili vi, quiescentis seu sibi complacentis alquc oblecinntis circa rem vel

operationem aliquam sibi convenientem.

Delectatio venerea est illa quæ oritur ex commotione spirituum generationi deservientium. Talis autem commotio seu Concupiscentis motus, ul jam notavi, oriri potest cx variis causis, ex dæmone tentante, ex temperamento, complexione aut debilitate naturæ, ex nimia calefactione, ex nimia quantitate aut calidiori qualitate alimenti, cx superabundantia humoris seminalis cl similibus, tandem ex objecto rcalitcr viso, lacto, vel per imaginationem apprehenso; objectum enim per imaginationom apprehensum fere æque inovcl ac si esset rcalitcr præsens. Pro quo

Nota 2° dupliciter aliquid posse nobis licii præsens, uno modo rcalitcr in se, alio modo vi phantasiae; et ulerque modus delectationem ejusdem rationis ponit, ul palet cx his quæ in somno accidunt, dum imaginamur comedere, bibere, etc. Quod etiam docet S. Aug., lib. 12 de Civit., cap. 19. *El ratio csl*, quia phantasia habet vim sensuum exteriorum : unde sicut res quando a parle rei est præsens, sensibus causal delectationem, ita similem paril delectatione.n quando vi phantasiæ apprehenditur ul præsens, licet a parte rei non sil præsens.

4.2. q. 7ά. a. 8. o. — *Nota* 3° in qualibet rei apprehensione, sive per sensum, sive per intellectum, posse duo considerari, scilicet ipsam apprehensionem quæ est quædam actualis rei notitia, cl ipsum opus seu objectum apprehensum : delectatio aulem non solum ex opere seu objecto apprehenso, sed etiam ex ipsa apprehensione oriri potest; apprehensio enim seu cognitio veritatis aut rei raræ vel nova» maxime delectat, quamvis sil quandoque rei cujus usus vel exercitium nihil voluptatis contineat, sed quandoque sil tristissima cl odiosa : sic delectantur homines lectione, auditione, nana'ione praeliorum, latrociniorum cl similium quæ displicent; item recordatione malorum quæ sustinuerunt absque ulla in bis complacentia; sic delectatur doctor aut studens inlclligenlia operum quæ ad generationem concuTunl; confessarius cognitione peccatorum in materia luxuria·: sic curri'.ir ad spectacula rerum etiam tristissimarum.

Ibid. a. 6. nd 3. — *Nola* i" Delectatio morosa idem est ac voluntaria; non enim dicitur muiosa a mora temporis, cum uno instanti possit perfici peccatum morosæ delectationis per voluntatis consensum, srd dicitur morosa a mora rationis, quate* nus ratio eam plene adverlcn·®. vel ei conscnlit, vel non repellit prout potest et debet, sicquccirca eam immoratur, eo sensu quo quis oilicio suo non fungens, dicitur esse in moi a. Quæstio est igitur utrum simplex delectatio voluntaria tam de apprehensione seu cognitione, rei vcnercæ, quam dc ipsa rc venerea apprehensa aut cognita, seclusa voluntate operis exequendi, sil peccatum mortale? voluntatem enim ipsius operis esse mortaliter malam nullus dubitat : ante cujus resolutionem,

Suppono ex his quæ (raduntur 1,2, q. 74 citata, nullum concupisccnliæ motum habere rationem peccati formalis etiam venialis, independenler ab omni consensu saltem indirecto seu interpretative voluntatis, proindeque motus venereos qui praeveniunt omnem rationis deliberationem aut quibus voluntas resistit, nullatenus imputari ad culpam etiam venialem.

Patet 1° cx concilio Tridenlino, sess. 5, can 5, ubi definitur concupiscendam quæ manet ad agonem, non nocere non consentientibus, nec appellari ab Apostolo peccatum vere el proprie, sed quia est ex peccato el ad peccatum inclinat.

2° Ex condemnatione sequentium propositionum pcrSixlum V clPium V. *Concupiscentia sive lex membrorum et prava ejus desideria quæ inviti sentiunt homines, sunt veræ legis inobcdicnliæ :* est 51 inter Ilaianas *Prava desideria quibus vere non consentit et quæ homo invitus patitui, sunt prohibita præcepto, Non concupisces ; csl* 50, idem 75.

3U Auctoritate ct ratione SS. Augustini el Thomæ. S. Aug. lib. 1 Retract, cap. 13' *(,'squc adeo peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sil peccatum si non sil voluntarium.* El lib. dc Duabus Animab. cap. 10 : *Non nisi voluntate peccatur.* — **Ibid. λ. 2. ad 4. et per lotam q. — S. 1 bo-**mas : *Non peccatur nisi voluntati licui primo mainte, aliis aulem pohn iis peccatur sicut ab ea motis.*

4° *Ilulione.* Actus qui nuVam habent dependentiam a ratione neque ut operante, neque ut permittente, neque ut négligente tel dissimulante, non sunl aclus humani, quia non sunl aclus hominis iu quantum

homo est, scilicet per rationem et voluntatem ; nullus autem actus est vere et proprie peccatum, nisi sit humanus, aut hominis qua homo est.

Et hic sensus est non solum omnium theologorum, sed totius generis humani, exceptis nostris sectariis ; ita ut actus nostri sint vel non sint peccata, sint magis vel minus peccata, secundum quod sunt vel non sunt, sunt magis vel minus a voluntate, seu voluntarii ·. unde motus qui dicuntur primoprimi nullatenus consentur peccata, quia nullatenus sunt voluntarii; secundoprimi peccata venialia, quiasunt imperfecte voluntarii; perlecte deliberati peccata mortalia. Non tamen semper requiritur voluntatis consensus positivus el directus in ipsum motum , sed sufficit vel indirectus in causam, vel interpretalivus, quando nempe homo po esi el debet aut praevenire aut reprimere hos motus, cl non facil.

Quod S.Thomas 1, 2, q. 7*i,* art. 3, ad 2, dicat hominem per rationem posse vilarcsingulos motus Concupiscentis sed non omnes ; ad 3, quod molusscnsualilatisralionem præveniens sil peccatum veniale; in2,d. 21, q. 1, art. 2, quod lentatio quæ est a carne sil peccatum ineo qui leniatur, non autem quæ est a mundo vel diabolo nisi accedat delectationi consensus; cl 3 p. q, it,ad 3,quod tentatio quæ esta carne non possit esse sine peccato : tria prima loca inlelligunl ejus interpretes dc molibus qui, quamvis praeveniant perfectam deliberationem sequuntur tamen ad imperfectam, sicque secundum quid potuerunt impediri, unde fiunt venialia. Quartum inlelligunl, quod non possit esse sine peccato prævio, scilicet originali. Pro quo cl pro quibusdam locis D. Aug. vide Sylvium loco citato. Quantum vero ad præceptuni, *Non concupisces ;* per illud non prohibentur motus involuntarii, sed necis demus consensum, juxta illud Ecclesiastici IS : *Post concupiscentias tuas ne cas.*

His notatis clsuppositis de quibus latius alibi.

Xbi<1, a. R. o.—*Dico* 1n Delectatio voluntaria de cogitatione aut cognitione rei venereæ, non est de genere peccati mortalis, sed quandoque est peccatum veniale, quandoque nullum.

Ibid.—*Ratio est,* quia delectatio dc cogitatione se», cognitione, v. g. fornicationis, sequitur inclinationem affectus in cogitationem ipsam : atqui cogitatio seu cognk lio ipsa fornicationis secundum sc non est peccatum mortale, cum sil in Deo, *cl patet cx* lertio nolamine, sed quandoque veniale lanium, puta, cum aliquis inutiliter cogitat de fornication?; quandoque aulcmsinepeccato, puta, cum aliquis utiliter cogitat dcca, sicut cum vult de ea prædicare vel disputare. Ergo.

Ibid,—*Dico* 2° Delectatio morosa, sive consensus directus cl plene deliberatus in delectationem ipsius rei vencreaerealiter aut per apprehensionem præsenlis, est semper peccatum mortale.

Ibid.—*Matio est,* quia quod aliquis cogitans, v.g. defornicalione,dcleclclurdei|>so fornicationis actu, hoc contingit ex hoc quod affectio ejus inclinata sit inhuncactum, seu illum amet, etsi opere complere non velit: undo quod aliquis consentiat in (alem delectationem, hoc nihil aliud est, quam quod ipse consentiat in hoc quod aflectus suus sit inclinatus in fornicationem ; nullus enim delectatur nisi dc eo quod amat autcsl conforme appetitui ejus ; atqui quod aliquis eligat cx deliberatione quod a Occlus suus conformetur hisquæ sunt secundum se peccata mortalia, qualia sunt omnes actus vencrei, est peccatum mortale : ergo. Uno verbo: qui delectatur voluntarie dc re mortaliter mala, hanc amat el voluntarie illi afficitur , quod est mortale.

Nola. Quando verodubitatur an delectatio fuerit de cogitatione ipsa, vel dc re cogitata; si cogilaliocum delectatione frequenter absque necessitate aut utilitate se ingerat, signum est delectationem esse de re cogitata, quia hujusmodi frequentia cogitationis absque necessitate vel utilitate, videtur oriri ex prava inclinatione affeclusad res ipsas. Si autem laliscogitatio non sit importuna , sed sequatur judicium cl moderamen rationis, signum est quod delectatio sit tantum dc ipsa cogitatione. Cave Limen, facilis est descensus in hac malcria a delectatione cogitationis ad delectationem rei cogitate, præserlim si sit inutilis cl vana cogitatio: unde qui huic diu immoralur, periculose exponit.

Dixi 1°in conclusione, *esse semper peccatum mortale;* quia , *ul paid cx diclis* initio dissertationis, non datur levitas materia* in re venerea directe in se volita.

Dixi 2°, *consensus directus;* (<uia conscn-

tus in causam potest esse peccatum veniale tantum ct quandoque nullum, ut satis fuse dixidc pollutione voluntaria indirecte. Nimirum , ponere causam honestam seu de se licitam, quæ -it necessaria aut utilis, unde prtevidealursucutura commotio seu delectatiocarnalis, nullum est peccatum ; ponere causam quæ jit venialis tantum leviter et reiuole influens in commotionem , est peccratum veniale, modo tamen in utroque casu absit periculum consensus in ipsam dclcctationem : ponere vero causam mortaliter malam graviter el proxime inlluenlcm in commotionem, est peccatum mortale etiam ratione ipsius commotionis. Vide attente quæ diximus loco citato ; ea enim militant pro commotione carnali sicut pro pollutione, cum sint ejusdem rationis, nisi quod commotio sit quid levius pollutione; imo , *ul palet ex dictis* iniliodisscrlalionis, art. 2, ponere aliquam causam per se el proxime influentem in levem commotionem, non est nisi peccatum veniale, quia , ut ibi dixi , datur levitas materi® in re venerea, indirecte tantum volita in sua causa.

Dixi 3°, *consensus plene deliberatus*, ad quem requiritur plena advertentia: si onim sil semiplena , aut imperfectus consensus , erit peccatum veniale; si nulla advertentia , non erit peccatum , etsi diuturnus sit molus;si autem adsit quidem plena advertentia, sed denegetur consensus, quinimo resislalur, non tantum non erit peccatum, sed meritum etsi per horas perseveret tentalio.

Porro, *dato* quod in aliis pecca lis externis non requiratur semper advertentia ad maliliani actus, hic tamen videtur omnino requiri, quia hi motus interni facillime, frequentissime ct quasi insensibililcr irrepunt, necsui malitiam ita aperte ac prompte monli ingerunt, sicutactuscxlerni : undosi præscnlias quidem ct advertas te carnaliter delectari, sed non advertas delectationem esse inordinatam ct malam , non erit peccatum saltem mortale. Ita S. Thomas his verbis: —Q. 15. de verit. a. 4. «d 10.— *Antequam ralio delectationem perpendat ad nocumcn*lum *ipsius, non habet inlerprelalivum* con*tensum, etiamsi* non resistat. Ul nutem scias quid iiilclligal per nocumentum , et ul non putes ipsum disjunctive loqui , attende inimediale sequentia: « Sed quando jam per» pendit ratio dc delectatione insurgente cl n de nocumenloconsequcnte,ulpot- cum » percipit homo se totaliter perbujtismodi « delectationem in peccatum inclinari el in » praeceps ruere,nisi expresse résista^, vjde» turconsentira.nItemapertein Summa: —1.2. q. 74. C. 5. o.— * Ratio deficit in » directione passionum interiorum... quar»do non reprimit illicitum passionis mo» tum : sicut cum aliquis, postquam delibe» ravit quod motus passionis insurgens est » inordinatus, nihilominus circa ipsum mo» ralur ct ipsum non expellit. » lia etiam sentiunt post Auctorem Bonae, de Mat. q. 4, p.7, n.6, citans Vasquem elBecan.item Ecssiuslib. *A,* cap. 4, d. 15, n. 116 ; Sporer in Decalog. tract. 1 proœm. cap. 6, sect. 2, § 1, η. 11. Si tamen fuerit negligenlia in advertendo sicut ct in praeveniendo istos motus, poterit esse peccatum pro qualitate negligcnli®, plerumque veniale.

Quod si dubitatur an fuerit consensus in delectationem, aut an fuerit plene deliberatus, hujus dubii practici cl frequenlissimi resolvendi causa,assignantur communitcra theologis sequentes rcgul®. Prima : si dubilans sit timoratas conscienti®, aut si nunquam vel raro exteriori actu peccat in hac materia, præsurnitur non consensisse, saltorn plene ; si enim sic consensisset non dihilaret, sed talis cognosceret cum sil fnnoral® conscienti® : adde in similibus, dclcctaliones communiter esse lanium in appelitu sensitivo. A contrario, si dubitans sit liberioris conscienti®, aut actu exteriori non infrcquenlcr labilur, præsurnitur consensisse; si non enim consensisset, id ccrlo cognosceret, ncc dubitaret cum sil libcrioris conscienti®.

2U Si instantanée et obiter hæscrit deleotalioni, dubitans de consensu, potest præsumere non adfuisse saltem plenum; licet **enim transitoria delectatio possit esse mor**talis, hoc tamen verum csl dunlaxat dum constat dc consensu, qui sæpius non adest, dum quis instantané® delectationi adhærel, elslalim repellit.

Dixi 4°, *rei* ct non modi tantum, quiadelectari de modo subtili, novo, ingenioso quo actio turpis csl perpetrata, malum non est, cum iste modus non sil malus el ab acliono turpi disparatus, possitque licite reperiri et **abhiberi in alia actione non turpi: sic pater cogitans de raptu lili® su®, potest delectari** dc modo .subtili quo rapta est, licet raptum

dclesletur ; sic quis potest delectari dc suavitate canius turpis, liret turpitudo displiceat ; sic quotidie delectamur de modis ingeniosis quibus grassatores, vulgo *filous* furantur, licet eorum furta improbemus;sic tandem Christus *laudavit villicum iniquitatis* quod prudenter egisset; laudavit, inquam, modumejus subtilem, non actionem.

Idem statuere possumus de delectatione rei quæ non est intrinsece mala, sed solum quia prohibita, quia in simplici delectatione, seclusa voluntate operis, potest res illa secundum sc considerari abstracta a prohibitione quæ est ipsi accidentaria ; secundum se autem non est mala, adeoque de illa sicdeleclari non est malum; sed tunc solum, si esset delectatio de illa qua prohibita. Unde communiter docent theologi Carlhusianum non peccare saltem mortaliter, si delectetur de esu carnium cogitato; sicut nec laicus qui dc illo delectaretur in quadragesima, vel feriasexta, nisi forte delectaretur de illo esu exercendo dic prohibita; sicque pari ratione non peccat saltem mortaliter in præsenti materia, qui delectatur secundum rationem de matrimonio ineundo cum alline aut consanguinea in tertio vel quarto gradu, abstrahendo a prohibitione Ecclesiæ. De bis fusiusin 1,2, q. 74 citata.

Obj. 1" *conlra secundani conclusionem.* Jacobi 1, dicitur: *Peccatum cum consummatum fuerit, general mortem* .-atqui non consummatur peccatum nisi opere, vel saltem voluntate operis. Ergo.

R. N. min. Peccatum enim consummatur pleno consensu voluntatis qualis hic reperitur, si non ad faciendum, saltem ad delectandum. Insuper *dato* Apostolum Jacobum loqui de peccato consummato per opus externum , dicit quidem quod generat mortem, sed non negat quod consensu interno consummatum non generat mortem : id solum speciali ratione tribuit primo, quia peccalor opere externo perpetrato audacior factus , facilius relabilur, et peccandi consuetudinem contrahendo dillicilius resurgit.

Obj. 2° S.Aug. 12deTrinit. cap. 12,dicit de talibus delectationibus morosis, peclus *esse percutiendum atqui dicendum : Dimitte nobis débita noslra* : atqui juxta eumdem S. Aug. in Enchirid. cap. 71 , tunsio pectoris et oratio Dominica sunt remedia contra venialia. Ergo

ad I.—*R.* juxta ipsum S. Aug. ibidem in Enchiridion, quod oratio Dominica et alia hujusmodi non solum ad delenda peccata venialia valeant, sed etiam ad rcniissioiiein mortalium, quamvis non ita sufficiant ad deletionem mortalium sicut venialium.

Instabis. Juxta eumdem S. Aug. loco citato de Trinit. consensus in delectationem sine voluntate, perinde est ac si mulier sola cibum vetitum in paradiso comedisset ; atqui si sola mulier cibum vetitum comedisset , vir non fuisset mortuus. Ergo.

R. S. Aug. in hac comparatione non intondere omnimodam paritatem; est enim dispariles, juxta ipsum ibidem,quod viret mulier in paradiso essent dislinclæpcrsonæ: sed in homine ratio inferior quæ mulieri comparatur , el ratio superior qua· comparatur viro, ad unam eamdemque ucrsoirnn pertinent. Unde addit ibidem: «IIacqui|-» pe una persona est, unus homo est, tolii·-» (pie damnabitur, nisi hæc quæsinc volun-» late operandi, sed tamen cum voluntate » animum talibus oblectandi, solius cogitail lionissciuntur esse peccata, per mcdialo-» ris gratiam remittantur. »

Q. 15. de verit. cit. ad 9·—*Obj.* 3° Dc-Icclalio morosa nullo præceplo videtur prohibita. Ergo.

R. 1° prohiberi præceplo*Non concupisces;* qui enim consentit in delectationem atlii.icilur illius objecto, proindeque concupiscit illud si non ad faciendum , saltem ad oblectandum.

Ibid.—*R.* 2n prohiberi præceplo quo prohibetur opus externum ; hoc ipso enim quo prohibetur fornicatio, v. g. prohibentur omnia quæ ad idem genus pertinent.

Inst. In delectatione morosa fornicationis, non reperitur malum fornicationis, scilicet mala educatio prolis. Ergo.

Ibid, ad 3. — *R. D. ani.* Non reperilut malum fornicationis affectum, *C.* amatum . V. Hoc autem sulTicit, alias sequeretur quod ipsa voluntas fornicandi .operenon secuto, non forei mala.

Obj. 4° Deus est pronior ad præmiandum (piam ad puniendum : atqui non præmiat solam delectationem voluntariam de bono sine voluntate ipsum faciendi : ergo non punit delectationem voluntariam dc malo, seclusa voluntate illud faciendi.

Ibid, nd η.—*R. D. maj.* Densest pronior ad præmiandum buna quam ad puniendum

mala.C. est pronior ad præmiandum quæ non ‘•uni bona quam ad puniendum mala , A. Jam aulein delectatio voluntaria de bono, seclusa positive voluntate faciendi, non est bona meritorie , licet mala sit delectatio mali,seclusa voluntate faciendi : quia plura i e^ quiruniurad bocut aliquid sit bonum meritorium quam Ut sit malum demeritorium ; bonum enim ex integra causa , malum ex quovis defectu, ut dicitur communiter.

§ II. — *Utrum sit peccatum ct quantum , si quis post plenam ndvertenliam rationis* non rcpfi-nat naturales motus concupiscentur, sed negative se habeat neque consentiendo neque dissentiendo ?*

Circa hanc quæstionem est duplex sententia. *Prima affirmat* esse peccatum mortalcse habere negative ad hos motus seu delectationes carnales post plenam advertendam ; pro hac sententia citantur Vasques , Malenlia, Lessius , Asorius, Ledesma, Zumcl, Curiel, etc. *Secunda negat* esse peccatum mortale: hanc tenent Cajclanus in Summa , v. *Delectatio ;* Sylvester ibid. Angelus ibid. Tolctus lib. 5, cap. 14; Layman lib. 1, tract. 3, cap. 6, n. 7 el 8; Navarrus in Man. cap. 11, n. 12; Adrianus, Corduba el alii plures ; probabilem ccnset Sylvius, licet oppositam censeat probabiliorem : nobis ulraque videtur speculative probabilis.

Stabilitur prima sententia ajjirmaas»

1. 2. q. 74. a. 5. o.—Exi). Thoma , qui dicit peccatum esse in ratione *quanto ratio inordinatos actus inferiorum virium vel imperat, veleliam post deliberationem non coercet.*

Ibid. a. 6. o.—Ttem docet peccatum osse in ratione, quando delicii in directione interiorum passionum, quia est carum directrix: a Deficit autem, *inquit,* in directione «passionum interiorum dupliciter; uno «modo, quando imperat illicitas passio- « nes... alio modo, quando non reprimit il- « licitum passionis motum : sicut cum ali- «quis, postquam deliberavit quod motus » passionis insurgens est inordinatus, ni- » hilominus circa ipsum immoratur ct ip- « sum non repellit; et secundum hoc di- » cilur peccatum delectationis morosæ in *d* ratione, *d*

Kalio fundamentalis est, quia qui post planam advertendam non resistit molui *o u dclcclaliuni carnali, ipsi interpretative consentit, cum possit cl debeat resistere. 1° Poled , quia, ut suppono, plene advertit. 2° Debet , quia, ul dictum est modo cx S. Thoma cl secundum rei veritatem, officium ct obligatio rationi est refrænare passiones inordinatas atque ipsi repugnantes juxta illud Genesis : *Subter te erit appetitus tuus , el tu dominaberis illius;* neque dici potent hanc obligationem esse levem, cum sit circa materiam gravem ct in cenere peccati rnorlalis illicitam. Ergo.

Confirmatur 1° Consensus expressus in talem delectationem foret mortalis : ergo cl inlcrpretalivus; quia hi duo consensus sunt ejusdem moris, cl inlcrpretalivus in moralibus reducitur ad speciem expressi, cum habeat idem objectum.

Confirmatur 2 Mulier lenclur sub mortali resistere ebrio vel amenti ipsam impudice tangenti, licet ipsa molibus exortis non consentiat expresse. Ergo similiter.

*Proponunturfundamenta secunda sententia negantis**

Fundatur 1° etiam in D. Thoma loco citato § præcedenli, scilicet, q. 15 de Verit. a 4, ad 10, ubi docet, tunc solum esse consensum inlerprclalivum , quando ratio advertit nocumentum seu periculum consensus. Fundatur eliam in D. Aug. lib. 1 de Civit, cap. 15, dicente: *Si motus concupiscentia sine peccato est in corpore dormientis , quanto magis in corpore non consentientis.*

Fundamentum a ratione est, quia, licet inferior appetitus mali objecti sil quædam deordinalio cl deformitas in homine, ulpotc mentem perturbans cl ad malum incilans; non est tamen secundum se gravis, quando prælcr voluntatem ex inlirmi tale natura'oritur : ergo, etsi sit quædam obligatio illum reprimendi, non csl tam gravis. *Probatm antecedens multipliciter.* I- Quia talis appetitus seu motus inferior, cum non sil actus humanus sed mero naturalis, non subjacet legi, proindeque non debet dici secundum se illicitus eliam materialiter ingenero peccati mortalis. 2- In aliis passionibus carum motus naturales quandoque legitime permittuntur ad tempus, ut majori cum merito coerceantur ; ergo neque in illis neque in istis sunt secundum sein genere gravis mali. 3° Juxta communem theologorum eliam adversariorum sententiam, ub levem

utililafem hi onpelîhis sen delectationes natürales, possunt permitti, non solum in sua causa, ul supra dictum est, sed etiam in seipsisimmediate, ut modo dicam. Quod fieri non posset si secundum se essent grave malum, ut patet de homicidio, adulteïio, etc. *El si paid responsio ad ralionem fundamentalem adversa sententia :* vide quæ dixi a. 13, dc pollutione nocturna.

Sed contra inferes. Ergo non erit peccatum mortale consentire expresse illis motibus. *Probatur illatio.* Talis est consensus quale est objectum : atqui ex doctrina tradita , objectum talis consensus non cslgrave malum : ergo.

R. N. illationem. Ad probationem, V. *min.* Non enim dixi hos motus naturales non esse grave malum, seu non esse illicicitos in genere peccati mortalis respectu voluntatis seuappetitus rationalis,sed tantum lopcctu appetitus inferioris; hoc est : non ed grave malum quod appetitus sensitivus delectetur circa illos motus, quia, ul dictum ct, non subjacet legi ; sed grave malum (oret quod voluntas seu appetitus rationalis circa illos eosdem delectaretur, seu delectationi appetitus inferioris consentiret, quia subjacet legi graviter talem consensum prohibenti, quatenus scilicet, cum hi motus sint a natura ad solam generationem ordinati in actu conjugali, grave malum est voluntati illos velle iisque consentire extia hunc statum. Sic quod appetitus inferior appetat vindiciam aul de ea delectetur, non videtur grave malum ; secus si voluntas illam appelai aut appetitui inferiori consentiat.

Neque verum videlur quod dicitur in prima confirmatione cx I.cssio, consensum inlcrprclativum æquivaiere expresso iq gravitate culpae, maxime si loquamur de peccatis intern® appetitionis. Nam permissio voluntatis quæ dicitur consensus interprelalivus, in lanium ad culpam imputatm, in quantum est alicujus mali seu incommodi quod impediri potest cl debet : (piaro, si malum grave non sit, ejus voluntaria permissio non potest ad gravem culpam imputari : porro appetitum sensitivum dclcc tari circa motus naturales, ostendimus non esse grave malum ; secus quod voluntas illos amet cl appelai, ul *patet in exemplo vindicia supra.*

Ad *secundam confirmationem* , patet disparilas ex dictis. Quia (actus facti ab ebrii seu amento circa mulierem, non vint actus naturales, sed ex natura suo priunt (<-? actus morales cL liberi, proinde cadunt sub lege prohibente, sunlquc mali materialiter: unde mulier tenetur sub mortali quantum in se est illos impedire.

Ad S. Thomam respond'lur, inlclligendum esse de eo qui circa illos motus immnralur, iis consentiens, seu, ul dicit ibi dem, ad 3, *tenens ct volvens liientcr que stalim ul attigerunt animum* , scilicet inclinando rationem in consensum , respui debuerunt. Vel loquitur de obligatione resistendi (jure inest nobis, non ob ipsos nutus, sed ob periculum consensus iis annexum , ul dicam modo, *cl patet* cx q. 15 de Veril. citata. Vel tandem ct forte melius ac dictis conformius, quod revera ratio deliciat et pcccet cum non reprimit motus naturales, quia est quædam inordinatio, ut dictum est ; non tamen mortaliter, quia non csl gravis inordinatio.

Quidam absolute negant ullam esse obligationem his motibus resistendi, ct consequenter negant esse consensum inlerprctalivum , duln non resistitur ; sed veritati cotifurinius videtur agnoscere obligationem, non tamen gravem.

Si opponas legem, *Non concupisces :* jam respondi supra, ea tantum prohiberi consensum voluntatis in motus concupiscentis.

Hæc dicta sint in clucidalioncm veritatis speculativae, nam pro praxi,

Dico se habere negative circa moins carnales naturaliter exortos, est regulariter peccatum mortale; si non præciseratione istorum motuum, saltem ratione periculi consensus iis annexi. Quia, cum hi motus vehementer animum alliciant cl ca sil quasi naturalis conditio hominis, ut, appetitu sensitivo delectante in aliquo, simul etiam voluntas delectetur, nisi ipsa voluntas positive resistat, aul saltem actum displicentis, seu, ul ita dicam, nollcitatis eliciat, imminet periculum illis consentiendi, et contrarium praetendere praesumptio est.

Imo, puto rarissimum in praxi quod quis omnino se negative habeat, el quod non consentiat qui non dissentit. Quis enim credat motus illos voluntati illius non placere, qui, cum eos plene advertit, sinit absque rationabili causa cos partes suas agere, appetitum infui iurem delcciabililer commoveri elph..n-

tashnibftsobscœnilales volvero cl revolvere?

Dixi,niii *saltem actum displicentia! seu nollcitatis aul improbationis eliciat;* quia sic se gerere, non est negative se habere, ct quamvis falis actus non sil semper efficax ad reprimendos ct 'depellendos istos motus, est tamen cllicax ad tollendum seu impediendum consensum voluntatis, cui formalité)· cldirccle opponitur. Ilie actus dispfîccntiæ potest brevissimo tempore elici ct longo virtualiler durare, sic. ul non sil opus illum toties ilei are.

PosiO autem semel hoc actu displicentiæ quo periculum consensus abstergitur, si pripler aliquam rationabilem causam aliquis non possit commode resistere positive his molibus, vel quia aliis rebus utiliter occupatur, puta studio, vel confessionibus audiendis, vel quia limet ne ex nimio resistendi conaiu magis inardescat concupiscentia et motus exasperentur, secundum omnes non tenetur positive resistere.

Quod si possit facile resistere el eos motus cxtingucre, sed ex negligcnlia, otiositate aut alio simili motivo non mortaliter malo, omittat resistere, supposito semper actu displicentiæ, peccare tantum vcnialilcr, milii omnino probabile csl; certum vero si aliquam resistentiam adhibeat, etsi non omnem quam potest cl debet : neque necesse csl quod, perseverante pertinaciter tenlalione, continuo contra nitatur, sed identidem ctper inlci valla. Quod si, adhibito rationabili conatu, nihil proliciat, potest négligera el contemnere, secluso semper periculo consensus per actum displicenliæquem convenit in diuturna pugna aliquoties renovari.

Optimus autem modus fugandi atque v incendi hunc importunum hostem, est diverlère cogitationem ad aha objecta non mala. præserlim quæ maxime afficiunt el animum intentum requirunt. Nec salis capio quid intendat rccenlior theologus, cum dicit hoc reine limn non *sufficere ut homo dicatur resistere,* cum tamen theologi morales, vitæ spiritualis moderatores et SS. Patres unanimi voce illud suadeant, et inter cos singulariter Dcclor Angelicus ex Apostolo, his verbis : — 2.2. q. 35. a. 1. ad 3. — « Impuli gnalio peccati quandoque cslvincenda fuvgiendo, quandoque resistendo : fugiendo i› quidem, quando continua cogitatio auget d pect ali incentivum sicut esi luxuria; unde » dicitur I Cor. 6 : Fugite fornicationem. » Et sane, quodnam efficacius medium ad tollendum seu impediendum effectum, quam amovere ejus causam ? Causa autem in præScnli csl cogitatio turpium ;cum ergo lentatus .ogitalioncm a turpibus amovet, eo animo ut tentalio cesset, optima resistentia est, nec meliorem scio.

5 III. — *Utrum delectatio morosa contrahat orrmrt malitias objecti circa rjuo-l versatur?*

Certum est 1° quod delectatio morosa conjuncta voluntati aut desiderio operis ciendi, contrahat omnes malitias sui objecti; ul si quis delectetur dccopula cum conjugata consanguinea, eamque velit aul desideret, reus est non solum fornicationis, sed incestus cl adulterii; ratio est, quia voluntas seu desiderium fertur in opus ul a parte rei exercendum , opus autem exercetur cum omnibus suis circumstantiis.

Cerium est 2° delectationem morosam etiam sine voluntate operis faciendi, tot contrahere malitias quot apprehendit in objecto circa quod versatur : ul si sil de muliere ut consanguinea, ul x<>lo adstricta , contrahit malitiam inccslusct sacrilegi:; si sit de persona ejusdem sexus, malitiam sodomia* ; si dc bruto , malitiam bestialilalis, etc. quia actus humani qualis est ipsa delectatio voluntaria, speciem habent ab objecto suo formali.

Nola. DocetFianciscusncnno,in nonum præceptum Decalogi, q. 1, conclusione 4. delectationes dc aspectu, tactu, o<culo, etc. specie inter se diiïcrrecl debere sic distincte ccusari dicendo : Habui tot delectationes circa tactus, tot circa aspectus, tot circa cula : quia, inquit, aspectus, tactus, oscula, specie inter se distinguuntur cldislinctesnnt explicanda, sed tamen fatetur praximcanIcssariorum cl pœnilcnlium esse contrarian).

Insuper, pulo ego falsum esse ejus fundamentum, nempe tactus, oscula, aspectus, specie inter se distingui in genere luxuriæ. Cum enim non sint perse mala, ut dictum est, sed taiiimn ratione commotionis aut pollutionis, aut copukc ad quas excitant el cudunt, eamdem inlerse maliliæ speciem habent, scilicet vel commotionis carnalis, \el pollutionis, vel copulæ, etc. Cade, meo judicio, satisfaceret pernitens quitheercl : Colics excitas i in me vel in alio commotionem carnalem aut j olhilionem, tacendo *an*

peractus, autaspcctus, aut oscula, modo sui ct complicis conditiones explicet ; « *fortiori* satisfaceret dicendo ; Toties delectatus sum carnalilcr circa talem vel talem personam, non explicando an circa actus, aut oscula , aul aspectus; bone tamen si fuerit delectatio circa copulam aul pollulionem,quia cum bæ differant specie ab impudicitia el distincte sint accusanda, ita et delectationes circa ipsa. Hanc tamen resolutionem di udiorum censura specialiter subjicio.

Dillicultas est ergo hic, utrum delectatio morosa sine desiderio operis faciendi, tot malitias contrahat quot habet objectum, si ab illis proscindat, seu eas non apprehendat, quamvis aliunde noverit inesse . ul si quis delectetur dc copula cum muliere quam quidem novit conjugatam et consanguineam, non tamen quatenus est conjugata aul consanguinea, sed præcise quatenus est mulier sibi conveniens, ut regulariter fit; difficultas est, inquam, utrum talis sit reus non solum fornicationis aut mollitiei, sed etiam adulterii et incestus.

Plures negant, plures affirmant, e!, ut iterum fatear, ulrinquc probabiliter: unde utriusque fundamenta proponam.

Sententin affirmativa proponitur.

Quidam partem affirmativam probant bacralione,quodnon solum voluntas operis, sed etiam delectatio simplex de opere sequatur naturam operis, quod probant Ium cx I). Thoma 1,2, q.74, a.8, ad 4, et q. 15 de Verit. a. 4, ad 8, tum ratione, quia actus est objectum delectationis; actus autem quicumque, cum sil tendentia in objectum, sequitur naturam illius el ab eo speciem sumit.

Sed stalim occurrit responsio dicens, ol - jcctum delectationis non esse actum exteriorem prout ponitur in rc, sed prout est in imaginatione præcisum asuis circumsta r.liis proindeque non conferre actui plus maliliæ quam sic præcisum contineat; S.Thom.iui vero loqiii de delcclationcquæ fertur in actum exteriorem, pi oul est a parte rei absuue praecisione.

[dque confirmatur a simili. Carthusianus, v. g. aul Minimus, considerans esum carnium secundum se et pracisum ab obligatione voti, licite delectatur dc ilio, ut concedunt communiter auctores, quia objectum tiujus delectationis non est esus carnium ὀχleriorut in re, sed ul in cogitatione præcÎMis a circumstantia legis aul voti : ergo similiter, qui delectatur dc moniali ut pulchra, pr®scindendo a circumstantia vol-, e*4 solum reas fornicationis cl non sacrbegii; quia jectum huius delectationis non est copula ut in re,sed ul in phantasia, præcisa a circumstantia voti; cl sic de eæleris.

Quare alii ad aliam probationem confugiunt, hanc scilicet : delectatio de copula cum muliere repraesentata præcise ut mulier esi, desumil ab ea malitiam fornicationis, licet non sil de illa sub ea formali ra- **lionc maliliæ (nemo enim intendens malum** operatur), sed tantum.sub ratione delectabilis, quia ad peccandum formaliler sufiicit quod implicite cl interpretative intendatur malitia : ergo similiter desumit malitiam incestusclsacrilegiijsi noverit illam mulierem esse consanguineam el Deo sacram.

Confirmatur 1° Hoc ipso quo novit has qualitates inesse, implicite saltem repraesentantur, ideoque indirecte ct interpretative censetur de illis delectari, quatenus mavult delectari dc hoc pravo opere cogitato cum muliere quæ habet prodictas qualitates, quam, non obstante earum notitia, ab hac delectatione abstinere : sicut censetur interpretative velle malitiam operis, qui non obstante ejus notitia ab opere non vult abstinere.

Confirmatur 2° Si istæ praecisiones aliquid valerent in praxi, sequeretur quod delectatio morosa potest vacare omni culpa, v. g. si quisdclectareturde muliere proulcsl mulier, praescindendo non solum a consanguinitate aul vinculo, sed etiam ab hoc quod non sit sua, talis non esset reus neque incestus, aut adulterii, neque fornicationis. Ergo nullius.

.Alii tandem dicunt id esso speciale in delectatione morosa Venereorum, quod, cu :i excitent ardorem corporis ct materiam libidinis, tendit cx natura sua ad opus ex :<*r- num, cujus est principium, non minus quantocius cl oscula; non sic in aliis matei iis. ita Bas. Pontius lib. 10, cap. 16, §2;et Bonae, dc Alat. q. 4, p. 8.

*Sextentui nei*ottv<i stabilitur^*

Delectatio sequitur naturam sui objecti; atqui objectum ejus in casu , ul jam dixi, non est actus exterior ut in re pone » hu cum omnibus suis cucuinslaiiVus , scA

imasinatione præcisus a suis circumstantiis Ergo.

Cou{innatur t" Meo consensus in executin' cm operis coni« aliit omnes ejus malitias, quia in execution» neutra ab altera separari potest : unde qui vult execulionem sive efficaciter sive inefficaciter, consentit in omnes malitias execution! conjunctas : at hæc ratio locum non habet quando quis consentit in ineram delectationem ; facile enim mens potest diversas rationes luxuriæ, injustitiæ, s.« lilogii, in opere distinguere, el alteram sine altera sibi proponere, et circa unam sine allectu ad alleram per complacentiam versari. Ergo.

2'· In his quæ sunt mnLi ex logp positiva , aul cx \oto tantum, potest præscindi objectum a prohibitione legis aul voti , el sic lia!.eri delectatio licita de illis, ul palet in eo qui dic Veneris delectatur de esu carnium secundum se, aul in Carthusianoseu Minimo qui vi voti abstinere tonetur a carnibus; ergo, etiam in his quæ sunt intrinsece mala, licet non possit abstrahi a malitia essentiali el intrinseca , potest tamen abstrahi a circumstantiis accidentaliter tantum objectum principale concomitantibus, ut in muliere a qualitate consanguinitatis, voti, etc. Nec refert quod bæ qualitates sint quid ac essorium ad principale; non sic prohibitio, quæ est quid disparatum, ul dicil Daelman : ut enim possint præscindi, sufficit quod non sint de intrinseca ratione el essentia objecti, non in individuo sed secundum se considerati ; hac enim ratione dunlaxal præscinditur prohibitio ab objecto.

Confirmatur 3° Qui delectatur de percussione aul vulneratione inimici in loco sacro, abstrahendo a consideratione loci sa i**i**, peccat tantum peccato odii el non sacrilegii; is est saltem sensus communis : el tamen locus sacer est circumstantia objecti el accessorium ad principale. Similiter qui delectatur de verbis impudicis in alium contumeliosis , præcise ut contumeliosa sunt, non ut impudica, peccat conti a justitiam el non contra temperantiam; el tamen impudicitia est circumstantia objecti c< accessorium ad principale : ergo paritor qui delectatur de copula cum muliere ul mulii v esi cl non ul conjugata, reus est fornicationis el non adulterii, licet vinculum sit circumstantia et accessorium ad principale.

Uructur inauis hac ratio in casu particulari. Qui delectatur secundum rationem de matrimonio ineundo cum alline aut consanguinea in tertio vel quarto gradu, abstrahendo a prohibitione, non peccat : ergo qui delectatur de copula cum muliere affine aul consanguinea in tertio vel quarto gradu, abstrahendo a prohibitione logis positiva·, non peccat peccato incestus, sed fornicati - nis lautum : porro si possit abstrahi ab hac circumstantia affinitatis, cur non a circumstantia voti aut vinculi?

In omne latus se vertit Daelman , ut aliquam d'sparitatem hic inveniat; sed meo sensu non satisfacit : quid enim facit quod matrimonium sit licitum , ct copula fornicaria non sil licita? Ex hoc quidem sequitur quod in primo casu non peccet et in secundo peccet peccato fornicationis, sed non incestus. Quid iterum, quod ille qui delcclalur sit consanguineus? est enim in utroque casu. Adde quod si pcssil præscindi consanguinitas cx parte objecti, cesset etiam cx parte principii, quia nemo est consanguinous, nisi coiisuiguincæ. Aliud tamen foret si vovisset continentiam , quia obligatio vo i extenditur etiam ad actus interiores simplicis complacenti®. Tandem recurrit laudatu - theologus ad periculum consentiendi in v< - lilionem operis : ergo non solum agnos, periculum volendi, sed existimo regulariter adesse volitionem. Sed hæc responsio cedit argumevilo , non sohil illud, aut saltem excurrit extra thesim ; etenim, juxta illam, habetur quod delectatio qua delectatio non contrahat omnes malitias objecti (quod h i c secunda sententia intendit), sed tantum ratione volilionis præsenlis aul imminentis, quod nunc r.on est in quæslione, sed de quo stalim.

Confirmatur 4° Si quis vovisset castitatem externam lanium et non internam, posset absque peccato sacrilegii delectari de opere vonereo externo, quamvis tamen istud contineret malitiam sacrilegii : ergo falsum est delectationem sequi naturam actus cxlciioris el omnes ejus malitias haurire.

Negat suppositum laudatus theologus T o- \aniensis,conteiiiditquc lie: i non possequ d quis voveat abstinentiam a fornicatione exteriori , quin suo ,olo simul excludat non solum voluntatem fornicandi, sed etiam delectationem simplicem de fomic?lioue;quia, inquit, in moralibus actus exteriores «'I intcriorcssunl ejusdem moris ; unde cum tu·

dit quod illo suo voto vel se obligavit ad actu interiores, vel nihil.

Id quidem \erum existimo de voluntate pe. petrandiaclum exteriorem ; qui enim se obligat ad non iornicandum, se etiam obliga! ad non volendum fornicari ; sed non sic omnino de mera delectatione. Quæro enim cur, qui se voto adstrinxit ad abstinentiam a carnibus, ul Minimus, possit absque sacrilegio delectari de esu carnium, et qui vont præcisc ıio i fornicari exterius, non possit absque sacrilegio delectari de fornicatione : difficile invenietur disparitas.

Propter bas rationes, hæc secunda sententia mihi videtur probabilior, et in hoc utilior quod, secundum illam, melius cl facilius inlelligilur quomodo liceat delectari de ii-. quæ sola lege positiva sunt prohibita el variis aliis.

' Unde, ut aliqualiter satisfiat argumentis primœ scntcntiæred *primum jam rctponsumcsl; ad secundum,* solutio ibidem insinuataest. Idcndelcctatiodefornicalionecontrahitcjusmaliliam (ormalem, licet hæc non intendatur explicite, quia sic non potest intendi , sed tantum implicite; nemo enim , ul dictum est, intendens malum operatur : secus qualitates delectabiles objecti. Altera solutio est, quod malitia sit de intrinseca ratione fornicationis, aut cujusvis transgressionis legis, a quo proinde praescindi non potest ; secus qualitates accidentales objecti.

Ad confirmationem. Ille de quo in argumento, ut eximatur ab omni peccato, non sufficit quod præscindat ab eo quod non sit sua, sed debet etiam vere apprehendere quod sit sua, alioquin peccabit, si non peccato fornicationis, saltem impudiciliæ aut mollitiei.

Ad ultimum respondeo .delectationem appetitus sensitivi, non solum in materia venerea, sed in quacumque alia, importare commotionem spirituum el alterationcm corporalem; definitur enim passio ut sic : — 1.2. q. 22. etseq. — *Motus appetitus sensitivi ex imaginatione boni vel mali, cum transmutatione corporali,* ut docent communiter theologi cum Auctore. Quapropter si, hoc non obstante, delectationes in alL irrlrria non contrahunt omnes malitias actus cxlerioris, ul concedunt auctores hujus argumenti, ita nec in hac materia : ideoque dicendum ul ante has commolioaes ex natura sua tendere ad actum exteriorem prout repræsentatur in imaginatione, ici ndpdlutionem. Neque verum est eamdemc'>·π-tionem de illis ac de laclibus ct osculi' · >n.c enim versantur circa objectum ut est m re curn omnibus suis circumstantiis, islffiautern circa ipsum ut ab illis præcisum.

Ilis (amen non obstantibus,

Dico. Regulariter in praxi non est tree dendum a prima sententia. Qui , qui bujusmodi delectationibus dediti sunt, regulariter desiderant opus a quo non abstineat, nisi vel defectu opportunitatis, vel metu infamfcc aut prcnæ temporalis, vel ex alio simili molivo humano.

Hinc inferes, regulariter interrogandos esse pœnitenlcs de qualitatibus objecti vcnerei circa quod morose delectati sunt, nrc sudicere si simpliciter dicant se delectatos fuisse in materia venerea , aul circa aliquam mulierem , sed explicare debent an mulier sit conjugata, aut consanguinea, aul nio* nialis, etc.

Dixi *regulariter,* quia si probabilius constet non adfuisse consensum in opus, nec proximum illius periculum, ut contingere polesl pernitentibus timoratae conscienliæ, qui cum non soleant his obscœnilalibusxoluntarie immorari, sæpe lamen dubitant an non irrepserit consensus in delectationem, aul si consenserint, certo tamen sciunt cl affirmant se non consensisse in opus externum, nec illud desiderasse; talibus, inquam, puto probabilius, juxta secundam sententiam , sufficere si simpliciter se accusent , vel sub dubio, vel certo dc consensu in delectationem absque eo quod cogantur explicare conditiones objecti, explicato tamen voto proprio, si forte eo teneantur.

C

H

J IV- — *Heiolyuntnr plurii thffsCulltdti circa eanitieo» materiam.*

Petes In utrum peccet sponsa vel vidua, de copula carnali futura aul prælcnla oblectans?

R. Si sponsa do futuro delectetur secundum rationem et non carnalitcr de copula ut futura el legitima , non peccat saltem mortaliter. Si voro delectetur carnalitcr dc copula futura quidem, sibi tamen per imaginationem præsente , peccat mortaliter. Idem dic de vidua respectu copulæ prætc-ti'.-v. Ratio csl, quia in primo casu ddci talio csl de copula quatenus erit aul fuit ii·

cita ; in secundo, de copula ul præsenli quæ est illicita Possunt ergo sponsus cl sponsa gaudere quod suo tempore exercebunt legitime actum conjugalem,sive illud gaudium sil propter sanitatem recuperandam, sive proptermeliorcm conditionem temporalem, sive etiam propter voluptatem intra lines matrimonii percipiendam, similiter viduus ct vidua, quod exercuerint: seclusa tamen pro tunc omni commotione voluntaria.

Petes 2° quid censendum dc delectatione morosa inter conjuges ab invicem absentes?

R. Probabilius videtur delectationem vcnercam dc copula in conjuge absente, esso peccatum mortale. Ila Sylvester, Navarrus el alii contra Cajetanum, Med. Less, cl pluies alios.

Probatur. Delectatio venerea ca est quæ habetur cum carnis commotione : atqui bæc carnis commotio in conjuge absente non ordinatur cx natura sua ad copulam, sed ad pollutionem, eo quod, ul dicam infra dc lactibus, nihil censeatur conjugale cl ordinatum ad copulam nisi fiat inter conjuges : unde,sicut tactus aut aspectus impudici solitarii in conjuge absente, sunt peccata mortalia, idem prorsus vidciur dicendum dc' illa commotione delectante.

Dices. Delectatio de copula etiam in conjuge absente, est dc actu ct objecto licito. Ergo csl licita.

R. Ik ani. Est do actu licito cum commotione illicita, *transeat;* cum commotione licita, *N.* Si ergo non ratione delectationis prae'se non sil illicitum in casu posito delectari, saltem ratione commotionis annoxæ tendentis ex se ad pollutionem cl non ad copulam in conjuge absente.

Inst. Commotio illa est dc se indifferens ad pollutionem aul ad copulam. Ergo potest a conjuge absente ordinari ad copulam.

R. N. ani. Cum enim talis commotio solitaria, sicut ct ipsi tactus cl aspectus solitarii in conjuge absente, non sunt actus conjugales, ex natura sua non ordinantur ad copulam , sed ad pollutionem , nisi forte l aulo ante copulam acciderent ; quæ enim liunl ex incontinenti, moraliter simul fieri (cnsentur.

Repones. Commotio illa est effectus copvlæ licilæ habilæ vol habendæ. Ergo.

R. 1° id nimis probaro; probarct enim Hcere sponsis delectari vencrce dc copula lutura el viduis de prælcrila.

R. 2° *1). ani.* Esi effectus copulæ licita tendens tamen hic el nunc ex se ad pollutionem , *C.* secus, *N.* Vide quæ dicam infra de tactibus inter conjuges.

Petes 3° utrum qui vellet fornicari, aut morose delectari, tangi vel tangere impudico, si liceret, sit reus lelhalis luxuriæ?

R. negative. Quia ,ulsuppono, non vult actu fornicari, neque actu delectatur, sed vellet lanium , delectaretur tantum si liceret. Hoc autem nihil aliud exprimit quam cogitationem dc voluntate seu delectatione non quæ sil, sed quæ esset dc fornicatione si purificaretur a sua malitia, a qua cum non possit purificari, ideo non vult de facto neque de facto delectatur dcea : cum autem talis voluntas in hac hypolhesi non foret mala, cogitatio de illa non est etiam mala, nec proinde malus csl voluntatis consensus in illam cogitationem.

At si sic cogitando aut loquendo actu velit fornicari, aut actu delectetur dc fornicatione, certum csl quod peccet mortaliter; quia objectum talis volilionis aul delectationis actualis csl fornicatio intrinsece mala, non obstante posita conditione, quæ nihil de facto mutat in re.

Idcmcenscsi, sic cogitando aut loquende», cupiat de facto fornicationem esse licitam ; quia hoc csl velle inversionem ordinis cl legis naturalis, quod csl quid gravius quam velle de facto fornicari, sicut csl gravius velle regem a suo principatu dejicere, quam ejus præccptum transgredi. Idem dic df omnibus quæ sunt intrinsece mala.

At si agatur de re mala quia prohibita . contrarium est dieondtm : ulsi qui>, ·.. g. cupiat non osso prohibitum matrimonium in tortioct quarlo gradu consanguinitatis, ut possit nubere consanguinea' ; non enim videtur grave malum velle affectu ii.efiic.;! non osse talem legem , sicut nomo damnat peccati mortalis cum qui, fame urgente, cupit non esse tali dio jejunium.

Ex didis inferes 1° cum qui dicit : Si non ossem religiosus inirem matrimonium , Si hæc mulier non esset conjugata vellem eam habere uxorem, seclusa actuali delectatione, non peccare mortaliter, quia istæ conditiones abstergunt malitiam objecti sub hisconditionate voliti. Imo nec peccaret mortaliter qui actu vellet non esse religiosum, aul talem mulierem non esse conjugatam, qvua non est juris naturæ quod sil religiosus , neque

quodmuliersitconjugala.Dicamlamen cum Cajelano,v. *Peccatum,* similia desideria *fatuas esseac diabolicas lenlationcs* el peccato saltem venialia, sive propter otiositatem et vanitatem , sive propter periculum actualis delectationis venereæ.

Infercsto e* contra cum qui dicit: Fornicarer si non essem religiosus, si non timerem infamiam, si non esset infernus, peccare mortaliter si hæc cflcral optative et ri - vera sit lalisejus præsens voluntas fornicandi posito ista conditione, qui,a quamvis poneretur non abstergeret malitiam fornicationis: secus si sic loquatur cnunliative. ila ut significet non actualem voluntatem , sed tantum propensionem naturalem voluntatis ad fornicationem, nisi obstaret talis conditio; quasi diceret ;Talis est frag'lilas m a ut si me non deterreret sub imitas statu mei, (cniationi succumbeim : tunc no< t peccatum, sed propriæ infirmitatis t·· - fossio.

Nota hic. Quamvis auctores vidrao'ui i' ter se contrarii circa pnesentdii dilFridi Icm,si tamen attentius legantur,idem sentiunt; qui enim volunt desideria condition. - Ia de re intrinsece mala esse illicita, suppo- nunlquodaclu volunta'feratur in i anis ista conditione, seu de ea aclu delecte!ui ;c htc vere malum est, ul dixi. Qui aulem · - gant esse illicita, supponunt non o>so ,otualcm volilionemobjecli, necaclualem d - lectalionem de illo , sed tore lanium si p. licarelur conditio, aclu aulem esse ianltm consensum in cogitationem dc voliliio e , quæ esset si poneretur condi io; quod non est malum, quando conditio, si pon< relui , abstergeret ma'itiam obedi.

Nola insuper, quod quæ hucusque diximus de delectatione morosa cl de desidciii conditionalis in materia luxuriæ, extendentia sini ad omnes alias peccatorum materias, nisi quod sil majus peiiculum el fr< - quentior lapsus in materia venerea quam in **aliis.**

ARTICULIS XVI.

Dc impudicitia luctu, ns-uli, amplexus, aspcclus, turpiloquii, etc.*

Nota 1n oscula, taclus, «aspectus, etc. poste considerari tripliciter : 1" per sectseeuniluin speciem ; 2° ratione causa* motiva, see lini' cxlrinsoci, qui dicilur etiam operantis; 3° ratione allectus seu linis intrinseci» qui *dicitur* etiam finis operis. Finis nutem extrinsecus seu operantis potest esse vel ln> mslus el licitus, ul urbanitas, amicitia, etc.: vel venialiler malus, ut curiositas; vel ruor- 'abler nialtiS, ut delectatio. Aliamcn

Nola 2", non omnem delectalioɳoɳi esse mortaliter malam ; pote-l enim hic distingui triplex delecta lio : una honesto *el* amicabilis, quæ exurgit, v. g. cx occursu seu pra-^nlia unici et testificatione ejus aul noslræamicii'a·; altcrasensualis seu organica, quieonlur ex ‹onfoiinitote sensus ad sensibile, v. g. visus ad visibile, tactus ad tangibile, ?». litu ad ntidibilc, etc. Tertia venerea, <|im OI cum commotione camis circa genital i et spirillum generationi desertion iiimi, ul supi«3 diximus.

Tandem oscula, tarins, aspectus, ex parte ob ecii, alia dicUntui honesta , quæ fiunl in pariibus c rnoris hones.is; alia inhonesto, quæ fiunt in pudendis aul v irinis partibus.

Hicq. 7 >'i. *n. h. o.—Di'O* t» OsCllh, amplexus, tactus, asper us, ole. 'mæcuniquc etiam in pacibus inhonestis facta, ner scel rcundum 'dm ⁋ icm non sunl peccata. Quia quod est secundum se peccatum, nunmiam potest esse licium ; ha*c aul m pns- unl ir - eri, ut omnes concedunt cl dir m modo-Ergo. ita communiter eum Auctore.

Ibid—*Dico*2° Oscula, amplexus, tactus, ce us, etc. q anlumvis levia el in partibus honestis, si liant ex seu cum affectu delectatio is venereæ, sunt peccata mortalia. Ito ei am communit'*! cum Auctore.

Ibid.—*Ratio est,* quia, ut dictum est supra dedeleetolione morosa, non solum consensus in actum mortalem , sed in delectationem aclus n orlalis, est peccatum mortale ; a qui hic habetur consensus in delectat onem actus mortalis : ergo. *Probair mii or.\'c* ila delectatio cum qua aut propter quam fiunt hi aclus est de ipsa copula aul pollutione repraesentato , cl sic certo esi delectatio peccati mortalis; vel esi de ipsa commotione vcneiea quæ ex illis ac'ibus oritur, el sic est etiam delectatio peccati mm la'i% quia hæc commotio esi ejusdem rai'Otiis ct moris cum ea qu«T est iw copula vel poHu ionead quam per sc tendit contra ordinem natuiæ, cum a natura su ordinata ad solam generationem in aclu conjugali; i ergo. Nec. obstat quod forte commotio sil levis quia, ul dixi supia , dalur levitas

nialcriæ in re venerea directe in sc volita.

Hinc inferes; eos graviter hallucinari qui, cum praTalos aclus leves exercent sub præIcxtii urbanitatis aut amicitiae, putant sc a peccato immunc^si delectationi carnali inde exurgenti afficiantur. Peccant certo mortaliter si non ratione istorum actuum præcise, saltern propter consensum in delectati?!.em venercam ipsos comitantem.

His duabus conclusionibus generalibus pnemissis lanquam præainbulis, ad particularia descendo. Unde

Ibïd.—*Dico* 3° Oscula, amplexus, tactus, aspectus in partibus honestis lacta causa urbanitatis, amicitiæ, pacis, reconciliationis clsimilibus, secluso consensu in delectationem, si inde exurgat, aut consensus periculo, sunt licita. Ita communiter cum Auctore.

Patet non solum ex usu generis humani cl moribus primorum Christianorum qui solebant etsi diversi sexus se osculo salutare, juxta illud 1 Thessal. 5: *Salutate fratres in osculo sancio ;* sed etiam ratione: quia Laies actus non sunt cx sc turpes, turpitudo nulla intenditur auladmiltilur, ut suppono; finis insuper est honestus et legitimus, scilicet teslilicatio unionis animorum , amicitiæ , benevolenti», etc. Ergo.

Unde etiam est licita delectatio honesta cl amicabilis ex his amicitiæ signis proveniens; sicut enim licitum est delectari dc amicitia, benevolentia, pace, ita el de ejus signo, testificatione ct usu, quia ubi actio aliqua est lilica, licita est etiam delectatio ipsi annexa. Ita Sylvius hic. Loth et alii.

In his tamen servanda est decentia status : non autem decet ecclesiasticos, maxime religiosos, his signis testari suam amicitiam erga personas alterius sexus.

Dico 4° Præfala oscula, tactus, aspectas, etc. in partibus honestis ob solam delectationem sensualem seu organicam facta, non sunt peccata saltem mortalia, sunl tamen periculosa.

lia S. Antonin, p. 2,Iit. 5,cap. 1, §9; Navar. Lcssius, Sanchez, Gabriel, Molanus a Graffiis, A*or. Filluc. ct alii quos citat el sequitur Sylvius hic conclusione4,contra Cajclanum.

Ibid, ct q. 15. de vent. « ά.o. — *Probatur.* Ea sola oscula , tactus , aspectus sunl libidinosa cl consequenter peccata mortalia, quæ fiunt propter delectationem peccali mortalis : atqui ea dc quibus agitur non fiunt propter delectationem peccati r; ortalis : ergo. *Major communiter* ><"*i.-uuur* cum Auctore, et ratio evinci msmisus enim in delectationem sequitui naturam delectationis, cl ideo si delectatio non silae peccato mortali, nec erit mortalis consensus in illam. *Minor etiam palet.* Non enim hic agitur de delectatione sive fornicationis sive commotionis carnalis, sive aliorum actuum vcnereonim, sed solum de delectatione orta ex convenientia sensus ad suum objectum , ut auditus ad vocem sonoram, visus ad pulchram imaginem, tactus ad rem mollem, teneram, etc. quam natura operationibus sensuum annexuit, et quam nemounquam dixit esse secundum se mortaliter malam, quin nec vcnialiter , sed indifferentem, quam si quis referat ad bonum finem, erit bona ; si propter se quæratur, erit venialiter mala ; quia operatio non est a natura institua propter delectationem, sed delectatio propler operationem, ut alibi jam dixi. Ergo.

Confirmatur 1° Nemo peccati saltem mortalis damnat nutrices aut ancillas quæ, sclusa delectatione carnali, aut tnrpi inlentione, tangunt, osculantur molles infantium carnes : atq*ui tamen adest ibi delectatio sensualis ct organica. Ergo.

Confirmatur 2° Comedere et bibere ob delectationem gustus, est agere propter delectationem sensualem et organicam : atqui id nemo damnat peccati mortalis : ergo ncc tangere, aul osculari propter eamdem delectationem.

Dixi, *tamen periculosa,* quia facile confunditur delectatio sensualis eum venerea, et facilis est ab illa ad istam progressus, propter sympathiam et affinitatem ulriusque. Quapropter si tactus ct oscula præserlim, ob delectationem sensualem morose fiant aul pluries eodem momento repetantur, non facile excusarem a mortali, quia sic facta videnturnon leviter infiuereincommotionein ct delectationem vicinjm, nempe vencream.

Dico 5° Præfala oscula, amplexus, tactus , aspectus in partibus honestis, facta ex levitate, joco, curiositate, et alia simili causa, non excedunt peccatum veniale.

Ita Sanchez, Bonacin. Filluc. quos citat el sequitur Sylvius hic conclus. 2; item Navar. in Man. cap. t i, n. 42; Layman, Lolli ct alii communiter.

Hatif> ext, quia hujusmodi actus non sunt secundum semali; alias, nt dictum est, nunquam licerent ; sed sunt mali tantum ex causa, ergo non sunt mali plusquam causa: atqui causa vel levitatis, vel joci, vel curiositatis, aut similis non est mortaliter mala. Ergo.

Dico 6« Oscula et tactus alieni corporis diverdsexus in partibus genitalibus aut vicinis, sive immediate, sive mediante solo indusio facta, etiamsi ex levitate, joco, curiositate, aut simili causa, seclusa urgente necessitate, sunt regulariter peccata mortalia. Idem dic de lactibus immediatis ejusdem sexus, etdeaspectibnsetiam immediatis diversi sexus. Quia hæc omnia graviter influunt in copulam aut pollutionem, seu saltem in gravem commotionem carnalem.

Dixi I·, *regulariter* ; quia sunt quidam casus qui possunt excusari a mortali: pro quibus vide infra cormllarium 5, 6 et 9,

Dixi 2°, *alieni corpori»;* quia tactus et *a fortiori* aspectus proprii corporis, aut etiam aspeclusalieni ejusdem sexus non ita moventad libidinem, utdicam adhuc infra,

Dixi .3°, *seclusa urgentenecessitate,* utest necessitas medendi in partibus secretioribus, aut inserviendi egrotis, vel in balneis (quamvis longe satius foret ad hæc ultima oflicia assumere personas ejusdem sexu-j, quia hi tactus aut aspectus apprehensi ul media sanitatis aut necessitatis, non ita phantasiam et carnem commovent ; quod si ex alia subrepente apprehensione delectabilis, graviter commoveat, hoc est per accidens ex miseria natura·, et praeter iiitei.-' tionem agentis, cui, cum habeat justam causam illos actus ponendi, non imputatur effectus secutus.

Insuper, *datu* etiam quod hi actus per se influant in commotionem, habent nihilominus alium effectum bonum æque immediatum qui potest intendi, malo permisso ut dixi supra arlic.il de pollutione ; vide. Intelhge semper, modo absit periculum consensus in ipsam delectationem Veneream indo ortam.

Dices. S. Thomas hic art. 4, 0, docet, ea sola oscula aut tactuses.se peccata mortalia quæ sunt libidinosa, et ea sola esse libidinosa qua» bunt propter delectationem peccati rnoi talis, v. g. fornicationis. Ergo qua* fiunt propter jocum, curiositatem, levitatem aut alios similes fine» non mortales, clsi in partibus secretis, non stint liliidinosa ivc consequenter mortalia,

II. I), ant. Quu? fiunl propter debi UIm-nem peccati mortalis, ly *propter* diteate finem operantis tantum, Λ. ly proper dicente finem operantis vel operis. C. Fini autem operis seu intrinsecus in lalibusU' libuselosculis inhonestis est vel copula». pollutio, vel gravis commotio carnali», H quam directe tendunt etinquam graviter influunt: unde qui talesactus vultabsqueju·. ta causa, censetur velle finem intrinsecum seu effectum illorum : quapropter *neganto est consequentia.* Nec obstat quod S. Thomas faciat paritatem in eo qui dateleemo-\vnam ut inducataliquem in hærijsim,quii S. Doctor ponit exemplum in eo quod e»l notius. Vide Cajetanum hic,

Consectaria praccdentis doctrina:

Ex his conclusionibus colliges 1» quoi commotio carnalis prævisa ortaexoicolii, tactibus, amplexibus aspectibus socundom tertiam conclusionem factis, non sit culpibilis; ex factis secundum quantam ct quintarn, sit venialiterciilpabilis secluso in utr . quecasuconsenauspericulocxfaclisiietuiidum sextam conclusionem, sit mortalis, Pro quo vide articuliin un decimum de pollutione indirecte voluntaria,

Colliges 2' virum qui ex levitate, joco, etc., osculatur fœminam in facie, faciem ejuscollum,scapulas manu tangit, manum, comprimit, digitos aut brachium contorquet et similia, non nisi venialiterpeccsrv; siniililerdefmminare specluviri. Idem ju-dicendum Io osculo oris ados, nisi liat » t · de morose, aut stepius in eodem tampons articulorepetatur crispat i set gustatis labris aut nisi ait columbinum, immissa scilfcrt lingua unius in os alterius; sic enim factum quamvis ex joco aut levitate, aut etiam ad contestandum amicitiam, videtur graviter influere in commotionem carnalem, ideoqua non excusandum a peccato mortali.

Navarrus in Manuali, cap. 14, n. 42. excusat a mortali tactum mamillarum *e.r joco et honesto amore, absque mala intui-Hone; quamvis,* inquit, *si serio fieret, ai<u-l dici deberet.* Ego puto cum pluribus a>its, posse a mortali excusari, si leviter flat in parte superiori; secus, non.

Colliges 3" virum ex levitate aut joco Ungentem obiter mulierem e regione puden-

donnn supra vestes, a mortali posse excuari, quia id graviter non videtur influere in commotionem ramalem.

Colliget 4· mulierem quæ etiam absque affectu libidinoso permittit se tangi in partibus pudendis aut vicinis, item moroso in mamillis, peccare mortaliter; quia non solum sic tangere, sed etiam sic tangi mullum influit in venerem.

Colliget 5° impuberes ejusdem sexus se impudice tangentes cx joco aut levitate , posse a mortali excusari ; quia tales tactus inter hujusmodi, ut plurimum adhuc veneris expertes, non videntur multum influere in commotionem carnis: secus propter oppositam rationem , si fiant inter puberes etiam ejusdem sexus, nisi (ortefiant valde obiter ct leviter juxta Sylvium hic conclusione tertia et quosdam alios; quia sic non videntur graviter commovere naturam.

Colliget 0°ancillas, nutrices, etc., dum infantes lavando, spoliando, induendo et alias, eorum pudenda cx levitate aut curiositate tangunt, ordinarie non peccare mortaliter, quia id non influit graviter in venerem; nullo autem modo peccare, si id ex necessitate faciunt, secluso semper affectu libidinoso.

Colliget!" cum qui seipsum tangit in verendis exjoco, levitati; aut curiositate, excusai i communiter a mortali; quia proprii corporis tactus minus movet quam alieni; cavcatlamen a morositate et frequcnliori repetitione absque causa , sic enim factus videtur non leviter excitare venerem: si autem id fiat ex rationabili causa necessitatis, vel utilitatis, ut medendi, mundandi, etc. vacatomni culpa.

Colliget 8" eos qui citra necessitatem tangunt genitalia pecorum grandiorum, licet exjoco , levitate aut curiositate etiam absque affectu libidinoso , committere peccatum mortale, quod spectat ad bestialilalem; quia tales tactus notabiliter commovent venerem. Dixi *citra necettilalem*, quia si necessitas adsit, puta , ad medendum , aut ad eos copulandos , secluso affectu libidinoso , culpa vacat. Dixi etiam ; *pecorum grandiorum* , quia minorum animalium , ut catulorum , Mitim, etc. genitalia tangere ex levitate, jo o, curiositate, non videtur graviter conimotivurn naturæ, ideoqncnon esse mortale. Quod quidam etiam concedunt, ')si agitarentur usque ad seminis effusionrrn;id tamen non videtur vaearcpericulo.

PeUt circa quartum corollarium .quomodo debeat se gerere mulier quæ tangitor a viro?

II. Si (angatur in partibus inhonr-rtis, debet omni modo moraliler possibili tangentem repellere. Moraliler autem dicitur impossibile, quod adhilæri non potest absque incommodo tali quod præpondcret, aut saltem sit æqiialc perpessioni hujus laetus, quale foret periculum mortis, infamiae, gravis jacturæ bonorum ct similium si tangenti resisteret;inqmbuscasibus,juxta Lessium, lib,4, cap,3, n. (>4,clLolh,non teneretur mulier tactui exteriori resistere, quia talis Laetus secundum speciem non est malus ex parte mulieris, sicut foret fornicatio, si tamen libidini interiori consentiendi periculum absit ; quod cum ego rarissimum cl difficillimum existimem, etiam arbitror mulierem regulariter teneri resistere omni modopossibiliellicito, quidquid ipsi immineat.

Si autem tangatur mulier in partibus honestis, sed advertit animum libidinosum tangentis, distinc.tioneopuscst. Vel tangitur præsentibus aliis, qui er resistentia mulieris pravam de tangente seu ampleclenle suspicionem conciperent, vel non. Si primum, non tenetur se subtrahere, quia subest eau,a negligendi alterius peccatum ; si secundum, tenetur, quia tenemur impedire peccatum proximi quando commode [Mb*umue. fla Sylvius hic, conclusione prima, el alii.

Specialia circa aspeetuf.

Nota , aspectum esse sensum magis elevatum ct minus materialem quam Lictum, minusque ideo movere ad libidinem. Quo tamen nonobstant, dixi in sexta conclusione, aspectum deliberatum partium pudendarum aut vicinarum diversi sexus, quovis fine liat, excepta necessitate, esse peocalum mortale, quia graviter inlluil in venerem : juxta enim majorem vel minorem influentiam in venerem, seclusa prava interitione , malitia asper tus sicut et tactus est pensanda. Ex quo principio el statutis conclusionibus,

Colliget 9° aliquos non improbabiliterexnisarea mortali cum qui ex curiositate aut levilalcadinodum leviter et obiter, aut e loco remoto aspiceret pudenda alterius sexus : quia talis aspectus non videtur multum can. m» commolitus. Idem dic si aspiciens, etiam

non ita leviter nec eminus, sit puer aut valde senex, vcl aliunde frigidissima? complexionis in quibus proptcrea videtur abesse periculum commotionis carnalis. Ita Sylvius hic post Sanchez, Bonae., etc. Idem « *fortiori* est dicendum dc aspiciente infantes nudos etiam diversi sexus; id enim parum movet.

colliges 1U° esse peccatum lethale ex curiositate vel levitate aspicere virum et iœiE'-nani coeuntes, quia id est valde provocativum libidinis : secus propter oppositam rationem. aspicere animalia coeuntia, aut eorum genitalia.

Colliges i 1" aspicere ex curiositate vel levitate faciem, crura, collum, humeros, pectora nuda mulieris, non esse ex se peccatum mortale, secundum Sylvium hic conclus. 4. etiamsi id fiat cum delectatione organica ejus pulchritudinis, albedinis, etc. Si enim hæc tangere non sit mortale, « *[ortiori* nec aspicere. Puto tamen aspectum morosum pectoris nudi, cujus ncc lactum simpliciter el absolute exemimus a mortali, non carere periculo, ct quem ideo non facile excusarem a mortali.

Colliges 12° aspectum non valde morosum ex curiositateaut levi late pudendorum ejusdem sexus, ut contingit inter viros simul natanlesaut inter fœininassimul se lavantes, non esse mortale, quia non graviter provocat ad libidinem; secus puto, si sit valde morosus.

Nota hic quod , cum ex natationibus in locis publicis in quibus natantes videri possunt a personis diversi sexus, multa el gravia mala oriantur, lelhalitcr peccent el natantes ct ii quibus eorum cura incumbit, ut sunt parentes el magistratus, si eas non prohibeant nccimpediant. Imo rcclc monet rccntior theologus, non expedire ul adolescentes simul natent, nisi secretioribus partibus coopertis, propter multas spurcitias quæ alias committi solent.

Colliges 13° aspicere scipsum in partibus secretioribus ex levitate aut curiositate, non esse peccatum mortale juxta Sylvium hic cl communiter, quia propria minus movent quam aliena. Ovenduni tamen a nimia morositate aut frequention repetitione absque causa; id enim indicat affectum libidinosutn. Aspicere autem propter necessitatem, vel utilitatem,nullum est peccatum.

Colliges Id» aspicere obiter ex levitate aut curiositate imagines vel statuas exhibentes personas grandiores in partibus pudendis nudas, non excedere probabilius peccatum veniale; quia artificialia minus movent quam naturalia. Dixi, *exhibentes personas grandiores,* quia de infantibus videtur certum : sicut enim aspectus infantis nudi nihil aut parum movet, *a fortiori* aspectus ejus figurai ; et sic absque scrupulo passim exponuntur etiam in templis.

Conficientes autem priores statuas seu imagines obscœnas personarum grandiorum , item eas exponentes aspectui, cer;.. peccant mortaliter propter scandalum. Et ideo non semel miratus sum eas exponi 14 hortis vel aulis illorum qui tamen aliunde videntur pii cl timorati, el quibus quandoque cx oflicio incumbit eas undequaque amovere.

Colliges 15° aspicere cx levitate aut curio itate cohiœdias exhibentes turpia, gestibus aut factis, probabilius osse peccatum mortale, quia id videtur grave veneris incentivum. Certo autem peccant mortaliter qui eas exhibent, aut qui eas permittunt, dum possunt et debent impedire, quales sunt magistratus, principes, etc.

Circa turpiloquia.

Colliges 1G° turpia loqui, audire, scriben legere, canere cx seu cum affectu libidinoso, aut ad eum inaudientibus, legentibus excitandum , esse mortale peccatum : cx necessitate aut utilitate, puta, ob doctrinam , ob veritatem historia», superiorum informationem , morum correctionem ct similes justas causas, nullum est peccatum ; ex curiositate, vanitate, levitate, recreationis propriæ vcl alicnæ causa , secluso, ul ante, scandalo aut periculo consensusin venerem, peccatum veniale. Ita quoad hanc ultimam partem S. Antonin. Cajet. Navar. Tolcl. cl alii quos citatel sequitur Sylviusq. 153,a. 5. conclus. 2. *Ratio csl,* quia verba aut scripturæ, praesertim sic accepta, longe minus moVenl ad libidinem quam tactus aut aspectus. Hic inlelligc etiam litteras amatorias.

Ratione autem scandali, lelhalis peccati ici sunt qui componunt, scribunt, vendunt comoedias lascivas, narrationes amatorias, vulgo *romans* et similia scripta turpia, ex quorum lectione tot in dies animæ pereunt.

Rcclc monel Sylvius loco citato, conclus.

3, non slatim peccati mortalis accusandos esse oosqui, dum obsemna audientes aut legentes rident el gaudere videntur, si revera non de ipsa re turpi, sed solum de artificioso aut lepido modo vel rei, vel dictionis aut scriptionis rideant seu delectentur, vel etiam ne ab aliis irrideantur aut convitiis lacessantur; id enim non excedit culpam venialem : modo tamen per suum risum nulli sint scandalo, neque videantur auctoritatem præbcre verbis turpibus aut ca cohonestare, neque velint æslimari quod talibus oblectentur; nam si aliquid horum adsit, peccabunt mortaliter.

Nola bene. Quando in his omnibus tactilius, osculis, amplexibus, aspectibus, turpiloquiis, etc. contingit esse peccatum mortale, necessario explicandae sunt in confessione conditiones sive peccantis, sive objecti circa quod versabantur. Si enim mortaliter tetigisti aut aspexisti conjugatam , perlinet ad adulterium ; si consanguineam, ad incestum, et sic de reliquis. Pariter si tu sis conjugatus, volo aslriclus,etc. Id quidam negant dc aspectibus præcisc delectantibus absque desiderio operis, quod non est omnino improbabile.

Hucusque dc impudicitia inter solutos, nunc de eadem inter conjugatos pauca dicenda sunt. Sed antea

Petes utrum sponsis dc futuro aliquid plus liceat in hac materia quam solutis?

/i. *probabilius negative.* Unde sponsus qui sponsam suam de futuro oscularetur honeste sed affectu libidinoso, seu tangeret in secretioribus , non minus peccaret quam solutus, quia copula est adhuc illi illicita, proindeque ea quæ ordinantur ad illam cl sunt cum illa ejusdem rationis. Secluso tamen affectu libidinoso, posset illam osculari aut honeste tangere ad fovendum honestum amorem, in ordine ad matrimonium.

ARTICULUS XVII.

De impudicitia inter conjuges.

Varie possunt peccare conjuges circa finem el usum actus conjuga iis; de quo in tractatu de Matrimonio. Hic quæro brevilerdeeorum impudicitiam tactibus, aspeclibus, elc. Unde.

Dico l°Qiiæcumquc oscula, tactus,amplexus,aspectus,turpiloquia libidinosa inter conjuges praesentes,cilra periculum pollutionis cl intra terminos honestatis nalir ralis, sunt licita , si iianl in ordine et ex intentione copulae; sunt autem peccata dimtaxat venialia, si in cis sistatur necordinentur ad copulam.

Patel prima pars. Quia quibus est licitum principale, licitum csl accessorium et medium ordinatum ad illud : atqui oscula, tactus , aspectus, etc., sunt accessoria ad copulam et media ordinata ad illam, ct hæc est licita conjugibus. Ergo.

Quidam cliam non improbabiliter exmsanlabomni culpa si liant ad fovendum mutuum amorem, qui csl matrimonio valde necessarius.

Secunda pars, quod sint peccata si sola libidine sine ordine ad copulam fiant; quia lunc frustrantur ab agente suo fine naturali el debito.

Tertia pars, quod sint tantum pe-cab venialia, est communis contra paucos, ct *probatur :* 1« Illa voluptas venerca non qurritur extra matrimonium, se l inaclusuaptc natura ordinato ad copulam licitam ,ad o que nihil ipsi deest ut sil bonus, nisi circumstantia finis debili ex parte operatTs : atqui ex tali defectu non efficitur cu pa plus quam venialis : ergo *Probatur minor.* Ex communi regula morali, exc·$sus seu inordinatus usus rei alias licitæ non est nisi venialis culpa, ul patet in ipso actu conjugali, qui cum debeal exerceri propter generationem, exercetur propter

Probatur 2? Matrimonium facit ut copula habita propter solam voluptatem sit tantum venialis : ergo pariter facit ul quæ natura sua ordinantur ad copulam non sint nejora.

Dices. Ultra copulam non plus licet conjugalis (piam solutis, cum linis matrimonii sil generatio, ad quam sola copula conducit.

R. D. ani. Ultra copulam solitarie sumptam , 7V. ultra copulam ct ea qua· ad ipsam dc se ordinantur el disponunt, ul sud præfata, *C.* Cui enim licet principale, ul dixi, licet accessorium.

Repones. Supponitur in conc'u ione ea lior» sine ordine ad copulam. Er o

R. D. ani. Sine ordine ex parteoperantis, *C.* sine ordine cx parte operis, Λ. Il a enim per sect indcpcndcntcr ab operante, dicunt hunc ordinem.

Dixi, *intra terminos honestatis naturalis;* quia lota illa indulgentia non e>ldj'.a

conjugibus nisi quatenus praedicta secundum naturam cl redam rationem ordinantur ad naturalem clhumanum concubitum : unde magis vel minus peccant quo magis vj minus hos limites trangrcdiunlur. Tunc autem solum censentur conjuges graviter transgredi hos limites quando attentant aut admittunt aliquid sodomiticum, vel agunt cum periculo pollutionis : extra hos duos casus, quantumvis actus sint turpes, non videntur excedere peccatum veniale.

idemque videtur dicendum quamvis copula foret conjugibus impedita ab cxlrinscco, scilicet propter impotentiam supervenientem matrimonio, aut propter periculum abortus in uxore partui vicina, aut propter Ecclesiæ prohibitionem, v. g. in marito qui cognovit sororem uxoris suæ. Quia in duobus prioribus casibus, prælati actus etiam tunc ordinantur ex natura sua ad copulam per se licitam, et tantum illicitam per accidens, a qua circumstantia cxlrinseca non vitiantur, cum ad copulam illicitam, nec ex natura rei, nec cx intentione conjugum, ulsuppono,ordinantur. In tertio autem casu, cum talisEcclesiæ lex sit poenalis prohibens tantum copulam, non debet extendi ultra copulam, sed potius restringi.

Dixi 2n *inter conjuges:* unde

Dico 2° Tactus cl aspectus libidinosi proprii corporis in uno conjugo, saltem altera parte absente, sunt peccata mortalia; est communis contra paucos.

Probatur. Actus illi in homine solitario, pci se cl cx natura sua ordinantur ad pollutionem et non ad copulam , quia nihil censetur ordinari ad copulam, nisi inter conjuges fiat. Ergo.

Confirmatur. Conjux non hahot potestatem in corpus proprium ad usum Venereorum nisi per accidens, scilicet ut hic el nunc possit copulari cum conjuge : ergo extra casum cl finem copulandi cum conjuge, tales actus sunt illiciti.

Dixi, *saltem altera parte absente;* quia quidam volunt, quod etiam præsenle comporte tales actus aul aspectus solitarii in uno conjuge, sint mortales ; sed distinguendum puto : vel conjux habet animum copulandi saltem casu quo sil excitatus, vel non habet. Si primum, non videntur mortales, quia tunc propler circumstantias cl contiguilatem videntur inchoative cl in urna conjugales cl ad cupulam onini fiuntex incontinenti,moralitersimiil fieri censentur. Si secundum,non videntui actus conjugales, sed actus solitarii unius hominis per se ordinali ad pollutionem, adeoque peccata mortalia.

De delectatione morosa in conjugibus aosentibus, dixi articulo præccdcnte.

I'urcc , caste lector, si hucusque tuos oculos el aures tot obscoenitalibus opplcvcrimus ; ad id nos coegit maxime necessaria tum confessoriorum cum poenitendum instructio in hac materia omnium frequentissima : quædam hinc cl inde excusamus a mortali, non ut impotenti passioni Iræna laxentur, absit, sed solius amore veri, cl quia lepram a lepra distingui ncccssum est. Verum memento et alta mente repone, viam hanc undequaque esse lubricam, quam quis semel ingressus, quot gressus lui lapsus facit ; ignem esse proditorium cujus minima scintilla sæpe, chou! saepius, magnum incendium causai. Fuge ergo, dilecte mihi, fuge occasiones , non dico proximas, sed remotas el remotissimas; nihil in hac materia leve reputes, si gravia certo cavere cupias ; fugere in hoc condictu vincere est : fuge crapulani, fuge otium, fuge somnum prolixiorem , fuge cogitationes , aspectus , colloquia , consortia quæ spirant libidinem; mortifiât membra «tiacl lac Deo hostiam viventem ; ipsum instanter ct frequenter ora cum Propheta, ul *creet in te cor mundum cl spiritum rectum innovet in visceribus tuis;* sacramenta pmnitentiæ et eucharisliæ religiose frequenta; Virginis singularis patrocinium devote invoca, *ut lc culpis solutum, mitem faciat el castum.* Arnen.

DIGRESSIO HISTORICA.

DE LAPIU HLIARCM SILO PER. BESJAMITIS.

z/J *articulum* ή.

Narratur cap, 2, lib. Judic. quod, cum tribus Benjamin bello pene excisa esset, exceptis sexcentis viris qui in solitudinem fugerant, et omnes alii Isracliæ juramento sc obstrinxissent non dare illis tilias suas in uxores, ne tamen lota Iribus periret el simul servaretur religio juramenti, primores populi quibus tunc reipublicæ cura incumbebat: præceperunt Bcnjamilis ut proxima solemmlate in Silo celebranda, ex virginibus Israeli licis choros ducentibus loi raperent quoi ad copulanda conj ugia el redinte-

grandam tribum csscut necessaria1. Qua>t'o est ergo utrum hoc Benjamitarum factum fuerit raptus, cl in co peccaverint?

Dico. Hoc Benjamitarum tactum non fuit verus raptus, nec in eo peccaverunt Benjamilæ. Ita Lyranus, Cajet. Eslius, Tiiin. Menoch. Sylvius et alii contra Abulensern.

Probatur. Ad rationem veri cl illiciti raptas requiritur quod violentia sil injusta, sic enim inlclligi tur in ejus definitione , alioquin non foret injustus, proindeque nec raptus : alqui in facto Benjamitarum non luil injusta violentia : ergo. *Probatur inin.* Henjaniitæ id egerunt auctoritate publica , scilicet, de mandato primorum populi, *ul palet cx textu,* penes qnos tunc erat auctoritas publica, ct propter bonum commune, ne scilicet tota tribus Benjamin alioquin cxlinguerctur ; non enim Benjamitæ ducere poterant alienigenas lege prohibente , el aliunde omnes alii Israclilæ juraverant se non daturos illis filias suas. Ergo.

Dices. Benjamitæ fecerunt injuriam tum parentibus qui habebant jus tilias suas aliis tradendi, tum puellis ipsis qua' invita? raptas sunt ad matrimonium. Ergo.

R. Λ'. *ant.* Posito enim quod auctoritate publica jus facium fuerit Bcnjamilis tilias Silondas rapiendi ; ii, utendo jure suo, nulli fecerunt injuriam proprie dictam. Insuper, quamvis tam puellæ quam pareilles fuerint inviti in raptu, postea tamen intellecta ratione restaurationis tribus Benjamin, ulrique matrimonio consenserunt, el verisimiliter antequam puellæ cOgnosccrcn lut a Benjainilis.

Repones. Saltem Benjamitæ tali facto induxerunt Silonitas in perjurium, quia el ipsi juraverant cum aliis se non tradituros tilias suas Bcnjamilis. Imo clipsi primates id præcipiendo suum etiam juramentum violarunt. Ergo.

R. N. ant. Silonitæ enim non juraveram quod non permitterent tilias suas jungi Benjamilis, sed quod eas illis non traderent, sponte scilicet cl libere, quomodo parentes li adore solent tilias suas. Similiter primates domnis populus non juraverant quod nullo nudo procurarent uxores Beniainitis, sed Jngul* '° suis tantum filiabus juraverant quod eas non traderent Bcnjamilis, *ul palet* er *t x.u.* Quidam contendunt insuper eol- uili juramento non luisse obstrictos

DISSERTATIO VII.

1)K VAIITIBUS POTBNTUtlBUS TCMPEBANTIX ET VITIIS OPPOSITI».

D. Th. a. Q. 155 an 170.

Partes potenlialesalicujus virtutis dicuntur, *ut patet ex dictis, qüx ejus* modum imitantur in quibusdam materiis secundariis. Tempcranliæ parles potentiates numerantur a I). 1 horna, continentia, clementia, mansuetudo, modestia, cujussunt qnaluorspecies, scilicet, humilitas, sludiositas, modestia motuum exteriorum corporis, ct modestia externi apparatus de quibus et vitiis oppositis succincto dicemus in præsenti dissertatione quæ finem imponet tractatui.

ARTICULUS I.

De continentia el incontinentia.

Petes 1° quid sil continentia?

It. Continentia, relictis variis acceptionibus, consideratur hic moralilcr, prout importat firmitatem voluntatis ne ad illicita diffluat : — Q. 1 ᵽ a 4. a ' 1, —el sic considerata si sumatur generaliter, es' abstinentia ab omni re illicita;—ïbid. ɳ.1. o. si specialilcr, est firmitas voluntatis qua quis resistit quibuscumque pravis concupiscentiis quæ in eo vehementes cxislunt. —Ib>d.a. 2. o, — Et quia concupiscentiae sccunduir lactum alimentorum el maxime vcncrcorum, sunt ν ehonientiores ct difficilius superabiles, eo quod magis sequuntur inclinationem naluiæ in conservatione individui ct speciei, ideo continentia proprie dicitur, *dispositio voluntatis qua resistitur pravis concupiscentiis circa tactum,* hoc est, circa alimenta, sed ct maxime circa venerea. — Ibid, ad 1.2, 5. et 5.— Unde qui resistit passionibus in materia tempcranliæ, præsertim in vcncreis, dicilur simpliciter continens ; qui autem resislil passionibus in aliis materiis, non dicilurcontinens simpliciter, sed secundum quid , ul continens iræ- continens avaritia1, continens honoris, clc. — Ibid. n. 1.0.— Quidam diam continentiam nominant, perquam quisabomniomninodeleclaiione venerea etiam licita abstinet; unde Apost. Galal. 3, continentiam castitati conjungit; sed hæccoincidit primario cum virginitate, secundario cum vidui lato.

Petes 2° utrum continentia proprie dicta sil virtus?

Ibid. a. 1. —/LContinentiaabelaliquid de ratione virtutis, in quantum peream firmatur ratio contra passiones nc ab cisdeducaturjnon tamenallingilad perfeci.im rationem virtutis moralis, secundum qtram etiam appetitus domat uret subdituri alioni, sic, ul in eo non insurgant tam vehementes cl tam frequentes passiones rationi contrariae. Largius tamen accipiendo nomen virtutis pro principio laudabilium operationum , possumus dicere continentiam esse virtutem.

Ibid. a. 4. o. — Itaque differt continentia a temperantia sicut imperfectum cl inchoatum a perfecto ct completo. Temperantia enim appetitum sensitivum rationi subjicit et quasi edomitum tenet; continentia illi insurgenti cl adhuc reluctanti resistit. Itonum rationis per temperantiam usque ad appetitum descendit, per continentiam in voluntate sistit, ut palehil ex petitione sequcnli; vicit temperans, pugnaladhuc conlinens : unde non malca quibusdam comparatur continens illi qui feras agrestes cicurandas accipit, temperans illi qui cascicuravil. Idem dic de continentia secundum quid respectu aliarum virtutum.

Hæc tamen non sic inlclligcnda sunt, quasi temperatus nullos amplius sentiatrebellis concupisccnliæ motus; contiariurn enim probant exempla sanctorum, etiam ipsiusmet Apostoli; et juxta Tiidcnlinum, sess. 5, concupiscentia remanet ad agonem in hac misera vita. Sed sic sunt inlclligcnda, quod in temperato régulai iter nec tam vehementes nec tam frequentes exsurgant motus, cl saltem insurgentes facilius ct pcrfecliuscomprimal, quatenus per habitum temperanlix appetitum sensitivum rationi sul>jcclurn tenet.Exsurgunt tamen adhucsæpe, chou ! sæpius, sive ab cxlrimccis, puta ali objectis, ab alimentis aut arlc dxmonis; sive ab intrinseco fomite, qui, ul dixi ex Ti idenlino, relinquitur ad agonem.

Petes 3° utrum coi 'incnlia subjectetur in voluntate an in appclilu sensitivo?

Ibid. a. 3 o. — *R.* non subjectari in appetitu sensili Vo, sed in voluntate ; quia omnis virtus in aliquo subjecto existons, facit illud difb ire a d spositionequam habet dum subjicitur vitio onposilo : atqui appetitus sensitivus commi modo sc habet in coqui esi | continens et in co qui non est conlinnn't quia in utroque prorumpit ad concupiscentias pravas vehementes : ergo continenti? non subjectatur iu appetitu sensi ivo, sed in voluntate, quæ per continentiam disponitur ul eligat resistere concupiscentiis pravis a quibus se vinci sinit incontinens. Vide Cajet. in hunc articulum. *Ex dictis colliijen* a contrario quid sil incontinentia. Pro qua vide si lubcl Auctorem, q. 156.

ARTICULUS II.

Dc mansuetudine el ira.

Petes 1°quid sil mansuetudo?

2.157. a. d. et 2. o.—*R.* Alansuctudoest virtus moderatrix iræ.—Ibid. a. 3. o,—Est pars potenlialis lemperanliæ; quia sicul temperantia consistit in rcfrænatione concupiscentiarum vehcincnlissimarum cibi ct venereorum,itamànsuetudoinrcfrænatione. concupiscentiæ minus vehementis, scilicet iræ. Dicitur autem pars potenlialis alicujus virtutis quæ illam imitatur in aliquibus materiis secundariis quantum ad modum, ut (lictum est.

Peics2°quid sil ira et an sit semper mala?

2- 45S. a. 1.o, — /L Ira est passio appetitus sensitivi a qua vis irascibilis denominatur. Delinitur *appetitus vindicta.* Unde, cum vindicia possit benevel malcapp' i, ira dc se neque est mala neque bona , sed quid indifferens quo benevel male uti possumus. Si ergo vindicia appetatur secundum redam rationem, ira est bona el laudabilis, imo et naturæ utilis ad sui conservationem; quemadmodum enim amoris passio incslhomini ad prosequendum bonum conveniens, ita passio iræ ad propulsandum malum disconveniens, ne in eo repellendo natura torpescat; undo illud Psal. 4 : *Irascimini cl nolite pi crure.*

Dices. Ira turbat rationem et rationis judicium impedit. Ergo.

Ibid, ad 2. — *R. D. ant.* Ira antecedens turbat, etc. *C.* ira consequens, Λ". Itaque ira dupliciter se habere potest ad judicium rationis : uno modo anlecedcnlcr, et sic illud imj edit atque obnubilat si, dum advertitur, non cohibeatur intra limites rationis; ct dicitur ira per vilium . alio modo cvnsoquenter, quatenus postquam ratio deliberavit ac ordinavit dc vmdieta, Ume insm-it ad ejus exccutionein ; et hæc ira es' h.ma cl dicitur iia per zelum, nec impedii Udi-

cium rationis et sanum consilium quod jam l pia ccssil cl a quo procedit, sed e conlra juvat ad promptiorem ejus exeeutionem , et (piam ‘is in exeeutione aliqualiter rationem turbet ct ejus quietem impediat, quia tamen concurrit ad excqucndum id quod justum est, nec tollat ordinem rationis qui ex præccdcnlc judicio stabilitus est, non imputatur vitio, sed virtuti; non est enim conlra rationem virtutis, ut intermittatur deliberatio rationis in exeeutione ejus quod est a ratione deliberatum, sicut palet in arte quæ impediretur in suo aclu , si dum debet agere, deliberaret de agendis. Nec etiam refert quod ratio sit præstantius bonum in homine; non enim quod est nonnihil impeditivum ad horam boni præstanlioris est semper malum, sed quandoque melius : sic contemplatio est præstanlior actione, quandoque tamen actio qua impeditur, in aliquo casu csl melior.

Petes 3° quandonam ira sit peccatum?

Ibid. a. 2. o. — *R.* iram esse peccatum quando non continetur intra limites rcctæ rationis, et vocatur proprie iracundia: quod contingit dupliciter, scilicet ratione objecti el ratione modi. Ratione objecti, nempe vindiclæ quam appetit, si appetat puniri cum qui non meruit, vel ultra quam meruit, vel contra ordinem juris, vel non propter debitum finem qui est conservatio justitia; cl correctio cuipæ, sed ex odio. Ratione modi, si nempe motus iræ immoderate effervescat sive interius sive exterius, etiamsi aliunde appetatur justa vindicta.

Non est tamen æslimandum motum iræ esse immoderatum prœcise, quia magnus est cl gravis, sed quia excedit dictamen rationis, attenta qualitate culpæ, conditione peccantis el aliis ciicumstanliis. Etenim Christus gravi ira commotus fuit quando negotiatores flagello ejecit de templo, Joan. 2. Mathathias commendatur quod videns Judæum idolis sacrificantem, accensus furore, illum trucidaverit ; quia in his casibus recta ratio exigebat gravem iram. E conlra Ileli reprehenditur quod in filios graviter delinqm mes u inori ira commotus fuerit, quia majorem », hoc ca^u exigebat recta ratio.

Pries 'r ɳ "inn ira vitiosa sil ex genere fuo ·■'‹’(,ruo mortale?

b. . 3.0. —*R.* Ira vitiosa ex parIe objecti e>t ex gem re suo peccatum mortale; quia conti aiiaiu· ‹ haiilali eljusliliæ. Potest tamen esse veniale, vel ex imperiec'ionr ao tus, vel ex levitate materia:, ut si vindicta injusta quæ appetitur sit levis , ct quod sj ac u inferretur non esset peccatum mortale pu a , si aliquis parum trahat puerum per capillos, aut aliquid hujusmodi.

Ibid. — Ira vitiosa ex parte modi, non est ex genere suo peccatum mortale ; quia exce- us in passione aliunde indifferenti, ut est ira, non excedit culpam veniaten;. Potest tamen fieri mortalis, si nempe ita sit vehemens ul vel signis exterioribus, puta, spuma, clamoribus inconditis, conlorsionibus,enormiter dehonestet imaginem Dei, creaturam nempe rationalem , vel noceat graviter valetudini, vel grave scandalum generet, vel cx ea iratus sil ad peccatum mortale animo paratus.

Dices. Omnis ira meretur damnationem æternam; dicit enim Dominus, Mallh. 5: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio,* quod intclligilur de judicio ælcrnæ damnationis. Ergo.

Ibid, ad 2.— /L quod Dominus loquatur ibi de motu iræ quo quis appetit proximi occisionem aut quamcumque gravem læsionem, quo etiam sensu ibi dixit : *Qui direvit fratri suo* Raca , *reus erit consilio : qui autem dixerit fratri suo* Fa it e, *reus erit gehennae ignis ;* scilicet ex ea ira qua mortem illius desiderat cl intendit. Ostendit enim ibi Dominus non solum homicidium externum esse peccatum mortale in judicio divino, sedet iram qua quis proximi mortem optat, cujus ponit 1res gradus: primum, quo quis simpliciter interne irascitur; secundum , quo quis exterius iram manifestat erumpens in voces inordinatas et confusas indignationis. *Raca* enim nihil determinate significat, nisi motum indignantis; tertium quo erumpit in contumeliam apertam cl determinatam , ul *Fatue ;el* tandem ipsum homicidium facto completum, seu quodvis aliud grave nocumentum.

Petes 5° utrum ira sil majus peccatum quam odium vel invidia?

2.158. a. 4. o.— *R.* iram secundum sect ex parte objecti esse minus peccatum quam odium cl invidiam. Quia quamvis ira eum odio cl invidia in hoc conveniant, quod malum proximi appetant, in hoc tamen differunt, quod odium appetat malum proximi qua malum cl eo tine ul illi male sit, id enim apprclicndilulsibi bonum;invidia nutatur

dc boiiu proximi quatenus ex eo videtur propria "xcftlienlia obscurari, ideoquc eliam malum ejus appetit, scilicet privationem istius boni, ut suam existimationem servet illibatam, proindequeex affectu proprii boni nempe propriæ gloriæ ; ira autem appetit malum proximi sub imagino et specie juslæ vindiclæ, nullus enim est irasceris qui non prætendat, etsi falso iræ suæjustam causam qua se excuset : atqui pejus est appetere malum sub ratione mali saltem mediate quam sub ratione boni, et pejus est appetere malum sub ratione boni exterioris quod est vana gloria, quam sub ratione rectitudinis jusliliæ: ergo.El ex ea parte etiam ira est minus peccatum quam concupiscentia; quia melius csl bonum jusliliæ quod appetit iratus quam bonum delectabile vel utile, quod appetit concupiscentia.

Ibid. —Ex parte vero modi irascendi, ira habet specialem inordinationem præ assignatis vitiis, propter vehementiam el velocitatem sui motus : inde enim clamores inconditi, verba exerrantia, gestus indecentes, os spumans, membrorum conlorsioncs, totius corporis enormis el noxia commotio, juxta illud I). Grcg. 5 Mor., cap. 31 : *iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se prapcdil, facies ignescit, exasperantur oculi, cl nequaquam recognoscuntur noli.*

Petes G° utrum ira sit vitium capitale?

Ibid. a. 6. o. — *R. affirmative* Quia hoc vilium dicitur capitale ex quo mulla vitia exoriuntur : atqui babel hoc ira, quod ex ea mulla vilia oriri possint duplici ratione, 1" ex parte sui objecti quod multum habet dc ratione appclibilitalis, in quantum scilicet vindicta appetitur sub ratione justi vel honesti quod sua dignitate allicit; alio modo cx suo impetu quo montem ad inordinata quæcumque audenda et agenda præcipitat.

Petes 1° utrum convenienter assignentur sex liliæ iræ, scilicet indignatio, tumor mentis,clamor,contumelia, blasphemia cl rixa?

Ibid. n. 7. o. —*R.affirmaliveexS.* Grog, lib. 31 Moral., cap. 31. *Ratio est,* quia ira potest tripliciter considerari : uno modo, secundum quod est in corde, etsicex ira na«cuntur duo vilia : unum quidem exparte ejus contra quem homo irascitur quem reputat indiguum ul sibi talc quid fecerit; et kic pomiur indignatio. Aliud autem est vilium ex parte sui ipsius, in quantum exeo* gitat diversas vias vindiclæ, et talibus cogitationibus animum suum replet ·. cl sic ponitur tumor mentis. Alio modo consideratur ira secundum quod est in ore; cl sic cx ira duplex inordinatio procedit : una secundum hoc quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat ; el sic ponilur clainor per quem inlelligitur inordinata el confusa locutio, ul *Raca* de quo supra. Alia cliain est inordinatio, secundum quod aliquis prorumpit in verba injuriosa, quæ si sint contra Deum , erit blasphemia; si contra proximum, contumelia. Tertio modo consideratur ira secundum quod procedit usque ad factum ; et sic ex ira oriuntur rixæ, perquas intelliguntur omnia nocumenta quæ facto proximis inferuntur ex ira.

Petes 8° utrum sil aliquod vitium oppositum iræ per .defectum?

Q. 458. a. 8. o. —*R. affirmative;* quia sicut laudabile est ex judicio rationis infligere pœnam quando et quomodo infligi débet, ita vituperabile est non infligere quando cl quomodo debet infligi. Hoc autem vitium caret proprio nomine ; sed potest dici iræ, scu indiscreta patientia cl stolida indulgentia, quæ bono communi est maxime nociva, utpote qua foventur crimina. Inter hoc vitium cl iram mediat mansuetudo utriusqua moderativa.

ARTICULUS TIT.

De clementia cl crudelitate.

Petes 1° quid sit clementia ?

Ibid. q. 157. a. d. o.—*R.* Clementia est virtus moderatrix poenarum ex affectus lenitate, in quantum jusliliæ ratio patitur.

Ibid. a. 2. ad 2. — Dicitur *moderatrix pœnarum,* quia si cssel totalis pœnæ remissio, non foret clementia, sed venia.

Ibid. a. 3. ad 1.—*Dicitur ex affectus lenitate* , quia scilicet quis proximo bene allicitur, ejusque malum abhorret; nam si, amore vel timore aul muneribus corruptus, pœnas moderetur , non exercet aclum clcmentiæ nisi materialem.

Ibid. α. 2. ad. 3. — Dicitur *in quantum jusliliæ ratio patitur.* Non enim clementia inclinat contra ordinem justitia* cl reclæ rationis diclamcn ad mitigandas pœnas quas quis subire debet secundum legem aul consuetudinem ; sed attentis circumstantiis facti, personæ, causæ, modi cl aliis, judical

MATTXK.JT SU

juxta rcctæ rationis dictamen, rcum non esse puniendum tanta pœna quantum verba legisaut consuetudo ahoquin requirit: unde se babel clementia ad severitatem sicut epii-Liaadjuslltiam legalem.—**Ibid.a. 3. adl.**—Differt tamen clementia ab epiikia, quia per epiikiam lit diininutio pcenarum secundum intentionem legislatoris , licet non secundum verba legis ; per clementiam autem fit diininulio pœnarum ex quadam teneritudine affectus erga puniendum ctex animi moderatione, qua tit ut quis non utitur lota sua potestalein in dictione pœnæ.

Petes 2° utrum clementia el mansuetudo sint idem?

Videtur quod sir, quia, ut dictum est, clementia est moderaliva pienarum , cl mansuetudo moderaliva iræ quæ lendit in panam; ejusdem autem virtutis est moderari affectum internum ct opus externum : sic eadem virtus tcmperanliæ moderatur concupiscentias internas cl earum usum externum. Ergo. Nihilominus.

Ibid. a. d. o. et u. 3. ad 1. ct q. 459. n. *1. o.* — *R.* clementiam cl mansuetudinem habere quidem inter se affinitatem , quatenus concurrent ad cumdem effectum qui cslmodcralio pœnæ; differre tamen inter se, quia in hunc effectum tendunt sub diversa ratione formali. Mansuetudo moderatur pœnam, ulex impetuiræinfcrcndam;clementia, ut inferendam ex legitima potestate; et hæc est utriusquemateria remota : proxima \cro materia mansuetudinis csl moderatio affectus iræ, cl materia proxima clcmcntiæ est moderatio affcclus utendi lota sua potestate; hæc est enim naturæcorruptae indoles, ut delectetur ostentatione suæ potestatis cl aliorum sub se depressione : unde clementia estvirluspropria superioribus, mansuetudo autem csl omnibus communis. *Et sic patet responsio ad rationem oppositam.* —2.159. a. d. ad 2. — Etiam clementia el misericordia in hoc conveniunt, quod utraque refugit et abhorret alienam miseriam ; sed in hocdifferunt, quod misericordia subveniat alicnæ miseris per beneficii collationem, otclemeniia perpœnæ subtractionem.

Observandum hic quod , cum clementia sil pœnarum moderatrix juxta dictamen reclæ rationis, quandoque dictat recta ratio severitatem (quæ est inflexibilis animi rigor , mini de pœna merita remittens) magis expedire quam clementiam :quod contingit, vel quando peccatum est cx malitia commissum, vel quando populus csl dur-e cervi is nec nisi pœnarum severitate pote<i in officio contineri, vel laudem quando ita judicatur expedire delinquentis correctioni aut bono publico.

Petes 3° quid sit crudelitas elan opponatur clcmcntiæ?

Ibid. o. *R.* Nomen crudelitatis a cruditato sumptum esse videtur: sicut enim ca quæ sunt cocta et digesta solent habere suavem saporem, sic illa quæsunl cruda habent asperum saporem.—Ibid, in a. ·. c. —Est ergo crudelitas, atrocitas animi in exigendis poenis. — Ibid. o. — El cum clementia importet quamdam animi lenitatem per quam aliquis est diminulivus pœnarum, palet quod crudelitas directe opponatur ctcmenliæ.

Dices. Supercxcessus pœnarum perlinet ad injustitiam : ergo crudelitas opponitur jusliliæ elnon clcmcntiæ.

Ibid ad 1.— *R. I), ani.* Supercxcessus pœnarum quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad injustitiam , *C. ani.* quantum ad austeritatem animi per quam aliquis Iit promptus ad pœnas augendas, -Y.*ani.* Sic enim perl uet ad crudelitatem.

Petes 4° utrum crudelitas distinguatur a sævitia seu feritate?

Ibid. a. 2. o. — *R. affirmative.* Quia crudelitasallcnditculpam in coqui punitur, sed excedit modum in puniendo. Sævitia autem seu feritas non attendit culpam in eo qui punitur, sed hoc solum quod delectatur hominum cruciatu ; dicitur enim sævitia seu feritas a feris quæ nocent hominibus ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua justitiæ causa cujus consideratio pertinet .ul rationem : unde sævitia scu feritas est ʎ ilium be-tialc, non humanum

Per aliud extremum , opponitur demonliæ nimia lenitas, qua quis contra dictamen rationis mitigat aul remittit pœnas quas rocs ex præscripto legum subire deberet : et hoc vilium est etiam rcipublicæ valde noxium ex quo nempe facinorosi invalescunt. Inter utrumque hoc vitium, crudelitatis scilicet el nimiæ lenitatis, mediat clementia.

ARTICULUS IV.

Dc modestia cl ejus spccicbus.

2 4r»o «.i. o. — Modestia quæamoderatione dicitur, csl virtus moderaliva eorum

quæ mediocrem habent difficultatem. Ubicumque enim est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum , oportet esse aliam virtutem circa ea quæ mediocriter se habent, eo quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutem essercgulatam: unde, quia est virtus magnificentiae circa magnossumplus, est virtus liberalitaliscirca mediocres. Porro temperantia moderationem adhibet circa ea in quibusdifficillimum csl adhibere, scilicet circa delectationes tactus : ergo oportet esse aliquam virtutem quæ adhibeat moderationem circa ea in quibus non est ita difficile adhibere, cl hæc est modestia. *Unde palet* quod sil pars polentialis tcmpcranliæ, seu illi adjungatur ul principali.

Si *jam quæras* quæ sint ista mediocria circa quæ versatur modestia?

ibid. a. 2. o. — *R.* quod cum, ut dictum csl, temperantia moleretur delectationes tactus, et clementia ac mansuetudo moderentur passiones quæ ad inflictionem poenarum incitant, supersunt quatuor minus difficilia quæ moderatur modestia. Primum csl motus animi ad excelsa, quem moderatur humilitas quæ opponitur superbiæ. Secundum csl desiderium cognitionis, cl hoc moderatur studiosilas quæ opponitur curiositati. Tertium est motus cl gestus externi | corporis quos, ut decenter fiant sive joco sive i serio, moderatur ea species modes!iæ quæ proprio nomine caret, el vocari potest modestia motuum exteriorum. Quartum, externus cultus seu apparatus exterior in vestibus, conviviis, supcllcctilibus, quem moderatur alia species modcsliæ quæ dici potcsl modestia cultus. Elsie sunt quatuor species modestis, quæ ideo explicatius definiri potest : *virtus qua quis intra modum ct limites sui status , ingenii el fortuna·, quantum ad motus tam internos quam externos cl omnem rerum suarum apparatum, se continet.* De his quatuor speciebus ct vitiis oppositis per distinctos $$ acturi, pL

s I. — *Dr humilitate**

Petes 1° quid sit humilitas?

2*16l.a. I, nd 1.— *R.* Humifi<las dicitur ab humo; el humilis quasi humi acclivis ac vicinus, Jndt ./icimus humiles casas. Melaphoricc iigmfical vilem seu tenuem condi-1 fionem. qi.o sensu dicimus aliquem humili loco nati.ni, cl B. Virgo dixit, Lue. 2 : *Res-*l *pexit humilitatem ancilla· sua·*. Hic autem sumitur pro depressione ad ima, qua· si fiat ab extrmseco contra voluntatem illius qui deprimitur, est pœna el idem est acàfllic.tio et miseria , quo sensu dictum est : *Qui te exaltai humiliabitur.* Si fiat ab intrinseco, dum quis sua sponte, cx consideratione suorum defectuum se deprimit, — Ibid. o.— est virtus, cum tunc temperet et rcfrænct animum ne immoderate at contra rectam rationem tendat in excelsa, quod liabct peculiarem rationem boni, poteslquc definiri. — Ibid. ad-J, — *virtus qua quis considerant tuum defectum, lend sc in infimis secundum modum suum.*

Dices. Magnanimitas non impellit ad excelsa nisi secundum rectam rationem : ergo etiam rcfrænat animum ne tendat ad excelsa conlra rectam rationem , cl consequenter coincidit cum humilitate.

R. N. ultimam consequentiam. Dispnrilas cs110, quod magnanimitas primario impellat ad excelsa, secundario rcfrænct animum nc ad cn tendat contra rectam rationem. E contra humilitas non impellit animum ad excelsa, sed e conlra cohibet : virtutes autem distinguuntur peres primarias suas functiones.—2.129. a. 3 ad 4.—2°.Magnanimitas cohibet animum ab excelsis , considerando quod ea excedant suam conditionem eliam secundum dona quæ possidet cx Deo ; humilitas autem cohibet animum ab excelsis secundum considerationem proprii defectus qui est ad ipso : cl sic procedunt sub diversa ratione formali.

Q. 1f>t. a. 2. o.—*Ex his colliges* humilitatem præsupponere actum intellectus, nempe cognitionem propriorum defectuum (.inquam regulam dircclivam appetitus, essentialiter vero consistere in appetitu quem moderatur cl cohibet nc feiatur ad excelsa. IT ideo est proprie dircctiva cl inudcraliva motus appetitus.

Pclcs2° utrum homo possit el debeat se .....per humilitatem subjicere?

Ibid. a. 3. o.—*R. affirmative.* 1° Quia in homine duo possunt considerari, scilicet, id quod est Dei, et id quod csl hominis. Hominis autem est quidquid perlinet ad defeotum, sed Dei est quidquid perlinet ad salutem el perfectionem. Ilo o itaquv. comparens quæ sua sunt in se cum bonis quæ alii habent cx Deo, debet scillis per humililatcm subjicere. —Ibid, ad 1.—Quia cum

humilitas pmprie resp: iat reverentiam qua Deo subjicimur, non solum Deum in seipso reve'eri d 'hermis, sed eliam id quod Dei est in quo'ihetîunde el ipsi Deoel iis quaesunt n Deo, in quocumque sint, nos subjicerede-bemus.—Ibid. ad 2. et a. G. ad 1.—2° Quia homo, eliam comparando bona sua cum bonis aliorum , potest et debet cogitare esse fortasse longe plura bona in aliis, quamvis sibi occulta; cl eliam esse in se mala sibi ignota, quæ non sunt in aliis; item quod si alii tot gratiis ac beneficiis donati fuissent quot ipse accepit, meliores ipso forent, cl erga Deum gratiores. Ex his ergo consideralionibus homo potest el debet absque falsitalc sc reputare ct pronuntiare omnibus viliorem,donis Dei indignum ct ad omnia ineptum.

Petes 3" utrum Christus fuerit vere humilis, non solum externa conversatione, «.od eliam interno judicio? videtur enim quod non , cum non potuerit se judicare vilem cl imperfectum.

/i. Christum fuissevere humilem interno judicio. Et ad rationem oppositam , D. Non potuit sc judicare vilem cl imperfectum al> solute, *C.* quia noverat suam excellentiam ct impcccabilitatem cx unione Verbi, seque ideo esse omni honore dignum ; secundum quid, iV. Noverat enim sanctissima illius humanitas totum sc habere a Deo , ct quod si a divinitate desereretur, relabcrclur in ignorantiam et peccandi pronitalem. Hac itaque ratione fuit interno judicio vere humilis; divinitati profunde subjectus,ei omne bonum et omnem honorem sibi exhibitum referens.

Petes 4° quem locum humilitas obtineat inter virtutes?

Ibid. η. 5.0.—*R.* esse inferiorem virtutibus theologicis quæ habent ultimum finem nempe Deum pio objecto; item virtutibus intellectualibus quæ ipsam rationem ordinant, in cujus ordinatione consistit virtus humana ; item justitia præsertim legali quæ facit appetitum esse juxta rationem beneorilinatum universaliter. Aliis autem humilitas ∨idelur potior: quia facit hominem ordinationi tum rationis tum appetitus bene subjectum quantum ad omnia; çuæïibel autem alia virtus, quantum ad aliquam materiam specialem tantum. Excipe forte obcdienliam quæ eliam affectum bene ordinat ad lolam legem ; hæcijue videtur excepta a D. Thoma him in Corp, tnm ad primum, ubi humilitatem nnn vult præfcrri juslitiæ ; obedienlia aulcrn csl pars justitiæ.

Petes 5° quo sensu humilitas dicitur fundamentum ædificii spiritualis?

Ibid. ad. 2. — *R.* esse fundamenturn ædificii spiritualis per modum removentis prohibens. in quantum expellit superbiam cui Deus resistit, cl qua expulsa praebet hominem subditum cl patulum ad suscipiendum influxum divinæ gratiæ,juxta illud Jacob.4: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Directe vero fundamentum aedificii spiritualis ct prima virtutum est fides, per quam fit primus accessus ad Deum,juxta illud Aposl. IIcb. 11 : *Accedentem ad Deum oportet credere*, etc.

Petes fi° qui sunt actus seu functiones humilitatis?

R. Primus est contemptus sui ; secundus, reputare se Dei donis indignum; tertius, non cuperc magni æslimari aut honorari; quarius, desiderare vilis haberi clconlemni; quintus, dolcrc dum magnifit aut honoratur; sextus, se æslimare aliis viliorem; septimus , subjicere se Deo cl hominibus propter Deum; octavus, in robus aut functionibus exlernis amplecti quod est abjectius.

Petes 1° utrum hi omnes actus humilitatis competant superioribus erga subditos?

R. actus interiores ipsis competere, juxta illud S. Aug. in Regula : *Coram Deo pra··lalus sil prostalus pedibus vestris.* Quantum vero ad actus exteriores, opus est discretione, *Ne,* ut dicit idem S. Aug. ibid. *apud eos quos oportet esse subjectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.*

§ 11. -- *De superbiai*

Petes 1° quid sit superbia?

R. Superbire,secundum nominis etymologiam, est quasi super ire,seu supergredi et superare:— Q. 162. a. 1. ad 1. —unde superbia potest generaliter sumi pro omni co quod superexcedil; quo sensu dicitur Isai. 60, ad Sion: *Ponam te in superbiam sæculorum,* id est, in celsitudinem et gloriam; et Proverb. 8 : -∨< *'um sunt divitia! cl gloria opes superna·,* id est, rnagnæ. Frequentius tamen solet superbia accipi, prout hic accipitur, tin malam partem, — Ibid, «d 2. et a, 2. o, —el delinitur :

Appetitus in-ydfaalus propria excellentia. Explicatur

Ibid.o. 3. ad 2. — *Dicitur* 1" *appetitus ;* quia, licet superbia supponat actum intellectus unde causatur, scilicet, considerationem aliorum defectuum ct propriorum meritorum ultra e. aliter quam sint,—Ibid. o.— formalilcr tamen est in appetitu irascibili, quia objectum ejus est arduum, nempe propria excellentia ; sed quia arduum quod respicit superbia, invenitur et in sensibilibus el in spiritualibus robus, ideo appetitus irascibilis non sumitur hic proprie prout est pars appetitus sensitivi distincta a concupiscibili, sed sumitur largius prout invenitur etiam in appetitu rationali : unde in daemonibus qui carent appetitu sensitivo, ponitur superbia.

Ibid, *a.* I.o. — Dicitur *2nappetitus inordinatus;* quia inordinatum cs clcontra rectam rationem, quod quis tcndal per voluntatem supra id quod facit superbus, sic dictus quia super vult videri : nabot enim hoc recta ralioptvoluntas uniuscujusque feratur in id quod est sibi proportionalum. Unde paid quod superbia sit peccatum.

Dicitur *3° appetitus excellentia;* quod intelligitur non solum de respccliva excellentia, sed etiam de absoluta. Non solum enim is est superbus qui vult aliis præccllcre, sed etiam is qui vult simpliciter excellere supra id quod est, sive de aliis cogitet quibus v ull præccllcre,sive non : —ibid. a. 5. o.— cum tunc sc extollat supra id quod sibi csl prælixum secundum divinam regulam cl rectam rationem in quo consistit superbia.

Dicitur 4° *propria excellentia,* id est, personalis; quia objectum superbiæ est excellentia personae : sicut enim humilitas depictionem person® intendit, ita superbia quæ ipsi opponitur, exaltationem person® quæril: ct per hocdislinguiturabambiljone, præsumplione et inani gloria. Nam objectum ambitionis est excellentia in honoribus cldignitatibus: praesumptionis, excellentia in operibus; inanis gloria», excellentia in fama clgloria. Hæc tamen a superbia originem ducunt cl ipsi deserviunt. Quia enim superbusinordinaleappctil propriam excellentiam, ideo iit quod intendat magnos honores cimagnasdignilales,quod aggrediatur præsumpluosa opera, cl quod appetat magnam famam clmagnam gloriam, ulex his 4>sc praecellat et magnifiât.

2. 1«2. a. 2, o. — *Hinc sequitur* super· superbiam esse peccatum speciale, quia habet speciale objectum , nempe propriam excellentiam. Potest tamen dici peccatum generale, secundum redundantiam quamdam in alia peccata, quatenus ex superbia oriri possunt omnia peccata duplici ratione: uno modo per se, in quantum alia peccata ordinari possunt ad finem superbiæ qui est propria excellentia ad quam ordinari potest omne id quod quis inordinate appetit; ali» modo indirecte el quasi per accidens, scilicet removendo prohibens, in quantum homo per superbiam contemnit divinam legem per quam prohibebatur a peccando, secundum illud Jereni. 2: *Confregisti iugum, rapisti vincula, dixisti: Non serviam.*

Petes 2° quot sunt species superbiæ?

ibid, a. 4. o, — *R.* quatuor numerari a S. Grog. 23 .Moral, cap, 7. Prima csl, cum quis æslimal bona quæ habet, habere a soipso ; secunda, cum æslimal ca se baberea Deo, sed propriis meritis; tertia,cum arrogat sibi bona quæ non habet; quarta, quando in bonisquæ babel, cæteris despectis, vult illis præferri plus quam decet.

Hæ autem quatuor species superbiæ possunt variis modis exerceri : 1" si superbus bonum , juxta aliquam ex his speciebus, in animo suo æstimel cl ibi se extollat ;2°si velit ul ita æstimelur ab aliis; 3U si illud opere vel verbo declaret ; 4° si saltem optet tale bonum vel tali modo habere ut extollatur.

Ibid. acU. — *Catcrum adverte* non esse ncccsse quod superbus formaliter el serio judicet se bona habere a seipso vel suis meritis, alias foret hæreticus; sed sufficit quod absque formali judicio apprehendat illa lanquam sua et a sc dependentia , non considerando distincte quomodo illa acceperit, et imle se extollat quasi a se aut suis meritis haberet : sicut si pauper qui alicujus bonis affluit, inde superbiret quasi desuis, licet sciret esse aliena.

*Petes*3°utrum superbia sit peccatum morlalc?

Ibid. n. 5. o. — *R.* esse cx suo genere peccatum mortale, quia super hia humilitati opponitur : humilitas autem proprie respicit subjectionem hominis ad Deum : ergo a contrario, superbia respicit defectum hujus subjectionis, qui defectus secundum sect ex genere suo csl peccatum mortale,

Est nutem in individuo superbia mortalis quando quis ita sc extollit nl Deo el divina; leiii se subjicere Mugiat, quasi ista subjectio foret læsiva suæ excellentia·. 1'l hæc dicitur superbia completa , quæ est in dæmonibus, raro in hominibus.

Item, juxta Sylvium cl Navarrum, subernia csl mortalis quando superbus inrun it omnino deliberate in duas primas species , ila scilicet, ul efferatur omnino deliberate, scæstimans quasi bona haberet a se aut ex ineritis, vel veli l ila æslimari. Quantum vero nd alias duns ultimas species, non videtur superbia esscmOrtalis, nisi res fuerit gravis momenli ;utsi superbus ignarus arroget sibi excellentiam in arlc medendi vel advocandi cum gravi detrimento proximi, vel si cum gravi aliorum contemptu velit illis praeferri; item si sit cum gravi Dei irreverentia, aut superbum reddat paratum ad peccatum mortale. In cæterisesl venialis ; maxime tamen fugienda, quia ex ea mulla mala scaturiunt ct spiritualia impediuntur.

Petes 4° utrum superbia sil gravissimum peccatorum?

Q. 462. a. 6. o. — *P.* Superbia ex parte conversionis ad bonum commutabile, non habet quod sit gravissimum peccatorum ; quia celsitudo quam superbus inordinate appetii, secundum suam rationem, non habet maximam repugnantiam ab bonum virtutis. Sed ex parte aversionis a Deo, superbia nimirum completa, habet maximam gravitatem : quia in aliis peccatis homo a Deo avertitur vel propter ignorantiam , vel propter infirmitatem, sive propter desiderium cujuscumque alterius boni; in superbia vero completa, homo avertitur a Deo per sc et directe, quia nolle subjici Deo et ejus regulae, quod est proprium superbiæ completae, est directe ab eo averti. Et ideo averti a Deo est quasi consequens in aliis peccatis, perse autem ad superbiam perlinet. Et quia id quod est per se semper potius est eo quod est per aliud, sequitur quod superbia sit gravissimum peccatorum secundum genus suum, quia excedit in aversione quæ formalitcr complet peccatum. Quod tamen inlelligc de peccatis quæ, licet directe avertant a Deo, non tamen habent pro objecto ipsam aversionem a Deo, sicut habet odium Dei, propter quod csl gravius peccatum quam superbia,qurè licetdirecte avertat a Deo,non tamen habet pro objecto ipsam aversionem, sed propriam excellentiam, ratione cujus cum nolit subjici Deo, ab illo avertit; non subjectio enim e*t tp n aversio.

Petes 5° utrum superbia sit primum omnium peccatorum?

Ibid. a. 7. o.—*n.* superbiam esse primum omnium peccatorum perfectione, eo sen-u el ea ratione qua modo diximus osse gravissimum omnium peccatorum.—Ibid.adl.— Est etiam primum peccatum causalitate , hoc sensu quod quodlibet peccati genus ex superbia natum sil oriri ; quo tamen sensu potest etiam avaritia dici primum peccatum, cum ex ea quodlibel peccatum etiam natum sit oriri, juxta illud 1 Timolh. 6: *Cupiditas omnium malorum radix.*

Item superbia est primum peccatum tempore, juxta illud Eccli. 10: *Initium omnis peccati est superbia,* ct Tob. 4 : *In ipsa (superbia) initium sumpsit omnis perditio.* Patet etiam quia ct Lucifer in natura angelica, cl Adam innatura humana primum peccaverunt superbia ; illo ita inordinate appetendo suam excellentiam, ul voluerit esse similis Allissimo; iste appetendo similitudinem Dei quantum ad scientiam boni el mali, sicut serpens suggesserat Evæ, ulprobat S. Doctor q. sequent.

Petes 6U utrum superbia sit vilium capitale?

Ibid.n. S.o.—*B.* Quosdam,considcranles superbiam secundum quod est speciale peccatum, connumeraverunt vitiis capitalibus, sicquc numerabant octo vilia capitalia , scilicet superbiam, inanem gloriam,avaritiam, invidiam,iram, gulam, luxuriam, acediam. Alli, inter quos S. Greg. 31 Moral.cap. 31, considerantes generalem superbiæ inilucntiam in omnia vilia, non connumeraverunt aliis vitiis capitalibus, sed posuerunt reginam ct matrem omnium viliorum capitalium.

Occasione peccati superbiæ, S. Thomas instituit très quæstionesde peccato primi parentis. Dc quo nos alibi.

§ III· — *>e sCudiwiMe rt cn·*

Q. 466. a. 4. o.—*P-les* 1° quid sil studiosilas?

II. Sludiositas nominatur a studio. Sludium autem, relictis varii» acceptionibus, proprio importat vehementem applicationem mentis ad aliquid , cl cum mens non

applicctur ad aliquid nisi cognoscendo illud, sequitur quod sludiosilas, quæ, uldixi, nominatur a studio, vcrselur circa cognitionem ; — 2. 467. a. 4. o. — non larnen hoc sensu quod cognitio sit ejus materia proxima, veritatis enim cognitio per se loquendo bona est, nec virtute indiget ; sed materia proxima studiosi talis est ipse appetitus veritatis cognoscendæ qui potest esse bonus vel malus. Ilaque, ut quæslioni respondeam, — Ibid, et q. 466. a. 2. o. — *Sludiosilas est virtus moderans appetitum cl studium veritatis cognoscenda: secundum regulas recloe rationis.*

2- <66. a. 2. o. et ad 5. — *Explicatur.* Est in homine quantum ad cognitionem duplex inclinatio. Exparte animæ, inclinatur homo ad hoc, quo i rerum cognitionem desideret; unde philosophus, in principio Melaphysices, dicit quod *omnes homines naturaliter scire d siderant.* Ex parte vero naturæ corporalis, homo inclinatur ad hoc, ut laborem inquirendi scientiam vitet : datur ergo sludiosilas quæ utramque inclinationem intra limites rationis contineat, nc scilicet vel excedat in in juirenda scientia, vel labore territus deficiat, hoc est, ne in curiositatem aut pigritiam diffluat. Quatenus refrenat immoderatum appctitum sciendi, est pars potentialis tcmpciantiæ, utpotc virtus secundaria ei adjuncta ul principali virtuti, eam nimirum imitans in modo moderandi concupiscentiam naturalem. Quatenus vero impellit ad studium , non obstante labore, non perlinet ad temperantiam, sed potius ad fortitudinem ; el quamvis cx hoc secundo capite nominetur, ut dictum est, primum tamen est illi essentialius quam secundum : nam appetitus cognoscendi per se respicit cognitionem ad quam ordinatur sludiosilas; sed labor addiscendi est impedimentum quoddam cognitionis : unde respicitur in hac virtute per accidens quasi removendo prohibens.

Ex didis patet, studiositati opponi duplex vitium extremum, scilicet curiositatem per excessum ct negligentiam per delectum. Et ideo

Petes 2° quid sit curiositas?

R. Curiositas generdim sumpta, significat curam superfluam circa res inutiles : sic dicimus curiosum in vestibus, in suppellcctili, in sermone, in arte, in rebus externis conquirendis, etc. quod tamen etiam quandoque sumitur in bonam partem pro erra diligenti et rationabili. Proprie autem sumpta, importat diligentiam superfluam in cognoscendis rebus quæ vel oihil ad nw pertinent, vel captum nostrum superant, co precise animo ul sciamus ct discernamus. — Q. 467. «. 2. ad 4. — Nam si id liat non allectu cognitionis sed operationis, puta, ut eorum usu et non cognitione delectemur, non erit curiositas formaliter, sed materialiter tantum : sic qui cupit audire musicam ut ejus harmonia delectetur, non ut distinguat voces et de iisjudicet, non csl formaliter curiosus. Potest ergo definiri curiositas : *appetitus inordinatus cognoscendi.*

Ibid. a. 4. et 2. o. — Versatur autem vilium curiositatis tam circa cognitionem intellectivam quam sensitivam. — Ibid. a. 1. o. — Circa cognitionem intellectivam, duplici modo generali : 1° ex parte finis, si nempe quæratur scientia ad malum finem, puta, ad superbiendum, aut aliis nocendum; et hæc est tantum curiositas materialis, ut dictum est; 2° cx ipso modo inordinato appetendi scientiam ; el hocqna-druplicitcr : 1° in quantum per studium minus utile retrahimur a studio necessario; 2° si quis studet aliquid addiscere ab eo a quo non licet, ut a dæmonc vel a magis; 3° si appetat cognoscere veritatem circa creaturas non referendo ad debitum finem, scilicet ad cognitionem Dei ; 4° si studeat ad cognoscendam veritatem supra proprii ingenii facultatem, quia per hoc homines dc facili in errores labunlur. Unde dicitur Eccli. 3 : *Alliora te nc quaesieris, cl forliora te nc scrutatus fueris, et in pluribus operibus ejus nc fueris curiosus.* Et postea sequitur : *Mullos enim supplantavit suspicio carum el in vanitate dclinuil sensus carum.*

Ibid. a. 2. o. — Similiter circa cognitionem sensitivam versatur duplici modo vitiosa curiositas ; cognitio enim sensitiva ordinatur ad duo : uno modo tam in hominibus quam in aliis animalibus ordinatur ad corporis sustentationem, quia per hujusmodi cognitionem homines et alia animalia vitant nociva et necessaria qu.urunt ; alio modo specialiter in homine ordinatur ad cognitionem intellectiva:» , sive speculativam, sive practicam: apponere ergo studium circa sensibilia cognoscenda , potest dupliciter esse viliosuiij ; uno modo, si cognitio

sensitiva non ordinatur ad aliquid utile, sed potius hominem avertit ab aliqua utili consideratione ; alio modo, in quantum cognitio sensitiva, ordinatur ad aliquid noxium : sicut inspectio curiosa mulieris ordinatur ad concupiscendum, et diligens inquisitio de aliorum factis ordinatur ad detrahendum.

Petes 3° quale peccatum sil curiositas?

R. esse secundum se duntaxat peccatum veniale; quia non videtur magna inordinatio, quod homo curam superfluam adhibeat in cognoscendis rebus quæ ad ipsum non perlinent. Potest tamen fieri multipliciter mortale ex circumstantiis. 1° Ratione materiæ, ut si cognitio alicujus rei sil prohibita jure naturali vel positivo : sic mortaliter peccant qui legunt libros prohibitos, aut amatorios cum periculo consensus; qui ex curiositate inspiciunt partes secretas alterius sexus; qui tentant per vires naturæ cognoscere mysteria fidei ; qui expiscantur secretum confessionis sacramcnlalis ; qui spectant duella saltem palam ct ex proposito; et ii excommunicantur per Trid. sess. 25, cap. 19. 2U Ratione finis, ut si lentes aliquid scire ad graviter nocendum proximo. 3° Ratione medii, ut si arte magica, vel inducendo aliquem in peccatum mortale, velis aliquid scire.

Negligentia quæopponitur studiositati per delectum, est voluntaria omissio sciendi ca quæ quis scire tenetur pro suo statu cl conditione. Est mortalis vel venialis, prout obligatio sciendi ct negligentia est gravis vel levis.

§ IV. — *Dt modestia exteriorum motuum.*

Petes quid sit modestia exteriorum motuum ?

2· 468. a. 1. o.— *R.* Est *virtus motus externos corporis temperans secundum praescriptum rationis.* Cum enim motus exteriores hominis sint liberi, el per rationem ordinabiles; ad imperium enim rationis membra externa moventur; ct id quod subjicitur ordinationi rationis possit bene vel male ordinari, manifestum est quod circa horum motuum ordinationem constituenda sit virtus moralis. Ordinatio autem horum motuum attenditur quantum ad duo : uno modo, secundum convenientiam personæ secundum se; alio modo, secundum convenientiam ad alias personas, negotia, tempora clloca.

Ibid, «d 2. — Et quia motus exteriores sunt quadam signa interioris dispositionis, juxta illud Eccli. 19 : *Et visu cognoscitur vir, ‹l ab occursu /aciei cognoscitur sensatus;* item quia per istos motus aliis exterius convivimus, juxta illud S. Aug. in Regula, *In omnibus molibus vestris nihil fiat quod cujusquam offendat aspectum:* ideo si hujusmodi motuum exteriorum moderatio præstetur, ut quis se exterius talem exhibeat qualis est interius, erit imperative a virtute voracitatis; si ul neminem offendat, sed e contra ul gratum ct commodum in convictu se exhibeat, erit imperative a virtute affabilitatis de quibus supra; utrinque autem erit elicilivc a virtute modcsliæ. *Ex quo patet,* hanc virtutem esse apprime utilem ad vitam socialem, ad bonum nomen et ad proximi ædificalionem. Huic virtuti opponitur per excessum petulantia, per defectum rusticitas seu morositas.

Postquam S. Thomas, art. 1 hujus quaestionis, egit dc modestia in exterioribus motibus elgestibus seriis, tractat in sequentibus articulis de modestia in motibus ludicris cl jocosis, seu de ludo dc quo sufficienter diximus ari. 5 ullimæ disseri, dc Contractibus. Illuc recurre.

§ V. — *De modestia exterioris apparatus.*

Petes quid sil modestia exterioris apparatus ?

2.469-a.1. o.— *R. Est virtus qux in apparatu rerum exteriorum,* puta vestium, supellectilis, conviviorum , etc., *moderationem rationis adhibet.* Quamvis enim in ipsis rebus exterioribus non possit esse virtus aut vilium, potest tamen esse in homine qui illis bone vel male utitur. Potest autem iis male uti vel per excessum vel per defectum ; el utrumque dupliciter : uno modo per comparationem ad consuetudinem hominum ejusdem conditionis cum quibus aliquis vivit; *Turpiscsl*enim, inquit S. Aug. 3 Conf, cap. S, *omnis pars universo suo non congruens :* alio modo cx inordinato affectu utentis, sive consuetudinem senet, siv e non.

Ibid. — Porro hæcaflectus inordinatio per excessum potest contingere tripliciter el per defectum dupliciter. Per excessum : 1°si aliquis cx superfluo cultu, gloriam hominum, aul alium malum linem quærat; 2»si quærat delicias; 3° si nimiam sollicitudinem adhibeat in suo apparatu sive conquirendo,

sive conservando, sive aptando. Per defectum : *1" c* ncgiigcnlfit hominis, qui non adbibet studium vel laborem ad lioc quod exlegiori cultu utatur secundum quod docet, ut si cx pigritia trahat vestem per terram; 2° si ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinet quod perlinet ad hypocrisim. Adhibetur ergo virtus quæ hujusmodi inordinationes secundum proscriptum rationis corrigat.

Ibid, ad 2.—*Notandum* tamen quod illi qui in dignitatibus constituuntur vel etiam ministri altaris, pretiosioribus vestibus quam exteri absque vitio induantur, non propter sui gloriam, sed ad significandam excellentiam sui ministerii vel cultus divini. Similiter non semper qui vilioribus quam cætcri vestibus utitur, peccat : si equidem hoc faciat propter jactantiam vel superbiam ul se exteris prxferat, vitium est ; sed si hoc faciat propter macerationem carnis vel humiliationem spiritus, ad virtutem temperanliæ perlinet. Prxeipue autem compotit vilibus vestimentis uti, iis qui alios ct verbo et exemplo ad poenitentiam horiantur, sicut fecerunt Prophetæ dcquibusApost.IIcb.il, dicit : *Circhicrunl in melotis, in pellibus caprinis, egentes,* etc., cl sicut faciunt etiam nunc religiosi.

VI. — *De ornatu mulierum.*

Q. lG9.a. 2. o. — *Nola* 1° Quamvis circa ornamenta mulierum sint eadem attendenda qnx § prxeodenti communiter dicta sunt circa exteriorem cultum, nimirum, mulieIOS posse peccare in ornatu vel per comparationem ad consuetudinem, vel cx inordinatione affectus quatenus quxruntgloriam, delicias aul alium linem malum, vel nimiam adhibent sollicitudinem; specialis tamen dc illis quæstio instituitur, tum quia cultus muliebris id habet speciale quod viros ad lasciviam provocet, tum quia mulieribus esi magis familiare ornatum cl pulchritudinem affectare.

Nota 2° cum Cajclano hic cultum corporis ad quatuor posse ordinari : 1° ad fovendum corpus conii a injurias acris; 2a ad legenda verecunda naturæ; 3° ad servandam decentiam status juxta consuetudinem patrite ; 4° ad f/vendam ct augendam pulchritudinem. Primum est necessitatis ex parte corporis. Secundum est necessitatis cx parte I **amuix.**

conforme; dictai enim i cela ratio, ut quilibet prout eum decet sccundnm mores patrite, honorabiliter procedat in vita politica et statum suum condecoret. Restat ergo dif. licultas de quarto; pro quo.

Hic. a. 2. o. et ad 4. et in cap. S.Isaiain fine. — *Dico* 1° Mulieres matrimonio juncl.e vel ad illud aspirantes, possunt licitein-lendereornatum pulchritudinis, ul placeant viris quos habent aut habitura sunt, atque ut eas ab aliis mulieribus retrahant, servato tamen moderamine rationis : secus illæquæ viros non habent nec volunt habere, el sunt in statu non nubendi.

Ibid. n. 2. o. — *Probatur prima pars.* Mulieres nuptæ aul nubendae possunt licite intendere placere viris; nuptæ ut conservent, nubendæ ut habeant, juxta illud Aposi. 1 Cor. 7 : *Quai nupta est cogitatqui sunt mundi, quomodo placeat* viro; quoi etiam debet intelligi de nubenda, alioquin innupta maneret : atqui id quo mulieres naturaliter ct maxime placent viris est pulchritudo quam natura illis contulit ul illecebram et vinculum amoris atque officii conjugalis; oportet, inquit laudatus Cajet, hic, mulieres amari ul pulchras ad habendos vel conservandos maritos bene dispositos : ergo possunt licite intendere ct procurare pulchritudinem, cl si minor sit, eam arte juvare cl augere.

Ibid. — *Halio sccundæ partis est,* quia quæ non sunt nuptæ el nubere nolunt, non habent legitimam causam ornandi se ut placeant viris; ita ut si se ornent ul viros all concupiscentiam provocent, peccant mortaliter ; si autem ex quadam levitate vel etiam vanitate, ut habeantur pulchra, peccant tantum venialilcr ; quia non est ibi gravis deordinalio, sed quædam jactantia ac vana gloria. Et eadem csl ratio quantum aJ hoc de viris studiose se ornantibus.

Ibid. — Liramque partem confirmat S. Aug. Epist. 73 ad Possid. his verbis : *Nolo dc ornamentis auri vel vestis pnrpropcram habeas in prohibendo seriti ntiain, nisi in qui, ncqueconjugalincquc conjugari cupientes , cogitare debent quomodo placeant Deo.* Non vult ergo S. Aug. ornatum pulchritudinis facile prohiberi nuptis aul nui endb, quia eo licite uti possunt, sed iis tantum qui nubere nolunt; quia non subest ratio utendi.

Dixi in conclusione, *servato moderamine rat ovis;* h a m i datur in ornatu aqua-

cumque muliere, erit peccatum, cuin omnis e, cessus si' vitiosus. Quale autem sit peccatum, an mortale , an veniale?

Ibid, ad 2. — Dico 2° Excessus in ornatu mulierum perse loquendo et abstrahendoab omni adventitia malitia, non est mortalis. Ita communius cum Auctore.

Prob. Excessus in appetitu rei quæ non est de se mala, non est mortalis, ut patet in appetitu inordinato divitiarum, honoruinet similium : atqui esse ornatum et pulchrum non est quid de se malum, sed indifferens.

Confirmatur. Talis excessus secundum se non est contra Dei aut proximi vel ipsius utentis cbarilatem; non enim inde vel honor Dei, vel proximus, vel utens læditur. Ergo.

Ibid. — Dixi, *per se loquendo,* etc. quia per accidens ratione annexæ alicujus malitia;, potest esse peccatum mortale. 1° Ratione linis, si fiat propter lasciviam aut in contemptum Dei. 2° Ratione scandali, ut si (piis veste ita tenui ac subtili utatur, ut pudenda non satis tegantur; quia hoc est de se turpe et grave libidinis incentivum : dc nudatione pedoris dicam modo. 3° Ratione prohibitionis, ul si genus quoddam vestimenti seu ornatus esset stricte prohibitum. Hem ratione variarum aliarum circumstantiarum quæ occurrere possunt.

Obj. 1° *contra ulramque conclusionem.* Ornatus mulierum etiam nuptarum prohibetur 1 Pct. 3, his verbis* Quarum (scilicet mulierum) *non sil extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum cultas:* ubi Glossa S. Cypriani in lib.de Habitu virg. dicit: *Serico el purpura induta·, Christum sincere induere non possunt : auro ct margaritis adornata ct monilibus, ornamentamentis et corporis perdiderunt;* quæindicant culpam mortalem.Ergo.

2. 1fi9. n. 2. o. ad J. — *B.* cum Glossa ibid, quod mulieres eorum qui in tribulatione orant, contemnebant viros, cl ul aliis placerent se pulchre ornabant, quod fieri prohibet A post, tanquam grave malum ; in quocliam casu loquitur S. Cyprianus. Non autem prohibclconjugatismulieribus ornari ul placeant viri°-,nc detur eis occasio peccandi cum aliis. Inde Apost. 1 Timoth. 2, dicit: *Mulieres in habitu ornato cum* verecundia *ct sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus.aut auro, aul margaritis, aut* teilcpicluwu.l'ei quoddalur inlclligi quod sobrius ct moderatus ornatus non prohib - tur mulieribus, sed superfluus , inverecundus et impudicus. Insuper in prioribu Ecclesiæ sæculis major requirebatur modestia in mulieribus ad ædifirationem ethnicorum, tpia de causa hi ornatus potuerunt a patribus prohiberi.

Inst. 1° S. Cyprianus loco cit. dicil mulieres etiam nuptas quae fucantur , manus Deo inferre, impugnare divinum opus , Deum videre non posse, sed cum diabolo arsuras. Ergo.

Ibid, ad 2. — *R.* quod mulierum fucatio de qua S. Cyprianus loquitur, sit quaedam species fictionis, quæ non potest esse sine peccato: unde S. Aug. Epistcit. dicit: *Fucari pigmentis quo rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi.* Non tamen semper talis fucatio estcum peccato mortali; sicut nec omne mendacium seu omnis fictio est peccatum mortale ; sed solum quando fit propior lasciviam vel m Dei contemptum : in quibuscasibus loquitur S. Cyprianus. Sciendum tamen quod aliud sil fingere pulchritudinem non habitam, cl aliud occultare lurpiludinom ex aliqua causa provenientem, puta, cxægriludincvel aliquo hujusmodi ; hoc enim est licitum, quia secundum Apost. 1 Cor. 12 , *Quce putamus iqnobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.*

Insuper, quamvis fucatio adbibita ad fingendum nativum eoiorem, sit fictio culpanda ,ut diclurn est ; si tamen eam adhibeat mulier, non ea inlcntioncut decipiat, sed ut simpliciter appareat pulchra, vigente præscrlim hujusmodi pigmentorum usu quo lil ut vix decipiantur nisi qui volunt decipi ; idque faciat vel jubente marito (quamvis enim, ut dixit S. Aug.soleant mariti nolle Iw? adulterina pulchritudine decipi, sunt tamen qu» was uxores sic ornari cupiunt), vel ulipsumabalienisamplcxibus retrahant, aut alia 6* causa rationabili, ut forte fecerunt Judith et Esther, non puto culpandam. Quod culpet S. Thomas, ul asserit P. Ilcnno, nullibi video : dicil quidem S. Doctor quod fucatio dc qua loquitur S. Cyprianus sit quædam fictio quæ non est sine peccato, sed non dicil quod omnis fucatio sit fictio. Eamdem hallucinationem reprehendit Sylvester, in Summa Angelica, v. *Ornatus*, q. 4. Sic etiam non videtur culpandus vir ve|

mulier qui cx rationabili causa utitur coma adoptiva scu capillis alienis simpliciter ad ornatum, eo modo quo utimur lana ovium, vel pellibus aliorum animalium ; nisi forte per hoc velit decipere fingendo esse proprios, quo casu erit liClio venialis, ut dictum csl dc fuco.

Inxi. 2° Mulieres quæ fucantur adullc-ranlopus Dei el illud emendare volunt, quod cedit in gravem Dei injuriam. Ergo.

It. N. ani. Non enim in hoc spectant opus Dei qua Dei csl,scdopus naluræ; natura autem potest juvari per artem : sic natura nascimur nudi, artecooperimur ; sic mulli nascuntur deformes aut membris debiles qui arte sanantur aut juvantur.

Obj. 2° Sicut non congruil mulieri quod veste virili utatur, ita ei non competit quod inordinato ornatu utatur : atqui primum csl peccatum mortale: ergo, *Prob. min.* cx lege Deui. 22, Λ'οη *induatur mulier veste virili, nec vir veste muliebri.* Ergo.

Ibid, ad *3.—R. N. min.* Quamvis enim in veste alterius sexus consideratum secundum se el abstrahendo a circumstantiis, præ se ferat aliquam deformitatem, eo quod non conveniat conditioni personæ secundum consuetudinem, ct possit esse causa lasciviæ; tamen non est ita natura sua malum, ut ex circumstantiis cohonestari non possit, puta, si sit ncccsscadseoccultandum ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti vel propter aliquid aliud hujusmodi : undosi cx levitate vel vanitate fiat absque scandaloaul periculo proximo lasciviæ, erit peccatum veniale tantum. *Adprob. min.* cx lege Dont. *II.* hanc legem esse judicialem, vel cæremonialem, ideo latam, quod gentiles tali mutationchabilusabuterenluradidololalriæsupcrstilioncm ; evanuilaulcm per Christum.

Obj. 3° Ornatus mulierum el provocativus ad libidinem. Ergo.

R. D. ani. Est provocativus remoto et naturaliter, *C.* proxime cl vitiose, Λ". Est enim provocativus sicut ipsa pulchritudo quam ornat; pulchritudo autem naturalis non csl proxime cl vitiose provocaliva, sed remote tantum naturaliter; alioquin continuo peccare, pulchra mulicr se præbcns conspectui hominum. Vide Cajet, hic § *Ad horum,* el § seq *ad pi imum.*

Insl. Saltem nuditas pectoris csl vitiose provocativa ad libidinem : atqui hæc reponitur inter ornamenta inuleirum. Ergo.

R. D. maj. Nuditas immodica pectoris csl vitiose provocativa» *C.* nuditas modica, *N.* Mulier itaque modice nudans pectus pro consuetudine palriæ absque prava intentione, potest excusari, juxta Sylvium, Cajet. Navar. et alios, quia pectus est pars corporis honesta quam ncc natura nec pudor absolute tegi jubent : hæc tamen consuetudo quantum fieri potest est extirpanda, el qui illam primum introduceret graviter peccaret, quia insolita magis movent. Quæ autem ita immodice nudant pectus, ut media ubera nuda appareant, nullatenus sunt excusandæ, cum tam immodica nudatio non ita parum sil provocativa, el magis pertineat ad lasciviam quam ad pulchritudinem. Idem ferme dicendum de iis quæ quidem ubera habent cooperta, sed linteolam tenui, ut rcmaucant intucnlibus perspicua.

Circa præcepla temperanliæ dc quibus S. Doctor agit q. 170, hoc unum occurrit notandum ; — ç. 470. a. 4. o. — nimirum inter præcepla Decalogi convenienter tradi præceplum negativum de temperantia, scilicet prohibitionem adulterii, non solum secundum quod opere exercetur, sed etiam secundum quod corde concupiscitur; quia ca præcepla ponuntur in Decalogo, quæ vel directius ad charitalcm Dei cl proximi ordinantur, vel directius illi opponuntur ; charilali autem proximi maxime opponitur adulterium , per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet uxore proximi.— ibid. a. 3. —Præcepla vero affirmativa de temperantia non conveniebat reponi inter præcepla Decalogi; quia praecepta Decalogi sunt quædam universalia legis divinæ principia, unde oportet ea esse communia. Usus vero temperanliæ variatur secundum diversa tempora, sicut dicit S. Aug. dc Bono Conjugali cap. 15, ct secundum diversas hominum leges el consuetudines, ut palet in jejunio.

El hæc de temperantia cælcrisque virtutibus cardinalibus, ad majorem illius gloriam qui omnium virtutum csl auclor el largitor.

TRACTATUS

DE SACRAMENTIS IN COMMUNE

D. Th. a. Q. GO ad Q. 60.

-*---------- ii>OO€ —— '

SUMMA DOCTRINÆ CATÏIOLICÆ DE SACRAMENTIS IN COMMUNI.

EX CONCILIIS FLORENTINO ET TR1DHNTJNO.

SubTugen. IV, nnno —*Dcrrclum C0ncilii Flbrenlini pro inslruclione Annc-norum.*

S. Thomas Opusc. 5.— *a* Novæ logis sep-
B loin sunt sacramenta : videlicet baptis-
» mus, confirmatio,eucharistia, poenitentia,
» extrema unctio , ordo ct matrimonium.
»Ouic multum a sacramentis differunt an-
n tiquæ legis. Illa enim non causabant gra-
» liam, sed eam solum per passionem Christi
» dandam esse figurabant : hæcvero nostra
» cl continent gratiam, cl ipsam digno sus-
» cipienlibus conferunt. Horum quinque
» prima ad spiritualem uniuscujusque ho-
d minis in scipso perfectionem ; duo ultima,
»ad lotius Ecclesiæ regimen multiplicatio-
» nemque ordinata sunt. Per baptismum
» enim spiritualiter renascimur ; per con-
» firmationcin augemur in gratia el robora-
» mur in tide : renali autem el roborati,
» nutrimur divina eucharisliæ alimonia.
oQuodsi per peccatum ægritudincm incur-
» rimus animæ, per poenitentiam spiritua-
li lilersanamur; spirilualitcretiamelcorpo-
» raliler, prout animæ expedii , per extre-
» main unctionem : perordinem vero Eccle-
» sia gubernatur et multiplicatur spirituali-
» 1er; per matrimonium corporaliter auge-
» lur. Ilæc omnia sacramenta tribus perfi-
» ciunlur, videlicet rebus lanquam materia,
» verbis lanquam forma cl persona minis-
» Iri conferentis sacramentum cum inten-
» lione faciendi quod lacii Ecclesia , quo-
ji rum si aliquod desit, non perficitur sacra-
li mentum. Inter hæcsacramcnta, (riajiunt,
)i baptismus, confirmatio ct ordo, quæ cha-
» raderem id est , spirituale qm ddam si-
li gnum a ca'teris distinclivum imprimunt
» inanima indelebile. Unde in eadem per-
ii sona non reiterantur. Reliqua veto qua-
» leraliunem admillunl.fi

Canones concilii Trulenllni ile sacramentis in communit

Scss. 7, 3. martii 4547. sub Paulo III.—
I. «Si quis dixerit sacramenta novæ legis
» non fuisse omnia a Jcsu Christo Domino
» nostro iustituta, aut esse plura vel pauciora
» quam septem, videlicet, baptismum, con-
» firmationcin, eucharistiam, poenitentiam,
» extremam unctionem, ordinem el matri-
» monium; aut etiam aliquod horum sep-
» lem non esse vere el proprie sacramcn-
» tum : anathema sit.»

II. «Si quis dixerit ea ipsa novæ legis sa-
li cramenla a sacramenlisanliquæ legis non
» differre, nisi quia cæremoniæ sunlaliæ,
» ctalii ritus externi : anathema sil. »

III. « Si quis dixerit hæc septem sacra-
li menta ita esse inter se paria, nl nulla ra-
il lione aliud sil alio dignius : analhcma
» sil. »

IV. «Si quis dixerit sacramenta novæ le-
» gis non osse ad salutem necessaria, sed su-
» perflua ; et sino eis, aut eorum volo, per
» solam fidem homines a Deo gratiamjus-
» ficationis adipisci; licet omnia singulis ne-
» ccssaria non sint : anathema sit.

V. « Si quisdixerit hæc sacramenta prop-
» 1er solam fidem nutriendam instituta fuis-
» se: anathema sit.»

VI. «Si quis dixerit sacramenta novæ le-
» gis non continere gratiam quam signifi-
» cani; aut gratiam ipsam non ponentibus
» obicem non conferre, quasi signa tantum
» externa sint accept® per fidem grati® vel
» juslitiæ, cl not® quaedam Christian» pro-
» fossionis , quibus apud homines discer-
» ininlur fideles ab infidelibus: analhcma
» sil.»

VII. « Siqui· dixerit non dari gratiam per
» hujusmodi 'a '.amenta semper el omni-
» bus, quantum csl cx parte Dei, etiam si

j› nte ea suscipiant: sedaliquando et aliqui-
» bus: anathema sit.»

VIII. aSi quis dixerit per ipsa novæ legis
» sacramenta *cx opere operalo* non conferri
» gratiam; sed solani fidem divinæ promis-
i' sionis ad gratiam consequendam suilicc-
» re: anathema sit.»

IX. « Si quis dixerit in tribus sacramen-
» lis, baptismo scilicet, confirmatione et or-
» dine, non imprimi characterem in anima,
» hoc est, signum quoddam spirituale el
» indelebile , unde ea iterari non possunt :
» anathema sit.»

X. « Si quis dixerit Christianos omnes in
» verbo ct omnibus sacramentis adminis-
» trandis habere potestatem :analhemasit.»

XI. « Si quis dixerit in ministris, dum
» sacramenta conficiunt et conferunt, non
» requiri intentionem saltem faciendi quod
» facit Ecclesia : anathema sit. »

XII. «Si quis dixerit ministrum in pcc-
» calo mortali existentem , modo omnia es-
» senlialia quæ ad sacramentum conficicn-
» dum aut conferendum perlinent servave-
» rit, non conticere aul conferre sacramen-
» tum: anathema sit.»

XIII. «Si quis dixerit receptos ct appro-
» batos Ecclesiæ catholic# ritus in solomni
» sacramentorum adminislralione adhiberi
» consuetos, aut sine pcccatoa ministris pro
» libito omitti, aul in novos alios per quem-
» cumque ecclesiam pastorem mulari posse:
» anathema sit.»

Q. 60, in proerm.—Post considerationem eorum quæ perlinent ad mysteria Verbi Incarnati, considerandum est de Ecclesiæ sacramentis quæ ab ipso Verbo incarnato habent efficaciam : ct 1° de sacramentis in communi; 2° de unoquoque sacramentorum in speciali.

De sacramentis incommuni quinque considerandа sunt : 1° quid sil sacramentum ; 2° do necessitate sacramentorum ; 3° de c!-fectdiussacramcntorum;4°de causa eorum ; I? de numero. Unde sit

DISSERTATIO I.

PE QU1DD1TATE SACRAMENTI.

D. Th. Q. 60.

AMICULUS T.

l'h iim sacramentum sit in genere signi ?

Q G0 a 1.o.ad·? et3.— Sacramentum a sacro et maximo occulto dictum, quasi *sacrum secretum,* multipliciter sumi potest: vel pro eo quod habet in se sanclitalcin; vel pro eo quod dicit ordinem ad hanc sane* tilalcrn, sive signi, sive causæ, sive aliam quamcumque habitudinem ; sicut a sanitate quæ est inanimali , denominatur sanum, non solum animal quod est sanilalissubjectuin,sed dicitur medicina sana in quantum est causa sanitatis, etmina in quantum est signum sanitatis. Unde olim apud priscos Latinos sacramentum sumebatur pro pecunia quam litigantes deponebant in Ineo sacro , cl quæ peribat ei qui causa cadebat. Ita Cicero in Orat pro Milone. Apud jurisperitos sumitur projuramento. In S. Scripturis sumitur frequenter pro ipsa re sacra occulta : sic Tob. 12, *Sacramentum regit abscondere bonum est.* Apud Patres , concilia et theologos,sumitur pro signo rei sacra; sic etiam in S. Scriptura, Ephes. 5, conjunctio viri cl mulieris dicitur *magnum sacramentum* , id est, signum conjunctionis Christi cum Ecclesia ; cl l Tiinolh. 3« Incarnatio dicitur *magnum pietatis sacramentum,* hoc est, signum. Unde liærelici infundate nobis exprobrant novitatem hujus vocabuli.

Signum instrumentale scilicet apud logicos cx S. Aug. esi id quod præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit iu cognitionem venire.

Quæslio est igitur utrum sacramentum, prout hic sumitur cl prout de illo agunt Patres, concilia el theologi, sil in genere signi et non causæ, sicque debeat definiri per signum tanquam per genus, el non per causam.

Hio. a. 1. ct 2. o__ *Dico.* Sacramentum, hoc esi, canemonia illa sacra a Doo instituta quam sacramentum vocamus, est in genere signi;sicquerecte definitur *signum rei sacra sanctificantis nos.* Signum est genus, de quo in præsenli ari. cæleræ particule), differentia, de quibus art. seq.

Prob. 1° Loquimur hic de sacramento prout est quid commune univocum sacramentis veteris el novæ legis : alqui latio signi, non ratio causæcsl quid commune uni-
\ cum sacramentis veleris cl novæ legis: ergo. *Prob. min.* Sacramenta veleris legis non sunl causa graliæ nisi improprie ei moralitcr, proprie autem sunl signa. Ergo. I *l'rub.* ▮_· lie ratione sacramenti prout est

nDeo institutum, csl quod sil aliquid externum^sensibile , dicens ordinem ad rem sacram : atqui id non requirit vatio came, sed bene ratio signi inter homines :eig.> sacramentum jure reponitur in genere signi , et non causæ. *Major csl ccrla ,* quia DeUS instituit sacramenta tam veleris quam novæ legis tanquam cærcmonias exteriores religionis cl illius potestativas, ul palet in immolatione Agni paschalis, in circumcisione cl in omnibus sacramentis novæ legis. Unde S. Aug. lib. 19 contra Faust, c. 11, *In nullum ,* inquit, *religionis nomen coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum sacramentorum visibilium consortio colligentur. Minor diam* patet; quia ratio causæ abstrahit ab hoc quod sil spiritualis vel sensibilis. Deus enim qui est prima causa sanctificationis noslne, spiritus est, spirilualemque actum æqueac corporalem assumere potuit ad illam inslrumcnlaliter causandam; secus autem dc signo inter homines, quia connalurale est homini in hac via sensibus utenti, ul per sensibilia deveniat in cognitionem insensibilium.

Solwnlnr ubjfCliunes·

Obj. 1°S. Th. in 4,d. 1, q. 1 a.1, quæsliunc. 3, approbans definitionem sacramenti datam a Magistro Sent, quæ est hæc, *Invisibilis graliæ visibilis forma, ul imaginem gérai d causa cristal,* (licit : « Defi- i) nilio illa completissimo rationem sacra- li menti designat, prout nunc de sacramen- to lis loquimur ; ponitur enim cificientia » sanctitatis in hoc quod dicitur, *ul causa » cristal,* etc. » Et in resp. ad 5 : « Sacra- li mentum, inquit, non dividitur per sacra- li menta veleris cl novæ legis sicut genus » per species , sed sicut analogum in suas : partes, ut sanum in habens sanitatem cl «signans eam; sacramentum autem sim- ii pliciler esi quod causal.sanctitatem; quod «autem signat tantum , non esi sacramen- to Ium nisi secundum quid, cl ideo esse «causam potcsl poni in definitione sacra- li menti, sfcul habens sanitatem in delini- to lionc sani. » Ergo.

Ilcspondcnl Dom.Solo, Cabrera, Joan, a S. Th. cl alii, S. Thomam re attentius inspecta , hanc sententiam retractasse in sua Summa , cum in hoc ari. expresse doceat contrarium, cl art. seq. item ait. 3 q. saqncntis, doceat sacramenta veleris legis esso proprie cl univoce sacramenta. Sed absque eo quod recurramus ad retractationem /L 2» S. Thomam ibi agere (ices commentatoris, variasque sacramentorum d*iiniliones explicaro, quæ cum continerent nedum quod in sacramentis est formale, scilicet rationem signi, sed etiam id quod est materiale cl adjunctum , scilicet rationem causæ, juxta illas dixit S. D. rationem sacramenti, nimirum quoad materiale ct formale, complei i per rationem causæ el signi, ct id quod significat tantum , non esse sacramentum nisi secundum quid,elanalogice convenire cum sacramentis novæ legis. Hic aulem partes magistri agens,el tradens definitionem sacramenti secundum id quod in eo loi male esi tantum, aliter locutus est.

Obj. 2' Sacramentum non est signum naturale, neque ad placitum : non naturale, naturaliter enim illæ cærcinoniænon significant gratiam sanctificantem ; non ad placitum , quia signum ad placitum est ens rationis, scilicet relatio significationis ad significatum; sacramentum autem non esi ens rationis. Ergo.

II. N.anl. pro secunda parle. Ad pro'at. I). min. Sacramentum pro materiali non est ens ralionis, *C.* pro formali, Λ'. Est enim significatio relatio ralionis ad significatum, ul dictum est. Nec tamen dici debet ens ralionissimpliciter cl absolute, sed cum addito tantum, scilicet secundum suum for male; — In ά. d, I. q. 1. n.1. Qurestiunc. S adi. — quia concreta accidentalia cl arlefacla qualia sunt sacramenta , licet constituantur per formam, non tamen supponunt in praedicatione pro forma, sed pro materia seu subjecto : sic falsum esset dicere simpliciter et absolute : Cathedra esi figura, album esi accidens, etc.

Inst. Signum dicitur simpliciter ens rationis : atqui sacramentum secundum nos dicitur simpliciter signum. Ergo.

II. Λ'. *maj.* Quia signum sicut sacramentum est concretum accidentale, supponens pro Mibslralo materiali, quod est ens reale ; falsum enim est dicere, signum esi significatio : quæ tamen significatio est ipsum ens ralionis.

Ilepones. Saltem juxta nos non sunt sacramenta nisi dependentor ab intellectu; quod est absurdum, cum, nullo intellectu cogitante, sacramenta permanentor sint in

Ecclesia ab institutione Christi. *Prob. ant.* ex «lictis, .«aeramenta constituuntur formali ler iær ens rationis, quod nullum habet esse nisi per intellectum fingentem. Ergo.

II. D. ant. Non sunt sacramenta nisi dependentor ab intellectu quoad conceptum entilalivum, *C.* quoad conceptum denominativum, *N.* Vel ul ante : quoad suum formale, *C.* quoad suum materiale, *N.* Istud aulem materiale denominatur sacramentum independenter ab intellectu; quia entia ralionis ratiocinatae, maxime quæ sequuntur ad denominationes extrinsecas ab aliquo actu humano provenientes, licet quoad esse actuale ralionis, non sint nisi per inlellcc um : tamen ratione sui fundamenti denominantur talia independenter ab intellectu: sic posita semel institutione judicis aul docloris, dicilur homo permanentor judex aut doctor; posita semel institutione vocum ad significandum, dicuntur signa in libro clauso. Ilie autem sensus communis atque doctrina fundatur in hoc principio D. l II. — Iu 1. d. 2. q. 1. a. 3. ad 5. — « Ea quæ pendent a ratione ratiocinata, v duplicem habent firmitatem,scilicet fir- » mitatem sui esse, et hanc habent ab in- » tcllcclu; ct firmitatem suæ veritatis, ct » hanc habent ex re cui conformantur, » seu ex suo fundamento. Igitur hoc ipso quo entia rationis habent fundamentum proximum, ita qeod non chimærice, sed cum fundamento conveniant subjecto, habent sufficiens esse ad denominandum absolute cl simpliciter; quia quamvis non habeant formalissimum esse existentiæ, quod tantum consequuntur per intellectum, attamen indcpendentcracognilionc habent concern emrc subjecto, non licte,sed mediante fundamento quod subjectum habet ut ipsi tribuatur tale ens rationis; et ila in his entibus alia est ratio conveniendi el denominandi , alia existendi.

Obj. 3° Genus quod est ens rationis non potest contrahi per differentiam rcalem : atqui differentia contrahens sacramentum ut sic, est rcalis : ergo. *Prob. min.* Differentia sDccifica sacramentorum novæ legis a sacramentis veteris legis est quod illa causent gratiam, non ista, ul definit conc. Florent, in Decreto Eug. IV : causare autem est quid reale. Ergo. _

It. N. min. Ad prob. N. min. Et assigno aliam differentiam specificam ct essenlialem , scilicet significare gratiam tali modo, nempe præsentem dandam vi passionis Christi jam adimpletæ per ipsa signa sacramcntalia, quod non competit sacramentis veleris legis.

› Verum, quamvis esse causativum gratia non sit essentiale sacramentis novæ legis, non uegamus tamen id ipsis per se competere, et non mere accidenlaliter. Id aulem varie a variis explicatur. Dom. Soto vult *causare* esse propriam passionem sacramentorum novæ legis; Serra id ipsis competere ratione maleriæ; alii esse conditionem requisitam ex institutione Christi,aut ut modum completivum significationis eorum. Has intclligenlias non improbo, sed subjicio sequentem.

Sacramenta novæ logis possunt considerari dupliciter : 1° præcise secundum rationem signicl talis signi, ila ul attendatur solum id quod est in latitudine signi. 2° secundum quod includunt non solum institutionem signi, sed talem institutionem a Christo, qua voluit ul id quod instituebat in signum graliæ, foret etiam illius causa et suæ passionis instrumentum. Itaque considerando sacramenta novæ legis primo modo, causare non est ipsis essentiale formaliter, quia causare est extra genus signi ; sed est tantum essentiale præsuppositive, quatenus significant gratiam dandam , non utcumque, sed dandam per ipsamet sacramenta : qeae significatio vera non foret ri non praesupponatur quod causent gratiam. Considerando autem illa secundo modo, causare convenit ipsis per se essentialiter formaliter; non equidem cx ipsa ratione signi et sacramenti, ul dictum est, sed ut sunl novæ legis etsubordinata tali institutioni Christi, qui voluit ut essent simul sacrament* et suæ passionis instrumenta.

Igitur ad conc. Florent. Non dixit sacramenta novæ legis differre essentialiter formaliter in ratione sacramenti a sacramentis veleris legis per hoc quod priora causent gratiam : unde ul salvetur ejus auctoritas, sufficit quod per illud differant Lanquam per adjunctum aut præsupposifum ex tali institutione Christi , aut aliquo alio modo ex prædictis.

Inst. 1°Esse causativum graliæ est essenlialc formaliler sacramentis novæ legis in ratione sacramenti : ergo. *Prob.* anl.-Est essentiale formaliler sacramentis novæ legis

esse signa praefica graliæ : atqui praclicare est causare; praxis enim est operatio. Ergo,

Λ. 1°argumentum nihil concludere, quia osse signum practicum convenit etiam sacramenlis veteris legis, ut dicemus.

R. 2°N.anl. Adprob. D.min. Praclicare est causare per se vel per aliud , *C.* semper perse, *N.* Signum dicitur speculativum vel practicum ab intellectu speculativo vel practice, quippe cujus est instrumentum ad manifestandum suos conceptus ; intellectus enim conceptus suos per signa a se derivata explicat. Sicut igitur dicilur intellectus practicus, non quia per se causal opus', causatur enim per potentias exteriores, sed quia cognoscendo dirigit potentias exteriores ad illud efficiendum, el in sola speculatione ol>jecti non sistit : ita signum dicilur praclicum, non quia facit opus; id enim, ul jam dixi, est extra latitudinem signi; sed quia ex mente instituentis significat, non præcisead manifestationem significati, sic enim foret signum speculativum tantum, sed in ordine ad illius confectionem , sive inierim |>er illud signum,sive per aliud. Sic, v. g. promissio exterior seu contractus aliquid dandi vel faciendi est signum practicum ; attamen neque promissio neque conlraclusdal aut facit, sed significat tantum in ordine ad donationem aul confectionem significati, el non ad solam ejus manifestationem.

Inst. 2° Imagines sacræ, concio el alia plura significant in ordine ad opus, excitant enim ad devotionem el sanctitatem : atqui tamen non sunl ideo signa praclica. Ergo.

In \. d. 4. q. 4. a. 1. quæst. 4. nd 3. — i . *D. maj.* Significant in ordino ad opus per se elex mente instituentis, *N.* per accidens et ex mente alterius agentis, *C.* Imagines enim el voces quæ in concione adhibentur, cx institutione sua habent tantum repræsenlare et manifestai e; sed quia præsupponunlur rcpræsenlaliva el manifestaliva, assumuntur abalioagontc in ordine ad opus aliquod : atsignum quod dicitur practicum, habet ex mente instiluenlisquod significet non solum ad manifestandum significatum, sed etiam ul in finem dirigatur cl execution! mandetur.

Inst. 3· Sacrmcnlum dicilur a sacrando, sicut medi* amentum dicilur a medicando seu a medicina : atqui hoc pertinet ad r.ilionem causai et non signi. Ergo.

o 60. a 4. ad 1. — *R. N. maj.* **Quam** lieri admiserit S. Th. in 4, q. l , parlescommcnlaloris agens, ut diximus, hic Lam^n illam negat et docet sacramentum dici a sanctitate quæ non significatur per moduin causæ efficientis. Medicina autem a qua dicitur medicamentum , se habet ut causa effectiva sanitatis : unde omnia quæ ab illa denominantur, dicuntur per ordinem ad unum primum agens.

Inst. 4° Sanctitas a qua dicilur sacramentum, sc habet etiam ul causa saltem formalis. Ergo sicut medicamentum quod dicilur a medicina ut a causa efficiente, ponitur in genere causæ ct non signi, ita et sacramentum.

R. N. consrq. Disparitas est, quod quæ denominantur ab aliquo primo in genere causæ efficientis, possunt ab ea participare rationem causæ efficientis, quia hæc est communicabitis, ul patelin instrumentisct adjuvantibus; quæ omnia induunt rationem causæ efficientis : at vero quæ denominantur ab uno principali in genere causæ formatis, non possunt vi talis denominationis importare rationem causæ, quia causalilas formalis ipsi soli formæ informanti convenit; alteri vero, quod non csl forma, communicari non potest.

Inst. 5° Causare est quid principalius in sacramentis quam significare : ergo sacramentum debet potius poni in genere causæ quam signi.

R. N. Conseq. Quia, Reel causare grati.i u sit quid principalius, el ex hoc capite possit dici sacramentum , sicut medicina dicilui sana, quia causal sanitatem in animali: qui.* tamen non est quid commune univ cuin omnibus sacramentis, nec secundum s<· inquirit quod sil aliquid externum sen>i.*.i quale debet osse sacramentum, ul l xi ◗ idoo non potest e^c genus in definitione sacramonti.

Inst. 6° Character sacramenlalis ct corpus Chrisii in eucharistia sunl sacraimmla ; atqui tamen non sunt signa sensibilia. Ergo.

In 4. d. 1. q. 4. a. 1. quæst. 5. ad 3 infra q. 63. a. 4. ad 2. — *R.* charactei cm sacramcnlalcm cl corpus Christi in cu< harislia non dici sacramenta , nisi secur-ium quod conjunguntur signis seits» bili bus, characlw ordinationi, corpus Chris'* speciebus panis ct vini.

ARTICULUS II.I

Quale signum sil sacramentum?

Articulo precedent! expedivimus quæ spcctantgcnus sacramenti, in hocquærimus dc ejus differentia. S. Th. in hoc eodem art. 2, resolvit omne signum rei sacre qua sanctificantis homines esse sacramentum, sicque reponit ejus differentiam in his particulis, *rei sacrae sanctificantis homines.* Ad cujus majorem elucidalionem,

Dico. Sacramentum est signum ad placitum, placlicum, sacrum tam ex parte rei significantis quam cx parte rei significat®, permanens et stabile.

Probantur el explicantur singulæ partes

Sig um a l phicmun.

Q. 60. a. 5. o. — *Ratio est*, quia quamvis ratio sacramenti fundetur in aliqua similitudine rei significantis ad rem significatam, v. g. ablutionis corporalis ad ablutionem spiritualem in baptismo (quo sensu intclligcnduscslS. Aug. Epist. 23 dicens: *Sacramenta habent quamdam similitudinem carum rerum quarum sunt sacramenta, quam si non haberent, omnino sacramenta non estent ;* quia nempe Deus sic et non aliter instituit). Nunquam tamen res corporalis potestex natura sua determinate significare, præserliin modo sacramentali et practico, rem spiritualem, qualis est gratia el sanctificatio nostra. Quod posset opponi, solutum csl art. precedent!, obj. 2.

Signum pmcliium,

Δ. 2. o. ad 4. ct 2.— Quo sensu inte'ligendum sil practicum in signo, declaratum estait, precedent!, obj. 3,insl. i.

Ibid.—*Prob.* Sacramentum nedum nov® legif sed el veteris, a Deo institutum est non id meram rcprescnlalioncm rei sacre ut imago aut figura aliqua , sed ad sanctificationem hominum, el ut illud suscipientes ejus usu sanctificarentur · *Signum rei suer* inquit Auctor, *in quantum sanctificantis homines.* Ergo.

Signum inentm er parte rei signtfcantu.

Hic a. 4. ad 2. ct 1. 2. q. 102. a. 5. — ITOC est cærcmonia sacra ad cultum Dei ordinata ; quia, ul dictum est, sacramenta sunt instituta tanquam cæremnui® religionis protestativ«e. — Ibid — El in hcc partim differl sacrificium a sacramento, quod sacrificium immediate ordinetur ad cultum Deo exhibendum, sacramentum vero ad disponendum ipsos cultores. Unde suscipiente , quodammodo iis consecrantur, non per ve. ram causalilatcm efficientem aut formalem intrinsecam , sed per deputalioncm seu dcnominalioncm extrinsccam : sicut constcrari ct sanctificari dicuntur quæcumque cultui divino deputantur.

Si inferas. Ergo sacramentum perlinet ad vii tutem religionis, ct consequenter ad genus qualitatis. *R.* id posse concedi rationr* materi®, non form®; nihil enim obstat quin eadem res secundum diversas considerationes pertineat ad diversa predicament... sic in subjecta materia, baptismus, v. g. si consideretur ut actio , pertinet ad praedicamentum pclionis ; si in ordine ad significandam gratiam, ad genus signi; si ulordinatur ad cultum divinum , ad virtutem religionis. Attamen cum sit cærcmonia externa, non pertinet ad religionem formalilcr sed objective, ita ut ejus usus debeat quidem esse religiosus, possit tamen non esse le'igiosus, sicque osse sacramentum sine actu religioso, ul in malo ministrante aut malo suscipiente. Unde reponi debet in genere signi ct non in genere religionis seu qualitatis.

Signum iaernm ex palle, vei sign[/icalti.

60. a. 4. et 2. o. — *Patet* cx definitioni sacramenti, quod dicitur *signum rci sacra* Sed difiicultascst cujus rei sacr® : an sanctitatis tantum imperfect® seu legalis, ul opinantur Cano et Bellarminus; an perlectae sanctitatis per gratiam sanctificantem?

Ibid. a. 2. o. — *R.* esco signum perfect® sanctitatis per gratiam habitualem , et quidem in ipso usu sacramenti conferendae, hoc est, sanctificationis actualis.

Prob, prima pars. 1« Ex definitione sacramenti tradita a I). Th. ct communiter recepta, quod sit *signum rci sacra? sanctificantis homines ;* sanctificatio autem legalis seu alia quæcumque distincta a sanctificatione per gratiam habitualem, non csl nisi impropria sanctificatio.

2° Quia alias sequeretur Ecclesiam ct non solum Deum posse instituere sacramenta, cum ipsa possit instituere cl dc facto instituat cærcmonias sacras significativs legalis cl imperfect® sanctitatis, ul est dispensatio

ab irregularitate, absolutio ab excommunicatione, tonsura clericalis, etc.

3' Quia significare sanctitatem legalem convenit multis aliis quæ non sunt sacramenta, ul patet in exemplis mox citatis et in innumeris cæremoniis antiquæ legis. Neque refcit sanctitatem legalem esse propriam statui legis Mosaicæ ; ita enim erat illa propria , ul esset tamen dispositio ad aliam perlectam, etiam in illo statu acquirendam.

Prob. secunda pars. Quantum ad sacramenta novæ legis admittitur ut ccita, cum sint proprie causa gratiæ, ut dicemus infra. *Probatur* dc sacramentis veteris legis. 1 · Ex I). Th. hic a. 2, definiente sacramentum, quod sil *signum rei sacræ, in quantum* hæc res *csl sanctificans homines,* hoc csl, rei sacræ formaliter el reduplicative sanctificantis : ergo in ipso usu. Et in 4 . d. 1, q. 1, qua'sliunc. 1, ad 3, dicit serpentem æneum non fuisse sacramentum , quia, *quamvis esset signum rei sacræ sacrantis, non tamen in quantum est sacrans actu.*

2° Omnia sacrificia, omnes cærcmoniæ legis Mosaicæ, utpole umbræ futurorum, Christum praefigurabant, adeoque el gratiam suo tempore dandam , el tamen non erani sacramenta.

3"Tandem, sacramentum .egis novæ institutum ad deletionem peccati originalis, ct circumcido legis scriplæ in eumdem finem, certo significabant gratiam in ipso usu conferendam , sine qua non potuisset deleri peccatum originale · eadem autem est ratio dc aliis saciamentis.

Dices Γ· Concilium Flo. ont. in Decreto Eug, IV, definit sacramenta veleris legis non causasse gratiam , sed solum per passionem Christi dandam figurasse. 2' S. Th. hic a. 2, ad 2, dicit immolationem Agni paschalis esse sacramentum, quia significabat immolationem (hristi, *qua sanctificati sumus :* non dicit qua sanclificali sunt Judici 3" Ari. 4, ad 1, dicit sanctitatem 'ignillcari in sacramentis *ptr modum causæ 'urinalis vel finalis ;* qua· autem conleilur in ipso usu est semper formalis. 4° In 4, d. t, q. 1, quæsliunc. 1, ad 4 , dicit quod *sacramenta veteris legis erant totaliter* ;.t i *prognostica :* ergo non conterebatur gialia pnesens in eorum susceptione.

/L *ad primum,* -i *solum* in verbis concilii t i Iu Icic lautum a saciainonlisvetcri legis vim propriam causandi gratrm, qnaæm habent sacramenta novæ legis; non a .-m ejusdem gratiæ collationem in ip<o e l "ti mu virtute passionis Christi (uluia-. unde *per gratiam dandam per parr onem Christi,* non intelligit gratiam dandam nunc nobis post passionem Christi,sed gratiam dandam tunc, merito tamen passionis (.In isti futur.?.

Ad secundum, sanclificali sumus, in verbis 1). Tli. non eA referendum ad nos solos homines qui past passion-æm Christi sanclificali sumus, sed ad lotum genus humanum : sicut cum dicimus quo ! *sanguine Christi redempti sumus,* inlclligimus totum genus humanum.

Ad *tertium.* S.Th. loculus e>l ab ii i-doa causa formali vel finali, non a i? in-cludendo unam ad positionem alteri.i>: qui i nihil impedit quin eadem gratia sil simul causa formalis el finalis; quæ enim est formalis, simul csl finalis; et quæesi finalis, si aclu habeatur : csletiam formalis; si vero actu non habeatur, non est delectu sacramenti, sed suscipientis ponentis obirem. Unde non intellexit S. T). de. grnUa per modum causæ finalis utcumque, sed in quantum est sanctificans homines, h c est, incipientes, ul dicit in definitione sacramenti : talis autem gratia in ipso usu sacramentali conlei lur si nihil obstet ex parte suscipientis. Dici etiam p dost gratiam rignificari ul causam finalem in ordine ad legem antiquam secundum se, respectu cujus gratia est finis; significari autem ul causam formalem respectu suscipientis.

Ad quartum, adhibenda est eadem solutio, scilicet, sacramenta veleris logis osso totaliter prognostica respcclivead ipsam legem in qua omnia contingebant in figura futura» logis novæ, non autem respective ad suscipientes. Potest etiam dici sensum c<s? quod in Iribus significatis quæ S. 1). ibi tribuit sacramentis veteris legis, scilicet passione Christi, gratia el gloria, sitaliquid futurum, licet non omne quod in eis importatur sit luturum. Sic significant pas«ioitcm Christi el gloriam ut futura,* gratiam autem significant equidem ut præsentem, sed tamen m illo significato importatur aliquid luturum, nempe passio Christi; quia significant gratiam dandam vi passionis Christi futura» : unde sunt prognostica fota/ilerquoad omnia significata, sed non quoad omnia importata in significatis. Alterutram solutionem ¢?>

admittendam in sensu D. Th. *liquet ex rcsp.* immediate præcedcnte, in qua diserte dicit serpentem æneum non fuisse sacramentum, quia, *quam/is esset signum rei sacra sacrantis, non lamcn in quantum sacrans est aclu.*

Signum stalile et permanens.

Qrria sacramenta, ut dictum est, sunt coremoniæ religionis, ct, ut dicit S. Aug. fundamenta stabilis Ecclesiæ, per quæ fideles in una religione permanenter colligantur : ergo debent permanere quamdiu permanebit religio.

CONSECTARIA. TRÆCEDENTIS DOCTRINÆ.

Ex dictis colliges, 1° nos recte cum Auctore definivisse sacramentum, *Signum rei sacra nos sanctificantis.* In tellige signum ad placitum, permanens et praclicum actu gratiæ nos perfecte sanctificantis. *Signum* est genus supremum, per quod sacramentum convenit cum omnibus signis; *signum rei sacra,* genus infimum, per quod convenit cum pluribus signis rei sacræ, quæ non sunt sacramenta; tios *sanctificantis,* differentia per quam ab illis differt.

Cum hac definitionecoincidit hæc tradita in Jure, D. 2 de consec., cap. *Sacrificium : Invisibilis gratia forma visibilis;* item hæc communis : *Invisibilis gratia signum sensibile, ad nostram sanctificationem divinitus institutum.* ATrid. sess.!3,cap. 3, definitur : *Symbolum rei sacra el invisibilis gratia forma visibilis, sanctificandi vim habens.* A Catcchismo Rom. : *Res sensibus subjecta, qua cx Dei institutione sanctitatis et justitia tum significanda tum efficienda* vim/tabel.IIæduæ ultima definitiones proprie conveniunt tantum sacramentis nova legis.

Dices. Sacramentum est ens seu aggregatum per accidens ex rebus et verbis, ex ente rcali el rationis : ergo non est definibile.

R. D. Sacramentum est ens per accidens in genere physico, *C.* in generc morali seu artefact!, *N.* Ut enim dicatur ens per accidens, non lufficit quod plura contineat, sed requiritur quod illa contineat sine ordine ad unum , ut acervus lapidum; sacramentum autem plura continet, sed cum ordine ad unam significationem : unde est ens per se definibile in ratione signi seu arlefacti : sicut, v. g. domus, qnia diversaSpartes continet in ordine ad unam figuram, est ens per se definibile in ratione arlefacli,

Colliges 2° sacramenta non*essc tantum sigilla divina promissionis seu testimonia justiliæ accepta, ut volunt hærelici. 1uQuia sigilla et testimonia alicujus rei, ea debent esse certiora ct clariora : sacramenta autem non sunt clariora el certiora divinis promissionibus quæ continentur in Scriptura sacra, a qua c contra sacramenta habent suam certitudinem. 2° Qui fictus suscipit sacramenta non certificalur de obtenta justitia : ergo. Quandoque tamen dicuntur sigilla a SS. Patribus, sed hoc sensu quod fideles ab indelibus distinguant.

Si *dicas* circumcisionem fuisse Abraha·mo *sigillum justitia fidei,* ul dicit Apost. Rom. 4. *R.* id verum esse ex speciali privilegio respectu Abraba tantum, eo quod esset futurus pater credentium, non vero respectu posterorum. Unde idem Apost. Rom. 3, varia privilegia cl utilitates circumcisionis recensens, omittit quod sil testimonium justiliæ accepta, non omissurus si ita esset.

In *b.* d. *1.* a. 4. quæstiunc. I. ad 3.—*Colliges* 3° plura quæ lamcn sunt signa rei sacræ, excludi a ratione sacramenti. 1° Excluduntur omnia S. Scriptura verba, cruces ct imagines sacræ; quia sunt instituta tantum ad repræscnlandum ct non ad significandum praclicæ gratiam qua sanctificantem.

Ibid. — îo Excluduntur transitus per mare Rubrum , petra fundens aquas, manna, serpens æncus, et similia ; quia non adhibebantur ut aliquis sanctificationis effectus actu perciperetur, sed solum effectus alicujus beneficii temporalis , ul curatio , cibatio, refrigeratio, etc.

3° Excluduntur hæc Christi verba ad Magdalenam, *Remittuntur libi peccata,* lolio pedum, descensus columba, lingua ignea, insufflatio in discipulos ; quia licet forte hæc fuerint signa praclica gratia, non sunt tamen instituta ul cæremoniæ religiosa permanenter observanda in Ecclesia. De lotione pedum fusius infra , dum de numero sacramentorum.

4° Excluduntur innumera caremonia veteris legis , quia significabant tantum emundationem ab aliquo impedimento seu immunditia legali, seu sanctitatem legalem l cl imperfectam, non perfectam per gra-

tiam ; vel, ut dicit Auctor , — Q. 60. *a.* «d 2. — significabant sanctitatem Christi qua sanctus est, non vero sancti talem qua per ea sanctificamur. Unde si aliquando a Patribus dicariur sacramenta, csl impropria locutio.

5° Excluduntur aspersio aqu® bcnedicla·, consecratio altaris , cl alia sacramenlalia ; lum quia non ox scipsis nec cx institutione divina, sed tantum ex pietate operantis aul ex sufi'ragiis Ecclesiæ vim aliquam habent in ordine ad sanctitatem ; — vbid. nd 3.— tum quia significant tantum dispositionem ad sanctitatem , cl non porrectionem sanctitatis; res aulem denominatura fine el complemento.

6° Excluditur sacrificium ; quia sacrificium primario ordinatur ad cultum ipsi Deo in se exhibendum, sacramentum aulem ad sanclificalioncm hominum. Nihil impedii tamen quin idem possit esse simul sacrificium cl sacramentum sub diversa ratione; cl sic est eucharistia in nova lege ; sic etiam erat in antiqua immolatio Agni paschalis : fuisse sacrificium constat, fuisse etiam sacramentum tradit Auctor hic art. 3, et q. 73.

Colliges 4° sacramenta nostra univoce convenire cum sacramentis antiquæ legis in ratione sacramenti ; quia ulrinque sunl signa praclica graliæ sanctificantis, ul explicatum esi ari. 1, obj. 3, insl. 1. El quod posset opponi ex D. Th. solulum csl ibid, obj. 1.

Petes utrum sacramentum sit signum unius rei tantum?

Ibid. a. 3. o.— *R.* sacramentum tria significare, passionem Christi, gratiam sanctificantem el gloriam.

Prob Sacramentum proprie dicitur quod ordinatur ad significandam sanctificationem nostram, seu rem sacram in quantum est nos sanctificans : *patet ex dictis :* atqui in sanctificatione nostra tria possunt considerari, videlicet ipsa causa sanctificationis noslræquæ est passio Christi, et forma nostræ sanctificationis quæ consistit in gratia , ct ultimus linis sanctificationis nostra; qua* est vita ælcrna. ergo sacramentum hæc tria significat.

Itaque sacramentum novæ legis est signum remémoralivuni ejus quod preccssit, scilicet passionis Chrisli, demonstrativum ejus quod in nobis efficitur per passionem Chrisli, scilicet graliæ, el prognosticum seu prænunlialivum future gloriæ, jjxta illud quod ex eodem S. Doctore canit Ecclesia : *O sacrum convivium in quo Clu isitu sumitur, recolitur memoria pusionis ejus, mens impletur gratia, et [mura gloriæ nobis pignus datur.* Sacramentum aulem veleris legis, licet etiam hæc Iria significet, primum tamen diverso modo; est enim prognosticum, non rememoralivum passionis Chrisli.

Ibid. **adi.**— *Dices.* Sacramentum non est signum ambiguum, alias prebercl occasionem fallendi : atqui quod plura significat, est signum ambiguum. Ergo.

R. D. min. Quod significat plura, quorum unum non ordinatur ad aliud, est signum ambiguum, *C.* quod significat plura, secundum quod cx eis quodam ordine efficitur unum, *N.* Sic, v. g. hoc nomen, *homo,* non est signum ambiguum, licet plura significet, scilicet animam ct corpus, quia illa significat prout ex eis constituitur una natura humana : similiter sacramentum significat tria prefala secundum quod ordine quodam unum sunl seu unum officiunt, scilicet sanctificationem nostram.

Repones. Analogum non desinit esse analogum et prebere occasionem fallendi, licet plura significet prout dicunt ordinem ad unum : ergo pariter sacramentum.

R. N. conscq. Disparitas est, quod ex eo quod analogum plura significet prout dicunt ordinem ad unum , non ideo denotat quod ex parte significati sil unum simpliciter, sed quod sint plura simpliciter inæqualiter participantia unum principale commune, el sic solum proportionaliter ct secundum quid unum. At sacramentum non significat plura prout simpliciter dicunt ordinem ad unum principalius commune, quod inaequaliter cl proportionaliter participant; sed potius illa plura significat ul ex cis ordino quodam unum efficitur : unde ex parle significati denotatur unum simpliciter, sicut in significato hujus vocis *homo,* ul dictum csl.

Si*quieras* ulterius quodnam cv bis trinus principalius significet sacramentum ?

R. significare principalius, hoc csl, expressius gratiam sanclificantert, quia illa formalilcr el immediatus concurrit ad sanctificationem nostram, passio Christi autem el gloria mediante lanium gtalta concurrunt.

ARTICULUS IIT.

Utrum sacramentum sil res sensibilis?

Intelligimus hic rem sensibilem prout abstrahit a re proprie dicta et verbo ; ita ul sensus sil, utrum sacramentum sil signum sensibile, quodvis sit istud sensibile, sive res, sive verbum.

Dico 1° Omnia sacramenta tam anliquæ quam novæ legis constant dc facto rebus sensibilibus.

Pitel 1° ex S. Scriptura, quæ omnia ulriusquc legis sacramenta exponit per res sensibiles; 2° ex definitione sacramenti tradita in jure, et a conciliis Florent, cl Trid. probata, scilicet quod sil *invisibilis graliæ forma visibilis;* 3°cxS. Aug. Traci. SO in Jean, dicente dc baptismo : *Accedit verbum ad elementum, el fil sacramentum.*

2.60.a. ά. o. — *Dico 'l°* Ratio sacramenti,ulesthomini proprium afqueaccommodatum, necessario exigit ul instituatur in rebus sensibilibus.

Prob. Sapientia divina unicuique providet secundum modum suæ naturæ : unde dicitur Sap. 8, quod *syavilcr disponit omnia;* ct Mallh. 25, quod *dedit unicuique secundum propriam virtutem :* atqui connalurale est homini ut sacramenta quibus utitur instituantur in rebus sensibilibus : ergo. *Prob. min.* Connalurale est homini ut per sensibilia perveniat ad cognitionem spiritualium ct intclligibilium : atqui res quæ per sacramenta significantur, sunt spirituales ct inlclligibilcs, quibus homo sanctificatur. Ergo.

Suadent plures congruentiæ. 4° Congruit homini, qui constat corpore ct anima, ul habeat sacramenta corporea cum Spiritu graliæ. 2° Congruit omnipotentia? Dei, quæ ostenditur in hoc quod sensibilibus rebus salutis remedium præslet 3° Congiuit justitiae divin® scu humiliationi hominis, ut qui peccando subjecit se sensibilibus creaturis, in suo remedio etiam utalur rebus sensibilibus. 4° Congruit rationi sacramenti prout csl institutum ut cæremonia religionis; cærcmonia enim religionis exhibenda Deo ab hominibus, debet esse sensibilis ct exterior.

Dices. Deus potuit elevare actum internum, puta, orationem internam, ut s: ni- III nullam involvit contradictionem : atqui iste actus interior in hac hypothesi foret sacramentum ; foretcnim signum praclicumgratiæ.Ergo.

Quidam negant maj. ct dicunt repugnaro dari signum quod non sil sensibile; quia juxta definitionem S. Aug. *signum est id quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliud in cognitionem venire.* Verum *respondent objicientes* id esse verum de signo inter homines usurpari solito, cl ad hunc sensum illud definivisse S. Aug. al non designo in tota sua latitudine, quod siedehet definiri : *id quod mediante sui nolilia, in alterius cognitionem deducit.* Utut sit dc illa sententia; nec enim nos scrutari delectat quid omnipotentia Dei possit absolute,

II. Data maj. D. min. Atqui talis actus interior in hachypothesi foret sacramentum, proprium ct accommodatum angeloaulspiritui separato, *C.* proprium et accommodatum homini, ul fert conclusio, *N. Solutio patet* cx ratione Auctoris, qui etiam in resp. ad 1, addit inlelligibilia non habere quod sint signa (saltem prout instituuntur inter homines), nisi in quantum sunt per aliud, id est, per aliquid sensibile manifestata.

ARTICULUS IV.

Utrum sacramenta constent rebus cl verbis, cl quomodo resci verba in illis se habeant?

Posito quod sacramentum sit quid sensibile, *quærimus* nunequid sit istud sensibile, an res cl verba, cl quomodo se habeant in sacramentis? Circa quod quadruplex csldif licultas breviter resolventia : prima, an in sacramentis verba rebus convenienter adjungantur? secunda el tertia, utrum sacramenta constent rebus et verbis tanquam ex materia ct forma, iisque ut partibus intrinsecis ct essentialibus? quarta, utrum verba in sacramentis sint concionaloria, an conscraloria ? Et hæ omnes difficultates spectant potissimum sacramenta nova; legis, *ul palebit cx mox dicendis.*

§ I. — *Utrum in sacramentis verba tebus convenienter adjungantur?*

Tntelligc res et verba vel formalitcr vel .equivalenter, *ul explicabitur modo in sol. argumenti.* — Q a. 0. a(i 2. — Item intelligc per *res,* non solum substantias physicas, ul esi aqua in baptismo, panis cl tinum in cu< harislia,oleum in confii mala ne; sed cliain actiones murales, ulsunl actus

.His in sacramento pœnitcnliæ, consensus mutuus contrahentium in sacramento matrimonii.

Ibid.o.— *Dico.* In sacramentis saltem novæ legis verba rebus convenienter adjunguntur.

In nrg. *s.* c. — *Prob.* 1n ApOSt. EpbeS. 5, dicit : *Christus dilcail Ecclesiam cl Iradidit semetipsum pro ea, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitea.* Et S. Aug. jam citatus tract. 80 in Joan. *Accedi verbum ad elementum, cl fit sacramentum.*

Ibid. o.—*Prob. ratione.* Sacramenta quæ, ut dictum est, adhibentur ad hominum sanctificationem ul quædam signa, possunt tripliciter considerari , cl quolibet modo congruit eis quod verba rebus sensibilibus adjungantur : ergo. *Prob. ani.* 1° Possunt considerari ex parte causæ sanctificantis, quæ est Verbum incarnatum , cui quodammodo sacramentum conformatur in hoc quod rei sensibili verbum adhibetur, sicut in Incarnatione carni sensibili est Verbum Dei unitum. 2° Considerari possunt cx parte hominis sanctificandi qui componitur ex corpore ct anima, cui proporlionalur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corpus tangit et per verbum abanima creditur. 3° Considerari possunt exparte ipsius significationis sacramentalis. Juxta autem S. Aug. lib. 2de Doct. Christiana, c. 3, cl rei veritatem, verba inter homines obtinuerunt principatum significandi ; quia verlia diversimode formari possunt ad significandos diversos conceptus mentis; ct propter hoc per verba magis distinete possumus exprimere quod mente concipimus. Ergo ad perfectionem significationis sacramentalis necesse fuit ul significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur; aqua cnim significare potest ct ablutionem propter suam humiditatem, et refrigerium propter suam frigiditatem ; sed cum dicilur, *ego te baptizo,* manifestatur quod aquaulimurin baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

Dixi, *in sacramentis saltem nover legis.* Eadem enim ratio non currit pro sacramentis veteris leg's; quia juxta S. Aug. lib. 19 cont. Fauct. c. 16 , alia debent esse sacramenta rei præsentie, el alia rei fuluræ ; rem enim præsentem clarius manifeslamusquam futuram : sacramenta autem veleris legis prænunlia erant tantum Christi venturi, ct ideo non ita expresse significabant Christum sicut sacramenta novæ legis, quæ atj ipso effluunt ct quamdam similitudinem ipsius in se habent, ut dictum est; et idcirco in sacramentis veleris legis non adhibeantur verba quæ, ul diximus, principatum significandi oblinent: unde nec in ritu circumcisionis , neque in immolatione .Agni paschalis ullum legimusverbum adhibitum. Utebantur tamen in veteri lege aliquibus verbis in his quæ ad cultum Dei pertinent; sed erant cærcmonialia, non sacramentalia, saltem ut in pluribus.

Dices. Matrimonium in nova lege perficitur ordinarie solis verbis, ct potest perfici solis rebus sine verbis, ut nutibus in mutis. Item sacramentum pœnitcnliæ potest perfici solis verbis, ut in eo qui non habet nisi peccata linguæconfitenda, el contritionem suam solis verbis exprimit. Ergo.

R. res ct verba intclligi in *conclusione* formalilcr vel virlualitcr seu æquivalenler, ut notavimus. Itaque per rem in sacramentis, intelligitur omne illud quod vel est res propria, vel ponitur loco rei ; per verbum inlclligitur vel verbum proprium , vel quod [>onitur loco verbi : illud autem dicilur poni loco rei, quod se habet ul determinabile et complcbilcin ratione significandi per aliud clarius significativum ; illud dicilur poni loco verbi, quod est alterius minus significativi (Iclerminalivum el completivum ad clariorem significationem : quia, ul dictum est, verba habent principatum significandi ; ct res in sacramento se habet, ut modo dicemus, ul materiam , adeoque ut determinabilem ; verbum autem ut formam, adeoque ut delcrminalivum. Cum itaque in sacramento pœnitcnliæ verba pernitentis se habeant determinabilia ad clariorem sacrai menti significationem per verba absolutionis, ponuntur loco rerum cl sunt res virtualiter. Idem dic de matrimonio inquoverba unius ul habent rationem traditionis, determinantur per verba alterius, ul habent rationem acceptationis, ut dicemus suo loco : inter mulos autem nutus scu alia sigua sunt æquivalenler clvirlualitcr verba.

$ II. — *Utrum sacramenta naitr legis Cononi re'US tanquam materia* * ri *vrib « tanquam f* r-*ma , el ut pultibus esfentialibus ?*

Observandum has voces *materia d forma,* respective ad sacramenta, non luisse hi UjU

nisi circa annum 1215, usurpatas primo a Guillelmo *A*nlissidiorensi, cum nullibi ante ipsum, nccapud Magistrum Sent, reperiantur. Legimus quidem apud S. Aug. lib. 1 de Peccat. Merit, c. 34, *formam sacramenti,* ct in concilio Milcvitano *formam baptismatis ;* sed per formam inlclligebanl totum ritum seu cæremonias sacramenti , non præcise verba. Aliis ergo terminis exprimebant antiqui quod nunc vocamus materiam ct formam. Quandoque dicebant *mystica* si/m*bola,* quandoque *signum el rem invisibilem,* quandoque *sacramentum cl rem sacramentalcm,* intelligentes per signum seu sacramentum, quod nos per materiam ct formam intelligimus, et per rem invisibilem aut sacramcnlalem , effectum sacramenti ; quandoque *verbum cl elementum,* ul S. Aug. tract. 80 in Joan, sæpius *res cl verba. A* tempore aulem Guillclmi Anlissidior., hæ voces *maleria el forma,* respective ad sacramenta , fuerunt communiter receplæ in scholis, ct usu ac sanctionibus Ecclesiæ consecrat», *ul patebit modo.* Unde

Dico. Sacramenta novæ legis constant cx rebus ct verbis lanquam maleria cl forma, ct ut partibus intrinsecis et essentialibus.

Prima pars est definita a concilio Florent. in decreto unionis his verbis : *a* Hæc » omniasacramenla tribus perficiuntur, re« bus tanquam materia , verbis lanquam » forma, cl persona ministri conficientissa» cramentum cum intentione faciendi quod » facit Ecclesia : quorum si aliquid desit, » non perficitur sacramentum, » Cone. Trid. sess. 14, cap. 3 ait : a Docet prætcrca » S. synodus sacramenti pœnitentiæ for» mam, in qua præcipue ipsius vis sila est, » in illis ministri verbis positam esse : *Ego* » *le absolvo,* etc...., sunt aulem quasi ma- d tcria hujus sacramenti, ipsiuspœnilenlis jd aclus. *d*

Longe antea S.Tb.hicart. 6, ad 2, dixit: e Ex verbis et rebus lit quodammodo unum » in sacramentis sicut cx forma cl materia, » in quantum scilicet per verba perficitur » significatio rerum, *v* Et ari. 7, o : *In sacra.neniis verba sc habent per modum formae, res autem sensibiles per modum ma-*

2. 60. a, 6. o. — Ratio hujus csl quain jam expendimus § prxCedcnli. Illud habet rationem maleria?, quod est determinabile **et** pcricelibile per aliud ; illud habet ratio*nem* formæ, quod est alterius dclormirwfivurn cl pcrfcclivum : atqui in omnibus sacramenlis res determinantur per verba ; res enim sunt cx se indifferentes ad multa significanda , per verba aulem determinatilur ad unum ; sic aqua csl indifferens ad significandam ablutionem aut refrigerationem ; cum aulcin dicitur, *te baplizo,* determinatur ad significandam ablutionem spiritualem : unde S. Aug. tract. 80 jam cil. in Joan. *Detrahe verbum, quid cstaquanùi aqua? Accedil verbum ad elementum, et fil sacramentum.*

Secunda pars sequitur ex prima. Nam malcria cl forma sunt parles essentiales eujusvis compositi, sive naturalis, sive artificialis aut moralis. Et licet in artificialibus materia sola sit pro qua supponunt, quia est lota illorum substantia, non tamen ipsa sola est in qua essentialiter consistunt; non enim, v. g. lignum est tota essentia cathedrae, sed forma est ipsi intrinseca el essentialis per modum complementi essentialis, cl sine illa non salvatur essentia arlefacli. Atqui cx dictis res et verba sunt lanquam materia ct forma in sacramentis : ergo. Unde Auctor infra, q. 90, a. 2, o,ait, *quodlibet sacramentum distingui in materiam cl formam sicut in paries essentia;.* Elin 4, d.1, q. 1, a 3, ad 2 : *}'erba el res sunt de essentia sacramenti.*

*Solvuntur objectiones**

Obj. 1° *contra primam partem conclusionis.* Maleria ct forma compositi debent simul uniri : atqui in sacramentis novæ legis res cl verba non debent semper simul uniri ; valet enim baptismus, v. g. si verba paululum praecedant aul subsftçucntur ablutionem. Ergo. .a

Quidam ncganl min. cl contendunt ad validitatem sacramenti res cl verba saltem in parte debere esse simul in eodem instanti physico. Ita Glossa , in cap. *Delrahs. , i,* cl Cajet, tom. 1, Opusc. tract. 16; Navarros, in Manuali, c. 22, n. 12 et 17. Sed hæc sententia communiter rejicitur. Unde

R. D. maj. Materia el forma compositi debent simul uniri simultate physica vel morali, *C.* semper simultate physica, iV. Quamvis enim in compositis substantialibus maleria el forma debeant semper uniri simul simultate physica, non tamen semper In compositis artificialibus : sic prædicatUin

et subjectum sunt maleria ct fonnain propositione, cl tamen non sunt simul physice. El id maxime verum est in compositis neuralibus, ul csl sacramentum; talis enim sufficit simultas quale csl compositum : cencclur autem moralis simultas inter malariam cl formam sacramenti si secundum communem loquendi modum salvetur veritas formæ, el censeatur secundum moralem æslimalioncm allicere materiam. « Non *o* debet, inquit Dorn. Solo in 4, d. 3, q. » unica, a. 8, usque adeo slrictim hoc *simul* » intclligi, sed morali modo, hoc est, ut d humanus usus habet : qui enim phyalam » ori admovens ait : *Ego bibo,* et continuo » bibit, simul censetur id dicere ct facere... » Pari ergo ratione si quis prius dicat : *Ego n le baplizo,* vel, *Ego le chrismo*, et proli- » nus mergat vel chrismate ungat, sal est : « illud enim proximum lempuscensclurhu- » mano modo præsens. a Cavenda est lamen nimia interpolatio; si enim tanta esset ul, speciata natura sacramenti, secundum usum humanum verba non censerentur servare suam veritatem el allicere materiam , non perficeretur sacramentum. Vide pro praxi observationem in calce §.

Obj. 2° Significatio est forma sacramentorum : ergo non verba.

R. D. ani. Significatio est forma totalis sacramentorum, *C.* partialis, *N.* Significatio itaque graliæ sanctificantis est forma totius compositi sacramenlalis, sed verba ratione clarioris significationis sunt forma partialis respectu rerum quas ad unum significandum determinant : sicut humanitas csl forma totalis hominis, anima forma partialis corporis.

Insl. Si verba haberent rationem formæ respectu rerum, id haberent vel ratione signification sibi naturalis et propria», vel ratione significationis supernaturalisa Christo cis communicata». Non primum, quia significatio quam naturaliter habent in quibusdam saltem sacramentis, esi impcrliiiensul determinet significationem rei in ordine ad significationem sacramcnlalem, v. g. *le abluo* in baptismo. Non secundum, quia signifiica lio sacra mentalis proveniensex Christi institutione est unica, cadens supra res cl verba seu totum compositum. Ergo.

R. id verba habere ratione significationis naturalis, non absolute, sed ut determinations et expressioris; nequeadlnmpra cise ul talis, sed ut assumpta» a Chrislo in ordine ad sacramentalem significationem i.ı-cet enim significatio sacramenlalis sil ex impositione CIiii-I , supponit tamen in re quæ c.igitur ad talem significationem, aliquam congruentiam ct similitudinem cum rc significata; el quanto umplior fuerit similitudo, tanto expressior erit significatio sacramenlalis : cum igitur verba expressius significent quam res, ratione istius modi expressioris ut assumpti a Chrislo, complent cl determinant significationem confusiorem rerum ; el ideo verba sunt forma, res maleria.

Obj. 3° *contra ulramque pariem conclusionis.* Speciessacramentales in eucharistia, transacta consecratione, sunlsacramcnlum : atqui hoc sacramentum non componitur cx verbis, verba enim consccraloria transierunt. Ergo.

Quidam non ignobile? auctores propter hoc argumentum censent quod, quamvis sacramentum cuchansliæ in fieri componatur ul cætcra ex rebus cl verbis lanquam cx maleria ct forma et ut partibus essentialibus, in facto esse tamen sil excipiendum a conclusione; hoc enim illi proprium est quod non consistat in usu sicut alia, sed in re permanenti, scilicet in spcciebtis consecratis. Altamen non minus probabiliter cum aliis

Responderi polcsl negando min. Ad prob. D. Verba consecralorin transierunt formaliler, *C.* virlualiter, *N.* Sic enim remanent in speciebus quæ virtute illorum sunt consecratæ. Et hoc sufficit ut sacramentum dicaturex illis componi; sicut ad hoc ut mixtum dicatur componi cx clementis, sufiicil quod virlualiter remaneant in mixto. *que inde inferas* melius dici sacramentum componi cx rcbusclillarumdcterminalione per verba quam cx verbis; quia illa determinatio est illorum virtus : unde dicitur cum prop iolale verba remanere virlualiter, el ex illis sacramentum componi.

Insl. Verba consecrationis sunt causa efficiens sacramenti cucharisliæ : ergo non sunt pars ejus essentialis.

R. D. conseq. Ergo non sunt pars ejus esscnlialis sub eodem respectu, *C.* sub diverso respectu, V. Itaque verba consccraloria, quatenus convertunt materiam panis cl viei in corpus cl sanguinem Christi, sunt causa efficiens sacramenti ; quatenus aulem contusam significationem inaleriæ determinant

îv ! (sjc «.lenimenti seu nd significationem sa·cramcnie'ein, sunt ejus forma : nihil obstat autem præsertim in moralibus, quod ¡Λ... Stih diverso respectu exerceat munus causæ cliicientiset formalis. Sic conscnsuscsl causa efficiens cl formalis contractus.

Repones. Compositum non potest multitii cai i, non multiplicata forma : atqui sacramentum multiplicatur, non multiplicatio verbis; dum sub una verborum prolatione consecrantur multæ hosliæ, tot sunt sacramenta quot sunt hosliæ consceralæ, et tamen una est verborum prolatio. Ergo.

R. D. maj. Compositum non potest multiplicari, non multiplicata forma formaliter vel virtualité)·, C. semper formali1er, Λ'. .Id *hunc sensum, I). min. N. conseq.* Dum ergo sub iisdem numero verbis consecrantur plures hosliæ, forma multiplicatur virlualilcr ; si< ut dum simul baptizantur plurcshomines, forma baptismi mutiplicatur virlualilcr.

Irgebis. Non multiplicatur compositum, non multiplicata forma formaliter . sic ubi sunt duo homines, sunt duæ animæ formaliter. Ergo.

R. I), ant. Won multiplicatur compositum physicum, non multiplicata forma lormaliter, ('.compositum morale,Λ'. Exunoenim consensu virlualilcr multiplici possunt Γ101 i decem contractus.

otsfRviMu rno pr a x i.

Circa simultate n m it^na etfirma in sacramentis.

Diri in solutione primi arq. secundum communem sententiam, simultatem muralem materia? cl formæ sufficere ad validitatem sacramenti: idque quia sacrament unient rompositum morale cx institutione Christi ab hominibus exercendum el recipiendum, consequenter humano et morali modo. Ncc verisimile est Apostolos qui, Act. 2, legantur una die baptizasse tria millia hominum, sic aspersisse aut effudisse aquam, ul tangeret omnes baptizandos eodem instanti phjsico quo formam proferrent. Dixi item, tunc haberi simultatem moralem maloriæ et formæ, quando speciata sacramenti natura, secundum communem loquendi modum salvatur veritas formæ, et censetur secundum humanum usum allicere materiam cl unum morale signum constituere ; secus, non haberi simultatem moralem ncc perfici moramentum. Unde pro diversitate sacramonti diversa simultas, major vel minor roquiritur ad validitatem sacramenti.

Itaque in sacramento eucharistia; requiritur major, imo physica simultas;quiali.ee pronomina *hoc* cl /i»c sajis^ienolanl materiam debere osse physice præsenlcm, ul velificetur forma.

Minor requiritur in sacramentis baptismi, confirmationis, ordinis et extrema; unctionis.

Quamvis enim eorum formæ importent tempus præsens, *baptizo, signo,* etc. moraliter tamen loquendo tempus præsens admittit aliquam latitudinem , el censemus præsens quod immediate præccssil vel immediate sequitur : unde in his sacramenti si inter materiam el formam intercedat parva morula, puta, unius.ive, quibusdam videtur adhuc perfici sacramentum; secus, si longius tempus intercedat.

In sacramento pœnitenliæ quod exerretur per modum judicii, ccrt'*m est quod materia, sciliccl actus pomitentis, debeant præcedere formam, hæcquc videtur posse longiuscule differri : quidam dicunt a sero ad mane sequentis diei; quidam ad 1res aut quatuor horas; quidam ad horam; alii istas omnes moras longiores reputant, quia licet in judicio forensi post examen el confessionem rei possit ita, imo ad plu es dies, differri sententia , non sic tamen , inquiunt, in sacramento pœnitenliæ secundum communem pruden.lum sensum, ad quem debet attendi in præsenii materia : nemo enim dicet hodie confessum posse valide non : crata confessione post ocliduum absolvi, s ul tamen neri potest et (it in judicio forens:.

In saciamento matrimonii cum silcou-.l actus, quamdiu perseverat morali1er con--en,us unius, etiam post plures mensos potest accedere consensus alterius, sicut in diis contractibus : et hoc palet quando maitimonium contrahitur per procuratorem, nuntium, vel litteras in locis distantibus.

Horum omnium ratio jam sæpe dicta csl, quod sacramenta sint quædam composita lificialia, n ri phy'ea sed moralia, ab holinibus exercenda el recipienda , ideoque -Io eorum consistentia judicandum non sc•undum principia physica precise, sed secundum principia moralia el judicium prudenlum : prudentes aulem judicant spectata •ujuslibct sacramenti natura , parvam distantiam officere uni, nonnisi magnaru alteri.

El hæc quantum ad valorem sacramenti.

Nunc vero quoad *licitum*. Imprimis certum est in sacramento pœnitenliæ et matrimonii licite postponi lormam materiæ, cum aliter fieri non possit. In aliisvcrosacramentis, baptismi, confirmationis, ordinis et extremæ unctionis', omnino illicitum csl postponere totaliter formam materiæ* aut materiam formæ; ita ut à peccato mortali non videatur excusandus qui baptizando , v. g. pariem saltem formæ non pronuntiaret ante linitam ablutionem : quia secundum omnes pcccal mortaliter qui sine causa sacramentum exponit nullilali el ministrat dubium dum potest certum; sacramentum autem sic collatum est dubium , cum plures ct graves auctores illud reputent nullum. Ergo. Unde quidam inferunt sacramentum præsertim baptismi el ordinis sic collatum, esse repetendum sub conditione.

Cælerum, consultum est sacramentorum ministris, ut in omnium collatione curent adhibere majorem quam possunt materiæ et fonnæ simultatem ; in sacramentis baptismi , confirmationis , ordinis et extremæ vinctionis , applicando materiam , formam proferant ; in sacramento pœnitenliæ, peracta confessione, imposita clacceptata satisfactione, slalim absolutionem impendant; in matrimonio post expressum consensum unius, alter e vestigio suum exprimat. Cum enim materia el forma debeant constituero unum signum sacramentale,consultum est ut meliori quo possunt modo conjungantur.

§ III. — *Utrum verba sacramentorum sint /hnmissoria el concionatona , an consccratoria ?*

Quæstio duplici sensu potest inlelligi. 1° An in collatione sacramentorum debeat necessario præmilti aul adhiberi promissio, seu concio cxplicaliva promissionis , qua' concio vel promissio sil pars essentialis sacramenti? 2' Utrum verba quæ sunt forma sacramentorum, sint promissoria et concionatoria , non consccratoria? Ulrumque videntur sustinere Lutherani et Calvinistæ , præcipue secundum ; quoad primum enim non omnes consentiunt.

Dicunt itaque verba sacramentorum esse promissoria , quatenus si non expresse con•ineanl promissimos divinas, saltem ad illas jam facias mentem revocant, el eas quasi sigillant. Dicunt eoncicnaloria , quatenus alia voce prolata, in audientium animis movent el excitant (idem justificationis promissæ, cui fidei e! non sacramento justificationem tribuunt, ut dictum csl alibi. Tandem concedunt posse aliquo sensu dici consecratoria , quaemis rem ab usi» profano ad sacrum et reli.iosum transferunt, sed non qualenuse!Iiciuiitqu>d significant, grati m scilicet ct sane ita em : contendunt enim, et csl apud ibos dogma capital·, hominem non justificari per gia iatn internam, sed per imputationem jusliliæ Christi, ut vidimus de gratia. Hoc ullimoexccpto, præsens controversia forcl levis momen ti el quasi dc nomine.

Catholici namque non negant concionem seu instructionem præmiltendam esse sacramento conferendo adultis, quia debent instrui dc rebus fidei, ul cum fruclu sacramentum suscipiant, juxta illud Christi ad Aposlolos: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes cos in nomine Patris,etc.* Sed negant hanc instructionem aut concionem perlinere ad esseuliam sacramenti ; in idqueeonsentiunt quidam exadversariis. Hem non negant catholici verba sacramentorum posse dici sigilla et pignora divinarum promissionum, el aliquo sensu pertinere ad concionem, qualenus valent ad excitandam objectis e fidem ct pietatem ; sed volunt quod sint insuper consccratoria, non solum quia iem transferunt ab usu profano ad s; rum, sc i etiam miia efficiunt quod signi >nt, puta hæc verba, *te baptizo*, ablution m spiritualem animæ a peccatis per gratiam; ct hæc, *hoc est corpus meum,* oræsenliam rcaIcm corporis Christi. Ex quo *patet* hanc conti overdam proprie pertinere ad quæst. de causalitate sacramentorum , dc qua infra. Attamen pro more scholarum

Dico 1“ In collatione sacramentorum non csl necessario praemittenda aut adhibenda, ul pars eorum essentialis, concio qua audientes instruantur de promissionibus divinis, dc sacramentorum institutione cl effectibus.

Prob. 1° Essentialia sacramentorum fuerunt a Christo determinata, ut dicemus infra , pr.remue in sacramentis baptismi et cucharistiæ, quæ duo agnoscunl hærelici : atqui si concio prærmtlcnda aut adhibenda, esset ipsis essentialis, essentialia sacramentorum non essent a Christo determinata ; tot enim forent diversa- conciones quot foient diversi concinnatores. Ergo.

2° Infantes el amentes valide baptizamur,

et id non negant hæreticî, q<iipp<*qui ipsi infantes bapli/Ant : atqui ipsis non adhibetur concio (pia in ipsis excitetur tides justificationis promissæ; hujus enim sunt incapaces. Ergo.

Responde! 1° Calvinus, baptismum tunc quidem non prodesse infanti, sed profuturum tunc quando poterii intclligere significationem.

Sed contra 1° Si concio sil dc essentia baptismi, debet ab coqui baptizatur percipi, sicut ipse ab aqua debet tangi. 2" Mulli infantes moriuntur antequam possint significationem percipere. 3° *Esto* tunc tantum proliciat, saltem non iteratur: ergo validus erat absque concione.

Respondet 2° nihilominus adbibendam esse concionem, quæ proderit saltem adstantibus.

Sed contra 1° Potest contingere quod nullus sil præsens prætcr baptizantem. 2° Non propter adstanlium, sed propter recipientium utilitatem conicrltn sacramentum.

3U Calvinus docet non esse rebaptizandos catholicos, nccseipsum ubi aposfatavil jussit rebaptizari, quia validus csl eorum baptismus : atqui tamen catholici non semper adhibent concionem, cl nunquam ul partem essentialem baptismi. Ergo.

4° Baptisma hærcticorum etiam circa formam errantium, modo liltcraliler servaretur, ul validum semper suscepit Ecclesia, ul constat ex S. Aug. lib. 3 de Bapl. c. 15, ubi dicit integrum esse sacramentum si evangelicis verbis fuerit consecratum, sive a Marcione, sive ab Ario, sive ab Eunomio, sive a Valentino, qui omnes hærctice sentiebant circa SS. Trinitatem, adeoque circa formam baptismi. Ergo vel nulla concio est de essentia baptismi, vel admittenda csl concio hærclica et blasphema tanquam p' rs essentialis sacramenti, quod est altera blasphemia.

Dico 2° Verba sacramentorum non sunt simpliciter piomissoriacl concionaloria, sed consccratoria, id est, cflecliva illius quod significant.

Prob. l°Verbasacramentorum usurpata et instituta a Christo nullam continent promissionem aul concionem, ul hæc, *hoc est corpus meum ; et* hæc, ego *te baptizo in nomine Patris,* etc. Ubi enim , quæso, illic promissio vel concio? sed duntaxat consecrant materiam quam alliciunt, aul sanctificant peisonam cui conferuntur : unde Christus non dixit · *Euntes docete omnes gentes nomen Patris;* sed , *Euntes docete omnes gentes, baptizantes cos in nomim- Patris,* etc.

2° Aliud est ministerium baptizandi, aliud evangelizandi, juxta illud Apost. t C.or. 1 : Aron *misit me Deus baptizare, sed evangelizare :* atqui si forma baptismi foret concionaloria et non consccratoria , idem foret ministerium baptizandi ct evangelizandi. Eigo.

3° Validus est baptismus infanti collatus, ut iam dictum est, quamvis nullam in eo fidem excitet promissæ justificationis : ergo. Quæ huic argumento reponit Calvinus, praevenimus supra.

4° S. Aug. cujus auctoritate abutuntur helerodoxi, lib. 3 de Bap. c. 10, dicit: « Baptismus Christi verbis evangelicis con» sccralus, ct per adulteros ct in adulteris » sanctus csl, quamvis illi sint impudici et » immundi; quia ipsa ejus sanctitas polity » non potest, etsacramento suo divina virtus » assistit. » Inde sic arguo : juxta S. Aug. cl rei veritatem, baptismus verbis evangelicis ab infideli aul malo ministro collatus alicui indigno, sine fide aut charitate illud recipienti , est validus : ergo neque ex fide aul pietate ministri, neque ex fide et pietate recipientis pendet ejus valor cl essentia : ergo non csl ncccsse ad ejus valorem et essentiam ul verba evangclica sint concionatoria cl alta voce proferantur, ul excitent fidem el pietatem in suscipiente.

In confirmationem ulriusque conclusionis, adde perpetuam traditionem Ecclcsiæ quæ, ubi de sacramentis ageretur, nunquam promissionis aul concionis, sed consecrationis seu benedictionis tantum meminit. Confer quæ dicemus infra dccfleclii sacramenlovm.

Obj. '<> S. Pelr. Epist. 1 , c. 3 , dicit: *Vos similis former salvos fecit baptisma, non carnis depositio sordium, sed borne conscientia} interrogatio in Deum.* In Gr.rco vox quam Latinus interpres vertit üi/erro- *galioncm* , .♦gnificat stipulationem seu pactum, quod nempe bapiizalus init cum Deo. Ergo verba sacramcntalia sunt verba pacti ct promissionis. Ita Lulhrrus.

R. T' *Esto , \oco interrogationis* poni debeat *pacium* seu *sttpulalio ;* non sequitur ipsum baptisma esse illud paetum, neque hoc dixit S. Petrus: sed quod baptizandus

baptizanti interroganti an renuntiet inundo et diaboL, respondens sc renuntiare, ineat pactum eum Deo, ratione cujus tanquam dispositionis el conditionis, virtute sacramenti iit salvus. Sed

R. 2° hunc textum aliunde salis obscurum plus nocere quam favere novatoribus. Ibi enim S. Petrus comparat baptisma Arcæ Noe: Arca autem Noc non fuit merum pactum aut signum pacti cum Deo, sed revera continendo octo animas, eas salvas fecit corporaliter : ita ergo baptisma non solum csl pactum aut signum pacti cum Deo, sed sua virtute salvat animas spirilualiler , non abluendo carnis sordes, ut lotiones et baptismata Judaica, sed sordes aniinæ seu conscienti®, eam interrogando in Deum , id csl, eam explorando, probando, et quasi lixivio emundando, sicquc perfectam cl mundam Deo exhibendo.

Obj. 2° S. Aug. Tract. 80 in Joan, dicit : *Unde tanta vis aqua, ul corpus tangat ct cor abluat? nisi jaciente verbo, non quia dicitur,sed quia creditur :* atqui lidcs habetur cx concione : unde addit S. Aug. cx Apostolo : — Q. 00. a. 7. ad 1. — *lloc csl verbum fidei quod prædicamus.*

R. sensum S. Augustini non esse, verba sacramcn talia non esse pronuntianda, ut fatentur ipsi bæreiici, neque nullam vim ipsis inesse sine fide actuali, cum S. Doctor contra Donalislas totus sil ut probet baptisma sine fide datum et receptum valere. Sensus est igitur, verbum operari in sacramentis, *non quia dicitur,* id est, non secundum exteriorem sonum vocis,sed *quia creditur,* id est, secundum sensum verborum qui tide tenetur. Soipsum clare explicat S. Aug. verbis immediate sequentibus: *Nam,* inquit, *in ipsoverbo aliud csl sonus transiens, aliud sensus manens.* Ex quo infer! S. Thomas quod, licet non sint cædcm voces quoad sonum apud omnes, quia tamen csl idem sensus, ideo cujuscumquc linguæ verbis proferatur talis sensus, perficitur sacramentum. Ad id quod addit S. Aug. ex Apostolo: *hoc csl verbum fulci quod prædicamus* , verum csl hoc sensu quod Apostoli hujus verbi sacramentalis vim el efficaciam prædicaverint el annuntiaverint. Vel intclligendum csl dc verbo generaliter sive consccralorio viveconcionatorio, *ul explicabitur in sol. sequenti.*

Inst. S. Aug. post hæc verba: *Hoc csl verbum fidei quod prædicamus,* subjungit : « Unde in Aciis Apost. *Fide mundans cor-* » *da eorum ;* ct Petrus Apost. *Sic nos bap-* » *lisma salvos fecit, non depositio sordium* » *carnis, sed conscientia bona: interrogatio:* » *hoc csl verbum quod prædicamus.* d Et in fine sermonis concludit :« Totum hoc » fit per verbum dc quo Dominus ait : *Jam* » *vos mundi cslis propter verbum quod lo-* » *culus sum vobis.* » Atqui mundari per fidem , per conscientiæ interrogationem, per verbum quod locutus est Dominus post ultimam cœnam, non est mundari per verbum consecratorium ,scd concionatorium . ergo verbum in sacramento est concionatorium el non consccralorium.

R. Data min. N. conscq. Quia S. Aug. ibi non loquitur de verbo præcise ut sacramcnlali, sed generaliter de verbo sive fidei sive sacramentorum quo mundamur. S. Doctor enim eo loci explicanda susceperat hæc Christi verba : *Jam vos mundi estis propter verbum quod loculus sum vobis; et* facit sibi quæslioncm cur non dixerit Christus : *Jam mundi estis propter baptismum quo loli cslis,* cui respondet dicendo quia, sive in sacramentis siv c extra, semper verbo mundamur: si enim fiat mundatio in sacramentis , vis mundandi oritur cx verbis; si extra, fit necessario per fidem ; fides autem cx auditu, auditus per verbum Dei : unde mundatio semper cx verbo oritur. In co igitur loco, cui maxime confidit Calvinus, S. Aug. loquitur modo dc verbo sacramcntali, modo dc verbo concionatorio, ct sine æquivocali >ne, quia ulriusquc verbi caractères distinguuntur. Et sic cum concludit : *Totum hoc ft per verbum dc quo Dominus ait: Jam vos mundi estis propter verbum quod loculus sum vobis,* non restringit verba Christi ad sermonem ejus post ultimam cœnam , sed intclligil dc verbo generaliter ; ita ut sensus sit in S. Aug. Vos mundi cslis propter verbum meum, sive quod me eoncionantc audistis, sive quo in baptismo sanctificati cslis.

Urgebis cx S. Ambrosio qui, lib. de Mysteriis, cap. 13, dicit : « Aqua sine prædica- » (ionc dominicae crucis, ad nullos usus fu- » tura' salutis est.... sicut ergo in illum fon- , icm Moyses misit lignum, ita et in hunc › fontem sacerdos prædicationcm dx minie® crucis mittit, ct aqua iit dulcis ad gra- » liam. i› Ergo.

Ïl. S. Ambrosium per prædicalioncm dominicæ crucis, inlclligcre verbum consecratonum et non concionalorium ; non enim concio mittitur seu dirigitur in fontem, ut loquitur S. Amh. sed in audientes. Unde lib. 4 de Sacramentis, c. 4 : *Ubi,* inquit, *accessit consecratio, de pane fil caro Christi.*

Objiciunt insuper hæretici, sacramenta a SS. Patribus vocari signacula, sigilla, pignoia. Sed neque nos id negamus; addant duntaxat sigilla, signacula, etc., praclica cl effectiva illius quod significant, cl conveniemus saltem quoad rem.

ARTICULUS V.

Utrum res et verba in sacramentis novæ legis sini el debuerint esse a Christo determinata, Usque proinde sil nccessc uli ?

Dicoln Resci verba in sacramentis novæ legis sunl de facto a Christo determinata, idcoque nccessc csl illis uti.

Prob. Christus est auctor sacramentorum novæ legis, ul infra dicemus : atqui ille dicitur auctor compositi qui illius materiam cl formam instituit alquc determinat. Ergo.

2- 60. a. 5. ct 7. o. — *Dico* 2° Res ct verba in sacramentis novæ legis debuet uni a Christo determinari.

Ibid. a. 5. — *Prob.de rebus.* In usu sacramentorum duo possunt considerari, scilicet cultus divinus ct sanctificatio hominis, quorum primum pertinetad hominem pcrcomparalioncm ad Deum, secundum cconverso perlinet ad Deum per comparationem ad hominem : atqui, licet possit pssc in potestate hominis determinare sibi res quibus Deum colat, non tamen ad ipsum pertinet suo judicio assumere res quibus sanctificetur, sed ad solum Deum. Ergo. *Prob. min.* Sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis : atqui non pertinet ad aliquem determinare quod csl in potestate alterius. Ergo.

2- ". 7. — *Prob. a fortiori dc verbis.* In sacramentis requiruntur res determinat® a Christo : ergo mullo magis determinata verba. *Piob. conscq.* In sacramentis verba sc habent per modum formæ, res sensibiles per modum malcriæ, ul dictum csl : atqui in omnibus compositis ex materia ct forma , principalius ad esse rei requiritur determinata torn· a quam determinata materia : orgo. *Proh. min.* In omnibus compositis ex materia el forma, principium deter ruina ii0nis est ex parle formæ, quæ csl quodammodo finis et terminus maleriæ : materia enim requiritur determinata, utsilprupurtionata determinatae formæ. Ergo.

*Solvuntur objectione**·

Pro solutione objectionum nota, ad veritatem conclusionis nostræ sulliccre si reset verba a Deo sint determinata immediate vd mediate, in genere vel in specie.

Obj. 1° *contra primani pa rieni.* Salus a nimæ est magis necessaria quam salus corp us : atqui in medicinis corporalibus potest una res poni pro alia in ejus defectum ; ergo multo magis in sacramentis quæ sunt nicdicinæ spirituales ad salutem animæ.

Ibid. a. 5. ad 2. — Λ. Λ', *conscq.* Disparitas est, quod res habeant naturaliter sibi inditas virtutes conferentes ad corporalem salutem : cl ideo non refert si duæ carum eamdem virtutem habeant, qua quis utatur: sed ad sanctificationem non ordinantur e› aliqua virtute sibi naturaliter indita, sci' solum ex institutione divina : cl ideo oportuit divinitus determinari quibus rebus sensibilibus sil in sacramentis utendum.

Obj. 2° Si ratio D. Th. valeret, probaret etiam in sacramentis legis naluræ malcrias esse a Deo determinatas : atqui *falsum consequens ,* cum nihil sil assignable determinatum a Deo in lege naluræ quo deleretur peccatum originale : ergo *ct ani.*

Π. D. min. Atqui res sacramentorum legis naluræ non sunl a Deo determinata', immediate, *C.* mediate, *N.* Dicendum igitur, divina institutione revelata Adæ et ab ipso posteris indicata, prælixum fuisse homini ul pro sacramentis ct deletione peccati originalis adhiberet protestationem exteriorem fidei ; quo ritu autem quove signo illa protestatio fici et, interiori hominis iiis''nctui delci minandum a Deo relictum fuisse. — ibid, ad 3. —Et ratio hujusdisparilalis cum sacramentis novæ logis est, quia sicut in statu legis naluræ homines nulla leg· exterius data, sed solo instinctu iuierioii movebantur ad Deum colendum , ila otia u ex interiori instinctu determinabatur cis quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum uterentur. Postmodun· vero nccessc fuit etiam exterius legem dari; tum propior obscurationem legis naluræ ex peccatis hominum ; tum etiam ad expressiorem significationem grati® Christi, per quam

humanum genus sanctificatur: et ideo etiam notasse fuit res expressius determinari quibus homines uterentur 1.1 sacramentis.

Inferes. Ergo magis*arctatur via salutis in lego nom quam in lege naluræ.

Ibid. — *R.* Λ. *illat.* Quia ros quarum usus est necessarius in sacramentis novæ legis, vel communitor habentur, vel parvo studio adhibito haberi possunt. Adde quod *unc pauciores essent fideles quam nunc, qui tale signum qualccumque adhibere volent in suorum salutem. Insuper ahundanlior gratia in nova lege compensat inconveniens allatum.

Qbj. 3° Quorumdam sacramentorum novæ logis, scilicet matrimonii cl ordinis, res non fuerunt determinat® : ergo. *Probatur ant.* Utriusquc rem seu materiam mutavit Ecclesia; nam ante cone. Trid. materia matrimonii erat consensus contrahentium etiam sine parocho et testibus; nunc autem debet fieri coram parocho ct testibus. In sacramento ordinis primis sæculis materia erat sola manuum impositio, ct ita r.unc est apud Græcos etiam catholicos; apud Latinos autem est porrectio palen® cum pane, el calicis cum vino, ut decernit Eugenius IV. Ergo.

R. λ. *ant. Ail prob. de matrimonio, D, ant.* Ecclesia mutai it matrimonii materiam, iormalitor, *N.* materialiter seu rem quæ erat materia, *C.* Materia ergo matrimonii a Christo determinata , non erat quilibet contrahentium consensus seu traditio per acceptationem determinata, sed consensus efficiens legitimum contractum; elevavit enim Christus contractum legitimum naturalem ad esse sacramenti. Remanet nunc eadem formaliter materia, sed lanium eiTecit Ecclesia ut contractus qui prius sine talibus conditionibus erat legitimus, nunc non sil legitimus; quod certe potest, cum validitas contractuum ejus auctoritati subjaceat. Sicut ergo qui nunc destrueret panem, aut vinum converteret in acetum, non diceretur mulare seu destruere materiam formalem eucharisliæ, sed rem quæ erat materia , ila ct in nostro casu : destrueret autem aut mutaret formaliter, si faceret quod panis manens panis, seu vinum remanens vinum, non esset materia eucharisliæ. *Ad prob. d·· ordine, dato ant. D. conseq.* Ergo malcfia ejus non fuit a Christo determinata in specie, *transeat* ; in genere, .V. Determinavit cigo lautum Christus quod sacramentum ordinis conferretur p i aliqtf I signum ‹·π -ibile, significativum potestati·. quæ traditur, et p r vcrlxi hoc i · :>n exprimentia. Utrum autem hoc · num c:t ibile ‹lel»‘rct esso impositio ma : . ‹ j i—iu· mentorum, non detenu , .nil, so I determinandum reliquit judicio Apostolorum ct Ecclesia». Ita juxta communiorem sententiam.

Quidam alii volunt ct am apud Gr ecos intervenire porrectionem instnimen'orum, si non per contactum physicum , saltem per contactum moralem , mediante scilicet altari, cui ordinandi incumbunt. Alii volunt etiam nunc apud nos impositionem manuum esse solam materiam essentialem ordinis. Cæterum , quidquid sil de istis sententiis dc quibus suo loco, nulla est quæ non faveat nustr® conclusioni, cl argumenlum oppositum non solvat. Eadem difficultas possel pi oponi dc confirmatione : de qua etiam suo loco.

Obj. 4° *contra secundam partem.* Salus qua; per sacramenta qtiæiilur. est una apud omnes : atqui voces non sunt eadem apud omnes. Ergo.

Q. 60. a. 7. ad 1. — *R. D. min.* Voces quantum ad sonum non sunl cædcni apud omnes, *C.* quoad sensum .V. Igitur, ul dicit S. Aug. Tract. 80 in Joan, verbum opelalur in sacramentis, non quia dicitur, id est, non secundum exteriorem sonum vocis, sed quia creditur, id est, secundum sensum verborum qui fide tenetur : cl hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eædcm voces sint qirantum ad sonum. El ideo cujuscumquc linguæ verbis proferatur talis sensus, perficitur sacramentum, ul jam diclum est.

Ibid, ad2. — Observat tamen Auctor, eam vocem esse adhibendam in sacramentis qua principalius et communius homines illius linguæ seu ecclesiæ utuntur ad significandum , seu cujus usus in sua ecclesia solemnior cl usitatior est : sicut inter res sensibiles illa sumitur ad significationem sacramenti , cujus usus csl communior ad actum per quem sacramenti edoctus significatur. Attamen hic verborum magis communium usus non csl necessitatis absolute; pro validitate sacramenti, modo salvetur sensus, sed lanium congruenliæ, et obligationis sub peccato pro ministris.

Obj. 5° Verba in matrimonio non sunl determinata. Ergo.

It. D. ant. Non snnt determinata in ultima specie, *C.* in specie subalterna sen in genere, jY ll.ee enim requiruntur verba quæ efficiam contra* Inin legitimum , sive verba sint formaliter sive virluali1er, scripture scilicet, nulus, etc.

Const(hn in9

Ex dictis colliges 1" quorumdam sacramentorum materiam esse a Christo determi alam in specie intima, quorumdam in specie subalterna sou in genere, scilicet in baptismo, aquam dementarem ; in eucharistia, panem triticeum cl vinum de vile; in poenitentia, confessionem dolorosam poenitentis, sive verbis sive signis liat; in extrema unctione, oleum; in matrimonio, consensum per verba vel nulus ilium exprimentes. Dc confirmatione multi idem censent, scilicet chrisma esse a Christo institutum pro ejus materia. Dc ordine voro communior opinio est quod ejus materia sit tantum determinata in genere, ut jam dictum est.

*Colliges*2°materiam sacramentorum non esse determinatam a Christo in individuo, neque quoad accidentia ; nihil enim refert an hæc vel ista aqua, v. g. adhibeatur in baptismo, neque an sil frigida vel calida , pluvialis vel fontalis, modo sit naturalis apia ad abluendum : quod addo, quia gelata non sufficeret.

Colliges 3° non omnium sacramentorum formas eodem gradu esse in Evangelio explicitas. Formæ baptismi clcucharisliæsunt omnino explicilæ ; *Ego te baptizo; Hoc est corpus meum, hic est sanguis incus :* qu a illa duo sacramenta sunt omnibus hominibus ne essaria. In sacramento pœnitcnliæ et cliam aliquousque explicita, cl dare saltem indicata his verbis, *quodeumque solveris* , etc., unde Ecclesia assignavit lioc vci bum *absolvo.* El ita cliam decol at, quia est omnibus peccatoribus necessaria. In aliis vero sacramentis, utpole minus necessariis, non explicite ponuntur in Evangclio, sed ab Apostolis qui cx Christo audierunt, per traditionem accepimus.

ARTICULUS VI.

Dc *mutatione forma· cl materiæ in sacramentis.*

Q. CO. a.S o —*Nola* 1° quod circa omnes niulal.on \,qu,v·' . ..... .u.iciamen- lorum contingere, duo videantur considerranda : unum quidem ex parle ejus qui pr - fert verba, cujus intentio requiritur ad sacramentum, ul dicetur infra ; aliud ex parle significationis verborum. Et circa hoc ultimum duplex distinginturminalio : una substantialis, quando non salvatur debitus et perse intentus verborum sensus,quo videlicet ipsius formæ aut sacramenti proprius effectus significatur ; quia substantia formæ consistit in sensu, siquidem verba operentur in sacramentis secundum sensum quem faciunt, ut jam dictum est. Altera csl accidentalis, quando scilicet non tollitur debitus el perse intentus verborum sensus.

Similiter distinguitur duplex mutatio materiae : una substantialis, alia accidentalis. Substantialis, quando moraliler loquendo censetur alia nomine el ratione, etsi forte specie physica nondiflerat; ita ul attendatur ejus natura, non tam physice quam moralitcr et secundum apprehensionem hominum, præcipue in ordine an significationem quam Christus intendit. Unde, licet forle massa cruda farinæ specie physica non differat a pane,aut glacies ab aqua, censetur tamen mutatio substantialis in ordine ad sacramentum. Erit autem mutatio accidentalis, si remaneat eadem species physice ct moraliler, ul si aqua non sit benedicta, si panis si fermentatus.

♦ **2** GD. a.7. ad 3 —*Nola* 2° verba habere significationem ex duplici capite : 1°cx impositione; 2° ex usu ct accommodatione hominum: unde fieri potest quod vox quæ unum significat ex impositione, aliud significet cx accommodatione cl usu hominum, propter scilicet ejus similitudinem cum alia voce id ipsum significante. Similiter contingere potest quod vox nihil significet cx impositione, cl tamen aliquid significet ex accommodatione: sicqui ex defectu linguæaulcx ignorantia i. i malis Latini, baptizaret dicendo, in *nomine Patrias, el Eilias , cl Spiriluas sanctas:* patrias, filias cl spiriluas cx impositione vel nihil significant, vel aliud significant quam Pati is, Filii cl Spif*lus sancti ; el tamen propter similitudinem el dispositionem relictam ul trahi possint ad camdem significationem cum vocibus Pal is, Filii ei Spiritus sancti, ex accommodatione et usu hominum in his circumstantiis idem significant.

Circa præsenlcm malcii.ua o inquiri*

mus: primum , an et quæ mulaliosivc formæ. sivc materiæ tollat veritatem sacramenti; secundum, quaic sil peccatum mulare materiam vel turmam sacramenti. Unde ml

JI. — z//i *ct quæ mutatiofamur vel malena tollat veritatem sacramenti ?*

O. 60. a. S. o. ct a. 7· ad 3. — *Dicn* 1° Si minister per mutationem forma* sacramciValis cx industria faciam, sive addendo sive subtrahendo, sive corrumpendo , sive quocumque alio modo , intendat inducere novum ritum scu novam formam essentialem ab Ecclesia non receptam ; quamvis rcmanealadhucsensus legitimus, non videtur periici sacramentum : quia non videtur quod intendat facere quod facit Ecclesia, quæ tamen intentio requiritur ad validitatem sacramenti, ut probabitur infra.

Attende ad verba S. Docloris : non enim dicit absolute quod *non perficiatur sacramentum , quia non intendit,* etc. sed quod videatur non perfici sacramentum , quia non videtur intendere facere quod facit Ecclesia. Et revera quicontra Ecclesiam agit, non videtur habere intentionem Ecclcsiæ : et in foro exteriori præsumitur is non habere rectam intentionem , qui ex industria essentialia formævoluit mulare, etiamsi non ita mutaverit, quin remaneat adhuc sensus substantialis. Et in hoc casu iterandum foret sacramentum, saltem sub conditione.

Utrum vero qui ea intentione mutat formam sacramenti, possit habere intentionem generalem faciendi quod facit Ecclesia? Videtur distinguendum.

Si cx ignorantia aul errore existimet hanc suam mutationem scu ritum esse essentialem ct non erroneum in vera Dei Ecclesia , videtur quod cum hac mutatione ct intentione possit compati generalis intentio faciendi quod facit Ecclesia et subsistere sacramentum; si tamen mutatio relinquat sensum substantialem , saltem ex accommodatione usus: istæ enim duæ intentiones non sibi formaliler contradicunt. Et si videtur contingere in Græcisschismaticis qui valide baptizant sub hac forma : *IJaplixctur servus Christi, N.* etc. Ignoranter cl erronee existimantes liancsolam formam , cl non nostram, esse essentialem in vera Christi Ecclesia tidcoque, imp i Innoc. III, baptizatosa Latinis rebaptizare præsumpseï uni.

Si vero sciai suam mutationem scu ritum quem intendit inducere in forma sacra mentali , non esse essentialem in vera Christi Ecclesia , sed ab ea reputat/ erroncum , videtur quod tunc non possit'per manere intentio generalis faciendi quod facit vera Christi Ecclesia. Quomodo enim intenderet saltem practice facere quod facit vera Christi Ecclesia, dum profert verba ut essentialia formæ, quæ scit non esse essentialia in vera Christi Ecclesia, sed erronea ab ipsa reputari ?

Ibi<1. n. 8.—ZHro2° Mutatio substantialis scu varians sensum substantialem propositionis intentum a forma sacramcnlali, etsi esset debita intentio, irritat sacramentum ; secus si sil tantum mutatio accidentalis, scu non tollatur sensus substantialis formæ.

Prob. Vorba sunt determinata a Christo tanquam forma essentialis sacramentorum, non quoad sonum, sed quoad sensum quem faciunt : ergo si sil mutatio substantialis in illis, scu si tollatur sensus substantialis debitus et perse intentus, non remanet sacramentum , cum non possit subsistere sine sua forma : secus a contrario si sil lanium mutatio accidentalis.

Idem inlcllige de mutatione substantiali ct accidentali materiæ; quia mutata substantialiter materia compositi, non remanet idem compositum. Qsod adeo verum est, ut Ecclesia, quamvis mulare possit cærcmonias saciamentorum accidentales, id tamen facere non potest nisi salva eorum substantia a Christo instituta, ul decrevit conc. Trid. sess. 21, c. 2. Hinc qui baptizaret in aqua rosacea vel in vino, qui consecraret in vino lymphato vel in pane hordeaceo, nihil conficeret : secus si baptizaret inaqua non benedicta , vel consecraret in pane triticeo fermentato.

Dico 3° Quando ita mutantur verba formæ in sacramentis, ul sensus eorum reddatur ambiguus, ex intentione ministri pendet ul determinetur ad verum et legitimum scu falsum el erroneum sensum, adeoque ul validum sit vel invalidum sacramentum. *Ratio est,* quia dum propositio plurcs patitur sensus, in potestate proferentis csl hoc Vel illo sensu in illa uti, adeoque ex intentione ejus de terminatur ad hunc vel illum sensum, el tollitur ambiguitas; sicque hl validum **et** invalidum sacramentum.

Iline si quis formæ baptismi adderet, *cl bcahv Virginis ,* intendens eodem modo

baptizare in nomine ejus ac in nomine Patris, etc. nullum esset sacramentum; item si baptizaret in nomine patria ct filia, intendens osse fœininas in Trinitate : secus autem si in prima intenderet advocare suffragium Virginis, aut in secunda intenderet verum Ecclesiæsensum, sed ex balbutio aut imperitia sic proferat. El hoc sensu intclligitur responsio Zachari® pontificis, d. 4, cap. *Retulerunt,* decidentis baptismum collatum sub hac ultima forma esse validum, si non intendebat minister errorem aut hæresim.

OBSZMVAKDA RHO PRAXI.

Circa varios modos quibus contingit mutatio sive substantialis sive accidentalis in forma sacramentali.

Octo modiscontingit mutari verba forrnæ in sacramentis.

10 Ex parte idiomatis,et hæc mutatio est accidentalis; cum enim verba in sacramentis operentur vi sensus, quacumque lingua sive Græca, sive Lalina, sive alia proferaɳtur, modo cumdcmsensumdebitum reddant,conficitur sacramentum, etiamsi, inquit Cajet, parlim uno, partim alio idiomate proferantur.

2° Si verba usitata mutentur in synonyma ; cl hæc mutatio est etiam accidentalis, modo tamen synonyma sint ejusdem omnino significationis el «eque distinclæ, alias mutatio foret essentialis ct nullum sacramentum. Si autem vox synonyma alias adhuc habeat significationes, tunc ex aliqua particula adjuncta aut ex circumstantiis tollenda e.slæquivocalio; quæ si remaneat, determinandus est sensus, ut dixi, cx intentione proerentis. Hinc valeret baptismus, si loco *baptizo* dicatur *abluo;* item valeret, si dicatur *tingo* vel *intingo;* quia Patres, Terlull. adversus Praxcam , c. 26 ; Cyp. Ep. 22 ad cicrum Rom. el Ep. 25 ad Moyscn; S. Hieron. in cap. ultimum Maith, et S. Isidorus lib. fi; Orig. cap. 19, interpretantur -o*baptizo* , quod csl vox græca, per *tingo.* Dubium autem foret, secundum aliquos, si diceretur *mergo* ve! *immergo;* quia non ∨› detur anqurvnlcrc -o *baptizo* seu *abluo,* cum ad abluendum non semper requiratur immersio; inquit Solo. Existimant tamen alii valere, quia contendunt hæc verba *baptizo, abluo, lingo ; mergo* . esso vere synonyma. Vide infra diss. 1 dc bapt. a. 1. Pro certo autem non valeret si diceretur, *mundo*, [*purgo;* quia debet significari peccatorum inundatio per modum ablutionis Sicut ncc valcret absolutio oolluta dicendo, *ego (eabluo a peccatis ; quia* debet significari in hoc sacramento peccatorum inundatio perinodinii absolutionis, ut facit judex. Porro hic intcllige synonyma, sive sint talia ex impositione publica, sive ex «ccommodalione seu usu communi.

3° Corrumpendo verba forrnæ : quæ corruptio, si neque proprie neque per accommodationem reduci possit ad verum sensum, erit substantialis et nullum sacramentum; alias non. — Q. fit). n. 8. ad 3. — Observandum autem , mutationem substantialem plerumque ficri si corrumpantur verba cx parte principii dictionis, ut si loco *patris* dicatur *matris ;* secus si corrumpantur cv parte finis, ut si loco *patris* dicatur *patrias;* quia apud nos variatio dictionis cx parte principii plerumque variat significationem, non sic ex parte finis. Verum, licet ordinarie sic accidat, non est tamen certa regula; potest enim ex utraque parte esse tam parva corruptio, ut sensum non auferat, et tam magna ut auferat : unde magis videtur attendenda quantitas corruptionisarbitrio viri prudentis. Hinc conficeret sacramentum qui, ex imperitia seu impedimento lingua*, loco *patris* diceret *patrias,* loco *corpus* diceret *copus, loco calix* diceret *calis,* lococd diceret *es,* etc. Quia per accommodationem usus trahi possunt ex dispositione relicta ad verum sensum. (Hæc advertant scrupulo i qui sæpc irreverenter el ridicule ponderant super verba forrnæ, seu ea repetunt.) Non conficeret autem si loco *patris* diceret *matris,* si loco *corpus* diccrctcor, etc.

Dices. Qui diceret in forma baptismi, *baptizo te in nomine matris,* omnes inlelligcrcnt lapsum linguæ esse, ct ipsum voluisse dicere *patris* , cum in Trinitate non sil mater; sicut cum dicit *patrias,* intclligitur *patris:*ergo in utroque casu ex accommodatione redditur verus sensus , ct conficitur sacramentum.

R. N. conscq. ct paritatem. Disparitas est, quod in hac voce *patrias,* secundum se considerata , etiam non attenta bonitate intelligenlis, relinquatur dispositioni per accommodationem usus communis trahi possit ad eumdem sensum cum voce *patris;* in hac autem voce *matris,* secundum sc considerata, nulla similis relinquitur dis-

positio, sed alium omnino sensum importat; etsi idem sensus inlelligalur per eam importari ac per vocem *patris* , hoc lotum provenit per accidens ex bonitate et perspicacia inlclligcntis, et· non cx ipsa voce secundum SC juxta accommodationem usus communis.

Ibici, u. S. o.— 4° Mutatio lormæ fit per additionem alicujus termini, quæ si variet sensum debitum,erit essentialis; alias ao cidcntalis. Si vere additio sil sensus ambigui, consulenda est intentio ministri, an intenderit verum aut falsum sensum ; et si falsum an eam protulit ut partem forrnæ, an forte per modum appendicisaul precum.

Hinc conficeret sacramentum, qui baptizaret *in nomine Patris omnipotentis, ct Filii unigeniti, et Spiritus Paracleti ; si*mililersi adderet, *cl beata Virgo tc adjuvet ;* item si adderet, *clin nomine beatæ Virginis,* intendens tantum ejus patrocinium invocare, ct non baptizare in nomine ejus, sicut in nomine Patris. Pariter conficeret eucharistiam sacerdos qui, Calvinislarum errore imbutus, post legitime pronuntiatam formam , *hoc est corpus meum,* subjungeret, non ut quid essentiale forrnæ, sed per modum precum , *cl illud in cœlis adoramus , cujusfiguram tantum in terris nobis exhibet ;* modo tamen retineat intentionem faciendi quod facit vera Christi Ecclesia , quævis illa sil. Non conficeret autem, si quis cum Atianis baptizat cl, *innomine Patris majoris cl Filii minoris,* etc.

Dc additione vero quæ non corrumperet verum sensum , sed tantum fieret cum intentione inducendi novum ritum in Ecclesia, vide primam conclusionem ct ejus explicationem.

ibid —5° Per subtractionem. Si, ul de præccdcnti mutatione dictum esi, tollal sensum debitum sacramentalcm , erit substantialis mutatio; alias accidentalis tantum. Hinc qui in forma baptismi subiiceret *ego* ,cl in forma eucharisliæ *enim* , conficeret sacramentum ; ly *enim* quippe deservit tantum ad seriem narrationis, el non ad significandam conversionem panis in corpus Christi : secus si taceret aliquam personam Trinitatis, autly *meum* in forma eucharisliæ.

Ibid, ad 3.—6° Per transpositionem verborum forrnæ, quæ, pariter ul ante, si tollat sensum sacramentalcm , erit mutatio sub•lanlialis; secus accidentalis. Hinc confice-ret baptismum, qui diceret baptizando: *In nomine Patris el Filiiel Spiritus sancti ego te baplizo ;* non videtur autem conficere si diceret, *Patris ego te baplizo in nomine Filii el Spiritus sancti*'

Ibid.—7° Per interruptionem verborum forrnæ; quæ si tanta sit ut non censeantur moraliter loquendo verba in unam orationem convenire, erit mutatio substantialis; secus, accidentalis. Hinc si consecrans post hæc verba , *hoc est,* sternutaret, el slatim postea subdcrel, *corpus meum*, conticeret sacramentum ; similiter qui baptizando post hæc verba, *ego tc baplizo,* dicerel confulanlibus, *laccle,* el slatim reliquum forrnæ prosequeretur, etiam conficeret sacramentum. Vide observationem in calce, art. 4.

Octava tandem mutatio est, si verba mutentur in nutus, scripturam aut alia signa , el hæc est substantialis, nisi in matrimonio

SII· — *Quale sit peccatum mutare materiam rt formam sacramenti ?*

Dico 1° Mutatio sive substantialis, sive etiam accidentalis forrnæ vel materiæ sacramentorum , csl ex genere suo peccatum mortale ; quia est profanatio rei sacræ , adeoque sacrilegium . atqui sacrilegium ex est genere suo est peccatum mortale. Ergo.

Dixi, *cx genere suo;* quia ex defectu plenae deliberationis ct cx levitate materiæ potest esse veniale.

Si pelas quando dijudicari poterit esse mortale peccatum , an veniale cx gravitate vel levitate materiæ?

II. 1° Quando mutatio est substantialis, facta cum plena deliberatione sive cx industria, sive cx ignorantia crassa, sive cx gravi negligentia, semper est peccatum mortale; hic enim non datur parvitas materiæ, cum fiat semper gravis injuria rei sacræ seu sacramento, quod nullum redditur per mutationem substantialem. *Dico,* cx ignorantia crassa seu ex gras i negligentia ; si enim esset levis aut ignorantia aut negligentia, a mortali posset excusari : at in ministris ex ollicio raro excusat ignorantia, cum ipsi scire teneantur ea quæ sunt sui officii.

Ii. 2° Quando mutatio est accidentalis, judicio prudcnlum æslimanda est gravitas vel levitas materiæ, nec alia certa regula assignari potest. Hinc mulli volunt peccatum veniale esse tantum ex levitate materiæ, si quis in forma consecrationis omitteret

enim, si in lingua vulgari baptizaret, si loco *baptizo* diceret *abluo,* etc. secluso tamen contemptu et scandalo; fore vero mortale, si lingua vulgari consecraret, si in forma calicis omitteret, *qui pro vobis effundetur,* etc. Pro quo prudenter discernendo attendendum est ad rigorem usus scu preccpti, quantitatem scandali aul contemptus.

Dico 2° Qui deliberate sive in forma, sive in materia, sive in caeremoniis sacramentorum non servat ritum el modum suæ ecclesiæ, cx genere suo peccat mortaliter; quia facit contra præccptum Ecclesiæ in materia religionis, adeoque est sacrilegium. Ergo.

Quando autem in individuo erit mortale aul veniale, judicandum est, ul in precedent! conclusione , arbitrio prudenium , attendendo maxime rigorem usus aut precepli, scandali aul contemptus. Hinc ex communi sententia peccaret mortaliter, qui ex industria non misceret aquam vino ; similiter si sacerdos Latinus uteretur fermentato sine gravi necessitate, aul uteretur forma Greconnu in baptismo; item si minister ex officio scu solemnitatis baptizaret sine catecbismis cl exorcismis, vel sine lumine aul vestibus sacris consecraret. Venialiter autem lanium peccaret, qui in alministralionc sacramenti pœnitcnliæsino rausa preces *Misereatur* cl alias omitteret.

Dico 3° Peccat mortaliter qui in adminiv ratione sacramentorum utitur materia aul forma dubia ct incerta, ubi certa haberi potest: in casu vero necessitatis, ubi certa presto non est, potest el debet uti materia eu forma dubia, saltem sub intentione ronditionala.

Ratio primee partis est, quia tunc sine causa ct necessitate exponitur sacramentum periculo nubilatis ct irrisionis : nec enim tua probabilis aul probabilior sententia efficere potest ut materia aut forma sit valida, si revera non sil ea a Christo determinata. Ergo.

Hinc Innoc. XI damnavit hanc propositionem : «Non csl illicitum in sacramentis » conferendis sequi opinionem probabilem » de valore sacramenti, relicta tutiori, nisi » id velet lex , conventio aut periculum » gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili utendum non ?st in collatione » baptismi, ordinis sacerdotalis aut episcopalis. » Est prima inter innocentianas.

Dices. Licitum csl uti sententia saltem probabiliori in aliis materiis : ergo etiam cum agitur de sacramentorum valore.

II. N. conscq. Disparitas est quod in aliis materiis, dum aliqua sententia est probabilior, non est lanium probab'lior speculative et irise,sod est etiam probabilior practice, seu csl probabilius illam posse teneri ; quia si forte sit falsa, excusatur coram Deo qui eam tenuit, quod secutus fuerit id quod verisimilius erat verum , cl fecerit quod in se csl ut attingeret veritatem ; sicque agendo, nulla rei sacre irreverentia periclitatur. At voro, licet,dum dc sacramenti valore agitur, aliqua sententia de materia vel forma sit probabilior speculative et secundum se, practice tamen non est probabilior, scu non est probabilius illam posse teneri, quando oppositum est tutius; quia major probabilitas non eiTicit ut materia aut forma sil valida, si revera ita non sit, adeoque non exlrahilur sacramentum a periculo nuditatis et irreverenti®·

Cætcrum si sententia aliqua de materia aut forma sacramenti ita esset probabilior, ul foret moralilcr ccrla cl communiter haberelurvera, cl opposita licet tutior vix haberet aliquid probabilitatissiveab intrinseco sive ab cxtrinseco, multis videtur non condemnandus qui priorem sequeretur : tunc enim censetur materia aut forma ccrla ; cl alias continua foret perplexitas el impossibilis sacramentorum praxis, cum nulla sit sententia cujus opposita aliquid probabilitatis sive ab intrinseco siveab cxtrinseco habere non possit.

Ratio secundas partis est, qnia cum sacramenta sint propter homines instituta, minus maluin csl ul sacramenta periculo nullitatis exponantur, quam ut homo illis absolute privetur; prodesse quidem poterunt, nocere non poterunt : dc duobus autem malis minus csleligendum ; el irreverentia quæ alias subcssel, abstergitur ratione necessitatis cl intentionis conditional®. Ergo.

APPEHDIX I.

De repetitione materne settjorrna saeramentalir.

Dico 1°Qui certus est do invaliditalc sacramenti, defectu sive maloriæ sive forma*, debet adhibita materia vel forma valida ipsum absoluto repetere : sicut · contra qui certus dc validitate sacramenti, ipsum repetit etiam sub conditione,sacrilegium committit ; cum ista repetitio sil profanatio clir-

risio sacramenti adeoque grave sacrilegium.

Dico 2'· Qui ralion'Jjililcr dubitat dc valore sacramonri, d**bel ipsum repetere sub conditione . ita ex jure cap. *De quibus dubium.* Ratio repetitionis, quia minus peri-<uhnn eat facere repetitionem ubi non esset lioienda, quam omittere ubi esset facienda : in primo enim casu est lanium periculum irreverentia; saci amenti ; in secundo autem præter periculum irreverentia; sacramenti quod remanebit nullum aut dubium, est etiam periculum damni proximi. Kalio conditionis est, ul vitetur in quantum potcsl repetitio formalis sacramenti, si forte fuerit validum, cl ejus reverentia salvelur.

Dico 3| Qui sine rationabili fundamento, sed cx levi dubio aulscrupulo temere repetit sacramentum, aul formam super eamdem materiam etsi sub conditione, grave peccatum sacrilegii committit. Ita communiter. Kalio csl, quia iteralio sacramentorum permittitur sub conditione a sacris canonibus solum in rationabili dubio; sed quando non est dubium rationabile, opposita conditio habetur pro non opposita ; deficiente enim ratione probabili dubitandi, vix polesl dici serio cl prudenter : Si *non es baplizalus.v.* g. *ego le baptizo ; Si non consecravi, volo consecrare,* sed potius videtur dici: *Sivesis baplizalus sive non , sive consecraverim sive non,* etc., *ego te baptizo , consecro,* etc. Adeoque sub disjunctione intenditur nullilas sacramenti ,clideo i cratio temeraria sacramenti facta cx inani dubio, est quaedam ipsius irrisio : ergo. Hinc caveant illi qui ex quovis levi scrupulo slalim repetunt formam sacramentorum, idquein consuetudinem ducunt.

Dixi tamen, *qui temere repetit :* si enim ut a molesto scrupulo se expediat, et ne Deum offendat, rcpctcrcl, non consuetudinarie ob rationem datam , sed subinde, formam super camdcm materiam, non slalim videretur condemnandus saltem peccati mortalis; non enim est credibile quod graviter Deum offendat per actionem quam ideo ponil ne ipsum offendat.

APPENDIX ir.

De forma con litionalfo

Forma condilionalis dicitur quæ profertur sub conditione, ut, .Si *non es baplizalus, te baplizo,* cum forma absoluta contra quam distinguitur, sine conditione proferatur, ut, *Ego le baplizo.*

Formæ condilionalis septem vel octo primis Ecclesia; sæculis nullum fuisse usum probant eruditi, ex hoc quod in variis dubiis dc valore baptismatis SS. Patres, concilia et summi pontifices jusscrinl illud iterari, nulla conditionis facta mentione, quam non omisissent si fuissent oχ usu adhibenda. *Patel* ex S. Cypriano Epist. 76; ex cone. 2 Arelat.an. 314, can. S; ex cone. Carlhag. 5, an. 398, can. 6 : refertur disl. 4, cap. *Placuit;* cx duabus Epist. S. Leonis, una ad Leonem Kavennatensem, altera ad Rusticum Narbonensem : referuntur eadem disL cap. *Cum itaque* cl cap. *Si mulla; ex* S. Greg. Magn. Episl. 32, lib. *2. Hæc erat eorum ratio; *Quia*, ul dicit S. Leo, Epist. 37, *non polesl in iterationis crimen devenire, quod [actum esse omnino nescitur.* Vel, ul dicilS. Greg. Magn. Epist. 32, Aon *monstratur iteratum, quod non certis indiciis ostenditur rite peractum.*

Prima itaque (ormæ condilionalis mentio repcrilur in Capitularibus Caroli Magni, lib. G, n. 181, editis anno 807, his verbis : *Dc quibus dubium csl utrum sint baplizali, an non, omnimodis absque ullo scrupulo baptizentur ; his lanium verbis : Non te rebaptizo, sed si non baplizalus es, baplizo te in nomine Patris,* etc.

Deinde Alexander III, qui sedebat anno i 159, sic decrevit : *Dcquibus dubium est an baplizali fuerint, baptizentur his verbis pramissis : Si baplizalus es, non le baptizo; sed si nondum baplizalus es, ego te baplizo,* etc. Refertur injure, extra de baptismo, cap. 2.

Non tamen ubique obtinuit forma condilionalis, nisi cum decretum Alexandri Ili fuit in corpus juris relatum a Greg. IX, qui sedebat anno 1227; tempore enim Alexandri 111 cl post ipsum quidam scholastici, quibus non innotescebat ejus decretum. adhuc contrarium docebant, ut Magister Sentent. lib. 4 , dist. G, Petrus Canior el alii.

A tempore ailtem Gregorii IX, in omnibus Latinorum ecclesiis invaluit usus formæ condilionalis. Et 1° usurpata est pro sacramentis quæ iterari non possunt propter characterem quem imprimunt ; deinde tracta est ad alia etiam saciamenta , præsertim picnilenliæ, quando nempe confessai insdubitat an formam protulerit, cl quando fidelis

moribundus subito privatur usu sensuum, ncc potest ab eo haberi materia certa. De quo fusius suo loco.

Igitur cx usu Ecclesiæ ubique recepto, merito usurpatur forma condilionalis propter rationes datas in secunda conclusione procedentis appendicis. Prudenter tamen est adhibenda, ncc nisi post accuratum examen an sacramentum sil vere dubium, præserlim in sacramentis quæ ex natura iterari non possunt ; in aliis enim tanta cautela non est adhibenda, ut advertit Dom. Solo.

DISSERTATIO II.

DE NECESSITATE ET EXISTENTIA SACRAMENTORUM.

D. Th. Q. 61.

ARTICULUS I.

Utrum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam?

Nota. Sensus tituli posset esse duplex : primus, utrum nccessc sil ad salutem uti sacramentis post eorum institutionem? dc quo infra q.65,a.4; secundus, utrum nccesse sil ad salutem institui a Deo sacramenta? el de illo nunc agitur. Necessarium autem hic non sumitur pro necessitate absoluta, nec secundum Dei potentiam absolutam , sed pro congruentia ct secundum connaturalem cl suavem gubernationem. Certum csl enim Deum potuisse absolute aliis mediis hominem salvare. Hem quæslio est de homine post lapsum, abstrahendo ab hoc vel illo statu ante vel post Christum.

Q. 61. a. 4. o, — *Dico.* Sacramenta sunt necessaria, necessitate scilicet congruentiæ, ad humanam salutem.

Ibid, innrg.s.c. — *Prob.* cx S. Aug. lib. 19 contra Faustum, cap. 11, ubi dicit : *In nullum nomen religionis seu verum seu falsum coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum visibilium consortio colligentur : atqui* nccesarium csl ad humanam salutem homines adunari in unum veræ religionis nomen : ergo sacramenta sunl necessaria ad humanam salutem.

Adverte in hac auctoritate S. Aug. has voces *signaculorum vel sacramentorum,* non sumi disjunctive, sed ul duo synonyma: alias esset delcctuosa D. Th. consequentia. Nec etiam ly *coadunari* sumitur præcisc pro communicare sou convenire in aliqua religione, sed pro co quod esi initiari seu suscipere ac profiteri religionem ejusque sanctitatem consequi; alias argumentum probaret etiam fuisse sacramenta in statu innocenliæ (quod negat S. D. art. seq.) siquidem in eo fuerit cl fuisset communicatio in vera religione, non tamen susceptio religionis ncc sanctitatis ejus consecutio, sed immediate a Deo per traductionem naluræ habebatur.

Prob. triplici ratione seu. congruentia. Prima petitur ex conditione humanæ naturæ , ct sic proponitur. Perlinet ad divinam Providentiam ut unicuique rei provideat secundum modum suæconditionis; atqui proprium csl homini ut per corporalia ct sensibilia in spiritualia et intelligibilia deducatur : ergo convenienter divina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus ct sensibilibus, quæ sacramenta dicuntur.

Secunda petitur ex statu hominis lapsi. Ibi debet medicinale remedium homini adhiberi, ubi patitur morbum : atqui homo peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus : ergo conveniens fuit ul Deus per quædam corporalia signa homini spiritualem medicinam adhiberet. *Prob. conseq.* Si spiritualia nuda ei proponerentur, ejus animus corporalibus deditus per peccatum, applicari non posset : ergo conveniens, etc.

Tertia ratio sumitur cx studio actionis humanæ. Actio humana præcipuecirca corporalia versatur: ergo ne esset homini durum si totaliter a corporalibus actibus abstraheretur , convenienter proposita sunl ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad evitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum ; vel qualitercumque noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum.

Sic igitur per sacramentorum institutionem homo convenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia ; humiliatur, sc corporalibus subjectum cognoscens, dum sibi per corporalia subvenitur; præscrvalur etiam a noxiis actionibus per salubiia exercitia sacramentorum.

Ubi vides S. D. conclusionem procedere el de homine secundum sc seu secundum conditiones suæ naturæ sibi relict» (supposito tamen quod ordinetur ad finern supernaluralein), *ul patet e.r prima el lerlia ra-*

([']»< ,·<(<' Immine · c ' · ' i i ' ' ' m j'|'■·- cali χ noraliler, *ut putei ex secunda ratione.* El ([nando infra , art. 3 el 4 , adhuc quæril dc homine secundum statum peccati, non quæiit de stalu peccati generaliter, ul hic facit, sed determinate pro aliquo s atu peccati , [in a , ante Christum in lert ‹» ari. ct pqst Christum in quarto. Nusquam autem procedit conclusio præsens de homine secundum statum gratuitum ct quodammodo præternaturalcm innocenliæ originalis, de quo art. seq. in eo enim homo quodammodo extrahitur extra conditiones suæ naturæ.

Dices. Gratia et passio Christi sunt sufficientes ad salutem humanam : ergo superfluunt sacramenta.

Ibid. ad 2. ct 3. — *B.* quod gratia ct passio Christi sunt sullicientesin genere uo seu quoad vim sanctificandi el salvandi, debent tamen homini applicari [applicantur autem ipsi convenienter per sacramenta, ul probatum est.

ABTICULUS Π.

Utrum diam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta?

Nullum in statu innocenliæ de facto extitissc sacramentum communis est theologorum sententia ; tum quia dc illorum institutione in hoc statu tam in S. Scriptura quam in traditione altum csl silen ium ; tum quia ille status brevissimo tempore duravit, ideoque fuissent inutilia.

Sed difficultas csl utrum vi status nullum ineo fueritsaciamentum, seu utrum institutio sacramentorum habeat aliquam oppositionem seu repugnantiam cum sta u innocenliæ, non quidem secundum potentiam Dei absolutam ; quis enim negat Deum absolute potuisse in quovis statu instituere sacramenta? sed secundum suavem cl connaturalem providentiam. *Affirmat* S. .hornas et cum eo Thomistæ; *negant* p'urcs alii, quorum aliqui ideo volunt qu d sistatus innocenliæ diu durasse!, revera lui seni instituta in co sacramenta.

Ç. 61. a. 2. o. — *Dico.* Ante peccatum vi status innocenliæ nec necessarium nec conveniens luit institui sacramenta.

Ante probationem, nota rectitudinem cl ordinem status innocenliæ in eo consistere, quod mens perfecte Deo subesset, menti intuMWC* amniaa vires, cl ipsi animæ corpus; el in hac subjectione mentis ad Deum consistit nostra sanctificatio, seu animæ perfectio per gratiam ct scientiam seu notitias sanctificationi necessarias.Tanta aulem erat Dei superioris dominatio, ?t causæ inferioris ad Deum subjectio in isto statu, ut vi et exigentia hujus status superius nullo modo dependeret ab inferioribus in ea dominatione exercenda, sed per seipsum sine mediis inslrumenliscxlrinsecissuilicientcr moveret inferius ac dirigeret in iis, in quibus pro illo statu inferius per se superiori debebat subjici ct ab eo perfici (hoc csl, in perfectione animæ per gratiam el scientiam, ut dictum csl); alias enim status innocenliæ non foret perfectus, si in illo non e.-v-et (alis perfecta subordinate et subjectio mentis ad Deum, et partis inferioris ad superiorem , nedum quidem in ratione entis (sic enim semper subjicitur), sed etiam in ratione supernatural! et morali sanctificationis et in rectitudine virtutis.

Nota insuper, dum loquimur cum D. Th. dc perfectione animæ per gratiam et scientiam, nos non inlelligerc qualcmcumquc scientiam naturalium , ncc etiam omnium supcrnaluralium, sed eam tantum quæ gratiam comitatur in ordine ad sanctificationem, cl quæ correspondct fidei sive habituali , sive actuali, quæ cum gratia confertur nunc per sacramenta ; in nullo enim statu potest homo justificari sine aliqua vd cognitione fidei, vel scientia supcrnaluralium.

Nota tandem, sacramenta esse quædam instrumenta corporcaquænosmanuducunl ad res supernaturales, scilicet ad gratiam sanctificationis, et huic annexam supe.natui alium cognitionem; hic est enim unus sacramentorum scopus el finis. Ilis not. lis,

Ibid. o. — *Prob. conclusio.* Ea cial rectitudo status innocenliæ, ut in eo superiora dominarentur inferioribus, ct nullo modo dependerent ab eis, in iis scilicet in quibus sita erat seu exercebatur hæc dominatio cl subjectio, et quæ adeam pertinebant ; sicut enim mens suberat Deo, ita menti suberant inferiores animæ viros el ipsi anima' confins. Unde huic ordini ac rectitudini iuc mgruem foret si anima perficeretur quantum ad scientiam cl quantum ad graf.un per aliquid corporale; hæc enim animæ perfectio perlinet ad hanc rectitudinem, et per eam habebatur : atqui si in co fuissent sa-

cramcnta , homo accepisset suam perfectionem quantum ad gratiam et scientiam per aliqua corporaliaet sensibilia ; sacra, tentum enim est aliquid‘corporale el sensibile ad sanctificandos homines et ad cos instruendos do robus supernaturalibus ordinatum : ergo in statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, non solum in quantum sacramenta ordinantur ad remedium peccati, sed cliam in quantum ordinantur ad animæ perfectionem.

Confirmatur. Cessante fine primario sacramentorum, cessare debent ct sacramenta : atqui in statu innocentiæ cessaret finis primarius sacramentorum : ergo. *Prob. min.* Finis primarius sacramentorum est sanctificatio utentium ct cultorum Dei : atqui lalisfinis tunc cessaret : ergo. *Prob. min.* In illo statu homines nascerentur sancti, ct sanctitas esset donum naluræ cl non personæ: ergo.

Solvuntur objtctionet.

bj. 1° Sacramenta sunt necessaria homini secundum conditionem humanæ natura, sicut dictum est art. præccd. atqui eadim est natura hominis ante et post peccatum : ergo cliam anlc peccatum homo indigebat sacramento.

Id. ad 2.—*R. D. maj.* Sacramenta sunt necessaria homini secundum conditionem naluræ, vel puræ el sibi rcliclæ, vel peccato subject®, *C. maj.* ad statum innocentiæ elevatae, *N. maj. El ad hunc sensum D. min.* Atqui eadem est natura hominis ante el post peccatum , et idem naluræ status, *N. min.* ct diversus naluræstatus, *C. min.* Quia ergo in illo statu per subjectionem perfectam Deo, homo a Deo immediate sanctificabatur, inconveniens fuisset illi statui ut hæc sanctificatio acquireretur per inferiora instrumenta; hoc cnim arguisset imperfectam subjectionem ex parle animæ et iniperfectam dominationem cx parte Dei in animam; supcrnaluralium enim instructio per sc petit descendere a superiori, el non fieri persensibilia lanquam per instrumenta manuduccnlia , nisi ratione infirmitatis naluræ, quæ perfecte Deo non subditur.

Jnsi. 1° Ineo statu elevationis homo semper componeretur cx corpore cl anima : atqui cx hoc provenit quod connalurale sil homini in spiritualia cognoscat per sensibilia : ergo sacramenta sunl homini nccessaria etiam secundum conditionem nature elevatae.

II. D. min. Alqui cx hoc provenit quod connalurale sit homini ut spiritualia naturalia cognoscat per sensibilia, C'· win. spintualia «upernaturalia , Λ7, *min. el contrq, Explicatur.* Res spirituales quoad sui cognitionem sunt in duplici dil’crentia : aliæ cnim sunt quæ naturali Iu mine cognosci possunt, ut est existentia Dei, natura angelica, etc. Aliæ quæ solum lumine supernatural! possunt cognosci, ul sunt gratia, habitus infusi, Trinitas et omnia mysteria nosiræ religionis. Equidem modus connaturdis cognoscendi ros primi generis est per sensibilia in homine ; quia eorum cognitio perse oritur a sensu , cl inde ascendit ad cor hominis : modus aulem connaluralis cognoscendi res spirituales secundi generis non est persensibilia ut per media in homine;quia eorum cognitio non orilurper sc cx sensibus, sed ex superiori revelatione fidei descendit. Quare signa seu media sensibilia solum per accidens possunt homini necessaria esse ad eorum notitiam, quando scilicet homo aliquam repugnantiam patitur ex parle sensitiva in tali cognitione, sicut patitur modo in statu naluræ corruptæ, aul paterctui in statu naluræ sibi rcliclæ; secus autem in statu innocentiæ in quo inferiora perfecte subjiciebantur superioribus.

Insl. 2° Connalurale est homini in hoc statu innocentiæ ut cognoscat spiritualia cliam supcrnaturalia per sensibilia: ergo. *Prob. ani.* Connalurale est homini ut cognoscat etiam spiritualia supcrnaturalia per species haustas cx objectis sensibilibus, cl per conversionem ad phantasmata, nisi cognoscat per immediatam revelationem , quæ corte non debuisset fieri singulis hujus status hominibus: nec etiam queri nascerentur cum scientia omnium supcrnaluralium,sed per acquisitionem el disciplinam seu traditionem haberent, ut docet D. Th. 1 p. q. 101, a. 1. Ergo.

R. N. ant. Ad probat. D. conseq. Ergo connalurale est homini ul etiain spiritualia supcrnaturalia cognoscat por sensibilia, lanquam per objecta, *C.* lanquam per instrumenta quibus subjiciatur, A7. *Explicalur.* Intellectum per sensibilia cognoscere dupliciter inlclligilur : uno modo quantum «d acceptionem specicruin ab objecti», ‹i uan. dcncndcnlia non csl imperfectio in in-

telleclu humano; tum quia hoc ipsi cx visceribus naluræ connalurale esi; tum quia id iit per vim et perfectionem intellectus agentis : unds, proprie in hoc intellectus non subordinalur objectis, sed potius sibi ea subordinat. Alio modo intellectus perficitur a sensibilibus, ct per ea cognoscit quatenus per ea tamquam per media cl instrumenta manuducitur ad res supernalurales, quarum cognitionem cx influxu superiori liai ere debeat, sed cx infirmitate ct retardatione partis sensitivæ impeditur hunc influxum suscipere, ct ideo infirmitati ejus condescendendo, perfectionem illam quæ sibi cx influxu superiori debebatur, accipere dcbei per media sensibilia. Nec enim , ul jam dixi, supcrnaturalia quæ lumine fidei vel alio infuso nascuntur, habent per se cx sensibilibus accipi, sed cx superioribus descendere : non quod species infusas semper ad id requirant, sed quia instructio cl traditio hujusmodi cognitionis potius petit fieri per Spiritum sanctum, ordinantem species haustas ab objectis vel aliunde, quam ad illam per instrumenta sensibilia manuduci. Porro, licet non sit contra perfectionem status innocentiæ quod homo dependeat ab illis rebus sensibilibus a quibus ex natura sua dependet ; csl tamen contra ejus perfectionem quod homo dependeat ab illis rebus a quibus cx natura sua non dependet.

Replicabis. In illo statu homo uteretur vocibus externis, scriptura , imaginibus el aliis signis lanquam instrumentis ad memoriam juvandam. Ergo in mullis perfici debebat ejus mens persensibilia.

/L T quod homo in isto statu uteretur his signis ad externam communicationem, cl ad inlelligcnda ea quæ ipsi non debebantur secundum propriam sanctificationem cx rectitudine status, nec id repugnat; non vero ad ea inlelligcnda quæ ipsi debebantur secundum interiorem et propriam ejus sanctificationem vi rectitudinis hujus status.

R. 2° quod uteretur illis lanquam instrumentis sibi subordinalis. Si autem fuissent sacramenta, soli Deo subordinate luissent ut instrumenta Dei, non hominis, qui ideo illis subjiceretur.

Obj. 2° Vari» erant utilitates propter quas congruum erat instituere sacramenta in hoc statu , v. g. ad prolcslalioncm fidi i, ad coadunationem in una religione, ad augendam gratiam. Ergo.

R. Cessante fine pi iinario sacramentorum qui csl sanctificatio nostra, cessare etiam r<.* lionein ponendi sacramenta ; et si forent signa ad protestandum fidem, ad coadunationem in una religione, non forent tamen sacramenta , quia non forent ad gratiam seu sanctificationem nostram ordinata.

Ad augendam autem gratiam connaturalior foret modus per actus proprios ; sicut enim non acquirebatur per applicationem exteriorum sensibilium, ita nec debebat per eam augeri.

Obj. 3° In statu innocentiæ fuissent sacrificia : ergo ct sacramenta. *Palet conseq. a paritate rationis.* Ideo enim homo in illo statu uteretur sacrificiis, quia homo constat anima cl corpore, et in utroque debet Deum colere : ergo pari ratione debet uti sacramentis.

R. N. conseq. et paritatem. Disparilas est 1°, quia sacrificia cx ratione dicta sunl de jure naluræ, adeoque in omni statu debent esse : sacramenta aulem non sunt de jure naluræ, sed cx congruentia ct cx beneplacito dix ino ; 2° quia cultus Dei externus est Deo debitus ex subjectione quam habet homo ad Deum , non solum in spiritualibus, sed cliam in corporalibus : sanctificationem aulem hominis fieri persigna sensibilia, non est quid debitum naluræ human», quando talem statum habet ul perfectissime Deo subjiciatur; quia tunc cx vi subjectionis hujus sanctitatem babere debet.

Obj. 4° Matrimonium est sacramentum uxta Apost. Eph. 5 : atqui matrimonium fuit institutum ante peccatum, *ul palet* Gen. 2. Ergo.

2. Gl. *a.* 2. nd 3. — *R.* quod matrimonium luit institutum in statu innocentiæ non secundum quod csl sacramentum, sed secundum quod csl in officium naluræ. Ex consequenti tamen significabat aliquid foturum circa Christum ct Ecclesiam, sicut el omnia alia quæ in figura Chrisli præccscrunt; quæ tamen non dicuntur sacramenta nisi improprie ct alio sensu.

Ex didis colliges quod, si etiam diu durasse! status innocentiæ, nullum fuisset m eo sacramentum. Sed

Peles an, perseverante Adamo in justitia originali, et posteris ejus peccantibus, fui$scr.l instituta saciamcula?

Λ quod sa'ton non fuissent instituta ejusdem rationis ac nostra, vi præsentis decreti. Quia nostra, n" præsentis décreti, sunt in remedium peccati vel originalis, vel actualis cx originali provenientis, et habent virtutem cx passione Christi, qui in hac hvpolhesi juxta probabiliorem sententiam nun venisset.

An vero fuissent instituta alterius rationis? Cum id pendeat cx beneplacito divino, nec quidquam haede re sil revelatum, res est dubia ct incerta.

ARTICULUS III.

I trum posl peccatum ante Christum debuerint esse sacramenta ?

Nota 1° naturæ per peccatum corruptæ triplicem distingui statum. Primus est status legis naturæ ab Adamo usque ad Moysen ; secundus legis scriplæ a .Moyse usque ed Christum; tertius legis gratiæa Christo ad finem sæculorum.

Primus dicitur legis naturæ, non quia excluderet legem supcrnaturalem ; in ea enim observari debebant supcrnaluralia præccpta iidci, spei el cbaritalis; sed quod in ea nulla esset lex mandato Dei scripta, sed lex naturalis solo naturæ instinctu, el lex supernaturalis sola Dei inspiratione quasi per modum naturæ, erant cognitæ.

Nola 2° quod, licet status legis scriplæ rigorose tantum inceperit a Moyse, ab Abrahamo tamen coepit se insinuare, el slalus legis natura; declinare per circumcisionem , quæ cral quædam præparalio ad legem scriptam.

Nota 3° el suppone, in utroque statu legis naturæ cl scriplæ fuisse remedium, saltem pro peccato originali ; cum constet ex S. Scriptura Adam el multos alios justos ab ipso fuisse emundatos. Id etiam colligitur ex voluntate Dei salvandi omnes homines. Videtur etiam eadem ratione supponendum, fuisse remedia pro peccatis actualibus, quævis fuerint. Quæstio est igitur utrum pro talibus remediis in utroque statu legis naturæ et scriplæ instituta fuerint sacramenta, sive a<l delendum originale in parvulis, sive actuale in adultis; sub ea enim generalitalc status el peccati videlur loqui D. Thomas, *ul palel* ex ipsius ratione in o, quæ esi indeünila et æque probat pro uno ac uio alio slalu, pro uno ac pro alio peccato. l.ictl vlures videantur aliter inlclligere, diversasque difficultates in hunc articulum accumulent.

Q. 61. o. 2. *o.* et in 4. d. 1. q. d, a. 2. qua-st. 3— *Dico.* Post peccatum ante Christum tam in lege naturæ quam in lege scripta , tam pro peccato originali quam pro actualibus, debuerunt esse sacramenta.

Prob. 1° *cx Patribus,* S. Aug., lib. 5 contra Jul., cap. 11 : « Nec ideo, inquit, cre» dendum est, ante datam circumcisionem, « famulos Dei, quandoquidem eis inerat » Mediatoris fides in carne venturi, nullo » sacramento ejus opitulatos fuisse parvulis d suis, quamvis quid illud esset, aliqua d ncccssariacausa, Scriptura latere voluerit, a Nam elsacrificia eorum legimus, quibus » utique sanguis ille figurabatur, qui solus » tollit peccata mundi, v Idem Innoc. III, cap. *Majores* de baptismo el ejus effectu.

2. 61. a. 3. o. — *Prob.* 2° Sacramenta sunt signa sensibilia invisibilium rorum , miibus homo sanctificatur : atqui post peccatum ante Christum sive in lege naturæ, sive in lege scripta, fuit conveniens hujusmodi signa institui tam pro deletione peccati originalis quam aclualis. Ergo. *Prob. min.* Post peccatum nullus salvari potest nisi per fidem in Christum redemptorem , juxta illud Rom. 3 : *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quee csl in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justiliæ suæ, propter remissionem præccdcntium delictorum..... ul sil ipsi justus, ct justificans eum qui esi cx fide Jesu Christi.* Et illud Act. 4 : *Non esi aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Alqui post peccatum ante Christum, conveniens fuit esse signa sensibilia quibus homo hanc suam fidem in Rcdemplorem futurum protestaretur. Ergo. *Minor patet cx his quæ diximus art.* 1 *hujus disseri, el superius* , nempe id esse conveniens homini, 1° ratione naturæ. corporeae; 2U talione naturæ per precatum sensibilibus subjects; 3' ut per salubria signorum sensibilium exercitia a noxiis actionibus praeservaretur; 4° ratione ipsiusmet Redemptoris humanitate sensibilis. Propter has, inquam, rationes conveniens fuit ul homini ante Christum, in utroque statu legis naturalis etscriptæ, applicaretur gratia el sanctificatio per signa | sensibilia prolcslaliva Redemptoris futuri

ct fidei ejus, atqui Ulis signis mediantibus, huic Redemptori, Vnquam capiti et salutis auctori, in Ecclesia seu religione quæ semper fuit visibilis, conjungeretur.

Infr. 4. 7U. «. λ -a 2. — Itaque, sicut adulti pro se preces ct sacrificia offerebant, sic parentes fideles pro parvulis natis, et maxime in periculo exislcnlibus, aliquas preces Deo fundebant, vel aliquam benedictionem cis adbibebant; non enim erat necesse quod esset actus formalis fidei, sed sufficiebat quaelibet moralis et pia actio a fide proinanans, etiamsi non informata charitale : quia talis protestatio fidei non conferebat gratiam *ex opere seu* merito *operantis,* sed *ex opere operato* passive, id csl, ad positionem hujus signi Deus conferebat gratam intuitu meritorum Christi futuri, *ul dicemus in sol. obj.*

Solvuntur objectiones.

Obj.i0 Passio Christi est causa sacramentorum omnium : ergo ante Christum non debent esse sacramenta.

2. 61. a. 3. ad 1. — *R. D. ant.* Passio Christi csl causa sacramentorum, efficiens vel finalis, *C.* semper efficiens, *N.* Erat ergo causa finalis sacramentorum quæ ante Christum fuerunt, qualenusad ipsam significandam sunt instituta; finis autem non præccdil tempore , sed solum intentione suum effectum.

Insl. Passio Christi est causa efficiens omnium omnino sacramentorum : ergo. *Prob. ant.* Nullum est sacramentum quod non habeat virtutem ex ipsa el per ipsam. Ergo.

R. N. ant. Adprob. D. conseq. Ergo passio Chrisli esi causa efficiens sacramentorum omnium, meritorie el moraliler, *C.* physice, *N.* Dicitur ergo passio Chrisli causa sacramentorum quæ ante ipsam luerunt, in quantum intuitu ipsius ut prævisæ el quasi sub fidejussione instituta sunt, ei per illa gratia hominibus dabatur a Deo.

Subsumes. Atqui meritum præccdil praemium : ergo ante passionem Christi quæ est sacramentorum causa meritoria, nulla fuerunt sacramenta.

R. D. subsumplum. Meritum per modum solius dispositionis ad premium, ulsivnl actus nostri respectu bealitudinis, præccdil pr.TiMi.m, *C.* meritum quod est simul finis præm , ulc at | assio Christi respectu sacrame im \eiciis logis, A. SufUcil quod præccdal in intentione, et quod intuitu ipsius sub spe el fidejussione conferatur praemium. *

Obj. 2° De ratione sacramenti est quod conferat gratiam *ex opere operato,* hoc est, ultra mentum suscipientis; alias foict inutile ad ejus salutem : atqui ante Christum nullum poterat conferre gratiam *ex opere operatio,* quia hoc est proprium sacramentis novæ legis. Ergo.

R. D. ant. De ratione sacramenti est quod con fera t gra lia m *ex opere operato,* passive vel active,C. *ant. seinper active,N.anl.etconsrq.* Conferri gra liam *ex opere operato* passiv e, est eam dari suscipienti sacramentum, solo Deo active eam confcrenteadsacramenti praesentiam, ipso tamen sacramenloaclivenon concurrente ; dari autem gratiam active *ex open operato*, est ipsa sacramenta active concurrere ad ejus collationem. Primo modo sacramenta ante Christum graliam conferebant; secundo modo nostra.

Insl. Conferri graliam *ex opere operato,* csl eam conferri ex meritis passionis Chrisli jam opera læ el positæ : atqui. Ergo.

R. non hoc solo sensu dici gratiam conferri *ex opere operato,* quia confertur cx meritis passionis Chrisli jam operatæ, sed maximo hoc sensu quod conferatur vi operis ul a Deo instituti, ultra meritum operantis, ul amplius dicemus infra : et hoc ulliin. sensu sacramenta veleris legis causabant gratiam.

Obj. 3° Cum sacramenta sint ·ιιροπιηΐυralia et ex mero divina» voluntatis beneplacito, nihil dc ipsis est asserendum, nisi quod in S. Scriptura revelatum est : atqui nullibi in S. Scriptura revelatur fuisse sacramenta in lege naturæ, nec etiam in lege scripta saltem pro peccatis actualibus, sed solaiu circumcisionem pro originali. Ergo.

R. quod , tacente S. Scriptura , sufficiat nobis traditio per SS. Patres, Aug. Th. ct alios. Insuper ratiores D. Th. magnam hujus sententiæ probabilitatem faciunt; imo vi præsentis decreti et supposita sacramentorum novæ legis institutione, pene evincunt. Et numquid mirum foret quod in nova lege, ubi abundanlior csl gratia el expressior Chrisli cognitio, nomo pro peccatis originali ct actuali sensibilibus subjiceretur ct ab illis dependeret, in statu aulcin legis timoris, in quo el rarior gratia el obscurior Chiisli nolio, homines ab hoc onere liben

fuissent?Tandcm nec de illis ita siletS. Scriptura, quiu aliquod eorum vestigium in ipsa rcperiamus. Elenin) in Job, cap. ult invcniuntur sacrificia pro remissione peccatorii m amicorum Job; m Melchisedec!) invenitur panis el vini oblatio; deindein omni populo esus agni paschalis, quæ secundum D. Th. hic art. 3, erant vera sacramenta.

Insl. Secundum SS. Patres, in illo stato, jcilicct logis naturæ, sola fides interior parentum sine ullo signo exteriori sufficiebat .dsalutem parvulorum. IlaD. Grcg. 4.Moial. c. 2; D. Bern. Epist. 77; 1). Th. expresse in 4, d. 1, q. 2, a. 6, quæsliunc. 2. Ergo.

R. Ad SS. Greg, ct Bernard, ipsos non tlicere sufiiccrc solam fidem interiorem, sed solam fidem; protestatio aulem exterior fidei •st etiam actus fidei, ul omnes fatentur cum 1). Th. 2, 2, q. 2, cl 3. Unde per ly *solam* , non excludunt fidei protestationem exteriorem, sed tantum sacrificia quæ non erant necessaria pro parvulis, sicut erant pro adultis : *Id palet c t eorum verbis.*

Ad I). Th. dicendum quod, si forte inclinaverit in hanc sententiam loco citato, eam certo rclraclavci iL in posterioribus operibus, *ul palet* primo ex piæscnli ari. in o, cl ad 2, ubi expresse ait quod in utraque lege ante Christum necessario fuerint sacramenta , cl quod sacramenta quæ erant in loge scripta, comparabantur ad ea quæ fuerunt ante legem, sicut determinatum ad indeterminatum. Item, in resp. ad 3, admittit sacrificium Melchisedech in lege naturæ, agni paschalisin lege scripta, el alia hujusmodi fuisse vera sacramenta. 2° Aperta est mens 1). Th. pro nostra sententia intra q.70, art. 4, ad 2; item q. 4 de .Malo ari. 8, ad 12.

Verum nec csl quod confugiamus ad retractationem D.Thomæ, ut ipsum explicemus. Cum enim loco cit. in obj. dicit quod sufficiebat tides sine omni exteriori signo, intelligit dc signo specialiter ct in pailicularia Deo determinato, literal in lege scrip ta; non autem dc alio signo per inspirationem Dei internam vel per instinctum determinando. Ilascipsum explicat-'oco citato 3 paitis, q.70.art. 4, ad 2. Postquam enim admisit ante circumcisionem non requiri aliquod signum fidei protcslativum, utpotc determinatum" Deo in particulari ; « Quia, inquit, » nondum homines fideles sccrsim ab infill dclibus coeperant adunari adcultum unius b De;;»su' Iit:«Probabile tamencslquod » parentes fideles pro parvulis natis, et '» maxime in periculo cxistcnlibus, aliquas » preces Deo funderent, 'el aliquam bene» dictionem cis adhiberent, qnod orat quotiudam signaculum fidei; sicut adulti pro » seipsis preces ct sacrificia c!h-,?bant.»Iino in eodem objecto commentario in i, eadem dist. q. præccdcnli, quæsliunc. 3, expresse ait: «Ante legem scriptam erant quoedam » sacramenta necessitatis, sicut illud fidei » sacramentum quod ordinabatur ad dele· » tionem peccati originalis; cl similiter pœ» nitentia quæ ordinabatur ad deletionem » peccati actualis. » Quo nihil expressius. Unde constat S. I). intelligcndum esse sensu exposito, nisi velis ipsum aperiam contradictionem docuisse in duabus sibi immediate succedentibus quæslionibus.

Repones. Gubernari per instinctum interiorem perfectius est quam per signa sensibilia : atqui tamen status legis naturæ erat imperfectior quam status legis graliæ. Ergo.

R. D. maj. Perfectius csl gubernari instinctu interiori, ad inlclligcnda mysteria graliæ, *C.* ad instituenda signa quibus ea mysteria intclliganlur, *N.* perfectius enim est ea a Deo institui immediate.

Pclesquol cl quæ fuerint sacramenta ante Christum?

Quantum ad legem naturæ, *R.* id esso incertum, tacente S. Scriptura ct silentibus Patribus. S. Thomas tamen hic ad 3 , agnoscit sacrificium Melchisedech fuisse sacramentum; item alibi sacrificia amicorum Job; ct infra q.65, art. *1,* ad 7, dicit quod *Oblationes cl decimat tam in lege natura quam in lege Moysis ordinata: fuerint in figuram, cl ideo erani sacramenta.* Utra progredi fas nobis non est, sed sulliccrc debet non defuisse tunc sacramenta in remedium peccati sive originalis sive actualis; *quamvis quii illud essi t , aliqua necessaria causa, Scriplurasacra tacere voluerit,* inquit S. Aug.

Quantum ad legem scriptam, *R.* plura luisse in ea sacramenta quam in lege evaiigelica, ul tradit S. Aug. lib. 19 contra Fausium , c. 13, his verbis : *Sacramenta veleris legis ablata sunt, quia impleta; cl alia sunt instituta, virtute majora, utilitate meliora actu faciliora, numero pauciora.* Id etiam patet, quia variæ purificationes, variai expiationes a peccatis in ea erant vaiia sacramenta ; quæ tamen uni sacramento pænilcnliæinlngccvangclica coi respondebant.

Item mulla inter se differentia unicum eucharistiæ •"eproscntabant. Variæ hujus ro congrueritVe afferuntur a theologis, de quibus Gonel. <1.2, n. 100. liane infer alias adfertex 'Iu.;onc \ ictoiino, quod sacramenta le; is sc iplæ erant umbræ, cl sacramenta legis graliæ veritatis corpora : plures aulem junt umbrae quam corpora.

4.2. q. 402. a. 5.— Ea aulem omnia legis scriptae sacramenta, cum essent cæremoniæ QUibus homines quodammodo deputabantur ad cultum divinum, reduci possunt ad tria genera. Primum est quo homines constituebantur el deputabantur in statu colendi |)eum, et sub illo continebatur circumcisio pro loto populo, et consecratio sacerdotum pro ministris ; secundum, quod consistebat in usu rerum quæ ad Dei cultum pertinebant, ct sub illo continebatur esus agni paschalis pro loto populo, ct esus panum propositionis pro ministris; tertium , per quod removebantur impedimenta cultus divini per ipsos exercendi, etsubeo continebantur expiationes pro peccatis pro toto populo, et pro solis ministris ablutio manuum cl pedum, rasio capillorum, clc.

Hæc porro erant typi et figuræ sacramentorum novæ legis. Sic circumcisio erat figura baptismi, esus agni paschalis et esus panum propositionis erant figura eucharistia*, expiationes a peccatis etaliæ cæremoniæ ad id ordinalæerant figura pœnilcnliæ, consecratio sacerdotum erat figura ordinis.

Sacramcnlisaulem confirmationis, extremæunclionis et matrimonii nullum luncsacramcntum corrcspondcbal ; quia confirmatio est sacramentum plenitudinis graliæquæ nondum advenerat in lege scripta; extrema unctio csl immediata præparatio ad introitum gloriæ cujus aditus nondum tunc patebat; matrimonium tandem est signum conjunctionis Christi vum Ecclesia, quæ nonilum tunc erat, adeoque erat tantum in officium naturæ ct non ul sacramentum. Unde liabatur libellus repudii, quod est conlra Talionem sacramenti.

Circumcisionem fuisse verum sacramentum institutum in remedium peccati originalis ct causasse moralilcrgraliam, dicemus infra in tract. de baptismo contra quosdam theologos oppositum sentientes.

ARTICULUS JV.

Utrum post Christum debuerint c ;c sacrymenta ?

Ç. GL a. *fi.*—Dico.Post Christumdehucrunt esse sacramenta a veteribus distincta.

Prob, ulraque pars ex auctoritate S. Aug. lib. 19 contra Faust, cit. in resp.2, ad petitionem procedentem.

Prob, prima pars. Sicut antiqui Patres salvati sunt per fidem Christi venturi, ita et nos salvamur per fidem Christi jam nati ct passi · atqui antiqui Patres debuerunt per signa sensibilia protestari suam fidem de Christo venturo ul salvarentur, sicut diximus art. 3 : ergo cl nos debemus nostram fidem similiter protestari de Chrislo nato et passo ut salvemur. *Subsumo.* Atqui sacramenta sunlquædam signa prolestantia fidem qua homo justificatur : ergo post Christum debuerunt esse sacramenta.

Prob. secunda pars. Oportet aliis signis significari futura, prolcrita et prosentia : ut enim S. Aug. dicit 19 conlraFauslum, cap. 16, eadem res aliter annuntiatur facienda, aliter facta, sicut ipsa verba *passurus* ct *passus* non similiter sonant ' ergo i portct quædam alia sacramenta essi- m nova lege, quibus significentur ca quæ præccsserunl in Chrislo, prætcr sacramenta veteris legis quibus pronuntiabantur futura.

Dc numero cl ordine sacramentorum novæ leg's, dicemus cum auctore in ultima disseri, proseritis tractatos.

DISSERTATIO 111.

DE PRINCIPALI EFFECTU SAI R VMENTORUM QUI EST GRATIA.

D. Th. Q. 62.

ART1CI LVS T.

Utrum sacramenta norm /nj ‹ gratiam causent ex opere operato?

Concertatio hic nobis csl cum hereticis recenlioribus. 1° Cum Sociivanis et Anabaptistis qui nullam in sacramentis virtutem seu efficaciam agnoscunt, sed ea habent pro nudis et sterilibus signis exter n e professionis fidei chrislianæ, ct dis'ir.cti<>nis fidelium ab infidelibus.

2° Cum Lutheranis cl Cah inistis, qui quamvis Socinianos impugnent, el verbis magnificis videantur quandoque extollere

viridem et efficaciam sacramentorum, ita ut crederes ipsos hac in parte catholice sentire, nihilominus nullam in cis vim aliam agnoscunt quam excitandi objective fidem, qua sola volunt nos justificari. Quandiu m adhaerebunt suo capitali dogmati, nos scilicet non justificari per gratiam scu justitiam internam, sed per imputationem ex ternam justitiæ Christi, cl cam nobis imputari per solam fidem seu fiduciam qr a firmiter credimus nos esse justos, de quo in tract, dc gratia ; fateantur necesse est nostra sacramenta ad nihil aliud valere quam ut excitent in nobis hanc fidem justificalivam. Imo dum ad sacramentum fidem praeviam requirunt, supponere debent nos esse justificatos ante sacramenti susceptionem, sicque sacramenta non esse nisi signa sterilia justificationis accept®.

Observandum 1°, causam ut sic dividi in causam per accidens ct causam perse. Causa per accidens est conditio sine qua effectus non poneretur, in cum tamen non influit : sic csl, v. g. approximate ignis ad lignum comburendum, vel siccitas ligni. Causa per se est quæ aliquo modo influit in effectum : ct est duplex, physica ct moralis. Iterum utraque duplex, principalis el inslrumentalis. Causa principalis physica esi quæ virtute propria per rcalem influxum effectum producit : instrumenlalis physica est quæ virtute a causa principe sibi transeunter communicata effectum producit. Sic pictor est causa principalis physica labellæ, penicillus causa instrumenlalis physica. Causa principalis moralis est quæ merito proprio movet elallicil causam efficientem physicam ut det esse rei, ita ul juxta hominum existimationem ipsi attribuatur quod causa efficiens ponat effectum. Instrumenlalis mo-^ ralis est quæ id præslat virtute sibi a causa ' principali morali communicata , v. g. filius j vegis de patre bene meritus, est causa prin- F'palis moralis cur rex concedat veniam reo ; I gains autem sive epistola quam ad patrem dirigit, ul suo nomine hanc a patre patiam impetret, est causa moralis instruhrntalis. Non est hic quaestio dc causa prinlipali physica aul morali gratiae; certum quippe est quod solus Deus sil causa prin- (:; alis illius physica, utdiximus in tiacl. de *a·* t a,clhumanilasChrisli causa principalis m ralis, ut diximus in tract. de Incarnai.

Observandum 2", duplicem distingui modum producendi gratiam, scilicet *tiopert operantis* el *ex opere operato.* Gratiani produci *cx opere operantis,* csl illam conferri a Deo intuitu operis, quatenus ab operante laudabiliter el rnoritotie procedit, sive intuitu fidei, pietatis el meriti operantis. Gratiam produci *ex opere operato,* esi eamaDeo conferri intuitu operis, non ul procedit laudabiliter ab operante, sed ut esi a Christo institutum, seu est eam produci vi et efficacia operis externi per virtutem sibi supernaluraliler communicatam ultra meritum ministrantis et recipientis, non tamensine dispositionibus ex parle subjecti recipientis requisitis, non quæ habeant vim effectivam effectus, aul operi exicrno scusacramento vim conferant, sed quæ se habeanipermodum removentis obicem graliæ el conditionis sine qua sacramentum effectum suum non produceret. El quia hæc dispositio in suscipiente non debet necessario esse ultima , sed sufiicil quod tollatur obex ; hoc semel posito, sacramentum vi operis applicati confert gratiam , ut dum cxattrito facit contritum. Quod si contingat dispositionem esse ultimam, ultra gradum graliæ huic dispositioni corrcspondentem, confertur alter gradus correspondons operi externe applicato sacramento.

Hinc colliges quam falso , quam calumniose hærelici effutiunt, nos nullam dispositionem requirere in suscipiente sacramentum, ul per illud justificetur. Quam calumniam merito retundit conc. Trid. sess. 1l de pœnit.cap.4, his verbis : *Falso quidam calumniatur catholicos scriplores, quasi tradiderint sacramentum poenitentia absque bono motu suscipientium gratiam confrrre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit.*

Non minus insulsum csl quod dicunt, nos per istas particulas *cx opere operato,* iulelligeic sacramenta conferre gratiam virtute sua naturali ct tanquam causas primarias cl principales. Hæc sunl putida mendacia el larvæ quas libcraliler lingunt, ul habeant quod oppugnent el nobis expobrcnt. Quis enim catholicorum somniavit unquam aquæ cx natum sua vim inesse sanctificandi animam ; aul eam , ct non Deum esse causam principalem graliæ? —Xîic q. (»2. n. d. o.—Probat hic S. Th, cl cum eo omnes catholici , sacramenta non esse causam principalem graliæ, quia non agunlcx virtute suæ formæ, nec assimilant

sibi elTi'clnm , quod est proprium causæ principalis. His igitur calumniis depulsis,

Diro.Sac. atnenlanovælegisgraliamconfe-lunic*xopere operato* non poncntibusobicem·

Prob. Gratiam conferti per sacramenta ra *opi re operato,* nihil est aliud, *ut patet ex dictis,* quam eam conferri vi Cl ratione operis sacramentalis positi el applicati, Ul est a Deo institutum, et non vi et ratione fidei seu meriti siveniinMrantissive suscipientis, licet requirantur in suscipiente dispositio removens prohibens : atqui hujusmodi causalifatcm sacramentis novae logis tribuunt Scriptura, concilia, Patres, ratio theologica, etsi denegetur, sequuntur Inconvenientia ; ergo. *Prob. minor per singulas parles*^

*L'jr Scriptura**

De Baptismo, Joan. 3 ·. *Nisi quis renatus /uerit cx aqua el Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ephes. 5 ; *Mundans eam lavacro aqnte in verbo vitee.* Tit. 3 : *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti.*

Respondet Calvinus, ha?c testimonia , maxime primum quod est expressius , non Osse inlelligenda de voro baptismo aquæ, sed figurate dc renovatione inicriori per Spiritum sanctum ; ita ulper aquam significetur ipse Spiritus sanctus, qui nos spirilualitcr purgat et mundat instar aquæ, seu sicut aqua mundat corpus : sicut in his verbis Matth. 3 : *Ipse vos baptieabil* tn *Spiritu sancio cl igne* , significatur per ignem metaphorice Spiritus sanctus.

Sed contra. Huic Calvini interpretationi oppono 1·' constantem traditionem Ecclesiæ quæ ab exordio hunc textum Joan. 3 semper intellexit de baptismo aqu® , et cx eo ejus necessitatem collegit. 2° Si iste textus debeat intelligi metaphorice, non dc baptismo aqua», sed tantum de Spiritu sancio, rodem m tdo poterunt intelligi omnes alii S. Scriptura? textus, ubi (it sermo dc baptismo, ct sic baptismus aquæ non poterit probari ex S. Scriptura , quod non admittit ('alvinus. 3° Non juvat ('.alvinum comparatio cum textu Matth. 3, tum quia Ecclesia semper I aplizavit in aqua , nunquam in igne, qua? praxis est optima interpretatio rei horum S. Scriptura?, ct probat priora esse inlelligenda lillcrnlilcr, posteriora metaphorice; tum quin in posteriori textu « igne sequitur Njm *itu sancto* , sicquc csl hujus explicatio, sumiturqire td pro ipso Spiritu sancto, vel igne cliarilâtis ;ol in priori textu *aqua* praecedit *n Spiritu sancto,* et sic non potest esse ejus explicatio; tum tandem quia S. Scriptura debet intelligi lillcraliter, ubi nullum est inconveniens ; nullum est autem si baptismus conferatur in aqua, secus quod conferatur in igne. Adde quod « *igne*, in secundo textu possit intelligi lillcraliter de igne qui supra apostolos apparuit die Pentecostes. Ita Damascenus, 1. 4 Fidei, c. 10 ; vel de igne purgatorii , ul intelligunt Orig. tract, ü in Mallii, cl Horn. 24 in Luc. SSJlilarius el Hicron. in commentariis ad hunc locum, Confer, dissert. 1 de bapl. art. 3, obj. 1.

De confirmatione, Act. 8 ; *Tunc imponebant manus super illos*, et *accipiebant Spiritum sanctum.* De eucharistia Joan. 6: *Qui manducat meam carnem el bibit* meum *sanguinem, habet vitam alcrnam...., Caro mea vere esi cibus , el sanguis meus vere eel polus.* De pœnil. Joan. 20: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* De extrema unctione Jacobi 5 : *inducat praslnjteros Ecclesiæ , el orent super eum, ungentes eum oleo* tn *nomine Domini, el oratio fidei salvabit infirmum, el alleviabil eum Dominus, el si* in *peccatis sil, remittentur ei.* Dc ordine 1 Tim, 4: *Noli wgligere gratiam qiia* in *te est, qua data est libi per prophetiam* cum »*mposiltone manum presbyterii.* Dc matrimonio, licet non habeatur expresse in S. Scriptura , constat ex pcqielua Ecclesiæliadilione illud numerari inter sacramenta, sicque camdem esse rationem de illu aede aliis, insuper gratiam ejus commendavit Christus, dum præsenlia sua nuptias in Cana Galilææ cohonestavit ac sanctilicavil, sicut gratiam baptismi commendavit cum aquas Jordanis sanclificavit, ut dicunt SS. Patres, C) rillus, Maximus. etc. In his igiUir omnibus sacra? scripturæ textibus, habemus quod gratia , Spiritus sanctus, remissio peccatorum , vita aeterna tribuantur non fidei seu mento ministranliuin scu suscipientium sacramenta, sed ipsi operi externo seu sacramento externe peracto. De his iterum fusius dum de quolibet sacramento in particulari.

Ex conciliis.

Concilium Cmislnntinop. 1 , in Symbolo fidei quod canit Ecclesia ; *('onfitemur*

vnuni *baptisma inremissioncm peccatorum.*

Cone. Milevit. can. 2 : « Parvuli qui nihil » peccatorum in scipsis adhuc committere » non potuerunt, ideo voraciter in peccato- » rum remissionem baptizantur, ut in iis i) regeneratione mundetur quod gcncratio- » ne contraxerunt.»

Concil. Araus. 11, can. 25, dicit, secundum fidem catholicam, gratiam per baptismum accipi.

Concil. Floren. in decreto Eugenii : « No- » væ legis septem sunt sacramenta..... quæ » mullum a sacramentis diiTcrunl antique » legis: illa enim non causabant gratiam , » sed eam solum per passionem Christi dan- » dani esse figurabant : hæc vero nostra ct «continent gratiam el ipsam digne susci- » pientibus conferunt.»

Cone. Trid. sess. 13, can. 6 : « Si quisdi- » xerit sacramenta novæ legis non conli- » nere gratiam quam significant, aul gra- » tiam ipsam non ponentibus obicem non » conferre, quasi signa tantum externa sint » accept® per fidem graliæ et jusliliæ , ct » nolæ quædam christianæ prolessionis : » quibus apud homines discernuntur fidc- » lesab infidelibus,anathema sil.» Elcan. » 8, conceptis terminis: « Si quis dixerit » per ipsa novæ legis sacramenta ex opere » operato non conferri gratiam , sed solam » fidem divinæ promissionis ad gratiam con- » sequendam sufficere: anathema sit. »

*Ex Patribus^*

Justinus, in Apolog. dicit, nos per baptismum renasci in aqua eo modo quo genitali *satu* progenerali sumus. Tcrlull. dc Baptismo, cap. 4 : α Supervenit stalim Spi- » ritus de cœlis et aquis superest, sanclifi- » cans eas de semelipso : cl ita sanctilicatæ » vim sanctificandi combibunt.» El de Rc- surr. carnis, cap. 8 . «Caro abluitur, ut *n* anima emaculetur; caro ungitur, ulani- » ma consecretur ; caro saginatur, ul anima » muniatur; caro manusimposilioneadum- » bralur, ut anima Spiritu illuminetur; » caro corpore et sanguine Christi vescitur, » ul et anima de Deo saginetur. » Greg. Niss. Orat, in Baptis. « Baptisma pcccalo- » rum expiatio est, remissio delictorum, rc- » novationis cl regenerationis causa. » S. Chrysost. Horn. 25 in Joan. « Quod es' ma· » trix embrioni,hoc est fideli aqua; siqui- u dem in aqua lingitur cl formatur. » S. Ambros. lib. 1 de Sacram., cap. 4 :<rf)ai » per hunc fontem transit, non moritur, sed » resurgit. » S. Aug. lib. 4 contra Crescoⷨnium, cap. 16, dicit: «No,ı eorum meritis » a quibus ministratur, nec eorum quibus » ministratur, constare baptismum, sed » propria sanctitate atque veritate, propter » cum a quo institutus csl. »

liem idem S. Aug. vim cl efficaciam sacramentorum stupendam cl inexplicabilem agnoscit ; tract. 80 in Joan, exclamat : « Unde » tanta virtus aquæ, ut corpus tangat cl cor » abluat? » Et lib. 19 contra Faustum, » cap. 11 : Sacramentorum vis inenarrabiliter » valet plurimum...sine qua non potest per- » fici pietas.» SimiliterNissenus, Orat. cil. de Baptismo : « Ostende mihi modum nali- » vitatis quæ fit secundum carnem, cl ego » libi vim regenerationis quæ secundum » animam fit exponam.... Ubique divina » vis cl efficacia incomprehensibilis est, » nullaque vel ratione vel arte explorari ρo- ή test.» Nulla profecto foret ratio mirandi vim sacramentorum, nec difficilis foret ejus cxplicatiosi fidem duntaxat objective excitarent , ct gratiam cx scipsis seu *ex opere operato* non efficerent Plures. alios SS. Patres, nc longior sim, omitto. Illos ordine recenset Bellarm. lib. 2, c. G ct 7.

/latione theologica.

Petitur cx baptismo parvulorum. Paplismus infanti collatus est validus el confert illi gratiam regenerantem, non cx fide aut merilo ministrantis; collatus enim a malo ministro, infideli vel pagano, validus est, latentibus hærclicis; non ex fide, ul merilo, aut dispositione suscipientis, hujus enim est incapax : ergo ex scipso seu *exopere operato.*

Si dicant hærclici, infantes baptizari in fide Ecclcsiæ quæ supplet fidem quæ ipsis decsl : ita quidem , sed quid inde eliciant pro suo dogmate, non video. Ideone sequitur inde quod baptismus justificat quatenus excitat objective in suscipiente fidem juslilicalivam? Minime : cl tamen hoc est eorum dogma. Insuper in eorum principiis fides justificans non est illa tides communis, sed personalis el unicuique propria, qua firmiler credit sibi remissa e»se peccata propior Christum, el se per impii talionem ejus jusliliæ esse justum. Nihil rgo infami prodest illa Ecclesiæ tides nisi pu baptismum qui est sacramentum lidci.

/1b inconvenientibus·

Si sacraments non causent gratiam cx scipsis ct *ex opere operato,* scd tantum excitent objective iidcm, seqmtur 1°quod baptisma collatum infanti, aulcollatum lingua latina ci qui hoc idioma ignorat, nullius sit efficaciae, consequenter quod plures qui ad Calvini partes transmigrant, debeant rebaptizari, quod tamen non iit ; 2°quodbaptisiius Christi nonsil majoris virtutis quam baplismusJoannis,conlraS.Scripluram,Maltj.3;islecnimperindcacillcpolcralexcilare fidem; 3° quod baptizati a Joanne non debuerint rebaptizari baptismo Christi, contra Apost. Act. 19;4°quod baptismus nonsil necessarius necessitate medii ad salutem, cum per aliud posset excitai i fides; 5° quod sacramentum aliquando conférai gratiam adstanlihus in quibus fidem excitat, cl non ipsi suscipienti in quo torte fides non excitatur. hæc autem sunt absurda. Ergo.

Solvuntur objectiones·

Obj. 1° plura S. Scripturae testimonia, quibus justificatio tribuitur fidei, ul illud Rom. 1 : *Justus ex fide vivit.* Rom. 3 : *Arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Item Mallii. 16, Act. 15 et alibi. Ergo.

R. 1° *retorquendo argumentum. S.* Scriptura justificationem tribuit sacramentis : ergo tides non justificat, *Neganda est itaque consequentia argumenti ;* quia S. Scriptura non dicit quod sola fides justificet ; equidem fides habet suas paries in justificatione hominis, sed non excludendo sacramenta.

/L 2° hæc ct similia S. Scripluræ testimonia tripliciter inlclligi : 1u Fides dicitur justificare, quia est radix ct fundamentum justificationis. ItaTrid. sess. G, cap. 8;2°quia S. Scriptura loquitur dc fide, cliaritale perfecta ct formata ; 3° quia fides sumitur pro lege cvangclica , quæ dicitur fides Christi, loco citato Rom. 3. Lex autem cvangclica non continet tantum præceplum credendi, sed cl sperandi, diligendi, bene operandi el suscipiendi sacramenta. Cum autem Aposl. Rom. 3, dicit, *sine operibus legis,* intendit lautum excluder**, opera antiquæ legis laeta sine fide et gratia, *ul palet cx loto contextu.*

Inst. Sicul dicitur in S. Scripturis sacramenta justificare , ita dicitur verbum Dei seu Evangelium justificare; ul Rom. Indicitur quod Evangelium *sit rirlui Dei intn~lutem omni credenti :* atqui verbum Dei seu Evangelium non est virtus Dc·, seu no.' justificat aliter quam excitando fidem. Ergo.

R. N. min. Per verbum Dei enim seu per Evangelium inlclligitur ibi tota lex cvangclica , quæ continet non solum verbum concionalorium , scd etiam consecratorium seu sacramenta. Pro his ct similibus argumentis, vide dissert. 1 hujus tract, a. 4, §3, et in Iract.de gratia, disseri. 7, ari. 4, § 1, et præserlim 2.

Obj. 2°ex Patribus. S. Aug. lib. 19 coni. Faust, c. 16 , dicit sacramenta nihil aliud esse *nisi quædam quasi verba visibilia, sacrosancta quidem , verumlamen mutabilia el temporalia :* ergo concionaloria, quæ diverse mutantur ad excitandam fidem.

R. N. conseq. Quia ibi S. Aug. agit de sacramentis quatenus sunt signa , quibus significatur Christus; sicautcm sunt mutabilia : alia enim erant in antiqua lege quæ significabant Christum venturum ; alia sunt in loge cvangclica quæ significant Christum natum.

Inst. S. Bernardus , Serm. 1 de Coena , dicit : « Sicut investitur canonicus per li» brum, abbas per baculum, episcopus pe » annulum, sic divisiones gratiarum divci» *sæ* sunt traditae sacramentis. » Atqui libe respectu canonici, baculus respectu abbatis, annulus respectu episcopi sunt signa mei c speculativa, nihil dignitatis in cis causantia : ergo similiter sacramenta.

In 4. d. 1. q. 1. a. 4. quœstiun. 1. adi. — *R. .V. conseq.* S. Bernardus enim ibi comparai sacramenta cum libro, baculo ct annulo, non quoad causalitalem , scd quoad rationem signi tantum, ita ut, sicut diversis signis danlurdivcrsæ dignitates, ita diversis sacramentis dantur diversæ gratis. Non dicit autem S. Doctor sacramenta nihil diud habere quam rationem signi : imo in eodem sermone pluries asserit sacramenta operari gratiam.

Obi. 3°novitatem et barbariem hujus vocis opere oprrnfo, quæ usurpatur passive,cum operari sil verbum activum seu deponens.

R. S. Th. in 4, d. 1. a. 5, hanc vocem usurpasse, et quinquaginta term»' annis,iule ipsum, Innoc. III, lib.3deM\steriisMissæ, cap. 5. Atc.slosit nova, res pei eam sigmiictla non est nova. Quantum a<l barhiriem, *R.* cum S. Aug. in Ps. 138 ·. *Melius est ut*

reprehendant nos grammatici quam non intelligant populi. Hanc ergo vocem adhibuerunt theologi, ut nicliqs exprimerent virtutem sacramentorum, quam etiam Ecclesia suam fecit in cone. Triti. Neque ila abhorret a consuetudine linguæ latinæ; dicit enim Λpost. ileb. 13 : *Talibus hostiis promeretur Deus.* Non raro dicimus *interpretatum, consolatum,* etc., passive. Sed *esto* non redoleat puriorem latinitatem : si unicuique ariisiulsua propria vocabula,quidni pariter liceat in theologia?

Obj. 4u Si sacramenta conferant gratiam ex *opere operato,* nulla requiritur dispositio in suscipiente : *falsum consequens.* Ergo.

Λ. *D. maj.* Nulla requiritur dispositio in suscipiente tanquam causa efficiens graliæ, aut tanquam principium a quo sacramenta vim habeant. *C.* tanquam mera dispositio removens prohibens, seu conditio sine qua non, *N. Solutio patet e.r pretnolaminibus.*

Inst. Juxta conc. Trid. sess. 6 , cap. 7 , sacramenta conterunt gratiam majorem vel minorem pro majori vel minori dispositione suscipientium : atqui hujusmodi dispositio non videtur mera conditio sine qua non, sed etiam censa efficiens. Ergo.

R. N. min. Agunt enim sacramenta ad modum agentium naturalium, quæ piusvel minus officiunt secundum majorem vel mino em capacitatem seu dispositionem subjecti; quæ tamen dispositio nihil efficientiae habet, ut patet in igne qui efficacius comburit lignum siccum quam viride, licet siccitas sil mere removens prohibens, seu condi lio sine qua non, et non causa officiens.

Repones. Concedere tantam virtutem sacramentis, est exponere periculo idololatrandi plebem, quæ spem collocabit in sacramentis.

R. hancobjeclioncm esse risu potius quam teria confutatione dignam. Numquid Christus adstantes exposuit periculo idololatria' (piando luto sanavit cæcum, ct mulierem Lictu fimbriae? Nullum est ergo periculum idololatriæ in populo, dum illum docemus sacramenta esso mera instrumenta Dei quibus ipse principaliter agit, cis nullatenus alligatus.

ARTICULUS Π.

I *'Irum sacramenta nova* legis gratiam caut ut moraliter tantum , an etiam physice?*

Articulo superiori probavimus conira hæreticos, sacramenta novælegis vere causar gratiam, non principaliter, sed inslnnncntaliter : nunc quierimus m quo genere causæ, an moralis tantum, an etiam physic®. De qua quæslione ulrinque disputatur in scholis catholicis salva tide.

Sacramenta novæ legis esse instrumenta moralia graliæ, non videtur negandum; quia excitant ct movent causam physicam graliæ, scilicet Deum ad ejus productionem, ul subordinata causæ principali morali graliæ. Christus onim est causa principalis moralis seu meritoria graliæ, et valorem sui meriti seu virtutem passionis suæ sacramentis moraliter applicuit : hoc est, disposuit et pepigit ut, quoties sacramenta rite administrarentur, censerentur vice, nomine et in persona ipsius administrata , ac ejusdem valoris et pretii essent, ac si ipso passionem Patri pro gratia oblinenda offerret: ergo censenda sunt instrumenta moralia Christi in producenda gratia.

Sed ct possunletiam dici instrumenta moralia Dei, in quantum Deus determinavit Christum ad instituenda sacramenta, el promisit sc daturum gratiam ad positionem illorum . unde sacramenta movent Deum ul causam physicam graliæ ad ejus efficientiam, proul sunl eliain ipsi Deo ut causæ principali morali subordinata , sicut si artifex induceret aliquem ul se invitaret ad artefaclum per oblationem pccuniæ, oblata pecunia Corel instrumentum morale el ipsius artificis et alterius ipsum conducentis.

Supposito saci amenta novæ legis esso instrumenta moralia graliæ, quærilur ulterius utrum sint etiam instrumenta physica? *iSegant* Scotus clScolistæ, quibus adhæreiil Vasques, Delugo, Becanus, Juenin,Tournoly, etc. *Affirmant S.* Tb. et omnes Thomislæ, uno aut altero excepto, et plurescxtranei, Bellarm. Suares, Valentia, Fonseca, Ripalda, Ruardus Tapper, Isambcrlus, ct plurcsalii : cum quibus

Dico. Sacramenta novæ legis sunl catis® instrumentales graliæ, non solum moralitcr, sed etiam physice.

Prnb. 1nex S. Scripturis art. præccdenli laudatis. Joan. 3 , dicimur renasci *etraqua.* Ad Tii. 3, salvari *per lavacrum regcnrrationis.* Ephes. 5, nos mundari *lavacro iqua·*, etc. llæ autem particulae c.r, *per,* et casus ablativus significant causam propriam el physicam : ul cum dico : Scripsi calamo,

domus constructa est per artificem, natus est cx semine, etc.

Equidem non negamus lias particulas diam nliquandosignilicarc causaiilalcm moralem lautum, (piando nempe manifestum est sermonem esse de sola causalilaie morali d non physica, ul cum dicilur ; Precibus obtinuit graliam , per sententiam judicis rcus occiditur, per præccpta el leges sou prieccplisclIcgibuspaxreip. serva la est, clc. AI negare non possunt adversa» ii, iis diam particulis signilieari proprio cl liilcralilcr caiualitatcm physi<atn, ul palet in exemplis primo loce prolatis. Quando igitur dubium csl de qua causalilaie fit sermo, ut in nostro casu, quiero quare il læ parliculæ omnes cl semper intclligcndæ sint dc causalilalc morali cl impropria, el nunquam dc causalilaiephysicacl propria? Eslne verisimile S. Scripturam per has voces semper intendisse causaiilalcm moralem cl impropriant, nunquam pin sicam et propriam, el id nu'libiexplicuisse?Nonneo contra longe salitis est, juxta regulam communiter receptam, ubi res csl dubia, inlclligere S. Scnpluram in sensu naturali el obvio de causalilaie propria cl physica , si nullum sequatur absurdum, ul icvera nullum sequitur, *sicut patebit ex* aoL *obj,*

Prob. -2· ex I a i bas etiam art. superiori laudatis. S. Leo, Serm. 4 de Nalivil. dicil : « Omni homini r iia·· enti aqua baptisma- » tisinstaresi olerivirginalis, eodem Spiritu » sancto replente fontem, qui replevit cl » virginem. » El Serm. 5 : « Virtus Allissi- » mi quæ fecit ut Ma ia pareret Sabalorcin, » eadem fecit ut rcg-nerel unda credcn- » lem. » S. ChrySost. Horn. 25 in .loan. *Quod est matrix embrioni , hoc el /ideli aqua.* Nisscnus, Oral, de HapI, comparat aquam taptismi sem ui cx quo generatur homo. Cyrill. Alex., lib. -2 in Joan,, c. 11, aquæ ferventi, que ca'elacla ab igne, non aliter quam ignis urit. Islæ .autem comparationes causaiilalcm physicam exprimunt, nec sine violentia ad causaiilalcm moralem trahi poscunt.

item Terlull., lib. de Papl., cap. i, dicil aquas baptismi *vim sancii/icandi combibere,* S. Aug. Serm. dc Epiphania, hanc vim esse *rore subiitiorcm ;* S. Thom. esse */luentem el incompletam.* Hæc autem de virtute physica lanium verilicari possunt, et non de morali : cum enim ista sii ens rationis seu denominatio exii inseca, qms dicat eam esse rore subtiliorem, in aqua haplis.n.di comb In, ess® fluentem el incompletam?

Item S. Nisscnns, in Oratione cil. di» il, vir lulem el efficaciam tiaplismi e.*>se ineom- *prehensibilem , nullaque ratione vr[orle explorari posse ;* S. Aug., lib. 19 contra Faustum, esse *inenarrabilem :* unde Tract. R0 in Joan, stupens cl mirans exclamat: *Unde tanta virtus aqua;, ul corpus tanqal el cor abluat?* AI si foret tanlum virtus moralis, non esset incomprehensibilis nec i i -narrabilis, neque locus foret admirationi el exclamationi ; nihil enim csl intellectu I icilius et inter homines usitatius quam quod, exhibitione chirographi regii, tale b -nclicium seu talis pccuniæ summa conferatur.

Respondet 1 Tourncly, has similitudines non debere plus æquo urgeri, alias cflicerenl sacramenta esse causas naturales graliæ.

Sed contra. Sancli Paires, quæ in exem- ;>|is quibus utuntur tribuunt vi naluræ, in sacramentis adscribunl virtuti Spiritus pancti : unde non est timendum inconvc- niens si islæ similitudines urgeantur socuii- ilum quod eorum verba sonant.

R spondet *2° el ante ipsum V. Henno, comparationes istas tenere quoad effectum , nun vero quoad modum efficiendi. Volunt itaque lautum Patres, sacramenta vere cancro g, aliam in nob's abslrahen '» a modo causandi, an plnsice, au moraliter lanium.

Sed contra. 1° Hæc responsio directe pugnat cum textibus laudatis : dicunt onim SS. Paires *ad instar* , id csl, co lem modo. ergo a modo causandi non abstrahunt. *2° Si non inlelligunl modum causandi pervirtulem physicam in sacramentis, sicut inlelligunl in exemplis quæ proterunt, omnino impropria, imo falsa erit eorum locutio- pii enim, v. g. precibus, suasione, aut stipendio oblato movet sacerdotem ad crleunmdum , e>l causa moi.dis sacrili. ii ; m- p <>prieautem omnino, imo falso diruetur n ?rIccissc sacrum ad instat sacerdols. 3 Si non intellexissent modum operandi virtu em physicam, non potuissent vere liccre eam *combibi in aquis, esse rore snb'ilio· rem, /luentem cl incompletam, inc<> npre- hcnsibilcm cl inenarrabilem* .' hæc cmin dc sola virtute physica in sacramentis, el non d v ul uiu^ nec nisi inepte el ridiculeexciamasst i

S. Aug. *qua tanta vis aqua, etc.* sicul inepte el ridicule exclamaret qui diceret : Quæ tanta ris chirograph., it co oblato solvatur pecunia ?

Despondet P. Ποηηο , « Ridiculam e » conlra fore Patrum admirationem , si » mirarentur sacramenta gratiam causare « physice : nam si possunt physice, *inquit,* » id etiam posset musca per potentiam obe- » dicnlialem. Quis autem miretur quod ali- » quid possint sacramenta circa gratiam a quod potest musca ? »

Sed contra. Equidem posset musca quod nunc potest aqua, si Deus rntiscæcontulisset virtutem quam aquae contulit, ct illud merito in musca mirandum foret, quod nunc in aqua miramur. *Audiat relorsionem argumenti.* In sententia Scotislarum potuisset statuere Deus conferre gratiam ad motum seu internecionem muscæ, sicut statuit conferre ad ablutionem aquæ. *Quis autem miretur quod aliquid possint sacramenta circa gratiam quod potest musca?* Hæc ergo responsio frigida est admodum ct plane insufficiens.

Instat cl cum ipso Tournely. Miramur solem stetisse ad vocem Josuc, cum tamen vox Josuc ad id lanium moralilcr concurrerit.

Sed conlra. 1° An vox Josue physice vel moralilcr ad id concurrerit, S. Scriptura non exprimit; et ideo nihil inde certi pro adversariis. 2° Sed *esto* vocem Josue ad id concurrisse moraliler lanium, non miramur vim vocis Josue, sed miramur Deum advocem Josue, velut ad signum , soli moram injecisse : neque id miraremur si quotidie contingeret. At vero S. Aug. el alii Paires non mirantur Deum ad positionem baptismatis conferre gratiam, sed mirantur ipsam vim aquæ quæ lania csl, ul corpus tangat et animam abluat, quamque dicu.it incomprehensibilem cl inenarrabilem.

Stet ergo verum esse quod dixit celebris Eslius, post ventilatam hanc quaestionem inulramquepartem, sententiam nostram, si attendantur SS. Patrum dicta, esse probabiliorem.

Proluitur 3° auctoritate ct rationibus D Thoma*.

1US. Doctor, art. 1 hujus quæst. quærcns utrum sacramenta novæ legis sini causa gratiae? imprimis docet quod per aliquem modum causent gratiam. Deinde quærcns per quem modum , sic dicit ; « Quidam di· »cunl quod non sunt causa grati® aliquid » operando, sed quia Deus sacramentisad- » bibilis in anima gratiam operatur : el po- » mint exemplum de illo qui aflerens dena- i) rium plumbeum, accipit centum libras ex n regis ordinatione ; non quod denarius ille » aliquid operetur ad habendum prædiclæ » pecuniae quantitatem , sed hoc operatur » sola voluntas regis. » En ipsissima sententia adversariorum , illam autem rejecit S. D. sic enim prosequitur: σ Sed si quis « recte consideret, iste modus non tran- » sccndil rationem signi : nam denaiius a plumbeus non csl nisi quoddam signum 0 regiæ ordinationis de hoc quod pecunia » recipiatur ab isto... Secundum hoc igitur » sacramenta novæ legis nihil plus essent » quam signa gratiæ : cum tamen cx mullis » sanctorum auctoritatibus habeatur quod » sacramenta novæ logis non solum signiti- » cani, sed causant gratiam. » Rejecta itaque hac sententia, nostram sic adstiuit: « Et ideo aliter dicendum quod duplex est » causa agens, principalis et instrumenla- » lis. Principalis quidem operatur pervii lu- » lem suæ formæ, cui assimilatur effectus; » sicul ignis suo calore calefacit : cl hoc » modo nihil potest causare gratiam nisi » Deus..... Causa vero instrumcnlalis non » agit per virtutem suæ formai, sed solum » per motum quo movetur a principali » agente : unde effectus non assimilatur in- » strumento , sed principali agenti ; sicut » Iccius non assimilatur securi, sed arti » quæ csl in instrumento artificis. *Et hoc* » *modo sacramenta novæ legis* gratiam cau- » sant; adhibentur enim ex divina ordina- » tione hominibus ad gratiam in eis eau- » andam. Vnde S. Aug. cont. l aust. lib. » 19, can. 19, dicit : *Hac. omnia scilicet sa-* » *cramcnfalia fiunt cl transeunt, virtus* n *tamen Dei qua per ista operatur, jugiter* » *manet.* Hoc autem proprie dicitur instru- » mentum , per quod aliquis operatur : unde » 'Iit. 3 : *Salvos nos fecit ver lavacrum rc-* » *generationis.* »

Sit cacus aut praejudiciis occupatus, qui hic non agnoscit causalitatem physicam sacramentorum c$se de monte S. Th. sic enim et non alitor loquimur Tbomisla* Ilis igitur verbis S. Doctor non solum conclusionem nostram asseruit, sed compendio comprehendit quæ hucusque dixi ex S. Scrip-

tura cl Patribus : el insuper rationem fundamentalem conclusionis posuit. Hinc enim

Sic arguo. Juxta S. Thomain , concilia ct Patres, sacramenta novæ legis sunt plusquam signa grati.e : atqui in sententia adversariorum noi transcendunt rationem signi : ergo. *Prob. minor.* Sacramenta non sunt actus morales meritorii aut salisfaclorii, neque finis, qui propria bonitate moveant Deum ad conferendam gratiam, sed illum lanium m ivenl, quatenus sunt signa suæ ordination › et promissionis, qua statuit ul quoties adhiberentur, conferret gratiam, sicut chirographum aut sigillum regis movet ipsum ad conferendum beneficium , tanquam signum suæ voluntatis cl ordinationis. Ei go.

lYci/uc *(liens* movere Deum ad conferendum gratiam virtute meritorum Christi, quæ con i icnl : non enim in hac sententia concipi po'esl sacramenta continere merita Christi, ni i quatenus sunt signa ordinationis ct promissionis Dei vel Christi , qui promisit ct ordinavit ul quoties rite adhiberentur, conferretur gratia , quam nobis sua passione promeruit. Neque enim putandum est mei ita Christi contineri in sacramentis, sicut pccuniæ in bursa aut accidens in subjecto, ul dicemus infra ; crassa est hæc imaginatio : sed el falentem adversarium habemus. Audiatur Honoratus Tournely hic in lineart. 2: « Sacramenta , inquit, certo ct » efficaciter movent Deum cx pacto quo sc « libere obstrinxit , ad gratiam conlcrcn- » dam iis qui dignou! oportet iis utuntur, » in quo uno eorum moralis causalilas ct » efficientia posita csl. » Hoc autem, et manifestum est nihil aliud est quam signum padi seu promissionis d vinæ: sicul sigillum aut chirographum regium est signum voluntatis regi·, qui ordinavit ul ad ejus exhibitionem solveretur hæc summa , ∨J conferretur hoc officium.

2-S.Th. a. 3cjmdem quæst. probat gratiam contineri in sacramentis novæ legis duplici mo k»: uno modo sicut in signo ; allero modo sicut in causa, non principali, sed inslrumcnlali, nem] *csccuwlum quamdam instrum nlalcm virtutem , quæ csl fluens ct incompleta in esse natura·.* Quod soli causalilali physice comp terepoiost. El

Hinc sic argumentor. Juxta S. Th. item iuxlaconc. I lirent. in decreto Unionis, c'. Tiid. sess. 7, can. G , gralia continetur in sacramentis alio rnodo-quam significatum in signo; dicunt enim conciby sacramenta nova· legis continere gratia n quam significant·. ergoalitcrcontinent quam significando; item earn continere aliter quam sacramenta veteris legis, quæ tamen erant signa graliæ: atqui gralia non continetur in sacramentis novæ logis continentia locali, ut aqua in vase, gralia enim cum sil aliquid spirituale, non occupat locum. Neque continentia formali , ul accidens continetur in subjecto , quia cum sit qualitas spiritualis permanens et completa, non potest inhaerere subjecto corporco : ergoconlinonlia ∨ irtuali, ul effectus in causa, non principali, ul dictum est , sod instrumental·, sicut planta virlualilcr continetur in semine , effectus artis in instrumento artificis: cl hoc sensu sacramenta dicuntur a Patribus et thcoloris vasa graliæ , quo sensu arma dicuntur in Scriptura vasa mortis cl indignationis. 5«i›-*sumo.* Atqui si sacramenta sint tantum causæ morales graliæ, non possuct dici continere gratiam aliter quam ul signa significatum ; sicut, v. g. chirographum regium , quamvis sil causa moralis infallibilis ct efficax collationis pccuniæ, non polcst tamen dici quod pecuniam contineat alilcr quam signum dicitur continere significatum. Ergo,

3° S. Th. a. 'i ejusdem q. probat in sacramentis dari virtutem inslrumenlalem ad inducendum sacramenialem effectum, quæ proporlionalur instrumento, quod non operatur « Nisi in quantum est motum a prin- » eipali agente , quod per sc operatur. Et » ideo virtus principalis agentis habet per- » manens el completum esse in natura; vir- » tus autem inslrumcnlalis habet esse tran- » siens ex uno in aliud cl incompletum, si- » cut cl motus est actus imperfectus ab agen- » te in patiens. » El ad I : « Dicendum, in- » quit, quod virtus spiritualis non potest » esse in re corporea per modum virtutis » et completa·, sicut ratio probat. Nihil ta- » men prohibet in corpore esse virtutem » spiritualem instrumentaient, in quantum » sci licet corpus potest moveri ab aliqua sub- » stantia spirituali ad aliquem effectum spi- » ritualem mduccnduin.» In his autem ma· nilcstum est non posse inlclligi nisi causalilalem inslrumenlalem physicam.

El art. G , vim causandi gratiam , quam dcncgal c.amentis veteris legis, adscribil

sacramenlisnoYæ legis: loquitur autem ibi de causalilate physica, *ul evidentissime patet ex ejus ratione,* quæ est hæc. Si sacramenta veteris iegis causaient gratiam , id haberent cx se seu propria virtute , vel cx passione Christi. non ex se, alioquin non fuisset necessaria passio Christi ; non cx passione Christi, quia *nondum erat.* Denegat ergo sacrameniis veteris legis causalitatem quæ exigit existenliam rcalcm causæ ; causalitas autem quæ exigit existenliam rcalcm causæ, est indubie physica, cum ut causæ morales causent, non debeant necessario exislerein re, sed sufficit quod existant in apprehensione intellectus, ulpatelin causalilate finis.

Ex his Herum sic formo argumentum. Juxta S. Th. conc. Florent, in decreto Unionis, SS. Patres ct theologos, sacramenta novæ legis causant gratiam nobiliori ct perfectiori modo quam sacramenta veteris legis : atqui sacramenta veteris legis causabant gratiam moraliter; erant enim signa protestaliva fidei in Chrislum venturum, ad quorum positionem Deus conferebat gratiam intuitu futurorum meritorum Christi. Ergo.

Si dicas in hoc differre, quod sacramenta novæ legis causant gratiam *ex opere operato,* non sacramenta veleris legis.

Contra. Gratiam conferri per sacramenta *ex opere operato* potest intelligi dupliciter, active ct passive. Active, quatenus sacramentum confert gratiam per virtutem physicam sibi transeunter communicatam, ultra meritum et dispositionem sive ministrantis sive suscipientis : et hoc csl quod adversarii sacramentis novæ logis denegant. Passive, quatenus ad posilionem sacramenti independenter etiam a merito vel dispositione ministrantiselsuscipientis, lanquam a causa efficiente seu meritoria, Deus confert gratiam; et sic adversarii intelligunt sacramenta novæ legis causare gratiam : atqui hoc etiam modo sacramenta veteris logis, saltem circumcisio, causabant gratiam : ergo. *Prob. subsumptum.* Ad positionem circumcisionis Deus conterebat gratiam remissivam peccati originalis, independenter a dispositione suscipientis, qui sæpius erat infans illius dispositionis incapax; item el conferentis, siquidem juxta S. Aug. Epist. 203, collate a Samaritano infideli el idololatra, valchat. Sufficiebat ergo quod quisquis per circumcisionem protestaretur fidem Ecclesiæ in Chrislum ventorum , ad quam proteste lioncni, non uleiat aclus personalis, sed rationeohjccli, nidicam inita, Deus conferebat gratiam. Scio quosdam adversariorum negare clrcmnd·sionem esse institutam in remedium peccati originalis, ct per eam conferri gratiam. Sed dc hoc infra.

4» Juxta S. Th. Iiic ari. 5 q. 27 de Verit, art. 4 ct quudlib. 12, art. 14, sacramenta novæ logis et humanitas Christi eodem genere causæ concurrunt ad productionem graliæ; quia humanitas Christi csl instrumentum conjunctum divinitatis ad gratiam producendam, ct sacramenta sunt instrumentum separatum : instrumenta autem separatum movetur per conjunctum, us baculus per manum : unde, ut ait S. D. a. 5 cit. oportet quod virtus salutifera a divinitate Christi per ejus humanitatem Christi concurrat instruincnialitcr physice ad productionem graliæ, ut probavimus cum S. I). in tracr. de Incarnat, diss. 13, a. 2, § 2. Ergo.

Λ. P. Franciscus Ποηηο ex opposito principio contra nos sic arguit : a Non est tri» buenda nobilior causalitas sacramentis » quam Christi humanitati, sed ncc Christi » passio ncc humanitas physice ciliciunt gra» tiam . sed solum meritorie seu moraliter, » ut doccl Trid. sess. G, c. 5. » Ergo.

Notentur hæc verba, *utdocelTrid.sess.tj, cap.* 5. Pace doctissimi viri, ne vcrbuliun quidem hac de re legitur in laudato capite, clqui id alicubi in Trid. reperet il, ci il mihi allcr OEdipus. Equidem Trid. cap. 3, doccl *homines justificari, dum per meritum passionis Christi gratia illis tribuitur;* el cap. 7, quod causa meritoria justificationis nostræ sit Christus. Id cl nos aperio ore profitemur : at dixitne concilium, Christum seu ejus humanitatem *non causare gratiam physice, sed solum meritorie seu moraliter?* Nunquam, nullibi, inquam,definivit concilium, quod certo constat inter theologos, Chrislum esse causam meritoriam graliæ. an insuper sil etiam causa physica, quod COnlroverlilur inter theologos, intactum reliquit. Hanc observationem omittere non liquit, ne quis hac falsa citatione deceptus, existimaret D. Th. sententiam el nostram de causalilate physica Immanitatis Christi esso a concilio proscriptam.

5° Sacramentum pœnitcntiæ causât physice gratiam : ergo et alia sacramenta; eadem enim est ratio omnium. *Prob, ani.* 1° Ex I). Th. qui in 4, d. 14, q. 2, a 4. dicit dicit quod *Poenitentia ul csl sacramentum, effective tollat peccatum c t parte macules, quia gratiam tribuit, sicut inducens albedinem,aulertnigrcdinem. 2'* quia forma sacramenti pœnitcntiæ est per modum sentenliæ judicialis : judex autem per se reum absolvit, clnon alium excitat aut movet ad absolvendum.

Item verba consecrationis physice concurrunt ad transsubslanlialionem : atqui juxta S.Tii. infraq.70. a. 4ct rei veritatem, verba consecrationis eo modoconcurrunt ad transsubslanlialionem quo alia sacramenta concurrunt adsuoscffcclus; ergo. *Major* eslD. Th. a. 4 cil. *Et palet,* quia quando Christus in ultima cœna consecravit, operalus csl physice suis verbis illam transsubstantalionem : atqui verba consecrationis proferuntur in persona Christi a sacerdote. Ergo.

Ex his et pluribus aliis quae omitto, ne tædium afferam, vide, lector, quam parum sobrie, quam et contumeliose P. Bernal, a patre Henno laudatus, dixerit eos qui cauwlilalis physicæ assertionem S. Doctor» tribuunt, esse *ignorantes, ineptos philosophos, summe stupidos cl incredibilis oscitantia :* quamque falso ipse Henno pronuntiavit S. Thomam *nullibi asseverasse sacramenla esse causas greftiæ physicas.* Mirum est hunc theologum pro »norc suo non advocasse in subsidium aliquem textum D. Th. obtorto collo intellectum, utsolam causali latem moralem sacramentorum S. Doctor» affingeret.

6° Tandon» Causalitas physica non est deneganda sacramentis, si sil possibilis : Atqui cslpossibilis. Ergo. *UIraque pramissa est probanda,*

Prob. maj. Tum quia admissa causalilate physica in sacramentis, cum omni proprietate ct rigore explicantur dicta S. Scripluræ, SS. Patrum et conciliorum; lum quia confert ad dignitatem sacramentorum. *Quod probatur.* 1° Agere csl pcrlectio : ergo agere non solum moraliter, sed etiam physice, dicit majorem perlectioncm. 2° Concursus physicus est pcrieclior morali; quia concursus Qioralis non tam agit quam actionem causæ4obtinet ; concursus autem physicus vere rt proprie agit, atque effectum vehit e suiu emillil : ergo. Unde tafatmeM qood passim supponit Tournely , causahtatem moralem esse æque propriam, perfectam ct ellicacem ac causalilatem physicam.

Prob. min. 1° a *prion.* Deus cum sit supremus omnium Dominus, potest assum..."' quamlibet creaturam et instrumentum ad producendum omne quod non crcalur, sive spiritualesivecorporeum; id namquenullam involvit implicandam, et ita docet S. Th. infra q. 75, a. 4. Atqui gratia non crealur, sed educitur dc potentia obcdicnliali auimæ, ul docuimus in tract, do Gratia, disseri. C, a. 2. Ergo. 2° *A posteriori.* Ignis infernus est corporeus, ct tamen elevatur a Deo ad producendum effectum spiritualem, scilicet verum dolorem in dæmonibus et animabus separatis : unde S. Aug. dicit quod torqueat miris sed veris modis : ergo nihil vetat idem dici de sacramentis respectu grati*. 3® *Patebit min. ex sol. objeci.*

Solvuntur objectiones.

Obf. 1° ab auclorilate SS. Pairum, Cypu Ambros. Hieron. Aug. etc. qui expresse docent productionem gratis soli Deo esse tribuendam. Ergo.

R. SS. Patres inlelligendos esse de cama principali graliæ, non instrumentait : sicut enim adversarii volunt inde non excludi causalilatem moralem graliæa sacramentis, ita nos eodem jure volumus non excludi causalilatem inslrumentalem physicam.

Inst. S. Hieron. super cap. GMatlh.dieit quod, *Sicut sacerdos antiques legis leprosum mundum vel immundum facit, sic et hic alligat vel solvit episcopus vel presbyter.* Atqui sacerdos antique legis non mundabat physice leprosum. Ergo.

R, Hoc argumentum esso objicicienlibus solvendum : neque enim sacerdos antiqua legis mundabat etiam moraliter leprosum, sed tantum lepram a non lepra distinguebat. Illic itaque S. Hieron. inculpat duntaxal sacerdotes qui arrogabant sibi potestatem vel damnandi innocentes, vel absolvendi nocentes, *ul patet cx tolo contextu.*

Insistes. S. Th. hic art.4,ad 4, dicit quod. « Sicut in ipsa voce sensibili est quædam vis » spiritualis ad excitandam intellectionem » hominis, in quantum procedit a com ὸρ- η tionc mentis; hoc modo vis spirituali- est » in sacramentis, in quantum nrdinibhir a » Deo ad effectum spiritualem. »w\t |ui vie in voce exist^nsad excitandum lh »h ›h

nis intellectum, cat moralis tantmn. Ergo.

R. JV. min. Quamvis enim significatio vocum silquid morale pendens ab institutione hominum, supposita tamen institutione, vox habet vim physicam immittendi suas species in sensum auditoris, ct pereas conceptionem loqucnlis in ipsum transfundendi. Ita similiter institutio sacramentorum ad significandam et causandam gratiam, est quid morale dependens a voluntate Christi i at supposita hac institutione, habent vim physicam causandi gratiam in anima. Quædam alia quoad S. Th. vide in tract, de Incarnat, diss. 3, a. 2, § 2.

Obj. 2° ex quadruplici conditione requisita ad causam inslrumcntalem physicam, sic. Ad rationem causæ instrumentalis physicæ quatuor requiruntur : 1°debet existere ; quod enim non est, operari non potest; 2° debet rcaliter contingere subjectum iu quod agit, non enim potest agere in distans : sic serra non facit scamnum, nisi tangendo lignum ; 3° debet habere actionem praeviam qua agat dispositive ad effectum causæ principalis ; alias non esset in genere causæ, sed esset purum medium delalivum virtutis causæ principalis ; 4° debet recipere aliquam virletum a causa principali, qua virtute reddatur de impotente potens ad effectum causæ principalis : atqui hæ quatuor conditiones desunt sacramentis novæiegis respective ad gratiam : ergo. *Prob, minor distincte per singulas partes.*

Defst existentiit.

Prob. Quandosacramenta producunt gratiam, non existuntamplius : ergo. *Prob. ant.* Sacramentum non producit gratiam , nisi quando est omnibus suis numeris absolutum, perfectum et completum : atqui non est perfectum et completum, nisi postquam ultima syllaba fuit pronuntiata; hac au tern pronuntiata , evanescit nec existit amplius sacramentum : ergo. Hoc argumentum multum extollunt adversarii, eo *nos mire implicari* atque ad *ambages ct angustias reduci* decantat Tourncly : huic non nisi *verba el voces , futilia el inconceplibilia* a nobis reponi asserit Hcnno. An ita sit comprobemus. Igitur

R. hanc difficultatem esse trivialem , el omnibus entibus successivis qualia sunt sacramenta, excepta eucharistia, communem, nec ipsis philosopbiælyronibusincogi.i Um. Enimvcro per motum localem ncqniritur physice *ubi* permanens z per aiteralioncrn producitur physice forma substantialis; cl tamen *ubi* non habetur,*nisi cessaverit πιοtus; et dum forma substantialis producitur, non est amplius alleratio ' quamdiu enim est motus non est terminus, ct quando csl terminus, non cstamplius motus. *Kalio est,* quia entia successiva desinunt per instans exlrinsecum seu per primum sui non esse, in quo verum est dicere · Jam non sunt et immediate ante erant ; in instanti enim non potest esse pars fluens, quod tamen est de ratione motusseu entis successivi. Attamen, *clhoc bene adverte,* istud instans quod dicitur ipsis exlrinsecum, hoc sensu quod non sit pars fluens, ad ipsa pertinet ut terminus et complcmcnlumintrinsecum, sicut punctum in linea ct superficies in corpore. Et quamvis non existant amplius in ratione culis successivi diUm effectus producitur, ratione tamen hujus complementi intrinseci, vere dicuntur illum producere. Hæc, inquam, docentur discipuli in scholis ; quibus ideo nec *mire implicamur, nec ad ambages el angustias reducimur;* quæque non sunt tantum *vcrbael voces, futiliaelinconceplibilia;* neque *inverlimus notioncmcausalilalisphysicce quam philosophia suppeditat,* ul iterum exprobrat Tourncly ; sed c contra tradimus rectam notionem causalilatis entium successivorum, quam tradunt communiter philosophi. Itaque

Ad arg. D. ant. Quando sacramentum producit gratiam , non existit amplius, sic tamen ul aliquid sui remaneat, *C.* sicut nihil sui remaneat, *N.* Quamvis enim desierit in ratione motus et entis fluentis, remanet tamen ejus mutatum esse seu terminus qui est ipsi complementum intrinsecum ,cl in quo vi motus immediate praecedentis producitur gratia : sicut vi motus localis immediate praecedentis in instanti ejus extrinseco producitur *ubi,* vi altcrationis immediate praecedentis »n instanti ejus extrinseco producitur forma substantialis.

v *Inst.* Sacramenta ficte suscepta, recedente fictione producunt gratiam : atqui tunc nec existunt, nec in aliquo sui remanent. Ergo.

R. 1° cum pluribus,sacramentaquæimprimunt characterem, licte suscepta, rccedcnteiiclione, causare physice gratiam ; quia remanent in charactere quem Deus eleva!

ut, recedente fictione, producant gratiam. Id etiam probabile reputat Joannes a S.1h. dc aliis sacramentis, in quantum relinquunt in voluntaie determinationem qua se subjecit sacramento, quæ determinatio ul virtus sacramenti physica operatur, recedente fictione; sicut cx amore finis manet in voluntate delerminalioqihysica qua sedetcrininal ad media.

Primam partem hujus responsionis *plane absurdam* pronuntiat Honoratus Tourncly. Aldebuisscl religiosus censor parcere saltem Doclori Angelico cujus est ista responsio in 4, q. 4, d. 3, art. 2, quæstiunc. 3, his verbis : «Ad tertiam quaestionem, dicendum u quod in baptismo imprimitur character » qui est immediata causa disponens ad gra- » liam ; cl ideo cum fictio non auferat cha- » raclcrcm, recedente fictione quæ elTectum » characteris impediebat, character qui est » præsens in anima , incipit habere cflec- » tum suum, cl ita baptismus, recedente » fictione, effectum suum consequitur. »

Instat theologus Sorbonicus. Character non est pars, sed effectus sacramenti, neque spiritualis regeneratio ad characterem , sed ad baptismum tanquam ad causam refertur.

R. equidem characterem non esse partem, sed effectum sacramenti : at juxta S. Th. est effectus immediate dispositif us ad gratiam. Quæ ergo absurdilas ut, recedente fictione quæ clTcctum characteris impediebat, character qui est præsens in anima, incipiat habere elTectum Cæterum hæc est doctrina S. Th. quam nullus, ul puto, excepto Tourncly , *absurdam cl plane absurdam* dicet. Nihilominus regeneratio spiritualis tribuitur baptismo el non characteri, quia non est a charactere nisi ratione baptismi.

Repones. Quando sacramentum suscipitur sine fictione, gratia non confertur mediante charactere: ergo nec quando ficte suscipitur.

R. Juxta responsionem D. Th. *posset negari ant.* siquidem dicat quod character sit immediata causa disponens ad gratiam. Sed *dalo ant. N. conscg.* Quia , cum sacramentum non suscipitur ficte, influit formalilcr perseipsum in gratiam : unde non opus csl recurrere ad influentiam \ii tualcm mediante charactere ; secus, quando fictesuscipitur.

/L 2° *ad principale argumentum cum aliis. Eslo* nTillum sacramentum fide susceptum conferret physice gratiam recedente fictione, ut probabilius est de sacramentis non imprimentibus characterem, nihil inde contra conclusionem nostram quæ intclligenda est de. sacramentis, quando concurrunt omnes conditiones requisite ad camalilatem physicam , quarum prima est realis exislcntia causæ. *Neque inde infera»* cum Tourncly, *Nullum* co in *casu lorum habere quoique generalim ex Scripturis el Pit Iribus pro physica sacramentorum efficientia congessimus.* Quidni enim S. Scriptura el Patres loculi sint de sacramentis secundum quod usu communi recipiuntur et recipi debent , salvisque rerum naturis et condilionibus requisitis?

Derst contactus physicus.

Prob. Sacramenta non tangunt physice animam quæ est subjectum graliæ , ul patet inaqua baptismi, cl maxime in sacramentis pœnitcntiæel matrimonii, præserlim quando celebratur inter absentes.

R. I). ani. Sacramenta non tangunt physicc animam contactu suppositi, C. conactu virlulis, *N.* Et hoc sullicit ad causalil dem physicam. Modo enim virtus causæ perveniat ad subjectum, nihil refert quod causa sil absens supposito. Sic sol, supposi taliter distans a visceribus lerræ, in cis tamen continuo agit contactu virtutis cl influxus : sic magnes attrahit ferrum, supposilaliter distans , contactu virtutis. El quamvis nun ita esset in naturalibus, sic tamen foret in instrumentis divins virtutis, quorum virtutem ipsa virtus divina ubique præsens, subjectis immutandis, prout vult, præsentem reddit.

Dec st actio prtevie dispositiva ad ejectum causa principalis»

Prob. Sacramentum est quid materiale et corporeum, cujus actio propria est corporea : atqui agens materiale el corporeum non potest actione propria operari dispositive ad productionem graliæ inanima. Ergo.

R. D. min. Agens materiale non potest actione propria operari dispositive ad productionem graliæ, cx parte rei operatæ , *C.* ex parte modi operandi, N. *Explicatur.* Non csl dc ratione instrumenti physici quod actione propria agat in subjectum dispositive ad clTcctum causæ principalis ex parte rei operatæ, hoc est, non est necesse ul ik subjecto producat aliquem priorem eflec-

tum, qui disponat ad cflcctum causæ principalis; id enim proprium eslduntaxat instrumentis causarum creatarum , quæ cis utuntur e.x indigentia : sic artifex utens securi ad faciendam cathedram , indiget ut jropria actione scindat ; sed sullicit quod agat dispositive ex parte modi operandi, hoc est, quod habeat propriam actionem modificativam virtutis principalis in se receptæ, qua acliont constituitur in genere causæ, et non csl purum vehiculum seu purum medium delalivum virtutis causæ principalis. Hanc autem actionem propriam habent sacramenta ; sic aqua corpus abluit, et mediante hac ablutione, per virtutem sibi communicatam, animam abluit.

Inst. S. Th. 1 p. q. 45, art. 5, ex hoc principio, quod instrumentum debeat propria actione operari dispositive ad effectum causæ principalis, probarnullam creaturam posse esse instrumentum creationis; quia creatio est productio totius entis de nihilo : ergo intelligit de actione disposiliva ex parte rei operatæ : undo pro exemplo affert securim quæ propria actione agitdispositive exparte rei operatæ ad effectum artificis.

R. N. conseq. Quia hoc ipso quod instrumentum dcJiet habere actionem præviam , sive producat aliquid disponens ad effectum causæ principalis, sive non, bene probatur quod no^possit esse instrumentum creationis; quia cum illa actio creata sitaccidens, necessario petit esse in aliquo subjecto, et esse illius immutativa, non totius productiva, ut est creatio. Ad fert autem S. Thomas exemplum securis , ul ex eo quod manifestius est manuducat ad concludendum universaliter quod omnia instrumenta debeant operari dispositive ad effectum causæ principalis sive ex parte rei operatæ, ut instrumenta naturalia, sive ex parte modi operandi, ut instrumenta supernaluralia. Nam S. D. 2,2, q. 78, a. 1, ad 1, expresse docet Deum posse elevare actum interiorem hominis ad patranda physice miracula; cum tamen certum sit actum interiorem hominis non operari dispositive cx parte rei operatæ ad patranda miracula.

Subsume». Atqui gralia creatur: ergo non polesl dari instrumentum physicum ad illam.

R. N. subsumptum. Gratia enim non creatur, sed educitur de potentia obedienliali aniiræ, ul probavimus in tract, de Grat. dissert. (>, art. 2. Quia producitur ut acci, densinhaerens, ut constat ex Trid. sess. C, can. 11. Quod autem producitur ut inhaerens, non creatur, siquidem fiat depeuden· 1er a subjecto cl cum illioc immutatione. Vide loco cit.

Dtest virtus participata a Causà principale

Prob. Illa virtus vel esset spiritualis, vel corporea : non spiritualis, quia non posset recipi in subjecto corporeo, quale est sacramentum ; quidquid enim recipitur, ad modum recipientis recipitur : non corporea, quia non posset elevare sacramentum ad effectum spiritualem : ergo nulla.

Ante responsionem , observandum varia esse auctorum placita circa naturam hujus virtutis sacramentalis. Suares cum quibusdam aliis confugii ad potentiam obedientialem omnibus rebus creatis congenitam, immediate activam omnium effectuum supernaluralium , mediante solo concursu generali Dei simullaneo. At jam probavimus in tract, de Visione beatifica, hanc potentiam obedientialem activam esse chimæricam: tum quia foret simul naturalis et supernaluralis,quod implicat: foret naturalis, quia, ul dicunt, ejst omnibus congenita; foret supernaturalis, quia quælibel potentia specificaturab actu ad quem datur, et est ejusdem ordinis cum illo; tum quia per hujusmodi potentiam invertitur omnino ordo graliæ et plura sequuntur inconvenientia Hac enim posita , frustra ponuntur in hominevirlulessupernaturales infusæ, frustra character sacramentalis, frustra lumen gloria? ad visionem beatificam, frustra gralia sufficiens quæ det posse ad actum primum. Supposita enim in homine potentia obedientiali immediate operative cujuslibet effectus siiperna luralis, mediante solo concursu generali simullaneo, quæ sit cuilibet congenita , homo connaluralius per illam eliciet actus supernalurales quam per habitus supernaturales scu qualitates infusas superaddita». Imo sequeretur omnes res crcalasese sacramenta , quia essent omnes aplæ el constitute in actu primo ad producendum gratiam , mediante solo concursu simullaneo supernatural!. Vide latissime contra hanc potentiam obedientialem activam Joan, a S. Th. hic disp,*24,arl. 8,dub. 8.

Alii dicuntsacramenlmnconstitui instrumentum physicum graliæ, non per virtu-

torn aliquam intrinsece receptam, sed per solam suhordinationem exlrinsecam ad Deum et per specialem ejus assislenliam. Sed hanc opinionem rejici tS.Th. hicart.4,o, cl in sol. arg. el merito. Vel enim per illam subordinationem exlrinsecam ct specialem assislenliam sacramentum recipit aliquid intrinsecum quo intrinsece mutetur, vel nihil : si nihil, ergo remanet ut ante intrinsece impotens ad effectum spiritualem producendum; si aliquid, rcstatexplicandum quid sit.

Alii volunt hanc virtutem esse qualitatem sacramentis communicatam, non quidem completam ct permanentem, quia qualitas completa et permanens constitueret causam principalem, sed incompletam ct fluentem ; quia non solum movet sacramentum in actu secundo, sub qua ratione est molio, sed ei confert virtutem agendi cl ipsum constituit in actu primo activum ' virtus autem constituens subjectum activum seu illi conferens vim agendi, est in praedicamento qualitatis, scilicet potentia vel habitus, si sil completa; vel ad illud reductive perlinet, si sit incompleta. Huic opinioni favet S. Th. in 4, d. 1, q. 1, a. 4, quæsliunc. 2 o, et ad 1, his verbis : « Unde el virtus hæc quæ est in sacrali menus, rcducilur ad id genus in quo est «virtus completa principalis agentis, quæ » est qualitas ; vol in quo esset, si in genere » esset, quia virtus increalanon est in aliquo » genere. » Idem docet d. 8, q. 2, a. 3, o. Ita Pahid. Capreol. Ferrerions, ct alii quos cilat cl sequitur Gonel.

Alii tandem volunt illam virtutem non esseqiialitatcm.scd motionem Dei transeuntem, elevantem sacramentum ad rationem instrumenti physici graliæ, ncc solum dantem illi actum secundum seu applicantem tantum virtutem ad actum, sed etiam conferentem ipsi virtutem activam seu in actu primo, respectu effectus principalis agentis : quia de ratione instrumenti est, quod agat in virtute principalis causæ lotam agendi vim illi conferentis, cl in hoc distinguitur a præmotione physica. *Ratio illorum est,* quod in aliis instrumentis naturalibus, puta serra, securi, calamo, etc., non videtur quod artifex qualitatem aliquam completam vel incompletam ponat in instrumento, sed solum motionem artificiosam, quæ in instrumento totam vim in actu primo ct secundo conferat ad effectum causa'principalis.Licet enim, v.g. serra per suum acumen habeal in actu primo virtutem scindendi, non tamen artiiiciosc scindendi, sed hanc habet per motionem artificis : ergo idem dicendum videtur de instrumentis divinae potentiae ad effectus supernalurales, cum gratia naturam non destruat, sed in quantum possibile est ei se accommodet. Ita Cajet. Soto, Zumel, Calmera, quos citat ct sequitur Joan, a S.Thom.

Nec obstat quod charartsr sacramentalis videalurqualitasinslrumentalis permanens; est cnimdunlaxat hoc sensu qualitas instrumcntalis, quod conferat instrumento formam instrumenti, id est, reddit ministrum aptum ut possit moveri a Deo ad actus supe.rnalurales : sicut, v. g. acumen est forma permanens conferens securi formam instrumenti. Non est tamen qualitas instrumentalis constituens ministrum in ratione principii activi sive in actu primo sive in actu secundo, respectu effectus supernaturalis : sicut, licet acumen securis eam constituat principium activum scissionis, non tamen scissionis artificiosae.

Huic sentcnliæ etiam favet S. Th. qui continuo explicat virtutem instrumentaient» sacramenti per motum quo movetur a Deo. Sic hic art.1,o : *Causa vero instrumental^,* inquit, *non agit per virtutem sua forma, fed solum per motum quo movetur a principali agente.* Similiter art. 4, el in 4, d. 1, q. 1, a.4,q. 27dc Verit. a. 4 ct alibi. Ad id autem quod præccdcns sententia objicit ex S. Th. admittit hæc posterior sententia hanc motionem reductive perlinere ad qualitatem; tum quia reducitur ad genus sui principii , quod est virtus completa in principali agente, ut dicitS. Doct. cit. in objectione; tum quia etiam reducitur ad genus termini ad quem datur, qui est gratia, ul dicit ibid, ad 1 ct 3 ; utroque enim modo reductive (>ertinel ad prædicamentum qualitatis ; licet tamen si motus consideretur secundum quod importât ordinationem moventis ad motum, ponatur in prxdicamento passionis. Sunl iterum verba S. Doct. ibid, ad 1.

Hæ duæ posteriores sentcnliæ sunt probabiles, nec multum discrepant ; ambæ enim conveniunt hanc virtutem reductive perlinere ad qualitatem, et in hoc tantum videntur differre, quod juxta primam sententiam reducatur ad genus qualitatis, quia est inse qualitas incompleta; juxta secundam vero, quia est invius a qualitate ul a principio, et ad qualitatem ul ad terminum. Quapropter

quam voluerit lector eligat, non magni refert. Itaque

Ad arg. R. hanc virtutem esse spiritualem , saltem eo modo quo ens incompletum, viale et transiens potest esse spirituale; quia, ut dicit Auctor, q. 27 de Veril. jam cit. a. 4, ad 5 : « Virtus illa, neque potest dici cor-» porea, neque incorporea proprie loquen-» do; corporeum enim et incorporeum sunl » dillcrentiæ entis completi ; sed proprie di-» citur virtus ad incorporeum, sicut motus » dicitur magis ad ens quam ens. » Et ad prob. in contrarium , *1). ant.* — Q. 62. a. 4. ad 1. — Virtus spiritualis completa et permanens non potest essein subjecto corporeo, *C. ant.* virtus spiritualis vialis cl incompleta, *N. ant.* Ratio disparitalis csl, quod cum accidens completum ct permanens sit tantum propter subjectum cui inhæret, ct non propter aliud ad quod continuo tendat, debet ipsi subjecto propoitionari : e contra virtus vialis ct incompleta, licet ea parte qua est accidens, dependeat a subjecto, quia tamen est quid viale tendens in aliud, debet illi propoitionari potius quam subjecto ; via enim qua via uliique termino a quo el ad quem commensuratur. Unde ad axioma, *quidquid recipitur,* etc., verum est quando receptum habet esse permanens cl complelum, secus si habeat tantum esse incomplelum et viale, tendens ac elevans subjectum ad aliquid nobilius el surpernaluralc; tunc en rn non debet esse secundum modum, sed supra modum subjecti. Adde pro altera soluti r»e, hanc virtutem sacramcntalcm non recipi in subjecto corporeo, quatenus est corporeum formaliter, sed quatenus est ens ct substantia, ul dicam modo.

Inst. 1u Accidens spirituale, sive sit transiens sive permanens, non potest exi tere existentia corporea, existentia enim proportionaiur subjecto quod actual: atqui si virtus sacramentalis recipei clurin subjecto corporeo, exisleret existentia corporea ergo. *Prob. min.* Accidens habet existenliam a subje lo in quo recipitur; definitur enim, ens *in alio existons,* seu *cujus esse est esse in subjecto.* Ergo. 9

R. 1° *distinctione* mox insinuata, *D. min.* *» V '-s sacramentalis reciperetur in subjecte ‹·oγ|'Oγoo quatenus est corporeum formaliter, exisleret existentia corporea , *transeat mm.* -i reciperetur in subjecto corporeo quatenus e>t ens et substantia , JV. ntn.Sic autem virtus sacramentalis recipitur in crarnento, quia in eo recipitur ratione potentiae obcdicnlialis passivæ, quæ competit omnibus creatis sub ratione generali entis creati el substantiae crcake. Dixi, *transeat minor.* Unde

R. 2° *N. min. Ad probat. N.ant.* et explico definitionem datam accidentis. Quando ergo accidens definitur *ens in alio existent,* seu *cujus esse est esse in subjecto,* non est sensus quod accidens habeat propriam existentiam a subjecto tanquam a principio formali, habet enim a propria forma unde sine subicclo potest divinitus existere, ut in eucharistia ; sed sensus est quod, cum sit debilior existentia, indigeat ad exercitium exislendi subjecto firmante etsustentanteillam. At vero si istud officium Deus in eucharistia potest accidenti præslarc sine subjecto, quare non pos et per subjectum corporeum? maxime cum, ut dictum est, in eo non recipiatur ut est formalitcr corporeum, sed ut est ens ct substantia.

inst.'2° Accidens corporeum etiamsi viale non potest subjectari in subjecto spirituali : ergo *a pari* nec spirituale in corporeo.

R. N. conseq. Disparitasesl, 1» quod accidens corporeum, cum sit extensum, exigat subjectum extensum; ct quamvis divinitus possit separari a quantitate actuali, non tamen a radicali, quam proinde debet supponere in subjecto : alaccidens spirituale non exigit subjectum spirituale el inexlcnsum, ut ipsum est ; potest enim osse totum in tc.to, el totum in qualibet parte, ut videre est in anima rationali, quæ corpus informat. 2' Disparitasesl, quod accidens sit perfectio subjecti in quo recipitur; corpus autem natum csl perfici a spiritu ei ei obedirc, non spiritus a corpore : natura enim inferior per elevationem ad superiorem nobilitatur el perficitur; sed natura superior, dejecta ad interiorem, deprimitur cl destruitur.

'Eχ dictis colliges quo loco sit habenda opinio quam novissimus scriplor, Laurentius Berly, tribuit Ægidio Romano, et cui ipse subscribit, nimirum sacramenta esse causam instrumentaient physicam graliæ, non directam quæ per motionem principalis agentis attingat effectum, ut (bHabra

scamnum; sed indirectam, quæ propria actionc producit aliquid physice, cui virlute supernatural! ciTeclus supernaturalis, scilicet gratia, conjungitur : eo modo quo instrumenta agricolæ non habent vim vcgelativam, nec illam tribuunt semini, sed hæc ciliciun l circa terram, quibus jungitur vegetatio salorum.

Verum consideranti *patel* hunc modum non recedere a causalilate morali, nec puto ullum esse Scotistam qui illi subscribere renuat. Quod enim instrumenta agricolæ sint causa indirecta physica vegetationis satorum, ideo est quia id quod physice efficiunt, ex natura sua disponit physice terram ad vegetationem : at id quod physice efficiunt sacramenta, v. g. ablutio corporis, nullatenus ex natura sua physice disponit ad ablutionem animæ, sed tantum moraliter, quatenus Deus ordinavit ut ad positionem hujus sacramenti seu clTcctus ejus physici, infunderet gratiam ; sicque non aliter causal quam ut signum divinæ ordinationis, quod est mera causa)itas moralis. Unde perperam laudatus theologusarbilratur huic senienliæ esse adhaerendum, *quod videatur satis perspicua el possit Thomistarum el Scotistarum argumentationibus confirmari, cl ab harum neutris aliquid patiatur incommodi.* Cum enim non recedat a sententia Scotistaruin,eadem patitur incommoda, cteisdem argumentationibus impugnatur.

ARTICULUS ni.

Quam gratiam causent sacramenta ηοντ legis, an primam vel secundam?

Prima gratia dicitur quæ nullam aliam supponit in subjecto cui infunditur, ul dum pr imum justificatur peccator; secunda, qua.* supponit aliam praeexistentem cl illam auget, ita ut non sintdiversæ graliæ, sed diversi gradus ejusdem graliæ.

Inter sacramenta novæ legis quædam dicuntur *mortuorum*, quia sunt per se primo instituta pro iis qui, privati gratia, sunl spirilualiter mortui per peccatum : et hæc sunl baptismus et poenitentia. Alia dicuntur *vivorum,* quia perse primo sunt instituta pro iis qui jam spirilualiter per gratiam vivum : el hæc sunlalia quinque sacramenta.

Dico 1° Sacramenta mortuorum per se causant primam gratiam ; sacramenta vivorum per se causant secundam.

Prob. Sacramenla per se causant id ad quodpcrseprimariobunlinstilutaaChristo? omne enim quod competit sacramentis, est ex libera Chrisli institutione : alqui sacramenta mortuorum per se primario sunt instituta ad causandam primam gratiam, sacramenta vivorum ad causandam secundam : ergo. *Prob. min.* Illa sacramenla sunt instituta per se primano ad causandam primam gratiam, quæ per se primario sunl instituta ad delendum peccatum mortale, sive origínale, sive actuale; quæ autem supponunt peccatum deletum, non sunt instituta per sc primario ad causandam primam gratiam , sed secundam ; peccatum enim mortale deletur per primam gratiam : atqui sacramenla mortuorum,scilicet baptismus el pernitentia, sunt perse primario instituta ad delendum peccatum sive originale sive actuale; cætcra vero sacramenla supponent peccatum deletum cl ad alios effectus ordinantur, puta, ad conscnalionem vel augmentum graliæ. Ergo.

Confirmatur. Ideo baptismus et poenitentia dicuntur sacramenta mortuorum, quia supponunt subjecfum mortuum per peccatum et privatum vita spirituali gratiæ; cætera dicuntur vivorum, quia supponunt subjectum vivere vita spirituali gratiæ ; ergo gratia quam illa producunt est prima, et quam ista causant est secunda.

Confirmatur prima pars. Si baptismus et poenitentia supponerent in subjecto gratiam ex vera contritione obtentam, non esset homini faciiiu? via ad justificationem cum sacramentis quam sine sacramentis: quod dici nequii. Sed de hoc argumento et objectionibus uberius alibi.

Dices contra primam partem. Greg. Magnus, Horn. 26 dicit: *Aon debemus nos per pastoralem auctoritatem solvere , nisi quos auctorem nostrum per suscitantem gratiam cognoscimus vivificare.* Ergo.

Λ. sensum S. Grcgorii esse , quod sacerdotes non debeant sacramcntaliter absolvero nisi cos qui per gratiam actualem excitantem sunt rite dispositi, ideoque incipiunt vivificari, dispositive scilicet.

Dico 2° Aliquando et per accidens sacramenta mortuorum causant secundani gratiam, ct sacramenta vivorum primam.

Prima pars communiter admittitur, el patel in eo qui perfecte contritus accedit ad sacramentum baptismi vel pernitentia»: in illo enim hæc sacramenta non causant pri-

mam gratiam, cum illam jam supponant ex contritione perfpeta : ergo secundam ; non enim manent sine effectii.

Seeunda pars quæ patitur difficultatem, 1° videtur insinuata Jacobi 5, ubi de extrema unctione dicitur: Si *in peccatis sil, remilientur ei.* 2° Ecclesia in collecta petit ut eucharistia *sil ablutio scelerum. 3°Eam* expresse docet S. Th. in pluribus locis : de extrema unctione in 4, d.23, q. 1,art. 2', quæsliunc. 1, ad 1; de eucharistia infra, q. 79,art. 3, de confirmatione, q. 72, ari. 7, ad 3, his verbis: « Si aliquis adultus in o peccato existens cujus conscientiam non o habet, vel si etiam non perfecte contritus d accedat, dummodo non lictus accedat, n per gratiam collatam in hoc sacramento » (confirmationis) consequitur remissionem » peccatorum. »

Prob. ratione 1° Juxta Trid. sers. 7, can. 7,sacramenta gratiam conferunt non ponentibus obicem : atqui qui solum attritus post confessionem in qua bona fide putat se absolutum, cum tamen non sitex malitia sacerdotis, accedit ad sacramentum altaris, non videtur ponere obicem : ergo recipit gratam , ,ron secundum , cum sit tantum attritus, ergo primam Sic tamen ut non sil duplex gradusgratiæ, sed unus cum duplici formalitate, nimirum nutrientis quæ est per se, ct vivificantis quæ est per accidens.·

Prob. 2° Sacramenta mortuorum per accidens possunt causare secundam g aliam, ut communiter admittitur : ergo similiter sacramenta vivorum possunt per accidens causare primam

Itaque verisimile est quod, quamvis Christusinstiluerilsacramcnla vivorum primario ut conferrent secundam gratiam , et voluerit quod per se et cx intentione non assumerentur ad obtinendam primam gratiam; secundario tamen instituent ut conferrent primam gratiam in casu quo non esset dispositio sufficiens ad suum proprium et primarium ellectum, scilicet secundam gratiam , bene tamen esset dispositio sufficiens ad primam gratiam, ul incasu probationis et all·-, similibus; sicque quod solum requisierit pro sacramentis vivorum rc<‘-pien 'is statum graliæ prudenter existimatum *. idque ctdivinæ bonitati el hominum conditioni, pro quibus instituta sunl sacramenta, valde consonum videtur.

Solvuntur objectiones contra secundam pariem jj. *cundai conclusionis.*

Obj. 1° Effectus sacramentorum novæ legis qui pendent cx sola institutione Chrfcli, nobis tantum innotescere possunt vel ex S. Scripturis, vel ex conciliis et traditione Ecclesiæ, vel denique ex ratione evidenti petita ex singulari conditione et propria natura ejus sacramenti de quo agitur : atqui ex nullo illorum capitum probari potest peccata mortalia per accidens remitti in ipsa reali eucharistiae sumptione. Ergo. Ita Honoratus Tournely q. 7 dc effectibus eucharisliæ, conci 2 Qui tamen q. 4 de effectibus sacramentorum in genere, ari. 1, § An *per singula,* etc. staluil hanc conci. « Sacramenta vivorum possunt per accidens » primam conferre gratiam, et sacramenta » mortuorum secundam » El in probutione : « Si quis eo quo par est pietatis ac reli» gionis affectu atl sacram mensam acccde» ret, cum aliquo tamen mortali peccato, » cujus post diligens examen sc reum esse » ignorat, eucharistica communio per acri» dens primam in eo produceret sanctifi» cantem gratiam. » Quomodo hæc conciliari possunt, viderint quorum interest. Inierim

R. i» ad min conclusionem nostram aliquod fundamentum habere in S Scriptura el in praxi Ecclesiæ, aperleque tradi a S. Th *ut palel cx prima probatione* 2° *Data minori, 1) maj* Effectus sacramentorum nobis tantum innotescere possunt certo el infallibiliter vel cx S. Scripturis, vel cx conciliis, etc. *C maj.* probabiliter, Λ". *maj.* Hoc ipso enim quod neque S. Scriptura, neque traditio, neque Lcclesia huic senlenliæ contradicunt, etsi nihil circa illam asseruerint, cla D.Th. et gravibus theologis salis communiter defenditur, estque institutioni el fini sacramentorum consona, polesl absque ullo vitio sustineri ut probabilis

Obj. 2° Sacramenta id solum causant quod significant : atqui sacramenta vivorum signficant tantum secundam gratiam ct non primam. Ergo.

R. 1° *D. maj.* Sacramenta id solum causant per se quod significant, *C.* per accidens, *N.* Nihil enim obstat qum catiralilas per accidens extendatur ultra significationem , ut palet in sacramentis mortuorum. 2" *D. min.* Sacramenta vivorum significant

tantum secundam gratiam ex primaria et directa institutione , *C.* ex secundaria ct indirecta institutione, *N.* Christus igitur instituit sacramenta vivorum primario ut conferrent secundam gratiam, sic tamen ut, si illam perarcidens non invenirent in subjccloaliundead eam disposito et non ponente obicem, illam per accidens causaient.

Inst. i° contra utramtpie solutionem. Sacramenta vivorum supponunt essentialiter vitam spiritualem per primam gratiam; sunt enim instituta ad illam firmandam, roborandam, conservandam ct nutriendam, «eque illam supponunt : ergo nullo modo illam significare aut causare etiam per accidens |K)ssunt.

Λ. *D. ant. ut ante.* Sacramenta vivorum Jlteiiia primaria et directa institutione supponunt essentialiter, etc. *C.* attenta secundaria ct indirecta institutione, *N. Solutio patet cx dictis.*

Inst. 2° Eucharistia est instituta per modum cibi et potus spiritualis : atqui cibus cl potus non possunt etiam per accidens suscitare mortuos. Ergo. Undo cone. Florent. in decreto Unionis, dicit : *Omnem effectum quem materialis cibus el potus quoad vitam agunt corporalem, hoc idem quoad spiritualem hoc sacramentum operatur.* El Calechismus Rom. parle 2. de eucharistia, ii. 5i , *Constat,* inquit, *quemadmodum mortuis corporibus naturale alimentum nihil prodest, ila etiam animæ quæ spiritu non vivit, sacra mysteria non prodesse.*

II. D. min. Cibus et potus materialis non possunt etiam per accidens suscitare mortuos, *C. min.* cibus et polus spiritualis, Λ'. Disparitas est 1°, quod cibus ct polus materialis non sunl in se vitales cl convertuntur in substantiam aliti, ideoque illud vivens supponunt : at cibus spiritualis, qui fontem ipsum vitæ continet, non convertitur in substantiam aliti, sed convertit alitum in se, ipsumque vivi fica re potest. 2° Disparitas csl,quod in mortuo spiritualiter remaneant semina et initia vitæ spiritualis , nempe fides, spes el attritio, sicque accedentem ad sacram mensam cibus vitalis poterit vivificare : at in mortuo corporaliter nulla remanent semina >eu initia vitæ animalis.

Ad cone. Florent. Ex hoc quod cibus spiritualis habeat omnem effectum cibi materialis, non sequitur quod non habeat alium. *Ad Catcchismum Horn.* Loquitur de effectu eucharisliæ qui est per se et ex primaria institutione.

Obj. Obex ad effectum sacramenti vivorum est peccatum mortale:atqui non tollitur per attritionem existima Lira contritionem. Ergo.

R. 1° *j). mai.* Obex ad effectum sacramenti vivorum est peccatum mortale , spectata primaria et directa ejus institutione, *C.* spectata secundaria et indirecta ejus institutione, *subd.* Est peccatum mortale cognitum et non retractatum per «inceram attritionem. C. ignotum vel retractatum per veram attritionem, *N.*

2° *D. min.* Peccatum mortale non tollitur per attritionem existimatam contritionem , solam, *C.* per attritionem cum sacramento , *N.* Sacramentum enim vivorum prius prioritate naturæ ad effectum proprium , tollit peccatum, sicut in generatione prius natura tollitur forma corrumpenda , quam nova introducatur; sequens enim non esset, nisi prior recessisset Unde sacramentum supponit obicem ablatum ad suum proprium effectum

Inst. -(«Attritio solum existimata seu putativa non sufficit ad effectum sacramenti mortuorum, puta pœnilenliæ: ergo nec contritio solum existimata seu putativa sufficit ad effectum sacramenti vivorum, puta eucharisliæ.

R. N. conseq. Disparitas est, quod defeclusattritionis sit obex in omni peccatore ad justificationem , quia vera pernitentia, quæ non habetur sine attritione, fuit omni tempore necessaria ad justificationem : at posita attritione, existimata contritione, et per eam habita vora poenitentia, defectus contritionis est quidem obex effectui sacramenti vivorum secundum primariam ejus institutionem el per se, sed non secundum s 'cundariam ejus institutionem ct per accidens.

Inst. 2° Christus non requisivit dispositiones lanium putativasad receptionem sacramentorum, sed veraset reales. Ergo.

R. D. ant. Christus non requisivit dispositiones tantum putativas, etc. Utquisaccedal dignus positive, *C.* ul quis accedat dignus negative, hoc est, non indignus,seu sine indignitate el obice, *N.*

Obj. i° Effectus alicui causæ proprius non potest ab alia causa produici ; atqui

prima gratia est effectus proprius sacramenti mortuorum. Ergo.

Λ *D. maj.* Effectus alicui causæ proprius non potest ab alia causa produci in causis naturalibus, *transeat;* in causis cx libera institutione, *N.* Sicut enim Christus instituit sacramenta mortuorum primario ut causarent per se primam graliam tanquam effectum proprium, ct, secundum quod communiter admittitur, secundario ut causeront per accidens secundam gratiam, qui est effectus proprius sacramenti vivorum : ita instituit sacramenta vivorum primario utcausareni per sc secundam gratiam tanquam proprium effectum, el secundario ut causarent per accidens primam qui est effectus proprius sacramenti mortuorum. Igitur prima gratia non est omnimodo effectus proprius sacramenti mortuorum, nec secunda sacramenti vivorum, sed tantum ex suppositione quod sacramenta mortuorum non reperiant primam gratiam in subjecto, el quod sacramenta vivorum illam reperiant.

ARTICULUS IV.

Utrum sacramenta æqualem causent gratiam ; el qua dispositio requiratur ex parle suscipientis ad ejus consecutionem ?

§ I. — Prima difficultas resolvitur.

Dico 1° Abstrahendo a dispositione subjecli, sacramenta specie distincta ex se inxqualem conferunt graliam ; solo numero distincta, æqualem.

Prob. prima pars. Juxta cone. Trid. sess. 7, can. 3, sacramenta novæ legis non sunt inter se paria, sed *unum allero est dignius :* ct hoc manifestum est in eucharistia quæ realilcr in se continet fontem omnis gratiæ. De exteris vide Auct. infra q. 64, art. 3. Atqui causa nobilior el dignior ex se nobiliorem producit effectum. Ergo.

Prob. secunda pars. Sacramenta operantur ad instar causarum naturalium . atqui duæ causæ naturales solo numero distinctae, v. g. duo ignes ex se æqualem omnino calorem producunt : ergo el duo sacramenta solo numero distincta, v. g. duo baptismata cx se, abstrahendo a dispositione subjecti, æqualcm graliam producunt.

Hic q. 69. a. 8. o. — *Dico* 2° Attenta dispositione recipientium , idem specie sacramentum æqualcm gratiam æqualitcr dispositis confert *ex opere opcralo,* mxqualcm inæqualiter dispositis.

Est expresse I). Th. loco cit. in marg, ubi ait de baptismo : « Quidam cum majori, « quidam cum minori devotione ad baptis* » mum accedunt, cl ideo quidam plus, » quidam minus de gratia novitatis acci» » piunt : sicut etiam ab eodem igne accipit » plus caloris qui plus ci appropinquat, li« cct ignis quantum est de se aequaliter ad » omnes suum calorem diffundat. »

Ex (pio formatur argumentum ul supra. Sacramenta operantur ulcausæ naturales: atqui causæ naturales operantur proportionale ad dispositionem subjecti : sic, ul sistamus in exemplo D. Th. idem ignis plus calefacit proximum, minus remotum ; majorem calorem produicit in ligno sicco, minorem in viridi; æqualcm in æqualiter sicco ct proximo. Ergo.

Est etiam Trid. sess. G, can. 7, ubi postquam dixit baptizatis conferri gratiam juxta mensuram quam partitur Spiritus sanctus, addit, *ct secundum propriam cujusquc dispositionem ct cooperationem.*

Dices. Si plus gratiæ recipit magis dispositus, illud plus provenit ex ipsius dispositione : ergo non ex sacramento.

II. D. ant. Illud plus provenit ex ipsius dispositione tanquam ex conditione sine qua non, *C.* tanquam ex causa efficiente, *subd.* Si sermo sit de gratia non sacramenlali, causata *ex opere operantis, transeat;* si sermo sit de gratia sacramenlali, causata *cx opere operato , N.* Quando itaque in suscipiente est dispositio de se sufficiens ad augmentum gratiæ, duplex recipit augmentum, unum correspondons dispositioni tanquam merito, altorum correspondons sacramento ; at si dispositio non sil cx sc sufficiens ad augmentum, unum tantum recipit cx sacramento, cui dispositio concurrit ul conditio sine qua non. Confer tract, de Gral. diss. G, a 3.

§ II. — Secunda difficultas resolvitur.

Dico 1° In sacramentis mortuorum, ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet primam graliam , requiritur elsufiicit in adultis dispositio quæ sil saltem attritio supernaluralis, actualis vel xirlualis.

Prima pars, quod requiratur in adultis dispositio actualis vel virlualis ct detestatio peccati, quæ si.l saltem attritio, *patet* 1° cx

conc. Trid. sess. G , cap. 6, el can. 9 , ubi delinitur impium non justificari nisi disponatur per motum liberi arbitrii. Idem docet S. Th. t,2. q. 110, a. 2, hac ratione, quod forma lixa et permanens secundum communem providentis cursum non introducatur nisi in materia disposita. Adde quod homo per peccatum fuit aversus a Deo per actualem conversionem ad creaturam : ergo non potest dici conversus nec justus, nisi per detestationem peccati el motum contrarium voluntatis, avertatur a creatura et convertatur ad Deum. Vide tract, de Gral. diss. 6, a 3.

Secunda pars, quod sufficiat attritio, est expresse D. Th. in ■', d. 6, q. 1, a. 3, ad 5, ubi ait ; *Ad hoc quod homo præparcl se ad gratiam in baptismo percipiendam, præc.rigilur fides, sed non charitas ; quia sufficit attritio pracedens etsi non sil contritio.*

Prob. ratione. 1« Juxta Trid. sacramenta conferunt graliam non ponentibus obicem: atqui attritus non ponit obicem gratiæ, sed c contra positum retractat : ergo. 2° Si requiratur contritio ad sacramenta mortuorum, nunquam causabunt primam gratiam, et sic non erunt sacramenta mortuorum , nec instituta ad delendum peccatum. *Patet sequela ;* quia contritio nunquam est sine gratia, cum sit ultima dispositio ad illam. Se I fusius de hac malcria in tract, dc Pœnilcntia.

Tertia pare, quod sufficiat attritio vidualis, *palet;* tum quia in entibus moralibus, qualia sunt sacramenta, non requiritur coexislentia physica dispositionum et forma?, sed sufficit moralis, ul alibi diximus; tum quia alias forent continui scrupuli ct anxietates , dum quis paulo ante absolutionem bene dispositus el attritus, ex distractione nalmali suæ attritioni non attenderet.

Dixi, *in adultis;* quia in infantibus el pei peluo amentibus nulla requiritur dispositio actualis, quia sunt illius incapaces. Insuper ubi non est peccatum propria voluntate commissum , non videtur propria voluntate retractandum.

Dico 2“ In .sacramentis vivorum ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet augmentum gratiæ, non requiritur necessario dispositio actualis vel vidualis, Sed -ullicil habitualis, scilicet status gratiæ. Unde etiam si aliquis in actuali susceptione peccet venialiler, puta, culpabili distractione vel aliter, nihilominus recipit hunc effectum. Ila Soto, Joannes a S. Th. Serra, el communius Thomiste cum extraneis contra Cajet. Conk is. et quosdam alios.

Est disertis terminis D. Th. infra q. 79, a. 8, ubi quærens an per peccatum veniale impediatur effectus eucharistiæ? Primo distinguit inter peccata venialia quæ sunt praeterita , el peccata venialia quæ sunt actu exercita. De primis dicit quod nullo modo impediant effectum hujus sacramenti ; de secundis dicit quod impediant quidem effectum secundarium hujus sacramenti, qui est actualis refeclio spiritualis dulcedinis ; quia nemo delectatur de re quam actu non considerat ; sed non impediant primarium effectum , qui est augmentum gratiæ, et ideo dixi in conclusione, *primarium effectum.* Hæc sunt verba S. D. α Secundo autem mo» do peccata venialia (id est, actu exercita) » non ex loto impediunt hujus sacramenti » effectum, sed in parte; dictum est enim » quod effectus hujus sacramenti non solum » est adeptio habitualis gratiæ vel charila» lis, sed etiam quædam actualis refeclio » spiritualis dulcedinis : quæ quidem im» peditur, si aliquis accedat ad hoc sacra» mentum per peccata venialia mente dis» i) tractus; non autem tollitur augmentum w habitualis gratiæ vel charitalis. » Omnes præclari ingenii nervos intendit Conlenson, ul ab hac auctoritate se expediat, sed in cassum. Neque enim S. Doctor loquitur dc peccatis venialibus quæ sunt præterila, sed de iis quæ sunt actu exercita ; neque de distractione naturali, sed venialiler culpabili. An autem inlelligendussil S. D. non solum de distractione venialiler culpabili ex ncgligentia aut tepiditate, sed etiam de ea quæ ultro el ex industria est quæsila aut admissa ; videtur respondendum *affirmative,* cum generaliter loquatur S. Th. dc omnibus pccc atisvenialibus; el id probat ratio sequens, nisi forte dicatur hujusmodi distractionem plene deliberatam , licet ex objecto venialem , fieri mortalem ob reverentiam debw tam huic sacramento. Equidem non diffiteor hac de causa esse debitum dcccnliæ, imo el legale sub peccato veniale adhibendi actualem devotionem ; at esse debitum obligans sub mortali, ita ul dicla distractio plene deliberata evadat murlalis, licet ita contendat laudatus theologus, ego affirmare non ausiin. Quod autem S. Th. dicit de

eucharistia, *a fortiori* dicendum est de aliis sacramentis vivorum, quæ non requirunt tariLim reverentiam el dispositionem.

Prob. conclusio ratione. Sacramenta conferunt gratiam non ponentibus obicem : atqui qui est in gratia et venialiler mento distractus aut titillante vana gloria ad sacramentum vivorum accedit, non ponit obicem gratiæ : ergo. *Prob. min.* 1° Solum pecratum mortale est obex gratiæ ; non veniale, compatitur enim cum gratia. 2° Si is qui cx negligentia aut tepore est venialiler distractus, poneret obicem graliæ, hoc ipso peccaret mortaliter; ponere namque obicem primario et substantiali effectui sacramenti, et advertentèr reddere et sumere sacramentum informe, secundum communem sententiam, est peccatum mortale: atqui *falsum consequens,* nec illud admittunt adversarii. Ergo.

Confirmatur. Eucharistia quandoque confertur phreneticis in articulo mortis, extrema unctio sæpe moribundis usu rationis privatis, confirmatio infantibus; in quibus omnibus non est devotio seu dispositio actualis et virtualis : atqui tamen in eis causatur augmentum graliæ ; alias frusira hæc sacramenta conferrentur, imo nec liceret conferre, utique certo el scienter informia. Ergo.

Solvuntur objectiones·

O6j.l°S.Th. in 4, d.2,q.2, a.1,quæsliunc. 3, dicit: « Cum hoc sacramentum (cucha» risliæ) perficiat conjuugendo fini, ad hoc υ quod effectum suum plene habeat in su» mente, oportet quod adsit actualis devotio. « Absque peccato mortali potest effectus d hujus sacramenti impediri ; ita quod ali» quis augmentum gratiæ non consequatur, » nec tamen reatum peccati mortalis incur» rat. » Ergo.

Respondet Soto, S. Th. seniorem et doctiorem in Summa mutasse sententiam ; cum loco a nobis cil. non solum in corporc art. sed ad 1 el 2, oppositum diserte doceat. At Serra existimat idem in utroque loco docuisse , sed hie in -Summa clarius loculum fuisse. Non enim S. D. in 4 dicit peccata venialia er toto impedire effectum hujus sacramenti . sed , *Ad hoc quod effectum suum plene habeat* in *sumente , oportet quod adsit actualis devotio.* Plene autem habere offectum suum , est conferre non solum habitualem gratiam , sed etiam actualem refectionem dulcedinis spiritualis : ad sic aulem plene habendum suum effectum, etiam io Summa docet requiri actualem devotionem, Unde cum in 4 addit : *Absque peccato mortali potest effectus hujus sacramenti impediri, ita quod aliquis augmentum gratia· non consequatur, nec tamen reatum peccat'· mortalis incurrat.* Per augmentum graliæ non intclligitquodcumquc augmentum gratiæ habitualis, sed augmentum craliæquod provenit ex additione spiritualis refectionis actualis, quando virtute hujus sacramcnli charitas excitatur in actum, cl ferventior lit ob majorem dispositionem actualis devotionis. Ita laudatus Serra.

Insl. 1°S. Th. infra q. 80, a. 8, ad G, de eucharistia dicit : *Maxima devotio requiritur in sumption·· hujus sacramenti, quia tuncpercipitur sacramenti effectus.* Si maxima , ergo actualis.

R. S. Th. loqui dc debito dcccntiæ aut etiam legali sub peccato veniali, quod non negamus, vel de effectu adæquato hujus sacramenti.

Insl. 2· S. D. infra q. 87, a. 2, o, dicit : *Habentibus usum liberi arbitrii non contingit esse infusionem graliæ sine actuali motu liberi arbitrii in Deumct in peccatum.* Ergo.

R. S. Th. ibi loqui de infusione graliæ extra sacramentum. Dc quo alibi.

Opponunt insuper adversarii S. Bonavcnluram , qui in Brevi, p. 6, c. 9, dicit quod, *Qui tepide, indevote el inconsiderate, accedit, judicium sibi manducat cl bibit; quia tan'o sacramento contumeliam facit.* Ergo.

R. neque ipsos adversarios hæc verba admittere sine modificatione el explicatione. Videtur ergo dicendum, vel S. Bonavcnluram non tam theologice quam concionaloric ct per piam exaggerationem loculum fuisse; vel inlclligercdc indevotione, quæ sil tanta ut evadat mortalis.

Quantum ad quosdam alios Patres, qui videntur r quircre devotionem actualem, maxime pro receptione sacramenti cucharisliæ, nullatenus nobis opponuntur. Nos enim etiam requirimus ex decentia, imoex debito sub veniali, propter reverentiam quæ specia'ilcr debetur huic sacramento in quo Christus rcalitcr continetur, imo necessariam omnino dicimus pro consequendo i effectu ejus adæquato, scilicet, non s

p.igmenlo gratiæ habitualis, sed etiam spirituali refectione actuali. Nec aliud evinci potest ex Patribus.

Ubj.2n Ad omnem actionem, consequenter ad infusionem gratis requiritur mutuus contactus agentis el passi : atqui mutuus contactus inter Deum el hominem adultum csl per motum liberi arbitrii. Ergo.

Λ. *D. maj* Ad infusionem gratiæ *ex opere operantis* requiritur, etc. *C. ex opere operato, N.* Tunc enim sullicil ut non ponatur obex gratiæ. Vel dic adesse motum liberi arbitrii in voluntaria susceptione sacramenti , qui sufficit pro sacramentis vivorum.

Inst. Gratiæ infusio iitjuxta mensuram aclusel dispositionis actualis recipientis. Ergo.

R. I). ut ante. Gratiæinfusio *exopereoperantis, C. exopere operato, N.* Hæc enim fit etiam juxta mensuram graliæ habitualis, quæ est dispositio sufficiens ad sacramenta vivorum : licet verum sil, ubi tantum est hæc dispositio habitualis ct nulla actualis, minimum concedatur augmentum graliæ , sicut concederetur, v. g. infanti baptizato cui confirmatio aut eucharistia conferretur.

Obj. 3° Qui se præbet indignum gratia, non crescit in gratia : atqui peccans vcnialiterse præbet indignum gratia. Ergo.

R. I). maj. Qui se præbet indignum gratia indignitate mortali, non crescit in gratia, *C.* indignitate veniali, *subd. Exopere operantis, C. ex opere operato, N.*

Insl. Per peccatum veniale nemo fitsanctus aut sanctior. Ergo.

R. I). ant. ut ante. Per peccatum veniale nemo Iit sanctus aut sanclior *cx opere operantis, C. cx opere operato, subd.* Attenta ratione mali in peccato veniali, *C.* attenta actus substantia, *N.* Itaque actus venialiler malus potest considerari vel sub formali late mali, et sic non concurrit ad infusionem gratiæ; vel secundum substantiam , prout csl libera susceptio sacramenti, ct sic concurrit lanquam dispositio sufficiens ad infusionem graliæ *cx opere operato.*

Obj. 4° specialiter pro sacramento cucharisliæ. Hoc sacramentum datur per modum cibi cl potus nutrientis : atqui cibus cl potus materialis non nutrit ncc augelsincaclu vitali nutriti : ergo nec iste cibus et polus spiritualis sine actu vitali animæ.

R. N. conseq. Disparitas est, quod cibus ct polus materialis convertatur ab alito in ejus substantiam, ideoque indigeat actu vitali : at cibus spiritualis e contra convertit recipientem in se,juxta illud dictum S. Aug, Arc *tu me mutabis in tc sicut cibum carnis tua·,sed tu mutaberis in me.* Unde ut nutriat cl augeat, non requirilactualemdevotionem in recipiente, sed sufficit quod non ponat obicem.

Obj. 5° Si in qualibet susceptione eucharistia; sine actuali devotione cum solo statu graliæ, augeatur gratia, sequitur quod gratia cl charitas tot sacerdotum , quos par ‹ t credere celebrare cum aliqua saltem exigua devotione actuali, sil valde intensa ; atqui, etc., ut in precedent! argumento. Ergo.

R. 2° non esse dubitandum quin plurimi sint sacerdotes quorum maximo intensa est charitas, quæ licet non se prodat exterius perinsignia opera, quæ non semper occurrunt, se prodit tamen in officiis solito occurrentibus, ct in hoc maxime quod se conservent in gratia contra continuo insurgentes tentaliones; illa enim charitas non est parva ncc otiosa quam aquæ multæ lot tenlationern non possunt exlingucre. Quod aulem in actus fcrvcnliores sæpc non erumpat intus, provenit cx quotidianis peccatis venialibus quæ fervorem charilalis remittunt. In aliis vero per peccata mortalia amittitur gratia, quæ postea difficile ad cumdcm gradum recuperatur, flisadde, accedenti ad eucharistiam sine ulla actuali devotione, tenuissimum, ut jam dixi, gradum gratiæ conlerri

ARTICULUS V.

Utrum gratia sacramenlalis addat aliquid supra gratiam communiter dictam, et quid 'f

Gratia communiter dicta, *st gratia considerata sub ea precise ratione qua facit hominem Deo gratum, ct habet annexas quasi proprietates virtutes cl dona in potentiis ani-

mæ, ct quam ideo Auctor vocat gratiam virtutum e(donorum. Quaestio est utrum gratia quæconferlur per sacramenta, ad aliam aliquid addat, et quid.

Hic q. 62. a. *1. o.*—*Dico* 1° Gratia sacramentalis addit aliquid supra gratiam communiter dictam, seu gratiam virtutum et donorum.

Ibid, in a. s. o.— *Prob.* **1°** Si gratia sacramenlalis non adderet aliquid supra gratiam virtutum ctdonorum,frustra sacramenta habentibus gratam , dona ct virtutes adhiberentur : atqui in operibus Dei nihil iit frustra: ergo. Aeque *dicas* ad hoc tunc deservite -aeramenta quod gratiam augeant; ad id enim augmentum sufficeret idem sacramentum sæpius iteratum.

Ibid. o.— *Prob.* 2° Gratia communiter dicta sive gratia virtutum el donorum datur ad generalem ordinationem actuum anima*; sacramenta autem ordinantur ad aliquos speciales effectus in vita Christiana exercendos quasi cx officio et ratione status :sicbaptismusordinatur ad spiritualem generationem, qua mortui peccatis vivimus in Christo tanquam ejus membra ; confirmatio, ut tanquam milites Christi firmiter stemus in fide; eucharistia, ut spiritualiter nutriamur, augeamur ct perficiamur; et sic de caderis : atqui ad hos speciales effectus requiritur gratia specialis. Ergo.

Con/irmaluri0 Si per quodlibet sacramentum non conferretur aliqua gralia specialis, scd solum gratia communiter dicta , sacramenta nostra nonnisi rilucxternodiffencnt, nec plura debuissent institui , sed unum suffecisset : utrumque dici non potest. Ergo.

Confirmatur 2° Qui justificatur extra sacramentum , recipit gratiam communiter dictam , virtutes cl dona , el tamen non recipit gratiam sacramenlalem. Ergo.

Dico 2° Gratia sacramentalis non est habitus realiler distinctus a gratia communiter dicta virtutum cl donorum , neque solum auxilium speciale transiens, sed novus modus intrinsecus perfectionis seu specialis vigor gratia.* communiter dictæ superadditus, cum ordine seu exigentia cl jure ad auxilium actuale suo lempore conferendum. Ita Joan, a S. Th. Cabrera, Nugno , Serra , Contenson et alii contra Cajet. Solo, Gonct. ct alios, *quoad acundam pariem conclusionis.*

Probatur prima pars. Effectus specia- les ad quos ordinatur gratia sacramentalis, non sunt realiler el substantialiter distincti ab effectibus gratiæ communiter dio* tæ virtutum et donorum,.scd modalilcr tantum, quatenus fiunt quasi ex officio, cl ratione status connaturalilcr et ex speciali vigore; ergo ad illos non requiritur novus habitus realiler distinctus ab habitu gratiae habitualis communiter dicta?. *Prob. ani.* Sic effectus quem causal poenitentia sanando , baptismus regenerando, extrema unctio allcviando, substantialiter fit per habitum gratiæ virtutum cl donorum; ctquamvis baptismus remittat lotam poenam, nihil est tamen ibi substantiale distinctum, sed modalilcr tantum, secundum majorem ejusdem graiiæ extensionem : sic etiam effectus eucharistiae, qui est nutrire et augere animam spiritualiter, fit substantialiter per actus fcrvenliorcsvirtutum ; offectus confirmationis, qui est firma fidei confessio, est substantialiter actus fidei ; effectus sacramenti ordinis, qui est debita sacramentorum exeeutio, est subslantialitcr actus religionis; tandem effectus gratiæ matrimonialis, qui est caste vivere, fidem mutuam servarc, seque mutuis officiis juvare, est substantialiter actus, vel juslliliæ, vel charitalis, vel castitatis. Ergo.

Confirmatur. Gratia sacramentalis est gratia sanctificans; qui enim illam recipit, vel sanctificatur si sit peccator, vel fit sanctior si jam sil justus : atqui si esset habitus realitcr distinctus a gratia habituali communiter dicta, non esset sanctificans: ergo. *Prob. min.* Proprium est gratiæ habitualis commuritcr diclæ sanctificare, imo est ejus effectus formalis : ergo non potest per alium habitum realiler distinctum præstari ; effectus enim formalis est ipsa forma communicata.

Secunda pars colligitur ex I). Th. qui hic ait. 2, ad 1, dicit. « Gratia virtutum cl » donorum sufficienter perficit essentiam » animæquanlum ad generalem ordinatio- » nem actuum animae; scd quantum ad » quosdam effectus speciales qui requirun- » tur ad vitam Christianam , requiritur » sacramentalis gratia, » quæ nempe perficiat essentiam animæ in ordine ad illos speciales effectus : ergo, juxta S.Th. gratia sacramcntalis est quid intrinsecum clpermaneus, perficiens essentiamanimæ. Auxilium aulcm actuale non est quid intrinsecum perma-

nens, perficiens essentiam animæ, sed applicans tantam potentiam adactum. Elin resp. ad 3, dicit quod *Gratia sacramentalis habet se ad gratiam communiter didam sicut ratio speciei ad gmus*, speciei scilicet incompletae ct modalis (gratia enim est speciei atomae), eo modo quo, v. g qualitas magis ct minus intensa, digitus erectus ct digitus inflexus distinguitur. Certum estautem speciem modalcm el incompletam addere aliquid intrinsecum generi. Neque valet si dicas cum Cajet, et Solo, S. Th. loqui de gratia prout abstrahit ab actuali et habituali ; manifestum est enim tam ex corporo articuli quam ex solutionibus argumentorum, ipsum loqui de gratia habituali sanctificante.

Prob. ratione. Sacramenta, ut dictum est, ordinantur ad diversos et speciales effectus perlinentes ad vitam christianam efficiendos ab homine : atqui ad id, secundum consuetum l'rovidenliæ cursum, non sufficit auxilium Dei actuale transiens, sed requiritur aliquid in homineintrinsccum et permanens per modum principii, cui correspondent et connaturalilcr proporlionclur auxilium istud transiens ct operatio ad quam datur ; exigit enim suavis et consueta rerum dispositio, el connaturalis agendi modus, ut in omnibus causis principalibus qualis est homo respectu suorum actuum, operatio supponat in operante principium operationum sibi connalurale el proporlionatum. Ergo gratia sacramentalis non addit solum supra gratiam communiter dictam auxilium transiens , sed modum quemdam intrinsecum ct permanentem per modum principii, quem dicimus perfectionem el vigorem specialem gratiæ communiter diclæcum ordincctexigentia auxilii suo tempore conferendi.

Neque dici potest quod istud speciale auxilium supponat gratiam communiter dictam tanquam principium cui connaturalilcr correspondrai : alias sequeretur quod gratia sacramentalis daretur pariler extra sacramenti, cl quod nihil quidquam adderet etiam per modum actualis auxilii ad gratiam communiter dictam.

Confirmatur. Gratia sacramentalis, maxime secundum Thomistas, procedit effective a sacramentis: atqui auxilium actuale non efficitur a sacramentis. Ergo.

Hujus rei aptum exemplum habemus in gratia justitiæ originalis comparata ad nostram. Erat eadem entitative et substantialiter cum nostra; habebat tamen quemdam modum perfectionis, quemdam vigorem quo perfecte subjiciebat partem sensitivam rationi ct corpus animæ. quem non habet nostra.

Itaque, ul ad singula descendamus . gratia sacramentalis baptismi est gratia habitualis cum perfectione el vigore speciali ad novam vitam in Christo instituendam, ad remissionem totiusculpæ et pœnæ et ad rite suscipienda alia sacramenta, cum ordine, ex:gentia el jure ad auxilia actualia huic adeptæ regenerationi conservandæ et ejus actibus necessaria. Gratia sacramentalis confirmationis est gratia habitualis seu ejusaugmenlum, pariter cum speciali vigore cl robore ad fidem alacriter et fortiter etiam in vitæ discrimine propugnandam, cum ordine et juread auxilia hisactibus necessaria. Gratia sacramentalis eucharistiæ est gratia habitualis cum pari vigore et ordine ad auxilia pro anima spiritualiter nutrienda et specialiter Deo unienda per fervenliores actus virtutum. Gratia pœnilenliæ est gratia habitualis cum pari vigore et ordine ad auxilia necessaria pro peccatis plangendis, delendis et cavendis. Gratia exlremæ unctionis est gratia habitualis cum pari perfectione et ordine ad auxilia pro tollendis reliquiis peccatorum, morbo alleviando aul patienter ferendo, et præparalionc animæ ad felicem mortem contra extremos lenlaloris impetus. Gralia sacramenti ordinis est gratia habitualis cum pari vigore cl ordine, etc., ad recte exercendum cultum divinum el sacramenta administranda. Gratia matrimonii est gratia habilualiscum pari vigore etordine,etc., ad fidem mutuo servandam, ad conjugaliter et caste vivendum, ct ad onera matrimonii ferenda.

Neque temoveatquoddicamus, *cumjure ad auxilia gratia·*, quasi id derogaret gratiludini gratiæ; istud enim jus fundatur in sola liberali elgratuita Dei promissione, qui fidelis est in suis promissis, nec dccsl in necessariis : unde nihil otlicil gratitudini gratiæ , sicut illi non obesi quod gratiam communiter dictam sequatur jus ad communia auxilia.

Dices 1° S. Th. hic ari. 3, nulla facta mentione'de aliqua perfectione intrinseca et permanente, dicit tantum, *graham sacramentalcm addere supra gratiam com-*

muniter acceptam auxilium divinum /atqui auxilium divinum non est quid permanens. Ergo.

R. 1° non esse insolitum apud S. Th. per *auxilium divinum* intelligi aliquid habituale et permanens : sic 1,2, q. 109, a. 1, dicit *requiri auxilium graliæ ad hoc quod homo resurgat el quantum ad habituale donum el quantum ad interiorem Dei motionem,*

R. 2° *D. min.* Auxilium divinum formaliter in se non est quid permanens, *transeat;* radicaliter in suo principio connaturali, *N.* Cum igitur auxilium actuale, juxta consuetam providentiam et connaluralem modum agendi, debeat corrcspondere alicui principio operativo, hoc ipso quo S. Th. dixit gratiam sacramcntalem superaddere auxilium divinum ad speciales effectus, implicite intellexit connalurale ejus principium. Vel dicendum quod perauxiliuminlellexitqualemcumque confortationem specialem supra gratiam communiter dictam, quam ideo non nominavit gratiam, eo quod non sit gratia realiter distincta, sed tantum modus gratiae.

Dices 2' Effectus ad quos ordinatur gratia sacramentalis, non sunt diversi ab actibus graliæ virtutum ct donorum : v. g. protestari lidcm , qui est effectus confirmationis, est actus fidei ; imo quandoque contingit quod aliquis sine sacramento confirmationis lidcm fortius profiteatur quam confirmatus. Ergo.

R. 1° hoc argumento probari pariter non requiri auxilium speciale, quod non admittunt objicientes. 2° *D. ani.* Effectus ad quos ordinatur gratia sacramentalis, non sunt diversi substantialiter ab actibus graliæ virtutum cl donorum , *C.* modalitcr, *N.* Ili enim vi graliæ sacramentalis eliciuntur quasi ex officio cl ratione status, tanquam a membris viventibus Christi per derivationem specialem ejus graliæ capitalis. Unde quod non confirmatus fortius proteslelur (idem quam confirmatus, hoc provenit cx majori conatu et intentione, sed non agit ex officio et ralione status, neque ul membrum vivens Christi per specialem derivationem a gratia ejuscapitali.

Inst. Quare non sufficit quod gralia sacramentalis ad suos effectus superaddat graliæ communiter diclæ jus ad auxilium speciale ?

R. Vel illud jus csl quid intrinsecum permanens, vol non : si primum, habemus intentum ; si secundum, recurrunt rationes nostra?·

Ex dictis colliges gratias sacramcntalcs essentialiter inter se differre specie ; respectu vero graliæ, accidenlaliter modalitcr tantum : sicut, v. g. inflexio et erectio inter se essentialiter differunt, respectu vero digiti accidentaliter modalitcr tantum.

Petes an gratia sacramentalis possit conferri extra sacramenta?

R. de lege ordinaria non conferri ; quia tamen Deus gratiam non alligavit nccessario sacramentis, nihil repugnat eam dari extra sacramenta.

Inferes ilaque ex dictis quod, quamvis Deus aliis qui sacramenta non suscipiunt, non soleat auxiliis deesse quibus adjuvantur in iis operibus ad quæ tenentur, speciali tamen titulo adest illis qui sacramenta suscipiunt ratione specialis perfectionis graliæ el juris quod ipsis tribuunt sacramenta ad auxilia specialia pro actibus specialibus sacramentorum necessaria.

Vides, amice lector, quanta cura quisque invigilare debeat ne amittat gratiam sacramcntalem, vel ne illa indignum se praebeat sacramenta indispositus recipiendo.

S.Th. art. 3 hujus q. docet gratiam contineri in sacramentis novæ legis, non solum ut signatum in signo, sed etiam uleffectum in causa instrumental!. Art. 4 docet in sacramentis novæ legis esse virtutem causativum graliæ, quia ponendo quod sint causæ instrumentales graliæ, necesse est ponere quod in eis sit quædam virtus instrumenlalis transiens et incompleta ad inducendum sacramcntalem effectum. Art. 5 docclsacramenta novæ logis habere virtutem ex passione Christi ; tum quia sacramentum csl instrumentum separatum, humanitas Christi instrumentum conjunctum ; dc ralione autem instrumenti separati osl quod moveatur per conjunctum, sicut baculus per manum ; tum quia sacramenta novæ legis præcipue ordinantur ad duo, ad tollendos defectus peccatorum , ct *d perficiendum hominem in his quæ perlinent ad cultum Dei secundum religionem christianam . atqui Christus liberavit nos a peccatis nostris, præcipue et speciali modo per suam passionem , non solum efficienter et meritorie, sed el satisfacloric; item per passionem suam initiavit ritum chrislianæ religionis, offerens

eeipsum Deo oblationem el hostiam. Ergo. I Ilis non immoramur, quia sufficienter explicata sunt art. 1 e' 2 hujus disseri.

conclusio circumcisionem fuisse inslitulain in remedium peccati. Dc quo infra.

f \RTICtLUS VI.

Utrum sacramenta veleris legit gratiam causarent?

s0]() |)c0 0pPran[e u|(ra meritum rccipicn- (js cl ministrantis: atqui circumcisio sic

2.62. <.'6.0.— *Dico* 1° Sacramenta veteris legis non cau<ahant gratiam *ex opere operato* active, sicut nostra: hoc est, non habebant in se virtutem instrumcntalem physicam cffeclivamgraliæsiculsacramenta novæ legis.

Prob. illam virtutem non habebant ex se, sic enim nec nostra habent; cl alias non fuissel necessaria passio Christi, secundum illud Galal. 2: Si *cx lege estjustitia, Christur gratis mortuus est.* Neque cx passione Christi seu ex Christo, a quo tamen omnia sacramenta vim habent: *Aon enim est aliud nomen sub cado datum , in quo oporteat nos talvos fieri;* Prob. Christus nondum existebat : atqui quod non existit, licel possit muvere secundum quod est mente apprehensum, ul linis non existons sed apprehensus movet, non potest tamen movere physice secundum usum exteriorum rerum, qualia sunt sacramenta ; sicut enim causa efficiens non operatur physice antequam sil, ita non utilur tunc aliquo reali instrumento ad eflicicndum. Ergo.

El hoc sensu inlelligimus Apost. Galal. 4, dum vocat sacramenta veleris legis *infirma tl egena elementa*, el quædam SS. Patrum leslimonia quibus deprimunt hæc sacramenta; item conc. Florent, dum in decreto Unionis dicit sacramenta veteris logis a sacramenlis novæ logis differre, quod *Illa non causabanl gratiam, sed eam solum per pastionem Christi dandam figurabanl; heer autem continent gratiam; clipsam digne tuseipicnlibus conferunt.*

1.2,q. 104.n.4. q.<02. a. 5. ad.5.q. 103 a. 2. — Quamvis autem hæc sit praecipua differentia inter sacramenta utriusque legis, sunt tamen aliæ plures. 1°Nostra sunt paucIora. faciliora, et a Christo immediato inslilula. 2" Sunt diversi ritus, et in veteribus nulla forma determinata servabatur. 3° Eranl signa nostrorum cl ad lempus instiluta.

In 4. q. 1.q, 2. n. 6. qutrit. 1 nd 2 ct 3. — *Dico2*" Circumcisio conferebat gratiam parvulis ex *opere operato* passive. Supponit I *a* homo qui accipiebat circumcisionem, pro· conferebat gratiam parvulis. Ergo. *Prob. min.* Non circumcisio ipsa, sed solus Deus ad positionem circumcisionis vi pacti cl pro missionis efficiebat gratiam (ut palet ex procedenti conci.), ultra meritum infantis recipientis, erat enim incapax, ctultra merilumministrantis.luQuia,uldocetS. Aug. Epist. 103, cl S. Th. in 4 cil. in marg. circumcisio collata ab infideli seu malo minisiro valebat, modo haberet intentionem faciendi quod Deus hoc signo instituerat, seu quod veia Dei Ecclesia faciebat, sicut nunc de baptismo, ut dicemus infra. 2° Quia si gratia penderet a sanctitate et merito ministri, valde incerta foret salus infantis. *Neque dicas* non esse magis incertam quam in sententia nostra , quæ requirit intentionem internam in ministro; longe enim facilius est habere illam intentionem quam sanctitalem. 3° Quia nullus privatus, el ne rccurrasad meritum Ecclesia-, nec ipsa Ecclesia potest alteri mereri infallibiliter el de condigno primam gratiam ; hoc enim est pr<>prium capitis, ul diximus in tract, de Grat. el *dato* quod possil impetrare aul mereri dc congruo, non tamen nisi mediante molu illius cui gratia conferenda est cujus esi incapax parvulus :alioquin Ecclesia sicut tune, i a el nunc posset parvulos suos sinccæremonta externa per solum actum internum sanctificare, sicque non indiguisset nec indigeret sacramentis pro parvulis. Sed veritas cslquod, etsi per impossibile nullum esset mei itum, nulla charitasin Ecclesia, et ministerconferendo baptismum, idem dic de circumsiouc, intenderet facere quod facit Ecclesia, perficeret sacramentum et gratiam conferret.

*Dires.S.*Th.infra q.70,a.4,o, dicit circumcisioncm justificasse ex fide suscipienti· aul ministrantis : ergo non *ex opere operato* etiam passive, sed *ex opere operantis.* Verha sunt D. Th. e In circumcisione conféré » baturgraiia non ex virtute circumcisionis, » sed virtute fidei passionis Christi cujus si· » gnum erat circumcisio, ita scilicel quod homo qui accipiebat circumcisionem, pro·

» fitebatur se suscipere talem fidem, vel » adullus pro se. vei alius pro parvulis. Un- » de Apost. dicit Rom. quod Abraham ac- j) cepit signum circumcisionis signaculum d justifia:; quia scilicet justitia oral *ex* fide j) significata, non ex circumcisione signiti- υ canfe. »

Λ. *D. ant.* Juxta S.Th. circumcisio justificabat ex fide suscipientis aut ministrantis ad instar sacramenti, independenter a merito nlriusquo, *C. anl.* ex fidetanquam cx merito alterutrius, *N. ant. ct conteq.* Quando enim dicimus circumcisionem conferre gratiam *ex opere operato,* et non *ex opere operantis,* non excludimus absolute opus operantis, sed excludimus illud ut meritum graliæ : fides autem ministrantis applicata parvulo per circumcisionem, ut est actus person®, nullatenus est meritoria graliæ; sed ad ejus protestationem seu applicationem per circumcisionem, tanquam ad signum divinæ promissionis, Deus confert gratiam; ct hoc sensu intelligimuscircumcisionem conferre gratiam parvulo *ex opere operato* passive, ct non *ex opere operantis.* Audiatur S. Th. loc. cil. in 4, clarescipsum explicans, cl expressis verbis sententiam nostram asserens. « Ad 2, inquit, diccn- *n* dum quod fidesaliena nonjuvabatinquan- » tum erat actus personæ, sed ex parte illa d qua respiciebat objectum suum, scilicet » Christum, quod erat medicina totius na- » luræ, in quo habebat quamdam similitu- » dinem cum sacramentis nostris, inquan- » tum justificabat ex objecto quasi *ex opere* » *operato, non autem ex opere operante.* » Et ad 3 : « Formatio et informatio fidei sunt » conditiones ejus ex parle operantis, non » autem cx parte objecti, et ideo informitas » fidei in parente non impediebat effectum » salutis in filio. Impediebat autem in ipso, » quia informitas illa proveniebat ex aliquo » quod erat contrarium saluti, scilicet ex » peccato mortali. » Apertum est ergoS.Thomam per fidem cujus intuitu conterebatur gralia, nihil aliud intcliigerc quam protestationem fidei in Christum per circumcisionem, aulsi velis, ipsam fidem ul protestam , applicatam et significatam per circumcisionem, quit unique inierim esset minister, aut quidquid interius crederet, modo intenderet tacere quod Deus hoc signo instituerat; ciatenim ibi tota fides requisita : nl nunc quidquid interius credat minuter I baptismi, modo conferat baptismum curo debita intentione, perficit sacramentum.

Quantum vero ad circumcisionem pro adultis et alia sacramenta veteris legis, res videtur valde ambigua el obscura. Multi tenent ea non conferre gratiam nisi *ex open operantis,* sicut quodvis aliud opus bonum, sic, ul ultra meritum operantis nihil grati® conferant, nec accedentem attritum faciant contritum.

E conlra Cabrera, Soto, Eslius, post Kugoncm et S. Bonavcnluram volunt circumcisionem (idem videtur dicendum de aliis sacramentis) conferre gratiam adultis, non solum ratione meriti, sed, uldicilSoto, ratione fidei instar sacramenti, quatenus per circumcisionem applicatur, quod nos modo dicebamus *cx opere operato* passive; ita ut, juxta hunc theologum, accedens attritus fieret contritus, arbitraturque hanc esseopinionem D.Th.infra,q.70,a.4,ad5, ubi S. D. docet per circumcisionem remitti adultis non solum peccatum originale, sed eliam actuale, quod falsum esset si supponeretur contritus, et cx attrito non fieret contritus. Item quiaS. Th. ibidem nonaliam ponit differentiam inter circumcisionem cl baptismum quam quod baptismus liberal ab omni reatu pœnæ, quia, in eo confertur copiosior gratia, non circumcisio ; cl in corpore articuli, quod baptismus conferat gratiam ex virtute passionis Christi peraclæ, circumcisio autem in fide Christi venturi; id est, baptismus physice et *cxopere operato* active, ct circumcisio moraliter ct *cx opere operato* passive, ut explicuimus.

Verum *esto,* ut pluribus placet, non esse tribuendam sacramentis veteris legis hanc praerogativam quod , sicut sacramenta novæ legis, faciant ex attrito contritum, attamen omnem graliæ causalitalcm sic tribuere merito operantis, ul nihil reservetur sacramento, videtur repugnare notioni veri sacramenti, qualia sunl sacramenta veleris legis: nam sacramentum verum debet differre a non sacramento, nosque aliter sanctificare quam non sacramentum ; alias ut quid illud diceretur sacramentum et non istud? Atqui, si sacramenta veteris legis causent tantum gratiam *ex opere operantis,* sic, ut lota graliæ causalilas compeial merito operantis, et nulla sacramento, nullatenus differunt a non sacramentis; quodvis enim aliud opus bonum quod non est sacramentum, eodem

prorsus modo confert graliani. *Neque dicas* quod sanctificent sanctitate legali ; id enim non sufficere ad rationem sacramenti probavimus dissert, *i* , a. 2.

Respondet Joan, a S. Th. sacramenta veteris legis differre ab aliis bonis operibus et cærcmoniis religionis, quod sacramenta essent signa practicegraliæ, continentia promissionem ct pactum Dei : at vero quodcumque opus bonum , quaevis alia caeremonia religionis, ex fide per charilalem operante peracta , cral pariter signum praclicum graliæ, continens promissionem el pactum Dei ; promisit enim Deus gratiam cuilibet operi bono procedenti ex fide per dilectionem operante, ut vidimus in tract, dc Grat.et hinc

Confirmatur. Si sacramenta veteris legis causent tantum gratiam modo dicto, sequitur quod fuerint instituta in gravamen potius quam in utilitatem populi; siquidem sine illis non minus quam cum illis posset obtineri gratia.

Respondet laudatus Joan, a S. Th. ex Aposl. Rom. 3, dicente : *Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? Mullum quidemper omnem modum. Primum quia credita sunt ci eloquia Dei.*

Sed centra. Evidens est sensum Apostoli esse, quod crédita sint eloquia Dei non circumcisioni prout est sacramentum respective ad gratiam , sed religioni Judæorum , cujus circumcisio oral tessera ; sicquc remanet quod ipsa ut sacramentum sit inutilis, et *a fortiori* alia sacramenta. Sed cl verius arbitratur Estius, responsionem quam hic facit Apostolus, non spectare secundum membrum suæ interrogationis, hoc scilicet · *aut quæ utilitas circumcisionis?* illi enim respondet cap. sequenti ; sed primum , hoc scilicet : *quid ergo amplius Judæocst?*

Videtur itaque dicendum sacramenta veteris legis moralilcr aliquid graliæ *ex opere operato* conferre passive, ct non totum haberi ex merito operantis ; sive dicas Deum eorum intuitu aliquem graliæ gradum conferre ultra illum qui debetur merito, sive Deum eorum intuitu augere vel devotionem, vel fidem, vel attritionem, vel contritionem, quod est saltem concurrere mediale ad gratiam ; sive aliquid aliud quod volueris, modo in cis salves rationem sacramenti prout distinguuntur a non sacramentis, ncc in ratione sacramenti sint inutilia.

DISSERTATIO IV.

DE ALTERO EFFECTU SACRAMEXTORtM, OUI EST CHARACTER.

D. Th. Q. 63.

Character est vox græca significans notam vel signaculum quo vel unus ab alio distinguitur, vel ad aliquod officium deputatur : sic pecudes solent charactere distingui; sic qui deputabantur mililiæ, solebant antiquitus insigniri aliqua nota corporali quæ dicebatur character militaris. A theologis usurpatur pro signaculo quodam spirituali per sacramentum animæ indelebilitcr impresso, quo fideles deputantur ad ea quæ sunt cultus divini. De illo quærimus 1° utrum cl per quæ sacramenta conferatur ; 2° quid sil seu ad quod prædicamentum pertineat. Deinde varias circa illum quæsliunculas resolvemus.

ARTICULUS I.

Utrum et quæ sacramenta novæ legis characterem conferent ?

Hicq. 63. a. 4. *o.—Dico* 1° Quædam sacramenta novælegis conferunt characterem.

Est dc fide decisa a conc. Florent, in decreto Unionis, et a Trid. sess. 7 , can. 9 , contra Wiclcfistas, Lutheranos et Calvinistas, qui absolute negant ullum characterem per sacramenta imprimi, contenduntquc Innoc. III, qui obiit anno 1216 , esse primum illius inventorem.

Quidam conclusionem probant cx illo 2 Cor. 1 : *Qui unxit nos Deus, qui el signavit nos cl dedit pignus Spiritus in cordibus nostris,* ct ex quibusdam aliis similibusS. Scripluræ locis. Alii vero arbitrantur nihil certo evinci posse cx S. Scripturis, quia recte intelligi possunt dc sola gratia. Ulutsil,

Prob. conclusio ex traditione. S. Dionys. deEccles, llicrar.c. 2,dicit Deumacccdcnti ab baptismum tradere sui participationem ; cl addit: *perficiens ipsum divinum ct communicatorem divinorum per characterem.* Hinc S. Th. in 4, d.4, q. 1, a. 1, dicit quod *a S. Dionysio prima traditio characteris* nolnsudrenit, scilicet proprio nomine.scripto expressa.

S. Cyri Ilus Jcros. in præfat. ad Catecheses. *Magnum,* inquit, *sane* ex/ *propositum hoc baptisma, captivitatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccati, anima rege-*

neralio, **vestimentum** *candidum, signaculum /anctum el indelebile.* Et Catechesi 4 : *Spiritus sanctus tempore baptismatis animam obsignat.* Quibus verbis Si-1). aperte distinguit characterem sicut etgratiam a ritu externo, sicut erfeclum a causa ; et ab ipsa gratia, quod illesit indelebilis el non gratia.

S. Rasilius, Horn. 13 in S. Baptisma : *Quomodo,* inquit, *vindicabit te angelus ? quomodo eripiet ex hostibus , nisi agnoverit signaculum ? Quomodo dicturus es (u, Dei sum, si nolas ac insignia nonexhibeas?*

S. Chrysost. OraL 2 in Epist. ad Ephes, dicit nos in anima signari per baptismum , quomodo Judci in corpore per circumcisionem signabantur. Signum autem circumcisionis erat perpetuum. Idem dicit S. Epiphan.Hsresi 8;S. Ambros. lib. 1 de Spiritu S. c. 6, *Etsi,* inquit, *specie signemur in corpore ,* scilicet per sacramentum seu ritum externum, *veritate tamen signamur in corde,* scilicet per characterem. Videantur insuper S. Joan. Damasc. lib. 4 Orlhothoxæ fidei, c. 9; S. Greg. Nazianz. Orat. 40.

S. Aug. Epist. 23 , *Consecratio,* inquit, *reum lacii harelicum, exlra Domini gregem habentem dominicum characterem.* Epist. 50 sub finem , malo cbrisliano interroganti cur non iterum baptizaretur ad ablutionem peccatorum, respondet : *Quia non facio injuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris.* Tract. 5 in Epis. Joan, de malo Christiano : *Characterem,* inquit, *impositum habet, sed desertor vagatur.* Lib. 6 contra Donalislas, cap. 1 : » Salis eluxit pastoribus Ecclcsiæ calholicæ » toto orbe diffusae, per quos postea plenarii » concilii auctoritate originalis consuetudo » firmata est, etiam ovem quæ foris errabat » et dominicum characterem a fallacibus » deprædatoribus suis foris acceperat, vc- » nicnlcm ad chrislianæ unitatis salulem, » ab errore corrigi, a captivitate liberari, a » vulnere sanari , characterem tamen dc- » minicum in ea agnosci potius quam irn- » probari. » Tandem S. Aug. contra Donalistas passim probat malos non secus ac probos recipere verum baptisma, illudque ncc iterari nccamitti posse' cum ergo ficte accedens non recipiat gratiam , el actus ipse transeat, apertum est esse aliquid aliud quod recipiunt mali", quodque manet in illisindclcbiliter ·. boc autem quid est aliud quam character?

Huic ergo traditioni innixus Innoc. Ill, cap. *Majores ,* lit. 42 dc Bapt. loquitur de charactere impr per baptismum tanquam de re nola et communiter recepta in Ecclesia ; sicque nonnisi per evidentem falsitatem potest trad **tanquami rimusauc**tor illius.

Ex eadem traditione conc. Florent, in decreto Unionis, ct Trid. sess. 7, can.9, hoc dogma definierunt : verba sunt Tridentini : «Si quis dixerit in tribus sacramentis, » baptismo, confirmatione et ordine, non d imprimi characterem in anima, hoc est, » signum quoddam spirituale et indelebile, » unde **ea iterari** non **possunt , anathema** » sit. »

Ratio conclusionis a priori nulla est præter institutionem Christi, quæ nobis innotescit per traditionem el definitiones Ecclesiae.

Ratio congrua Auctoris est hac, Quicumque deputatur ad aliquid cerium , consucvitad illud consignari, sicut milites qui adscribobantur ad militiam, antiquitus solebant quibusdam characteribus insigniri ; atqui fideles per qhædam sacramenta deputantur ad aliquid spirituale agendum vel recipiendum perlinens ad cultum Dei : ergo congruum est ut ad hoc aliquo characlcrc spirituali consignentur.

Q. 63. a. 6. o.— *Dico* 2° Tria tantum sacramenta, scilicet baptismus, confirmatio ct ordo, conferunt characterem, non alia quatuor.

Per tria assignata conferri characterem jam vidimus definitum a Trid. Per hæc autem sola conferri, et non per alia quatuor pariter definivit conc. Florent, in decreto Unionis, his verbis: α Inter hæcsacramenta » tria sunt, baptismus, confirmatio ctor- » do, quæ characterem, id est, spirituale » quoddam signum imprimunt indelebile » in anima : unde in eadem persona non » reiterantur.Reliqua vero characterem non » imprimunt, et reiterationem admittunt. »

Ibid, in a. s. c. — *Suadetur* 1° *ratione,* quam insinuant concilia. Sacramenta in quibus imprimilur character, non reiterantur, eo quod character est indelebilis : atqui tria tantum sacramenta assignata non reiterantur; alia autem quatuor admittunt reiterationem. Ergo.

Ibid. o.— 2° Character, ut dicemus art. seq. est potentia per quam homo ordinatur

ad ca quæ sunt divini cultus, sicque ad agendum vel recipiendum quæ spcclant divinum cultum; omnis cnirn potentia est activa vel passiva : atqm solum per tria sacramenta assignata‘ ornei lur potent ia ad agendum vel recipiendum ea quæ pertinent ad cultum divinum, cl non per alia quatuor. Ergo.

Prob. prima pars minoris. Ad agentes perlinet sacramentum ordinis, quia per illud confertur bomini potentia ad alia sacramenta conficienda cl ministranda. Baptismus pertinet ad recipientes, quia per illum confertur potentia valide recipiendi alia sacramenta : unde dicitur janua aliorum sacramentorum .Confirmatio pertinet ad agentes ct recipientes , quia per illam confertur potentia ad congruenter recipienda alia sacramenta el ad profitendam ex oflicio fidem Christi tanquam ejus miles. Sicque per baptismum homo adseribitur familiæ Christi , per confirmationem adseribitur ejus militiæ, el per ordinem deputatur ad sacra ministeria obeunda.

Prob. secunda pars minoris. Quamviscætcra sacramenta ordinentur ad cultum divinum per modum actionis; omnium enim susceptio scu administratio est exercitium cultus divini ; non tamen conferunt potentiam ad aliquid ulterius agendum vel recipiendum, pertinens ad cultum divinum. Sic per poenitentiam, per quam homo liberatur a peccato, non confertur ipsi denovo aliqua potentia ad aliquid agendum vel recipiendum inordineadcultum divinum,saltem sacramonlaliter, etsi moraliler; sed duntaxal restituitur in pristinum statum. Similiter eucharistia non ordinatur ad aliquid agendum vel recipiendum sacramentalitcr, cum sit potius finis ct consummatio omnium sacramentorum. De duobus aliis sacramentis, scilicet matrimonio et extrema unctione, mentionem non facit Auctor, quia ros est evidens; matrimonium enim non dat potestatem ad aliquid spirituale sacramcnlaliler, sed tantum ad corpus conjugis. Pariter per extremam unctionem non confertur homini potentia ad aliquid ulterius agendum vel recipiendum sacramonlaliter in Ecclesia militante , cum sil potius janua ad egrediendum cx illa. Ergo.

Solvuntur objections herretteoruni.

Obj. 1° De charactere altum csl silenlium in Scripturis:ergo non debot admitti.

R. Dato ant. N. coneeq. Tacente enim Scriptura sufficit nobis traditio, ct cx traditione definitio Ecclcsiæ.

Insl. 1'· Plurcs veteres theologi negant characterem, aut ipsum utrem dubiam proponunt. Ergo.

R. 1° *iterum ut ante. Datn ant. N. conscq.* Fides enim non ex privatorum opinationibus , sed ex Ecclesiæ definitionibus pendet. 2® *N. ant.* Quidam enim veteres scholastici disputant tantum vel de natura characteris, an sil quid relativum vel absolutum , et in quo prxdicamento sil reponendum ; vel dc vi probationum, an admittendus sit ut dogma fidei aul ul opinio probabilior tantum ; quia tunc Ecclesia nihil adhuc definierat.

Insl. 2° S. Aug. qui apertius videtur indicasse characterem, inlelligil per characterem ipsum sacramentum , vel fidem Trinitatis, ul in Sermone ad plebem Caesariensem de Emerito Donatista. Ergo.

R. S. Aug. loqui in sensu causali, quatenus per sacramentum scu invocationem Trinitatis in ritu exteriori baptismi, imprimitur character in anima.

Inst. 3° S. Aug. dicit ibid, quod *character exterius agnoscatur ;* et revera character secundum nos est signum distinctivum : signum autem est quid sensibile et exterius. Ergo.

R. characterem agnosci exterius ex causa. Hoc ipso enim quo cognoscimus aliquem esse baptizatum, scimus ipsum esse charactere insignitum.

Insl. 4” S. Aug. ibid, dicit quod si Donatus quando schisma fecit, *baptitarel in nomine Donati, desertoris characterem infigeret:* atqui nullus fuisset character Donati. Ergo.

R. 8. Aug. argumentari ex hypothesi. Volebat probare vim baptismi non pendere a fide el probitate ministri; quod ut proIraret, sic arguebat : Si Donatus instituisset baptismum, a quovis conferretur in nomine Donati, imprimeret characterem Donati : ergo baptismus a Christo institutus , a quocumque in ejus nomine collatus , imprimit characterem Christi. Quæ argumentatio bene concludit ex hypothesi. At vero sicut S. Aug. non credebat quod baptisma institutum a Donato fuisset verum baptisma, ita ncc credebat characterem al co

baptismate impressum esse verum characterem : et ideo subjungit immediate : *Ego quando vocarem ad unitatem, si invenirem desertoris characterem, exterminarem...'.. anathematizarem. Nunc vero ipse desertor characterem fixit imperate* is sui.* Quia nempe Donatus conferebat baptismum in nomine Christi.

Obj. 2° Probamus quædam sacramenta iterari non posse, quia imprimunt characterem : ergo non possumus probare ea imprimere characterem, quia iterari non possunt ; alioquin committeremus circulum vitiosum.

R. 1° *conclusionem nostram* non in hac sola ratione fundari. 2° Non est circulus vitiosus cum probationes procedunt in diverso genere causæ; sic enim probamus causam per effectum, et effectum per causam , et ita hic contingit : probamus sacramenta non posse iterari ex charactere tanquam ex effectu, el probamus characterem imprimi ex illis sacramentis tanquam ex causa.

Insl. 1° Tonsure non iteratur, neque matrimonium cum eadem persona, et tamen neutrum imprimit characterem : ergo male infertur quædam sacramenta imprimere characfcrcm cx eo quod non iterantur.

R. ad primum, nihil repugnare tonsuram iterari, et de facto olim iteratam fuisse in cujuslibetordinalionissusceplionerefertMorinus, p. 3 Sacr. Ordinat, ex. 15. Unde quod nunc non iteretur, facit sola Ecclesiæ consuetudo. *Ad secundum.* Matrimonium iteratur cum diversis personis, cthoc sufficit ut non imprimat characterem. Quod autem non iteretur cum eadem persona, provenit ex vinculo quod non nisi morte alterutrius conjugis dissolvitur.

Inst. 2° Ideo baptismus iterari non potest, non quia imprimit characterem, sed quia 1° csl institutus in remedium peccati originalis, quod est unicum ; 2° quia estjanua ad Ecclesiam et ad alia sacramenta , quæ semel aperta iterum aperiri non debet; 3° quia ei promittitur vita sterna, promissio autcnrDei csl certa. *.

R. has rationes esse insufficientes: prima, quia qui ficte recipi» baptismum, non consequitur remissionem peccati originalis, ct tamen non iterum baptizatur; secunda, quia hæillicus Ecclesia exiit '.ergo redeunti ilcium aperienda csl janua, nun per baptismum sed per poenitentiam ; tertia, eucharfotiæ annexa est promissio vilæ*ælernæ, el tamen eucharistia sæpc iteratur.

2, 63. a. G.—*Obj.* T· Sacramenta veleris legis non imprimebant characterem; ergo ncc sacramenta novæ legis.

Ib. ad 3— *R. N conseq.* Quia major est excellentia ct virtus sacramentorum novæ legis quam veleris : hæc enim non habebant in se spiritualem virtutem ad aliquem spiritualem effectum , ut habent sacramenta novæ legis. Adde per cirumcisionem, cujus nola erat perpetua, populum Judaicum ab aliis sufficienter distingui.

Obj. 4° Qui nunc deputantur militiæ corporali , non nolanlur charactere : ergo ut servelur proportio, nec qui deputantur militiæ spirituali. *3

R. 1° *N. ani.* Nam etiam hodie milites notantur charactere dislinctivo, si non incorpore, saltem in vestibus. 2°2V. *conseq.* Quamvis enim hæc proportio inter utramque militiam sit congrua, non tamen est necessaria; sed in his tota ratio facti est voluntas facientis. 3° Per characterem spiritualem magis relucet excellentia sacerdotii Christi et sacramentorum, eorumquevis et efficacia, ct res suaviori modo disponuntur : unde congruum csl illum constituere in his qui sacramentis initiantur', etiamsi non ponatur in adseriptis mi'itiæ sæculari. v

Ex dictis colliges, juxta Ecclesiæ definitiones, tria de cha.actcrc esse fide tenenda : primum, per tria tantum sacramenta , baptismum scilicet, confirmationem et ordinem imprimi ; secundum, quod sit signum indelebile animæ impressum, de quo redibit sermo infra ; tertium, quod sacramenta quæ illum imprimunt non debeant iterari. Cætera quæ characterem spectant, permittuntur disputationibus scholæ.

ARTICULUS IL

Quid sil characterf

Variæ sunt circa hanc difficultatem auctorum scntenliæ. Durandui vult cb.aracierem esse tantum denominationem exμὺısecam seu relationem rationis, sic ut cutaquis deputatur a roge ad aliquod ministerium. Alii volunt esse quidem quid reaie, non tamen absolutum, sed rclalivup.i, sive relatio* nem realem ab exirinscco advenientem: tribuitur communitor Scoto, reclamante tamen patre Henno. Cætcri th cologi conimu-

nitor (Jocent characterem esse quid reale absolutum de prædicanicnlo qualitatis : sed cum sint quatuor paria seu species in hoc prædicanicnlo, scilicet habitus ct dispositio, potantia c< impotentia, passio et patibilis qualitas, forma ct figura, disputatur ad quam speciem pertineat. Bellarm. Suares, Vasques et quidam alii volunt perlinere ad primam speciem cl exse habitum ; S. Thomas cum suis vult perlinere ad secundam speciem ctcsse potentiam; alii ad tertiam, alii ad quartam revocant.

Dico 1° Character non est mera denominatio cxtrinseca seu relatio rationis.

Prob. 1u Juxta conc. Florent. etTrid. character est signum spirituale indclcbiliter animæ impressum et inhærcns: atqui id non nisi abusive dici potest dc denominatione cxtrinseca seu ente rationis : ergo. 2° Character est principium agendi vel recipiendi : atqui id dici non potest de denominatione extrinseca seu ente rationis : ergo. 3° Ex quolibet sacramento tam novæ quam veteris legis resultat denominatio cxtrinseca, et tamen nec sacramenta veleris legis nec omnia novæ imprimunt characterem : ergo. ^Haeretici negantes characterem sunt damnati : atqui non est verisimile eos negasse denominationem extrinsecam in suscipiente sacramentum :ergo. Propter has rationes hæc sententia mullis videlur erronea, aliis tamen reclamantibus.

Dices. Cum rex deputat aliquem ad aliquod ministerium, nihil reale illi imprimit, sed exurgit tantum denominatio extrinseca : ergo similiter in sacramentis. Et hic csl facilior modus explicandi quæ spectant characterem, quam eum reponere in qualitate intrinseca quæ vix inlelligi potest.

R. N. conseq. Disparitas est, quod rex in ministro quem deputat, supponat capacitatem ad ministerium, non conferat : Deus autem in iis quos eligit non supponit capacitatem el idoneitatem, sed eligendo cos capaces el idoneos efficit ; sicut diligendo, non supponit bonitatem quam diligat, sed eam infundit, quia amor ejus est effectivus. Ad id quod additur de majori facilitate explicandi characterem, *R.* theologum non debere atfanderc ad id quod facilius est, sed ad id quod conformius est sensui cl modo loquendi Ecclesiæ.

Q. 63. a. 2. nd 3. — Dico 2° Character non est relatio realis.

Prob. 1° Non potest assignari fundamentum hujus relationis: non enim est ipsa essentia animæ aut aliqua ejus facultas; alioquin omnes animæ haberent characterem : non gratia, dona aut virtutes; malis enim et peccatoribus imprimitur character . non ipsa actio sacramenlalis, hæc enim transit remanente charactere, non potest autem remanere relatio realis sine suo fundamento proximo. St *dicas* actionem sacramentalcm remanere virtute, assignandum est quid sit ista virtus remanens; nihil autem aliud esse potest quam ipse character.

2 Character est ad agendum vel recipiendum quæ sunt cultus divini : atqui relatio non ad est agendum vel recipiendum, sed lotum ejus esse est ad aliud se habere. Ergo.

3° Relatio non terminat immediate actionem realem , sed resultat cx posito fundamento et termino : atqui character immediate efficitur el imprimitur per actionem sacramentalcm. Ergo.

Dico 3° Character est qualitas secundas speciei, nimirum potentia.

Prob. prima pars, scilicet, quod sit qualitas. Character non est substantia, s?d accidens inhærcns animæ : non est quantitas , est enim quid spirituale : non csl relatio , ut dictum est; neque actio aut passio, quæ cito transeunt, character enim csl permanens ct indelebilis; neque ubi,silus, quando aut habitus ; hæc enim sunt modificationes entis corporei, scudenominationes ab extrinseco: ergo restat quod sit qualitas. *Patet consequentia* a suflicienti enumeratione omnium praedicamentorum.

Ib. in a. s. c. ad 4. et *2* —*Prob. secunda pars,* scilicet, quod sit potentia. 1° Character non csl forma aut figura ; hæc enim sunt determinationes quantitatis materialis, character autem csl quid spirituale : non est passio aut patibilis qualitas, quæ sunt qualitates sensibiles ct cito transeunt ; character autem est spiritualis et indelebilis : non est habitus aut dispositio ; dc dispositione palet, quia est facile mobilis ; probabitur de habitu, de quo csl difficultas. Nullus est habitus qui se possit habere ab bene et male ; nam habitu virtutis nemo male utitur, et habitu malitiæ nemo bene : atqui character ad utrumque se habet; quidam enim eo utuntur bene,quidam male. Ergo.

Dices cum Suares. Dum D. Th. dicit quod nullus habitus possit se habere ad bene

vol male, et quod nemo bono habitu male utitur, nec malo bene, vel inlelligil de bonitate aut malitia simpliciter in genere moris, vel de bonitate aut malitia in materia propria cujuscurnque habitus. Si primum , falsum est I). T. principium , siquidem habitibus intellectualibus, v. g. scientia el arte quis potest bene vel male uti in genere morali. Si secundum, falsuin est I). Thomæ assumptum , scilicet quod character sil ad utrumque in propria materia : siquidem, quovis modo quis utatur charactere, conficiat semper sacramentnm. Ergo non concludit arg. D. Th.

Sed contra. Quovis sensu intelligatur S. Th. concludit ejus argumentum , et 1° si intelligalur de bonitate aut malitia in propria materia ; quia propria characteris materia seu objectum non est sola physica sacramenti confectio , sed ut pertinet ad cultum divinum et ad perfectionem vitæ chrislianæ; adeoque in hac propria materia se habet ad bene et ad male ; qui enim sacrilege utitur illo, male utitur ad cultum Dei et perfectionem vitæ chrislianæ. El sic jam isto sensu concludit arg.

Si vero secundo sensu intelligatur, scilicet de bonitate vel malitia simpliciter in genere moris, etiam concludit ; quia licet verum sil de habilibus intellectualibus mere speculativis, aul physice tantum praclicis. ulesl scientia et ars, quod possumus illis uti bene vel male moraliter, falsum est tamen de habitibus intellectualibus praclicis moralitcr. Porro charactec-cum non sit qualitas intellectualis mere speculativa , sed in ordine ad opus scu practica ; nec tantum physice practica, sed etiam moraliter, quia , ul jam dictum est, est in materia morali, scilicet cultus divini et perfectionis vitæ chrislianæ; si ad bene vel male in tali genere morali se habeat, ul de facto se habet, non erit habilus , sed potentia: adeoque etiam hoc sensu concludit argumentum.

Ibid. o.—*Prob.* 2° Character est id per quod homines per se primo ordinantur ad ea quæ sunt divini cultus secundum ritum Christianae religionis: cultus autem divinus, secundum ritum christiawe religionis, consislilvcl in recipiendo aliqua divina , vel in tradendo aliisxsic per baptismum et confirmationem disponimur a'I recipienda alia sacramenta, per ordinem ad ea aliis tradenda : atqui ad ulrumquc requiritur per se primo potentia ; nam ad tradendum reqiij. rilur potentia activa, ad recipiendum potentia passiva. Ergo.

Inlellige potentiam physicam et physio operantem , et non tantum moraliter, i quidam Volunt. 1° Quiav potentia morafl·, qualis est, v. g. in jumce vel prœtore,e:i relatio ralionis seu denominatio cxlrinsm tantum; character autem non csl relatif, ralionis aul denominatio cxlrinscca, ulpri> bavimus. 2" Sacerdos consecrans aut absolvens concurrit inslrumentaliler physice ad Iranssubslantialionem el absolutionem, ul etiam superius diximus. 3° Quia de polrnlia morali, qualis est in judice seu praetore, non potest dici quod sit impressa animæ el quod sit indelebilis, sicut concilia dicunt ik charactere.

Si dicas cum Ilcnno quod operatio pinsica sil superflua, quia ad confitendum,v g. fidem coram tyranno sufficiunt habitir fidei ct fortitudinis. Λ. hac ratione probari pariter esse superfluum sacramentum confirmationis; sine illo enim cum solis half, tibus fidei el fortitudinis posset quis absolute confiteri fidem coram tyranno. Dicendum itaque quod, quamvis Christus sine sacramentis cl charactere potuisset absolute nos salvare, voluit tamen per institutionem sacramentorum el impressionem characteris nos aptiores reddere non solum inoraliler, sed etiam physice ad ca quæ sunl divini cultus. Ecquis enim dicat sacerdotem nonalium habere potestatem supra corpus Christi verum el mysticum quam praetor habeat supra cives?

Dico 4° Character non csl per se directe in secunda specie qualitatis, sed reductive tantum.

Prob. Hæc spiritualis potentia est instrumentalis, sicut supra dictum est de virtute quæcsl in sacramentis : atqui virlusquæcst in sacramentis non est in genere scu specie per se et directe, sed reductive tantum,c» quod sil quotidam incompletum : ergo similiter character non est per se directe in specie qualitatis, sed reductive tantum. *Major patet,* qu*a habere characterem sacramenti competit ministris Dei, minister autem sc habet per modum instrumenti, ul dicit Philosophus, 1 Polit.

Dices. Ideo virtus sacramentorum, cui S. Th. comparat characterem , non ponitur directe perse in genere vel specie, quia lia-

bot esse fluens el transiens : atqui charitater habet esse permanens : ergo non concludit ratio D. Thomæ.

R. virtutum sacramentorum non ideo praecise i>oni indirecte el reductive in genere vel specie, quia habet esse fluens et transiens , sed cum si hujusmodi, habet esse incompletum cl imperfectum in suo genere seu in ratione virtutis : imperfectum autem reducitur ad perfectum sui generis. Ex hoc autem quod character sit potentia inslrumentalis et ministerialis, est quid imperfectum in suo genere, hoc est, in ratione principii et polenliæ;cl in hoc facit vim S. Th. ideoque subsistit ejus paritas cum virtute sacramentorum.

Contra tertiam conclusionem plurima proponuntur argumenta. Sed quia, ut ait Solo, hæc quæslio est in visceribus metaphysicis abstrusa, el ideo cunctis molestior quam theologis necessaria, ideo ab his abstinemus. Videri possunt apud Gonet. fusissime apud. Joan, a S. Th.

Hic tamen notare juvat cum eodem Solo, quo sensu intclligcnda sint varia quæ dicuntur de charactere ; dicitur enim quod sil potentia, relatio, figura, lumen, signum , reset sacramentum. Itaque secundum quidilalem ct essentialem definitionem, est qualitas, quæ est potentia supernaluralis : hæc potentia est fundamentum relationum quibus efficimur Christo similes, infidelibus dissimiles. Dicitur signum ratione sacramenti sensibilis; dicitur lumen el figura metaphorice; dicitur tandem reset sacramentum : res, quia causatur a sacramento; sacramentum, quia ratione sacramenti sensibilis, ul dictum est, csl signum ulterius graliæ.

ARTICULUS UI.

Varia quasliunculce circa characterem breviter resolvuntur.

Petes 1° utrum character sit participatio sacerdotii Christi?

Q. 63. n. 3. o. — R. *affirmative.* Quia character, ul diximus, est id per quod fideles deputantur ad rcccpicndum vel tradendum ea quæ sunt cultus divini secundum ritum chrisliianæ religionis : atqui omnis ritus chrisùenæ religionis derivatur a sacerdotio Christi. Ergo.

Si quaras u tru m in Christo sit character ? *Jl. negative;* quia character dicit potestatem diminutam, ministerialcm clparticipatam; in Christo autem est tota potestatis plenitudo el sacerdotium supremum. Adde quod notari charactere sil proprium servorum, militum , membrorum el possessionum ; Christus autem est caput, rex et dominus omnium.

Petes quodnam sil subjectum immediatum characteris?

Ibid. a. 4. o. — R. 1° Character non subjectatur immediate in essentia animæ, sed in ejus potentia. Quia character, ut diximus, est quoddam signaculum quo homo insignitur ad suscipiendum vel tradendum aliis quæ sunt divini cultus ; atqui divinus cultus in quibusdam actibus consistit, et ad actus ordinantur polenliæ animæ sicut essentia ordinatur ad esse : ergo character non subjectatur immediate in essentia animæ, sed in ejus potentia.

Si *dicas,* juxta definitiones conciliorum Florent, et Trid. characterem imprimi in anima : R. imprimi in anima mediate, quia imprimitur in ejus potentia.

Ibid, ad 3. — R. 2° Character immediate subjectatur in intellectu practice, non in voluntate.

Prob. prima pare. Character ordinatur ad ea quæ sunl divini cultus : atqui cultus divinus consistit in quadam protestatione fidei per exteriora signa : ergo convenienter ponitur character in ea potentia in qua est fides. *Subsumo.* Atqui fides est in intellectu, ct quidem practico. Ergo.

Prob. secunda pars. Voluntas est principium bon® aul malæ operationis : ergo et qualitates ipsi inhærcnles respiciunt bonum aut malum. *Subsumo.* Atqui character, ut dictum est, abstrahit a bono et malo. Ergo.

Dices. Exhibere cultum Deo est actus religionis, quæ est in voluntate : atqui character ordinatur ad cultum Dei. Ergo.

R. *D. maj.* Exhibere cultum Deo, si consideretur cultus Dei cx parte nostra scu subjecti , est actus religionis, *C.* si consideretur cx parte objecti, scu rerum quibus exercetur hujusmodi cultus, *N. Explicatur.* Cultus Dei potest considerari dupliciter : 1° ex parte nostra seu subjecti, el tunc, est reverentia quam Deo exhibemus, religiose nos subjiciendo illi, estque sic actus religionis. Secundo modo potest considerari cx parte objecti scu rerum quibus excreetur hujusmodi

cultus : res autem ill® sunt quidam ritus auf cæromoniæ quibus ut valide factis, protestando excellentiam Dei secundum fidem quam dc illo habemus, colitur; ct tales ritus, (ales rærcmoniæ, invalide sacramenlalitcr liant, non sunl actus religionis, sed respiciuntur a charactere : unde non dixit S. Doct. quod character ordinetur ad cultum divinum, sed ad ea quæ sunt cultus divini.

Petes 3° utrum character sit indelebilis ?

Quamvis hanc quæslionem a conciliis Flor, et Trid. definitam jam ostenderimus, attamen ad majorem clucidationcm iterum examini subjicimus. Pro quo observandum est ·» *indelebilis* posse duplici sensu intelligi · 1° respective ad omnipotentiam Dei, el hoc sensu certum est characterem posse deleri, sicut ipsa anima et ejus potentiæ in quibus subjectatur, possunt destrui a Deo; 2° secundum legem communem et attenta characteris natura. Et hoc sensu procedit quxslio. Unde

2. 63. a. 5. o. — *R.* Character est indelebilis.

Prob. 1° Character sacramentalis, ut diximus, est participatio sacerdotii Christi : atqui sacerdotium Christi est ælernum, juxta illud Psal. 109 : *Tues Sacerdos in ælernum.* Ergo.

Prob. 2° Character non potest destrui physice a suo contrario, quia cum sit potentia, non habet contrarium, neque moraliter in pœnam peccati, quia etiam peccatoribus imprimitur; neque per accidens ad destructionem sui subjecti, quia ejus subjectum, scilicet anima secundum pariem intellectivam, est secundum se incorruptibilis. Ergo.

Dices. Gratia est participatio divinæ naturæ, quæ est ælerna et immutabilis : atqui hoc non obstante gratia non est indelebilis : ergo nec character, quamvis sil participatio ælerni sacerdotii Christi.

Ibid, ad 1. et 2. — *R. D. maj.* Gratia est participatio divinæ naluræ per modum formæcompletæ, *C.* per modum formæinslrumentalis, ut character, *N.* Gratia igitur csl forma complota, el dalur animæ ul ea mediante operetur tanquam causa principalis juxta suum liberum arbitrium; el ideo datur juxta conditionem animæ libere ct mutabiliter operantis : al vero character est virtus instrumentalis, cl ideo sequitur conditioncsagenlis principalis a quo natus cslmoveri; agens autem principale, scilicet Deus, est immutabile.

Replicabis. Sicut gratia, sic charactere utimur quando volumus : ergo nulla disparitas.

R. D.ani.Sicutgratia, sic charactere utimur quando voiumus, se l div«r«> 'n. *C.* et eodem modo, *N-* Etenim 1° homo gratia utitur utcausa principalis, charactere vero ut causa instrumentalis; ct ideo gratia dependet a mobilitate volentis, non vero character. 2° Homo gratia utitur quando vult bene tantum, non vero quando vult male, tunc enim destruitur gratia; charactere vero utitur quando vult bene et male: unde gratia habet contrarium scilicet peccatum per quod destruatur, non vero character.

Ibid, ad 3. — *Hinc colliges* characterem manere post mortem in coelo et in inferno, quia quamvis post hanc vitam non maneat exterior cullus, remanet tamen finis hujus cultus; ct ideo pnsf hanc vitam remanet character, in bonis ad eorum gloriam, in malis ad eorum ignominiam : sicut etiam character militaris remanet in militibus post adeptam victoriam, in his qui ricerunt ad gloriam, in his qui sunt victi ad poenam.

Ex quo ullerius colliges quod, si sacerdos resuscitaretur, non esset iterum baptizandus, neque confirmandus, neque ordinandus : secus de conjugibus resuscitatis, qui iterum forent copulandi, quia vinculum conjugale morte dissolvitur secundum Apost. 1 Cor. 7.

DISSERTATIO V.

DE CAUSA SACRAMENTORUM.

D. Th. Q. 64.

Duplex csl sacramentorum causa, instituens et excquens seu ministrans; de utraque in hac dissert, agemus : 1° et breviter de institutore sacramentorum ; 2° el fusius dc eorum ministro.

ARTICULUS I.

Utrum omnia novæ legis sacramenta sini immediate instituta a Christo?

Hicq. 6'j.a. 4. o. — *Suppono* 1", solum Deum per auctoritatem propriam esse auctorem principalem omnium sacramentorum ; quia illo solus potest auctoritate propria conferre rebus sensibilibus virtutem

causandi gratiam, quæ est suæ naturæ participatio.

Suppono 2°, cx communi sententia theologorum, sacramenta tam legis naturæ quam legis script® fuisse immediate a Deo instituta; Moysen autem el angelos fuisse tantum illorum sicut el ipsius legis promulgatores. In lege scripta *putei* dc circumcisione, Genes. 17 ; de aliis in Exodo el Lcvitico. Idem dicendum est de sacramentis legis naluræ; cum nullum sit fundamentum dicendi quod Deus alicui fecerit potestatem illa instituendi. Neque refert quod tunc homines determinarent signa sensibilia in quibus consistebant sacramenta; quia qui hæc signa determinabant, non eis conferebant vim significandi aut causandi gratiam, quod requiri, ur ad institutionem sacramenti, sed solus Deus qui statuerat sanctificare homines per signa sensibilia ab ipsis determinanda. Determinabant igitur tunc homines materiam sacramenti, sed sacramentum non instituebant.

Quæslio est itaque de sacramentis novæ legis. Non omnia esse a Christo immediate instituta contenderunt quidamanliqui theologi. Hugo Vici, et Magister seni, consuerunt extremam unctionem post ascensionem Christi ab Apostolis fuisse institutam. Alexander Alensis et S. Bonavent. docuerunt confirmationem institutam fuisse ab Ecclesia in concilio Meldensi an. 845 ; cum tamen in ejus canonibus nihil de institutione confirmationis legalur,sed duntaxal can. 44 prohibeatur corcpiscopis confirmationem conferre. Can. 45 velatur episcopis propler sacrum chrisma aliquid muneris accipere. Can. 46 præcipitur ut nemo sacrum chrisma nisi in feria quinta Majoris hebdomadæ conficere praesumat. Contra hos itaque, juxta sententiam nunc communiter receptam.

Ibid. a. 4. ad4. et 5— *Dico.* Omnia nova* le is sacramenta fuerunt immediate a Christo instituta.

Prob. 1°*argumento in S. Scripturis fundato.* Si cui mortalium Christus contulisset potestatem instituendi sacramenta, maxime Apostolis, qui post Christum lapidem angularem sunt Ecclesiæ fundatores : atqui non contulit Apostolis : ergo nemini. *Prob. minor.* Apostoli in S. Scripturis pluries sc dicunt ministros ct dispensatores sacramentorum, nusquam institutores. Sic 1 Cor. 3, dicil Aposl. *Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus ? Ministri ejus cui credidistis.* Et cap. 4: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.* 1 Petri 4, omnes Ecclesiæ rectores vocantur *dispensatores multiformis gratia Dei.* Ergo.

Confirmatur 1°S. Lucas, Act. 1, narrat Christum post resurrectionem per quadraginta dies conversatum fuisse cum Apostolis, loquentem de regno Dei, id est, de Ecclesia Dei ædilicanda eladministranda : ædificatur autem et administralurEcclesia per fidem et sacramenta. UndeS. Leo, serm. I de Assens, cap. 2, dicit : *Non ergo ii dies, dilectissimi, qui inter resurrectionem Domini ascensionemque [luxerunt, otioso transiere decursu; sed magna in eis confirmata sacramenta, magna sunl revelata mysteria.*

Confirmatur 2- Nullum est sacramentum cujus mentio non habeatur in S. Scripturis, ut jam alibi vidimus, et infra probabimus , dum de singulis agemus; ergo par est eorum institutionem immediate ad Christum referre. Hem sacramenta veleris legis, infirma egena elementa, fuerunlimmediate a Deo instituta; quidni sacramenta novæ legis, longe præstanliora cl eflicacioria ?

Prob. 2° *exSS. Patribus,* Ani Bros. lib. 4 de Sacram., c. 4 : *Auctor sacramentorum,* inquit, *quis est, nisi Dominus Jesus? de coelo ista sacramenta venerunt.* S. Aug. I. tie Vera Relig. c. 17 : *Ab ipsa Dei sapientia nomine assumpto;a quo in libertatem vocali umus, paucasacramcnla saluberrima constituta sunl, qua· societatem christiani populi, hoc csl, sub uno Deo liberté multiluainis continerent.* Idem Episl. 18 ad Januarium. Hæc autem intelligi debere dc institutione immediata, *patebit ex modn dicendis.*

Prob. 3° auctoritate concilii Trident, sess. 7, can. 1, qui sic legitur· Si *quis dixerit sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jcxu Christo instituta....anathema sil.* Ubi quamvis particula *immediate*sitomissa, eam tamen esse de mente concilii sequentibus momentis evincitur.

1° Ex communi sensu et modo loquendi, ille dicitur instituere qui per se immediate inchoat, statuit, determinat, instituit: sicut illedicilur præcipere, qui per se immediate præcipit; unde sicut quid praecipit Ecclesia, non dicantur pneccpl.i. Christo, licet Ecclesia præcipial auctoritate a Christo deleg.ii·:

ita nec sacramenta dicerentur instituta a Christo,si essent instituta ab Ecclesia,quamvis auctoritate a Christo delegata.

Si dicas. Christus dicebatur operari miracula quæ Apostoli ejus virtute operabantur; Deus dicilur efficere quæ per causas secundas efficit : ergo similiter potest dici instiluisse sacramenta quæ Apostoli vclEclesia ejus auctoritate instituerunt.

R. N. conseq. Quia ex usu loquendi, dum nomino causam efficientem, ■distraho a causa immediata vel mediata ; dum aulem nomino institutorem, intelligilur is qui statuit, determinat cl csl auclor immediatus, sicut dictum est de eo qui præcipit: non enim, v. g. de ritibus ct caeremoniis sacramentorum ab Ecclesia institutis dicimus quod Christus illos instituerit, quamvis Ecclesia statuerit potestate sibi a Chrislo commissa : cl hoc maxime verum estjuxta modum loquendi concilii. Nam

2° Cone. sess. 14, can. 1, definit extremam unctionem de qua est praecipue difficultas, fuisse institutam a Chrislo et a Jacobo promulgatam : non dicit explicite a Chrislo immediate institutam, el nullus dt>bitat sic intellexisse; nam si esset instituta immediate a S. Jacobo ct eo mediante a Chrislo, non esset ratio cur sola promulgatio tribueretur Jacobo, ct institutio soli Christo : ergo pariter cum superius dixit omnia sacramenla esse instituta a Chrislo, intclligit *immediate.*

3° Si Ecclesia aliqua sacramenta instituisset , posset eorum substantialia mulare, sicut potest mulare eorum ritus quos instituit : atqui id diserte negat Trid. sess. 21 , cap. 2, declarans esse in Ecclesia potestatem mutandi ritus sacramentorum , *salva eorum substantia.* Ergo.

Ibid. — *Suadetur conclusio congruentiis.* Ratio enim a priori est voluntas Chrisli. 1° Non erat congruum sacramenla institui ab hominibus propter utilitatem fidelium , ne spem ponerent in homine a quo haberent sacramenla; 2° ne propter diversitatem sacramentorum schisma in Ecclesia oriretur, sicut contigit illis qui, 1 Corinth. 1, dicebant : *Ego sum Pauli; ego autem Apollo; ego vero Cephæ;* 3° ne in Ecclesia essent multa capita. 4° Christus csl fundator Ecclesiæ; Ecclesia aulem fundatur per fidem el sacramenta , priusque debet esse fundata quam instituantur ministri in ea operaturi.

Obj, 1° S. Aug. **lib. 3 de Doct. Christ, c.** 9, dicit de sacramentis : *Ipse Deus cl apo* lolica tradidit disciplina.* 2° Idem Epist. 118 ad Januar. recensens baptismum cleucharisliam ul instituta a Christo, addit : *Et si quid aliud commendatur in Scripturis.* Quibus verbis videtur agnoscere tantum duo sacramenta a Christo instituta, aul saltem nonnisi ea quorum institutio refertur in S. Scripturit. 3" Auctor Scnnonisde ablutione pedum apudS. Cyprianum: *Ipse summus sacerdos,* inquit, *sui est sacramenli institutor el auctor; in rætcris Spiritum sanctum habuere doclorem.* Ergo.

It. ad primum, sensum S. Augustini esse quod, quæ Dominus tradidit ut institutor, eadem Apostoli tradiderunt ul promulgatores. *Ad secundum.* S. Aug. cx pluribus refert duo sacramenta exempli causa, ct alia agnoscit, non quæ instituuntur, sed quæ commendantur in S. Scripturis, sive eorum institutio referatur, sive non : omnia aulem commendari in S. Scripturis jam diximus, dum de effectu primario sacramentorum , et iterum dicemus dum de singulis. *Ad tertium.* Dum iste auclor dicit *homines in caleris habuisse Spiritum sanctum doctorcin,* non intclligit in cæteris sacramentis; alioquin esset contra ipsos objicientes qui ultra eucharistiam agnoscunt alia sacramenta , saltem baptismum esse a Christo immediate institutum ; sed in *caleris* quæ spectant eucharisliæ celebrationem, ut sunt ritus, liturgiæ, jejunium,etc. quæexapostolica traditione habemus.

Petes 1° utrum conclusio nostra sit de tide?

R. Propter argumenta deducta cx Trid. Bellarm. Decanus, Vasques, Gone! el alii plurcs tenent partem affirmativam; negativam Eslius, Solo, Card. Gotti, Tournely, Bcrli el alii, præscrlim duo insignes theologi Flandri qui concilio interfuerunt, Jodocus Raveslein in Apologia decretorum concilii adversus Kemnilium, cl Ruardus Tappcrus in Explicatione articulorum facultatis theologicæ Lovan, hac ducti ratione, quod concilium in sua definitione non dixerit *immediate :* ct quamvis ratiocinationibus theologicis clare, ut nobis videtur, evincamus hanc esse ejus mentem, iii tamen ad definitionem fidei sufficere negant ; carpuntque Bellarminum quod dixerit inutilem 1'orc definitionem concilii, si non in-

telligcretur *immediate,* quia nullus unquam negavit sacramenta esse a Christo mediate instituta; proferunt enim plures haereticos qui allinnant sacramenta quædam neque mediate neque immediate esse a Chi isto instituta, sed esse otiosas superstitiones , commenta el deliramenta humana vel diabolica.

Ilis attentis, videtur probabile quidem , at non certum, conclusionem nostram esse de fide; neque qui eam negaret incurreret nolam bæreseos, sed temeritatis tantum.

Petes 2° utrum Christus potestatem excellentia; secundum quam instituit sacramenta, potuerit puro homini communicare?

Q.64. a.4. o. — Christus in sacramentis duplicem habuit potestatem, unam auctoritatis supremæ quæ ipsi competit secundum quod Deus, el per quam agebat ul auctor principalis in institutione sacramentorum : hanc nulli puræ creatura» potuisse communicat i, sicut nec ipsam essentiam divinam, indubium est. Aliam habuit potestatem ministerii principalis seu excellentia; quæ ipsi competit secundum quod homo conjunctus Verbo.

Ibid, ct a. 3. o. — Hæc excellentiæ potestas quatuor importat : primum, quod ejus meritum operelurin sacramentis ad eorum effectum; secundum, quod saciamenta in ejus nomine administrentur ; tertium , quod potuerit instituere sacramenta; quartum, quod potuerit effectum sacramenti, scilicet gratiam, sine sacramento, sed solo imperio conferre. Quæstio est utrum hanc potestatem excellentia; potuerit puro homini, hypostatice Verbo non unito, communicare?

Ibid. a. 4. — *R.* Christus potestatem excellentia» secundum quam instituit sacramenla, potuit puro homini communicare, non tamen in ea perfectione ct eminentia quæ sibi competit.

Probatur prima pars. Nulla est implicantia 1° quod Deus tantam graliæ plenitudinem puro homini conferat ul mereatur aliis gratiam non solum *de congruo,* sed etiam *de condigno,* licet non rigoroso, quod nullam supponi* gratiam; 2° et quia gratia cx ejus merito conterretur, quod sacramenla in ejus nomine administrentur, 3° quod potestate delegata et dependente a suprema instituat signa sensibilia quibus annectat vim causandi gratiam; 4° quod independenler ab his signis sensibilibus seu sacramentis possit solo imperio el nutu, sic disponente Deo, conferre gratiam : in his, inquam, nulla apparet implicantia : atqui in his sita est potestas excellentiae, *ul patel ex notamine.* Ergo.

Confirmatur. Quamvis ut homo dicatur instituere sacramentum, non sufficiat quod determinet rem sensibilem, cui non ipse, sed Deus annectat vim significandi seu causandi gratiam, ul fiebat in lege naluræ ; sufficil tamen si homo habeat potestatem huic sigpo sensibili a sc determinato conferendi vim significandi seu causandi gratiam : atqui non repugnat quod Deus puro homini possit talem potestatem delegare, cum in hac hypothesi Deus semper esset auctor el causa principalis graliæ, homo vero causa ministerialis tantum, principali subordinate. Ergo.

Hanc doctrinam ante S. Th. tradiderat S. Aug. tract. 5 in Joan, ubi ail : « Potuit » Dominus, si vellet, potestatem darcali- » cui servo suo, ul daret baptismum vice » sua, et transferre a sc baptizandi polcs- » talem, cl constituere in aliquo seno suo ; » cl tantam vim dare baptismo translato in » servum, quantam vim haberet baptismus » datus a Domino. Hoc noluit ideo, ut in » illo spes esset baptizalorum, a quo se bap- » tizalos agnoscerent. »

Prob. secunda pan. Ie Christus ut homo csl instrumentum conjunctum ; purus homo , quavis gratia polleret, esset instrumentum separatum. 2° "hiistus ratione hujus conjunctionis ad divinitatem, est principium meriti et satisfactionis infiniti valoris, quod puro homini competere non potest : ergo, quamvis potestas excellenti» quoad substantiam possit commun cari puro homini, non tamen in ea perfectione el eminentia quæ est in Chrislo. Et quamvis Auctor hanc modificationem explicite non apposuerit, claro tamen indicavit ibid, ad 3, dicens quod si Christus hanc potestatem excellentiæ aliis communicasset, nihilominus *i;w csselcaput principaliter, alii vero secundario.*

ARTICULI S II.

Quis sil sacramentorum ministerT

Q. 64. a. 7. o. — *Liico* 1» De ‘e e ordin.*-ria solus homo, non angelus, esi sacramentorum minister.

Prob. In S. Scripturis ubi agitur de sacramentis, soli homines designantur eurum

ministri. Sic Christos, Luc. 22, solis hominibus dixit : *Hoc facile in meam commemorationem.* Solis hominibus, Matth 28 : *Docelc omnes gentes, baptizantes cos in nomine Patris* *etc. Solis hominibus, Joan. 20: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Apost. Heb. 5: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus.* Act. 20 : *Posuit episcopos regere Ecclesiam Dei.* Jacobi 5 : *Infirmatur quis ex vobis ? inducat presbyteros Ecclesia.* Ergo.

Ratio a priori nulla est alia praeter voluntatem Christi. Congruentiae sunt : 1° minister principalis sacramentorum est Christus ul homo, ex cujus passione virtus sacramentorum derivatur : ergo conveniens erat ut minister minus principalis non foret ipsi superior secundum naturam, qualis est angelus. 2° Ecclesia est visibilis, sacramentis visibilibus coadunatur, recipientes sacramenta sunt visibiles : ergo congruum erat ut etiam per homines visibiles administrarentur.

Dixi, *de lege ordinaria ; quia* de lege extraordinaria et potentia Dei absoluta,angeli possunt esse sacramentorum ministri : sicut enim Deus virtutem suam non sic alligavit sacramentis, quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre; ita etiam virtutem suam non sic alligavit Ecclesiæ ministris, quin etiam angelis possit virtutem tribuere ministrandi in sacramentis. Et ila quandoque contigisse testantur variæ historiæ. Sic, teste Niccphoro, 1.11, c. 20, S. Amphilochius ab angelisconsecratus fuit Iconii episcopus, hanequeconsecrationem ratam habuerunt cæteri episcopi. Teste Clemente VIII, in bulla canonizationisS. Agnetis de Monte Poliliano, angelus ci sæpe porrexit eucharistiam. Teste Petro de Natalibus, lib. 8, c. 130. et Molanoad 29 sept, basilica S. Michaelis ab ipso fuit consecrata.

Si dicas angelos non vere loqui, cum tamen verba sint necessaria ad sacramenta : *R.* angelos non vere loqui locutione vitali, posse tamen in assumpto corpore loqui locutione significativa, quod sufficit ad sacramentum.

Quodaulem dixi tam in conclusionequam in exceptione dc angelis, idem propicr easdem rationes dicendum est de animabus separatis.

Cælcrum observandum est quod, quia boni angeli sunt nuntii veritatis,si aliquod sacramentale ministerium a nonis angelis perficeretur , esse*, ratum habendum; quia deberet cOnst^re hoc fieri voluntate divina. Si verodæmones,qui sunlspiritus mendacii, aliquod sacramentale ministerium exhiberent, non esset ratum habendum.

Quidam ulterius anxie quærunt utnim homo beatus, miraculose resurgens in corpore glorioso, aul apparens in assumpto, esset minister ordinarius an extraordinarius sacramentorum?

R. breviter, fore ministrum extraordinarium, hoc sensu quod soli viatores ordinarie conficiant sacramenta ; quia propicr necessitatem el frequentiam sacramentorum minister ordinarius debet nobiscum ordinario conversari : non fore tamen ministrum extraordinarium hoc sensu quod indigeret potentia extraordinaria, sed sufficeret ordinaria vi institutionis Christi absque nova commissione; quia relineret characterem, et posset adhibere essentialia sacramenti, scilicet materiam el formam : et ila supponit S. Tb. hic ad 2, sicque ut conferens sacramentum perlineret ad Ecclesiam militantem, quamvis illud recipere non posset; quia recipere sacramenta perlinet ad illos qui vel gratiam non habent, vel habitam augere possunt, quod non competit beatis.

Aeque refert Christum in institutione sacramentorum allocijlum fuisse viatores, ut vidimus supra ; non enim ideo ad solos viatores potestatem restrinxit: sicut, licet solos præsenles sil allocutus, non tamen ad solos præsenles potestatem coarctavit; sed absolute concessit praesentibus el eorum successoribus, nulla apposita conditione status viæ.

Si dicas insuper inde sequi quod sacerdos vel episcopus damnatus cum corpore, posset consecrare aut ordinare : *R.* posse quidem; at Deus hujus potestatis exercitium non permittit : sicut multa possunt dæmones quæ Deus fieri non permittit.

Dico 2° Non omnes Christiani habent potestatem administrandi omnia sacramenta.

Est dc fide contra Lutherum, qui, quamvis fateatur nominem nisi legitime vocatum posse usum sacri ministerii sibi arrogare, contendit tamen potestatem ministerii omnibus baptizatis, etiam mulieribus ct pueris, esse concessam : cum ocontra Calvinus eam ita restringat, ul ne quidem urgente necessitate permittat laicis baptizare. Veri-

'as catholica est, neminem esse idoneum sacramentorum ministrum, excepto baptismo in casu necessitatis, et matrimonio in sententia Auctoris, nisi qui por legitimam ordinationem ad id acceperit potestatem.

Prob. 1°ex concil. Trident, sess. 7, can. 10. ubi delinitur *Si quit dixerit Christiano» omnes in verbo el in omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.*

Prob. 2° Juxta S. Scripturam diversa officia in Ecclesia diversis committuntur, *ul non silschisma in corpore, î* Cor. 12. Etideo Christus in Ecclesia constituit quosdam apostolos, quosdam pastores, quosdam doclores, *in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi,* Ephes. 4. Neque quisquam hunc honorem sibi vindicare potest, nisi *qui vocatura Deo tanquam Aaron,* Heb. 5. Atqui si omnes fideles haberent potestatem administrandi elconficiendi quodlibelsacramentum, nulluin esset discrimen inter membra Ecclesiæ, omnes haberent cumdern actum, idem officium, nulla foret inter eos subordinate et compago, omnesque sibi assumerent hunc honorem non specialiter a Deo vocati tanquam Aaron. Ergo.

Neque dicas Apostolum loqui de usu, non de potestate. Loquitur enim dc potestate quam Apostoli a Christo, Aaron a Deo acceperunt; idque confirmat exemplo Christi, ibid. Heb. 5, qui, inquit, *non semelipsum clarificavil ulponlifex fieret, sed qui loculus csl ad eum : Filius meus es tu : ego hodie genui te.* Christus autem non usum tantum, sed ct potestatem a Deo accepit.

Prob. 3° ex perpetua praxi Ecclesiæ, quæ nunquam ad sacramentorum adminislralionem, excepto baptismo, nisi legitime ordinatos admisit. Unde celebris Osius Cordubensis apud S. Athanasium, in Epist. ad imperatorem Constantium, dicit : *Non te immisceas rebus ecclesiasticis, nec nobis his de rebus præcepta mandes, sed a nobis potius hæc ediscas : Ubi Deus imperium tradidit, nobis ecclesiasticas concredidit.* Ergo.

Prob. 4° Si in veteri lege non fuit licitum se immiscere sacris ministeriis, nisi iis qui erant de stirpe Aaron; unde rex Osias, 2 Paralip. 0, fuit severe punitus quod usurparet sacerdotum munia; quidni « *fortiori* in nova lege, in qua sacratiora sunt ministeria? Item si in omni republica, in omni regno bene ordinato non omnes idem ollicium, camdcm potestatem accipiant a rege, sed diversi diversam ; quidni *a lortioriin* Ecclesia inter omnes respublicas ordinatissima?

Obj. cum haereticis. Omnes Christiani sunt sacerdotes; omnes enim 1 Petri 2, dicuntur *genus elcclum, -regale sacerdotium.* Et Apocal. 1, S. Joan, dicit : *Fecit nos regnum el sacerdotes Deo Patri suo.* Ergo.

R. D. ant. Omnes chrisliani sunt sacerdotes vere et propric per ordinationem ad sacra munia obeunda, N. metaphorice, quatenus offerunt Deo spirituales hostias,quæ sunt bona opera, C. Ila seipsum explicat S. Pelrus, ibid. v. 5 : *Ipsi,* inquit, *tanquam lapides vivi supercedificamini;domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jcsum.* Adde fideles dici sacerdotes eodem sensu quo ibidem dicuntur reges; manifestum est autem dici reges metaphorice, quatenus dominantur suis cupiditatibus.

Inst. 1° Christus in ultima cœna,Luc. 22, omnibus fidelibus in persona Apostolorum præsentium, dixit *: Hoc facite in meam commemorationem :* atqui per hæc verba Apostoli sunt instituti veri sacerdotes. Ergo.

R. D. maj. Si hæc verba intelligantur de sola receptione eucharistiæ, C.si inlelligantur dc ipsa consecratione, *N.* Alioquin omnes fideles non solum possent, sed etiam tenerentur consecrare, cum ibi sit præccptum : quod tamen negant ipsimet haeretici. Sed de hoc alibi.

Inst. 2° Omnes chrisliani sunt fratres Christi : atqui Christus est vere et proprie sacerdos : ergo et omnes chrisliani.

R. D. maj. Omnes chrisliani sunt fratres Christi per adoptionem, *C.* per naturam , *N.* Non autem eadem sunt jura fratrum adoptatorum et naturalium : imo neque fratres naturales in familia bene instituta habent eumdem locum et eadem munia.

Inst. 3° Christus, Malth. 20, damnat istam diversitatem graduum inter pastores et plebem ; dicit enim : *Qui voluerit inter vos major fieri, sil vester minister.* Ergo.

R. N. ant. Ad prob. Christus' ibi commendat humilitatem increpando immoderatam cupiditatem filiorum Zebedæi; non vero evertit hierarchiam ecclesiasticam At, ul jam monui, hæc materia iterum redibit dc singulis sacramentis.

Petes utrum minister active concurrat ad enectum sacramenti?

q 64. e. *i. o* —*R affirmative.* Quia eadem est ratio ministri et instrumenti; utriusque enim actio exterius adhibetur, el sorlitureffeclum ex virtute principalis agentis, quod est Deus: atqui sacramenta active concurrunt adeflcctum · ergo el ministri. El ideo sacerdotes dicuntur vere absolvere, baptizare, etc.

ARTICULUS ΠT.

Utrum per malos ministros sacramenta valide conferri possint?

Per malos ministros intelligimuscosomnesqui non sunt in statu gratiæ,tam in fideles ct paganos quam fideles, lam hærclicos quam catholicos, dvosinl excommunica ti, suspensi aut dégradait, sive non. Posset equidem proponi duplex quæslio, altera de probitate, altera de fide ministri, ut facit Auclor hic ari. 5 et 9, el plures alii ; sed propter affinitatem, utramque conjungimus; utriusque enim sunt ferme eædem rationes et una sequitur cx altera. Si namque fides non requiritur in ministro ad validitatem sacramenti, scquilurquod non requiratur statusgratiæ, qui sine fide haberi non potest.

Sæculo tertio exortus esi error asserens non osse vera sacramenta ab hærelicis cl schismaticis collata. Hujus erroris primus auctor fuit Agrippinus, unus ex prædecessoribus S. Cypriani in sede Carthaginiensi circa annum 217, ul testatur S. Aug. I. 2 de Bapt. c. 7 ct 8, el Vinccnlius Lirinensis in Commonil. c. 9. Hunc Agrippinum secutus est S. Cyprianus cum plur ibus episcopis tum Asiæcum Africa;; licet etiam multi reluctarentur. Hinc acris concertatio inter Cyprianum el Stephanum papam circa validitatem baptismi ab hærelicis collait : de qua abunde infra in digress, historica.

Sæculo quarto ineuntc, Donatislæ,ul praetextum haberent rejiciendi consecrationem Cæciliani in episcopum Carlhaginensem factam a Felice Aplungilano, quem traditionis sacrorum codicum insimulabant, dixerunt sacramenta collata ab hærelicis extra Ecclesiam, eul ab improbis intra Ecclesiam, esse nulla. Deinde suum dogma emollientes, distinxerunt inter peccatorem occultum el publicum ; el sacramenta ab occulto peccatore, non a publico, valida osse dixerunt. Ha referi S. Aug. lib. 2 contra Episl. Parmen, c. 13.

Postea Albigenses cl Valdenscs sacramenta a quocumque malu ministro collala rejecere. Ulterius processi Wiclellislæ, ea lanium sacramenta valida consuerunt, quæ a ministris prædeslinalis conferrentur Con-Ira quos omnes

2. Q4·a· 6» ct θ. — *Dico.* Mali ministri etiamsi hærelici, imo ct pagani, valide conficiunt sacramenta, modo aliunde omnia ad illorum validitatem necessaria adhibeant, materiam scilicet, formam el intentionem faciendi quod facit Ecclesia.

Conclusio quantum ad paganos spectat tantum baptismum; hoc enim solum sacramentum potest ab illis confici. Quantum ad peccatores et hærclicos spectat etiam alia sacramenta, si sint legitime ordinati. Unde sacerdos vel episcopus peccator seu haereticus valide baptizat, confirmat, consecrat, etc.

Prob. 1° *ex S. Scriptura.* Joan. 1, dc Christo dicitur : *Hic est qui baptizat in Spiritu sancio.* Quibus verbis non significatur Christum solum esse ministrum sacramenti, siquidem etiam ejus discipuli baptizarent, sed potestatem baptismi ad ipsum solum perlinere, ministerium autem ad Apostolos : alqui malus minister non polesl impedire potestatem Domini : ergo. Ita ratiocinatur S. Aug. tract. 5 in Joan, addens. *Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est dominus?*

Confirmatur. Qui baptizati erant baptismo Joannis, iterum delebant baptizari baptismo Christi ; qui autem erani baptizati a Juda baptismo Christi, non iterum baptizabantur : ergo baptisma Christi a perverso etiam ministro collatus esi validus, quoniam semper est baptisma Chrisli qui baptizat in Spiritu sancto. Ila S. Aug. ibid. « Dedit Judas, inquit, et non baplizatum » est post Judarn ; dedit Joannes, el baplizalum est post Joannem : quia si datus » est a Juda , baptismus Christi erat; qui » autem a Joanne datus, Joanniserat..... *n* Sic ergo quos baplizavil ebriosus, quos » baplizavilhomicida, quos baplizavil adulter, si baptismus Chrisli oral, Christus » baplizavil. Non timeo adulterum, non » ebriosum, non homicidam ; quia cohim- » bam attendu, perquam mihi dicilur : *Hic » est qui baptizat.* »

Prob. 1ncx traditione constanti Ecclesia·. Hæc autem traditio constat l ex solemni rescripto Slcphani papa?, quod refert S. Cy-

prianus, Epist. 74 ad Pompeium, his verbis : σ Ικι quis a quacumque hæresi venerit » ad vos, nihil innovetur nisi quod Iradi» turn cst,ut manus illi imponantur in pœs oitentiam.» 2°S. Aug. qui,lib. 2dcBapl. contra Donat, c. 9, dicit : « Consuetudinis › robore tenebatur orbis terrarum, ethæc » sola opponebatur inducere volentibus no» vitalem. »3 'S. Cyprianus ipse agnovit hanc consuetudinem el traditionem in eclesia, eamque impugnare conatur, Epist. 71 ad Quintum: *Non esi,* inqnit, *de consuetudine praescribendum, sed ratione vicendum.* Epist. 74 ad Pompeium : *Consuetudo sine veritate ,ycluslas erroris est.* Epist. 73 ad Juhajanum : *Sed dicet aliquis : Quid trgn fiet iis qui in praeteritum de hatresi ad Ecclesiam venientes, sine baptismo admissi sunt? Quo* in loco, inquit S. Aug. lib. 2 de Bapt. c. 9, *aperte indicat fuisse aliam consuetudinem Ecclesiæ.* El cap.7 probat contra euindem Cyp. hanc consuetudinem esso *ex aposlolica traditione* dem alam, quia *qua| per universam custodiuntur Ecclesiam, nonnisiab ipsis tradita el commendata creduntur.*

Prob. 3° *er conciliis,* quæ suis definitionibus traditionem hanc firmarunt, ct conclusionem nostram decretorie asseruerunt.

Concilium Arelatense anno 314, can. 8, « De Afris, inquit, quod propria loge sua » Oluntur ul rebaptizent, placuit ul si ad » Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, in» lerrogent cum symbolum ; el si pervide»rint cum in Patre, ct Filio, ct Spiritu » sancio esse baplizatum , manus ei tanti tum imponantur.... Quod si interrogatus d non responderit hanc Trinitatem, bapp lizctur. »

Concilium generale Nicœnum 1 , anno 325, can. 19, decernit rebaptizandos esse Paulianislas, quia formam baptismi non servabant, ul tradunt S. Aug. lib. de Haeres. c. 44; S. Ilieron. in Dialogo adversus I.ucifei ianos, cl Innoc. 1,22 ad episcopos Macedonial c. P Canone autem 8, jubet Catharos seu Novalianos qui formam sonabant, admitti persolam manuum impositionem. Ex quo evidenter sequitur omnium han ticorum baptisma, prætcr Paulianistarum et eorum qui non servabant turmam, cx mento concilii esse admittendum.

Concilium Conslantinop. 1, secundum jcncralc, anno 381, can. 7, decernit non esse rebaptizandos Arianos, Maccdonianos, Novalianos , Sabbatianos, Tesscradecadilas et Apollinaristas; sed Eunomianos, Monlanislas seu Phryges et Sabellianos ; quia nempe primi servabant ritum essentialem sacramenti, non posteriores. Dc Eunoinianis testantur Sozomenus, lib. 6, C. 26, et Theodorctus lib. 4 Haeret. Fab. de Monlanistis, S. Greg. Naz. Orat. 14 de Pace; de Sabellianis, S. Aug. Hier. Innoc. I, paulo supra citati.

Cone. Constantiense, sess. 45, damnat hunc ari. 4 Widleffi : *Si episcopus vel sacerdos existai in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.*

Cone. Trid. sess. 7, can. 12: σ Si quis » dixerit ministrum in peccato mortali exi» slenlem, modo omnia essentialia quæ ad » sacramentum conficiendum aut conferen» dum perlinent servaverit, non conficere » sacramentum, anathema sit. » El ibidem , can. 4 dc Bapt. n Si quis dixerit bap» lismum qui etiam datur ab hærelicis in « nomine Patris ct Filii el Spiritus sancti, » cum intentione faciendi quod facit Ec» clesia, non esse verum baptismum, ana» thema sit. »

Prob. 4" *ex summis pontificibus.* Trætcr Stephanum jam laudatum qui lam constanter restitit Cypriano elaliis rebaptizantibus, Siricius, desinente sæculo quarto Epist. ad l limei ium Tarraconensem : « Prima itaque, » inquit, paginæ luæ fronte signasti, bapli» zalos ab impiis Arianis, plurimos ad fidem » catholicam festinare, ct quosdam de fra» tribus noslris eosdem denuo baptizare «velle, quod non licet; cum hoc fieri ct » Apostolus velet,el canones contradicant.» Innoc. I, ineunte sæculo quinto Epist. ad Victricium Rolhomagensem, can. 8, dicit : « Ut venientes a Novatianis vel Montensi·* » bus per manus tantum impositionem sus» cipiantur; quia quamvis ab hærelicis, t;:» men in Chrisli nomine sunt baptizati. » Nicolaus I, ad Consulta Bulgar, c. 104 : « A «quodam Judæo, inquit, nescitis utrum » christiano, an pagano, multos in patria » vostra baplizalos asseritis , *e·.* quid de his » sit agendum consulitis. Ili profecto si in « nomme sanctæ Trinitatis.. 7 baptizati » sunt, constat eos non esse denuo baplirar, « dos. » Cap. *Romanus,* de Consecrat dis: 4, dicitur: « Romanus pontifex non !i .m-

» nem judicat qui baptizat, sed Spiritum Dei o subministrare gratiam baptismi, licet pa- » garnis sit qui baptizat. » Eugenius IV, in decreto Unionis : /n *casu necessitatis etiam paganus el haereticus baptizare potest.*

Ibi<l. — *Prob.* 5° *rationibus theologicis.* Ministri sacramentorum instrumenlaliter operantur in sacramentis; est enim eadem ratio instrumenti et ministri : atqui instrumentum non agit secundum propriam formam aul virtutem cui intendat assimilare effectum, sed secundum virtutem principalis agentis a quo movetur; et ideo accidentariurnest instrumento in quantum est instrumentum , qualemcumqiie formam habeat, præter id quod cxigilur ad rationem instrumenti : sicut per accidens est quod corpus medici, quod est instrumentum animæ habentis artem, sil sanum vel infirmum ; quod fistula per quam transit aqua sil argentea vel plumbea : ergo quamvis minister sacramenti sit sine fide vel gratia, valide confert sacramentum.

2. 64. a. 5. ad 2. — *Confirmatur.* Artifex potest operari per instrumentum carens vita et a se separatum quantum ad corporis unionem , modo sit conjunctum per quamdam motionem; sicenim agit non solum per manum, scd etiam per securim. Ergo pariter Christus, qui est principalis artifex sacramentorum , potest in illis agere per fideles cl bonos ministros tanquam per membra viventia, et per infideles ct malos tanquam per instrumenta mortua.

Ad has Auctoris rationes reducuntur pro majori parleargumenta quibusS. Aug.premebat Donatistas. Illos etiam urgebat sic ex eorum principiis. Ideo secundum Donatistas baptismus hærelici est nullus, quia haereticus Spiritum sanctum quern non habet aliis date non potest : atqui hæc ratio fundamentalis cx eorum principiis est nulla: ergo. *Prob. min.* Secundum Donatistas baptismus peccatoris occulti est validus : atqui tamen peccator occultus non habet Spiritum sanctum. Ergo.

Arguebat insuper ab absurdis. 1» Si virtus el validitas sacramenti cx meritis ministrorum pend-at, erunt diversa sacramenta pro diversitate meritorum in ministris. 2° Erit perpetua inccrli ludo cl anxietas circa salutem : quis enim potest esse certus de fide vel probitate ministri? 3° Justior debet esse qui a meliore sacramentum recipit.

Solvuntur objectiones ab auctoritate.

Pro solutione objectionum , distinguendum est 1° inter hændicos qui formam sacramenti adulterant, et inter cos qui illani servant. Ecclesia rejicit sacramenta collate a prioribus, recipit collala a posterioribus.

Distinguendum 2° inter sacramentum cl effectum sacramenti seu gratiam. Minister haereticus confert sacramentum ct effectum sacramenti quantum estexse, etsi non sit obex ex parte recipientis; sed quia recipiens consentiendo hæresi ministrantis, aut absque hujusmodi consensu recipiendo ab eo sacramentum extra casum necessitatis, peccat mortaliter, inde ponit obicem gratiæ; el ideo recepit quidem sacramentum, sed non effectum sacramenti. Ex defectu hujus distinctionis non satis explicate exarsit famosum illud dissidium inter Stephanum papam etS. Cyprianum cætcrosquc rebaptizantes, ut observat S. Aug. lib. 6 contra Donatisl. c. 1. « Non ob aliud , inquit..... visum est » quibusdam eliamegregiis viris antistitibus » Christi, inter quos praecipue eminebat B. » Cyprianus, non esse posse apud hærclicos » vel schismaticos baptismum Christi, nisi » quia non distinguebatur sacramentum ab «effectu vel usu sacramenti; et quia ejus «effectus atque usus in liberatione a pec- « catis et cordis rectitudine apud hærclicos » non inveniebatur , ipsum quoque sacra- » mentum non illic esse putabatur. « His observatis,

Obj. i"ex S. Scripturis. 1° Eccles, c. 34, dicitur: *Quibaptiz ilur a mortuo, quid proficit lavatio eius?* 2° Aggæi 2, dicitur contaminari *quidquid tetigerit pollutus in anima.* 3° Eccl. 10 : *Muscae moricnlcs perdunt suavitatem unguenti.* 4° Sap. 1 : *Spiritus sanctus disciplina: effugiet fictum.* 5° Jerem. 23: *Quid paleis ad triticum;* id est, quid impiis ad euchaiistiam? 6° Psal. 140: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* 7° Matth. 7 · *Non potest arbor mala bonos fructus [acere.* 8° Joan. 10 : *Peccatores Deus non audit,* 9° Ibidem 9, mali sunt *ex patre diabolo:* Christus autem non influit nisi in membris suis. Ergo.

R. 1°hæcomnia , quæ sunt Donat istarum argumenta, in ipsos posse retorqueri, quippe qui concedebant peccatores saltem occul tos valide sacramenta conticere ; quibus ta menaplari possunt omneshi textus laudati.

II. 2° *breviter ad singula. Ad primum.* 1° Qui baptizatur a peccatore seu haeretico , baptizatur quidem a mortuo tanquam ab instrumento, at baptizatur a Christo vivente Unquam a causa principali. Ila S. Aug. lib. 2 eunt. Epist. Pelii, c. 7. Insuper fatemur baptizato ab hærclico non prodesse baptismum, nisi transeat ad corpus Christi, quod est Ecclesia. Ila S. Aug. lib. 2 contra Creston. cap. 28. 2° Textus S. Scripturæ non refertur fideliter ; habetur enim : *Qui baptizatur amorluo, elilcrum langileum, quid vrodesl lavatio illius.* Cujus sensus litteratis est: Qui lotus est ab immunditia legali oria ex contactu mortui, quid prodest ei lavatio, si iterum tangat mortuum? sensus spiritualis : Quid prodest emundatio a delictis ei qui relabitur in illa ?

Ad secundum Contaminari dienur quod tangit pollutus, si *solus sil laclus el non interveniat invocatio nominis Dei; nam si sil invocatio nominis Dei, ipsa invocatio sanctificat el quod pollutum esi.* Ita Optatus Milev. 1.6, n. 3; b. e., contaminatur quod tangit pollutus ut pollutus, non quod tangit ut Dei minister. Secundum sensum litteralem dicitur hic *pollutus*, qui corpus mortui attigerat juxta legem Num. Ita S. Hieron. in Aggæam.

Ad tertium. Muscae monentes, id est impii , perdunt suavitatem unguenti, scilicet bonum odorem, qui est in optima fama viventium ; non vero perdunt Dei virtutem per quam agunt in sacramentis. IlaS. Aug. lib. 2 contra Parmen, c. 10.

Ad quartum. Spiritus sanctus effugit fictum dantem, scd non acceptantem et credentem. Ila S. Aug. ibidem.

Ad quintum. Jcreinias ibi loquitur contra eos qui somnia sua sacris oraculis coaequabant, ul patet ex textu. *Propheta,* inquit, *qui habet somnium, narret somnium : ct qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere ; quid paleis ad trilicum? dicit Dominus.*

Ad sextum. Hæc verba non spectant ministros sacramentorum : alioquin nullus homo posset ea ministrare, cum nullus sil qui non sil peccator : sed Psalmista loquitur de idulatorc, el dicit quod malit sanari miseritordi increpatione quam perverti hianda dulationc. Patet ex textu: *Corripiet me justus* in *misericordia el increpabit me; Deum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Ha S. Aug. lib. 2 cont. lilt. Polii. cap. 103.

Ad septimum. Malus minister non op~raturin sacramentis de suo, sed ex virtute Christi : unde non operatur ularbor mala , sed ul minister cl operarius Christi. Ila S. Aug. ibid. cap. G.

Ad octavum, llaxvcrbasunlcæsi a Christo illuminai!, *qui oculos corporis jam quidem restitutos habebat, sed ei oculi cordis nondum patebant : unde* ignoranter locutus est, nullus enim peccator convertitur quin a Deo exaudiatur. Ila S. Aug. lib. 2conlra Epist. Parmen, cap. 8.

Ad nonum. D. min. Christus non influit nisi in membris suis ul ea sanctificet, *C.* ut per ea tanquam per instrumenta separata alios sanctificet, *N.*

Obj.2° ex jure 1° Canone 45 et 46, eorum qui dicuntur Apostolici, prohibetur sub poena depositionis admittere baptisma haereticorum . 2° 1 q .1 ,c. *Qui perfectionem,* el cap. *Ventum est, ex* Innoc. I, dicitur quod. *Qui perfectionem Spirilus quam acceperant, perdiderunt, non ejus dare plenitudinem possunt* in ordinationibus. Et idem Innoc. EpisU 18 ad Alex, admittit baptisma Atianorum ut validum, non eorum ordinationem. 3° Ibid. cap. *Manifestum* 169, ex S. Leone, dicitur per impietatem Dioscori omne sacramentorum lumen esscexlinctum in ecclesia Alexandrina. 4°Ibid. q. 7, c. *Daiberlum,* et cap. *Per illicitam,* Urbanus 11 el Damasusjubenlitcrariordinationem factam ab haereticis. Et in cone. Rom. sub S. Greg. VII, can. 5, ordinationes simoniaeæ declarantur *infirmée et irrita,* 5° 24, q. 1, c. *Schisma,* Pelagius papa dicit : *Non est Christi corpus, quod schismaticus conficit, si veritate dirigimur.* 6° Ibidem, c. Audi*vimus,* Alexander II declarat quod, quicftmque est ab unilate Ecclesiæ alienus, exeerare possil, consecrare autem, excommunicare el reconciliare non possit. Ergo.

R. ad primum, hos canones non esse Apostolorum, scd collectionem quamdam canonum ex diversis conciliis antiquis sive legitimis sive illegitimis, probavimus diss. 1 de jure, digress. 1. Hos autem dc quibus hic agitur, verisimile est fuisse desumptos cx cone. Iconiensi vel Synadensi, in quibus Rebaptizantium error fuit assertus.

Ad secundum- Innocentius in utroque loco nihil aliud doccl quam quod hærHiu

non **possint** dare plenitucnnem gratia* u Spiritus sancti eis ouos ordinant, neque honorem seu exeeutionem ministerii. Primum, quia qui sic ordinantur participando haereticis peccant, et sic ponunt obicem gratiæ. Secundum, quia licet eorum ordinatio sit valida, tamen est cis prohibitum ordinare, et qui ab cis ordinantur suspenduntur ab exeeutione ordinum.

Ad tertium. S. Leo intclligendus est quantum ex parle hærelicorum et quantum ad fructum sacramentorum, qui non percipiebatur a communicantibus hæresi.

Ad quartum. Quidam respondent Urbanum II iterasse ordinationem Daiberti factam a Nezelone, non propter defectum fidei in ipso Nezelone, sed quia qui Nezelonem ordinaverant non erant episcopi ; sed chorepiscopi. Respondent alii Urbanum II iterasse ordinationem Daiberti non quoad sul> slantiam , sed quoad exeeutionem ministerii tantum; hoc est, illi contulisse facultatem exercendi munus suæ ordinationis a quo suspensus erat, quia fuerat illicite ordinatus ab hæreticis. Eadem solutione excipiendum este. *Per illicitam.* Quantum ad ordinationes simoniacas, esse validas quantum ad substantiam, *patet,* tum ex eo quod nova et antiqua jura eas mulctent suspensione exe-

cu tionis ordi nis, ergo ea s su ppon Un t va l idas ; tum quia in cone. Rom. torn. 9, pag. It 00, Nicolaus II declarat quod, ratis ordinalia simoniacis, *in acceptis ordinibus permaneant* ;ergo supponit ordinat ones simoniacas esse validas. Itaque Greg. VII declarat ordinationessimoniacas in/jrmrz.r *ct irritas,* non quantum ad substantiam, ^cd quantum ad exeeutionem ordinis. De quo fusius suo loco.

Ad quintum. Pelagius non intelligit eucharistiam, sed corpus Christi mysticum, scilicet Ecclesiam, vullque apud schismaticos non esse verum Christi corpus mysticum, ncc ullam cum ipsis ineundam esse societatem. subjungit siquidem immediate : « Nec » emm divisum esse Chrfctum potent quis- » quam sine Apostoli reprobrationo confin-

ii gere : unam , ut sæpe dicturn est, quæ » Christi corpus est, constat esse Ecclesiam, » quae in duo vel in plura dividi non potest ; » simul enim cum ab ea quisque recesserit, » esse destitit in Ecclesia, d

Ad sextum. Sensus est quod, qui est ab unitate Eccleuæ alienus* non habet jus consecrandi, excommunicandi, reconciliandi, quia est suspensus: si tamen exerceat actus a jurisdictione indépendantes, sunt validi, licet illiciti. *Mulla,* inquit S. Aug. lib. 5 de Rapt. cap. 15, *contra jus dantur, ner lumen ideo vel nulla rd non data dicuntur.*

Obj. 3" *e.r SS. Patribus.* I" S. Ambros. lib. de Mysterii, c. 4, dicit : *Non sanat bapl sutus p (filorum , non mundat sed polluit.* 2" S. Ilieron. in cap. 3 Sophon, dicit non solum verba, sed vitam ct merita sacerdotum esse necessaria ad eucharistiam seu consecrationem. 3°S. Aug. pluribus in loci? docet hærclicosel malos ministros non posse dare remissionem peccatorum , consequenter non conferre sacramentum validum; sacramentum enim validum confert gratiam, si non ponatur obex ex parte recipientis. En vei ba S. Aug. lib. 3 de Rapt, contra Donalisl. c. 18 dc malis ministris : « Tales Ipsi » Cypriani temporibus baptizabant...., rc- » missionem tamen peccatorum non dabant, » quæ per orationes sanctorum , id est, por » columbæ gemitus datur... Non enim ra- il pluribus ac fœneratoribus diceret Domi- « nus : *Si cui dimiseritis peccata, ditnil- » tcnlur illi; si rui tenueritis, tenebuntur.* » Foris quidem nec ligari aliquid potest nec » solvi, ubi non sit qui aut ligare possit aut ii solvere; sed solvitur qui cum columba » fecerit pacem, elligatur qui cum columba » non habet pacem,sive aperte foris sil, sive » intus esse videatur. » Et I. 5, c. 22 : « Consentimus Cypriano haereticosremissio- » nem dare non posse, baptismum aulem » dare posse, quod quidem illiscl flantibus » ct accipientibus valeat ad perniciem lan- ii quam tanto munere Dei male utentibus : » sicut etiam maligni cl invidi, quos et intus » osse ipse testatur, remissionem pecca to- il rum da re non possunt,cumeos baptismum » dare posse omnes fateantur. » 4" Constat S. Cyprianum j Firmilianum cum plurimis tum Orientis cum Africæ episcopis etiam conciliariler congregatis, rejecisse baptismum hærolicorum ut invalidum, iisque hdhæsissesanctos Dionysium Alexandr. Basilium,Athanasium, Optatum Milevilanumet Cyrillum Jerosol. probabilius videtur. Ergo.

ft. ad primum. S. Ambrosius loquitur non de ministrante, sed do recipiente, el dicit quod >i rit perfidus, id est, si mm teneat rectam fidem, baptismo non mundatur sed polluitur.

Ad secundum, S. Hieron. alludit ad significationem vocis *eucharistia* , quæ significat gratiarum actionem , et dicit ad hanc , ut legitima sil et Deo grata, requiri non solum verba consecrationis, sed etiam probitatem sacerdotis.

Ad tertium. Nemini dubium esse potest quin S. Aug. habuerit rnfa sacramenta collata a malis ministris, quicumque fuerit, non solum ex locis citatis in conclusione , sed ex aliis innumeris, maxime cx septem libris integris contra Donatislas; qui ad validitatem baptismi requirebant fidem in ministro : si namque S. Doct. non requirat fidem in ministro, quomodo requireret gratiam quæ fidem supponit? Manifestum est igitur textus objectos habere alium sensum quam quem illis tribuunt objicientes. Itaque

Respondent plurimi cum Estio , S. Aug. loqui dc gratia seu remissione peccatorum , non quæ viriute sacramenti confertur, sed quæ per orationes sanctorum el gemitus columbæ, id est, Ecclesiæ impetratur. Sed hæc solutio, licet non improbanda , difficile aptatur omnibus verbis objectis. *Rcponuntalii ,* S. Aug. arguere conlra Donatislas ex eorum principiis, scu, ut dicitur, argumento ad hominem ; quasi diceret : Vos, Donatistæ, rejicitis baptisma hærelicorum el peccatorum publicorum, quia non possunt dare Spiritum sanctum quem non habent, el sine quo nullum pietatis saciamentum esse potest; atqui peccatores occulti etiam non habent Spiritum sanctum , cl tamen admittitis eorum baptisma : ergo etiam admittere debetis baptisma haereticorum el peccatorum publicorum. Sed neque hæc responsio videtur clarc cl adæquate satisfacere argumentationi. His igitur solutionibus in sua probabilitate relictis,

R. sensum S. Augustini esse, malos ministros sive bærcticos, sive schismaticos, sive peccatores, non conferre per sacramenta graiam iis qui consentiendo eorum sive hæresi, sive schismati, sive malitiæ, ponunt obicem : sicque non defectu potestatis in ministro, sed defectu dispositionis in subjecto; si enim malus bono sacramentum conferret, gratiam ipsi communicaret.Hanc solutionem ex ipsis textibus laudatis cl aliis eruo. Lib. d cil. postquam S. Doctor dixit Christum non dedisse raptoribus et fœneratoribus potestatem solvendi et ligandi, sul>juigit. *Sed solvitur, qui eum columba fecerit pacem ; et ligatur, qui cum columba nnn habet pacem.* Intelligit ergo Christum non dedisse raptoribus cl feneratoribus potestatem solvendi eos qui cum columba non h.> bent pacern, id est, malitiæ suæ consentientes; dedisse aulem potestatem solvendi eos qui cum columba fccerini pacem, id est, qui a malitia seu schismate et hæresi revertuntur ad Deum el unitatem Ecclesiæ. Lib. 5, c. 22 cil. dicit haereticos baptizando non darcgraliam accipientibus, «qui Lauto » munere Dei male utuntur: *et, ut subdit,* » qui fratres a quibus diliguntur oderunt » clin ipsoodio baptizantur' quibus tamen » postea correctis non rursus baptismus da» tur, sed ipsa venia , quam tunc accipere » non meruerunt, in vera conversione præ» statur; *imo in ipsis verbis objectis,* eos » baptismum dare posse omnes fatentur. » Item lib. 6, c. 4, clarissime se explicat dicens, malum, « sicut perniciose habet *bap» lismum,* ita etiam perniciose tradere, non » quia tale aliquid tradit, ncc quia talis tra» dit, sed quia tali tradit. » Sic enim legendum est, cl non cum Lovamensibus, *quia talis tradit,* contra omnia exemplaria edita et MSS. ut observant patres S. Mauri, ct evincit quod immediate sequitur: prosequitur enim S. Aug. « Nam cum malus tradit » bono, id est, in unitatis vinculo, veraci » conversione mutato, inter bonum sacra» mentum quod tiaditur, el bonum fidelem » cui traditur , tradentis malitia non sepa» rat. » Hæc sunt plane decretoria cl in aperto ponunt mentem S. Aug. juxta solutionem datam. Vide ibid.c. 6. Neque obstat quod e vestigio addat :« El cum illi veraciter » ad Deum converso peccata dimittuntur, » ab cis dimittuntur quibus ipse veraci con» versione conjungitur. » Id enim dicit vel de gratia obtenta non per sacramenta, sed per orationes sanctorum in unitate Ecclesiæ : vel si dc gratia sacramentali, inlelligil per fideles bonos ipsam Ecclesiam, in cujus et Christi ejus capitis nomine et virtute ministri conferunt gratiam; Ecclesia enim in bonis potissimum consistit. Gratia ergo confertur a bonis, id est, ab Ecclesia seu nomine Ecclesiæ, cujus boni sunt polior pars; non quod mali ministeriosuo eam non conferant, sed quia eam non conferunt nomine suo, sed Ecclesiæ, nec ut suum, sed ut Ecclesia bonum.

Ad quartum, Ecclesia per summos pontU

fices, per concilia et innumeros Patres Rebaptizantium errorem proscripsit, idcoque cum illa S. Cypriani et collegarum auctoritatem in hac causa respuimus, et S. Augustino deEpist. Cyp.ad Jubajanum ioquenti, l. 2 contra Crcscon. c. 32, subscribimus. *a* Ego, inquit, hujusepistolæauctoritatc non » teneor; quia litteras Cypriani non ut cano- » nicas habeo, sed eas ex canonicis consi- y dero, et quod in eis divinarum S. Scriplu- y rarum auctoritati congruit cum laude ejus » accipio, quod autem non congruit cum » pace ejus respuo... Non accipio, inquam, y quod de baptizandis hæreticis et schisma- » maticis B. Cyprianus sensit ; quia hoc Ec- y clesia non accipit, pro qua B. Cyprianus y sanguinem fudit, y

Quantum ad alios sanctos Patres in object. laudatos, Dionysium Alex. Rasilium, Alhanasium, Optatum, Cyrillum, quid censuerint in hac materia, sigillatim expendemus in digress, hist, ad calcem hujus diss, ponenda. Sed quidquid sit, dicimus inierim, non ex paucorum opinione, (idem Ecclesiæ esse æstimandam, sed cx communi, firma et constanti omnium aut plurimorum sententia, maxime ex decretis conciliorum cl summorum pontificum, ut docet Lirin, in Commonil. c. 39.

Solvuntur objectiones a ratione.

Obj. 1° Sacramenta ordinantur ad emundationem culpæ et collationem gratiæ: atqui infideles, haeretici, peccatores, cum sint immundi, non possunt alios a peccato mundare, secundum illud Eccl. 34 : *Ab immundo quis mundabitur?* neque conferre gratiam quam non habent, quia nemo dat quod habet. Ergo.

2- 64. a. 5. ad d. — *B. D. min.* Mali ministri non possunt mundare ncc conferre gratiam virtute propria, *C.* virtute Christi, *N.* Hoc enim per eos facit Christus sua potestate sicut per quædam instrumenta , ct ideo effectus consequitur in suscipientibus sacramenta, non secundum similitudinem instrumenti, sed secundum configurationem ad Christum. Ad id ergo quod additur, neminem dare quod non habet, quod erat commune dictum rebaptizantium, pariter csl distinguendum. Nemo dat quod non habet neque actu neque virtutescu causalitate, *C.* quod non hal*** **xlu**, habet tamen virtute et causalilatc, *N.* Quilibet autem homo habet sacramentum el effectum sacramenti virtute, quatenus Deus potest illo uti tanquam instrumento ad efficiendum sacra- I mentum et producendam gratiam.

Insl. **1**n Christus , Joan. 20, Apostolis dixit : *Accipite Spiritum sanctum;quorum remiseritis peccata, remittuntur cis.* Ergo minister debet habere Spiritum sanctum seu gratiam, ut per sacramenta peccata aliis dimittere el gratiam conferre possit.

R. 1° hoc argumentum quod est Donatistarum, contra ipsos militare; admittunt enim peccatorem occultum posse sacramentum e! ejus effectum conferre, et tamen non habet Spiritum sanctum. *R.* 2° *I). conseq.* Ergo minister debet habere Spiritum sanctum ut conferentem legitimam potestatem administrandi sacramenta, *C.* ut sanctificantem ipsum , *N.* Ncc plus probant verba Christi.

Insl. 2° Sacramenta soli Ecclesiæ data sunt : atqui hæretici sunt extra Ecclesiam: ergo non habent sacramenta.

R. D. conscq. Ergo non habent sacramenta ulsua, *C.* ut sacramenta Ecclesiæ,N. Sicut Scriptura sacra quæ apud illos invenitur, non est Sciiplura hærelicorum, sed Ecclesiæ.

Inst. 3° ITærelicus non est membrum Ecclesiæ : ergo non potest esse minister Ecclesiæ.

R. N. conscq. Quia Deus potest uti instrumentis non solum conjunctis, sed etiam separatis, uldiximus ex Auctore in probationibus. J?

Insl. 4° Caput non influit in corpus per membra mortua : ergo nec Christus per hærelicos aut malos.

R. I) ant. Caput naturale, *C.* quia cum influxus ejus sil vitalis, non communicatur nisi per membra viventia; caput morale, quale est Christus, jY. Vel aliter. Christus non polesl inllucre per hærelicos tanquam per membra , *C.* nec enim sunt membra Ecclesiæ, tanquam per instrumenta , .V. Potest enim per quodeumque voluerit, sive viveris, sive mortuum, elfeclum intentum producere.

Insl. 5° Non est saltu® extra Ecclesiam . ergo hæretici, qui sunt extra illam , non possunt salutariter conferre sacramenta.

R. D. conseq. Ergo hæretici non pnssunt conferre sacramenta salutariter sibi, *C.* sa-

hilariter suscipientibus qui non consentiunt eorum hærcsi el in necessitate recipiunt, *N.* Ili enim non sunt extra Ecclesiam.

Insl. b» Hæretici non habent jus in sacramenta Christi : *Quæ enim conventio Christi cum Belial?* 2 Cor. 6. Ergo.

II. D. ant. Hæretici non habent jus in sacramenta Christi, id est, illa illicite et illegitime habent atque administrant, *C.* id est, illa non habent, *N.* « Aliud quippe est, » inquit S. Aug., 1.3 conlra Donalist.,c. 10, » non habere aliquid, aliud non jure habere, » vel illicite usurpare. Non itaque non sunt b ideo sacramenta Christi et Ecclesiæ, quia » eis illicite utuntur, non hæretici solum , used eliam omnes iniqui et impii ; sed ta- » men illi corrigendi aut puniendi, illa vero » agnoscenda cl veneranda. » Et lib. 5, c. 15 : *Multa contra jus dantur, non tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur.* Sic qui volo simplici castitatis est obstrictus, non habet jus ineundi matrimonium, initum tamen valet. Neque qui sacramentum suscipit ab haeretico in necessitate, ejus hærcsi non consentiens , ullam habet societatem seu conventionem cum hærctico ut haereticus est, sed ut est minister ct instrumentum auctoris sacramentorum.

Insl. 7° Qui csl expulsus ab Ecclesia non potest exercere munia Ecclesiæ : atqui hærelici sunt expulsi ab Ecclesia. Ergo.

R. D. maj. Qui est expulsus ab Ecclesia non potest exercere munia Ecclesiæ licite, *transeat;* posset enim in casu necessitatis licite baptizare : valide, *subd.* Si auferatur ab eo potestas , *C.* si non auferatur , *N.* Nulli autem homini aufertur potestas baptizandi. « In quo baptizarentur gentes, in- » quit Optatus Milcvit., lib. 5 conlra Par- ii men., a Salvatore mandatum est ; per » quem baptizarentur , nulla exceptione d discretum csl : non dixit Apostolis : Vos » facite, alii non faciant. Quisquis in nonmine Patris et Filii ct Spiritus sancti » baptizaverit, Apostolorum opus imple- » vit. » Neque eliam aufertur hæreticis legitime ordinatis potestas alia sacramenta valido conferendi, quia remanet character. Excipitur tamen sacramentum pœnitenliæ, quia ad illud requiritur jurisdictio quæ ab hæreticis aufertur.

Insl. 8° Per baptismum homines generantur lilii Dei : atqui filii Dei generari non ossunt nisi a Christi sponsa, quæ est Ecclosia : ergo hæretici qui sunt extra Ecclesiam valide non baptizant,

R. N. conseq. Ii enim qui baptizantur eliam ab hæreticis, generantur filii Dei ab Ecclesia, quia ejus sunt sacramenta quæ ministrant hæretici. Sicut enim, inquit S. Aug. lib. 5 de Bapt. cont. Donat, c. 24, Sara cx utero Agar ancillæ jure conjugali genuit Abrahæ Ismaelem ; sic Ecclesia utitur utero ancillæ, hoc est, Heresis, ut ex divino semine scilicet baptismate, quod ejus est, Christo sponso suo filios procreet.

Insl. 9° Sacramentum est actio ministri; ergo si actio ministri sit immunda et sacrilega, sic erit sacramentum, consequenter nihil proderit, sed potius nocebit.

R. actionem mali ministri esse malam in' genere moris, non vero in genere signi a Deo instituti, in quo consistit ratio sacramenti.

Obj. 2e specialiter de paganis. S. Aug. lib. 2 adversus Parmen, c. 13, ct lib. 7 de Bapt. c. 53, videtur dubitare utrum baptisma collatum a pagano sit validum. Ergo.

R. S. Aug. nihil hac dc re voluisse affirmare ; quia, ut ibid, dicit, nondum erat in Ecclesia definita. Cum autem nunc a summis pontificibus et conc. Florent, sil definita, nullus restat dubitandi locus. Aliunde, quamvis S. Aug. rem tanti momenti nondum in Ecclesia definitam pro sua modestia asserere non vellet, indicat tamen eodem cap. 53, se ita affectum, ut haberet ratum baptisma *ubicumque cl a quibuscumque verbis evangelicis consecratum ;* et rationes quas urget contra Donalislas, ul plurimum militant pro baptismo dato a pagano, sicut pro dato ab hærctico. Pro tota materia hujus articuli confer, diss. 2 de bapt. a. 2.

ARTICULUS IV.

Utrum mali ministrantes sacramenta pcccenl?

Hic q. 64. a. 6. nd 3. et in 4. d. 24. q. 1. a. 3. qutrstiunc. 5. nd 4. —Prænotanda est distinctio inter ministrum solemnilalisseu ex oflicio, el ministrum necessitatis. Minister solemnitatis seu ex oflicio dicitur, qui speciali consecratione ad ministerium sacramentorum est deputatus, ul sacerdos consecrans aut absolvens. Minister necessitatis est, qui nulla consecratione deputatus, sacramentum ministrat propter necessitatem, ut laicus baptizans.

Hic oit. o. — *Dico* 1° Minister solemnilatis conficiendo vel ministrando sacramenta in peccato mortali, peccat mortaliter.

Prob. t°cxS. Scriptura. Non minus, imo magis requiritur mundities in ministris sacramentorum novæ legis, quam anliquæ; hæc enim illorum erant figuræ tantum el umbræ : atqui in ministris sacramentorum antiquæ legis requirebatur mundities cl saiicutas sub gravi peccato: ergo. *Prob. min.* Isai. 5Î; dicitur: *Mundamini, qui feriis vasa Domini. Exod.* 19 ; *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.* Levit. 21 : *Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus.* Ibid. 22 : *Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra* (Aaronis)adea *qua consecrata sunt,., in quo est immunditia, peribit coram Domino.* Gravitas pœnæ indicat gravitatem culpæ. Ergo.

Prob. 2° *ex Jure,* Extra. *Dc temporibus ordinandorum,* cap. ultimo de malis clericis decerni', quod si non pœnituerint, monendi sunt ct *sub interminatione divinijudicii obtestandi, ul in testimonium suae damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent.* Ibid. *Dc cohabilalione clericorum, c. Quasilumest,* idem pontifex pronuntiat *quemlibet* clericum, *pro mortali peccato, quoad seipsum constat esse suspensum,*

Prob. 3° *ex Patribus. S.* Dionysius c. 1 Ecclcs. Hierarch, dicit quod, *Malis non est fas tangere symbola,* id est, signa sacia-mentalia. S. Aug. lib. 2 contra Epist. Parmen. c. 10 : *Omnia,* inquit, sacra//<enfa I *cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per cos digne sumentibus.* Referture. Omnia 1, q. 1. Idem in Ps. 103 : *Videant qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sancte utuntur.* El Iracl. 5 in Joan. *Ego dico et omnes dicimus, quia justos esse oportet tanti judicis ministros.* S. Greg. Magnus, 1.1, Epist. 24, nunc. 25 : *Necesse est,* inquit, *ut esse munda studeat manus quee diluere sordes curat, ne (acta quaque deterius inquinet....scriptum namque csl : Mundamini, qui fertis vasa Domini.*

Vides quosdam infundate distinguere inter malos conficientes sacramenta cl ministrantes tantum, scilicet eucharistiam, quas) conficientis peccent quidem, at non ministrantes tantum ; prolata enim testimonia ex I S. Scriptura, jure ct Patribus afficiunt paciter ministrantes ct conficientes : quod et a perte signifjica l Auctor in 4,(1. 24, q. 1, arL 3, quæsliunc. 5 , ad 4, ubi dicit quod irnmundi *qui (angunt ree sacras quasi suo officio fungentes, peccent mortaliter.* Idque suade! ejus latio sequens. Unde.

Prob. 4° *ratione.* Qui in peccato mortali conficit aut ministrat solemniler et ex officio sacramentum , gravem ii reverentiam committit contra Christum.sacramentorum auctor'm et ipsam sacramenti sanctitatem, quam in quantum in se est contaminat : atqui hæc irreverentia csl ex genere suo peccatum mortale : ergo. *Prob. maj.* Minister speciali consecratione deputatus ad sacramentorum ministerium , et se illorum ministrum exhibens, tenetur hoc ipso at vi slatus confirmari tam Christo sacramentorum institutori cui famulatur, juxta illud Levit. 19, *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum,* quam sanctitati sacramenti quod perficit, juxta istud aliud Isai. 43 , *Mundamini, ipr fertis vasa Domini.* Ergo.

Dices 1° S. Th. hic a. 5, ad 3, dicit bonitatem ministri requiri tantum ex decentia. Ergo.

R. D. ant. D. Th. dicit bonitatem mini·.· tri requiri ex decentia lanium, ul valide conferatur sacramentum,seu, ul dicit Cajet. e\ parte *op -risoperati, C.* ut licite conteratur, seu cx parte *operis operantis, N.* Quærit enim in hoc art. 5 S. Th. utrum sacramcitj» per malos ministros valide conferantur ; in hoc autem quem versamus, utrum licite.

Dices 2° Sicut ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis : atqui mali non peccant si ministrent Deo in operibus charitatis , quinimo hoc est eis consulendum : ergo nec qui ministrant in sacramentis.

Q. 64. n. fi. edi.—*R. N. conseq.* Disparilascst, quod opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificato, sed ipsa pertinent ad jusliliæ sanctitatem , sicut quaedam jusliliæ partes; ct ideo homo qui se exhibet Deo ministrum in operibus charita tls , si sil justus, amplius sanctificatur ; si voro sit peccator, per hoc ab sanctitatem disponitur. Sed sacramenta in scipsissanctificationem quamdam habent per mysticam consecrationem , et ideo præexigitur in ministro sanctitas jusliliæ , ut congruat suo tiinisle. io: unde incongrue agit ct peccat si,

in peccato existons, ad tale ministerium accedat.

Dices 3" Confirmatus, profiteris in peccato mortali lidcm coram tyranno, agit ex oflicioel utad hunc actum consci ratus ; -ir": liter conjuges exercentes actum conjugalem, ad quem acceperunt potestatem et graham per sacramentum : atqui tamen nec ille m isti peccant. Ergo.

ll. D. min. Nec, ille nec isti peccant, ›. eorum actiones sunt sacramentales , ... cl eorum actiones non sunt sacramentales, *C.* Conclusio autem nostra est de ministro conficiente vel conferente sacramentum, adeoquede actione sacramenlali, id est, de a - tionequæ vel sit factiva sacramenti, aut proximo conducat ad ejus confectionem, vel quæ sil sacramenti facti distribuliva : quod diligenter adverte pro pluribus casibus infra deducendis. At vero neque professio lidei coram tyranno, neque actus conjugales suntactione sacramentales, scu actiones faclivæ sacramenti aut illius distributivæ.

Ibid, ad 3.—*Dico2.'›* Sacerdos et *a fortiori* laieusexistens in peccato mortali, non n-.·· cat saltem graviter baptizans in casu necessitatis; secus ministrans in aliis sacramentis. Ita communiter cum Auctore contra paucos.

Prob. prima pars. Quamvissanctitas Christi el sacramenti sil ratio formalis ob quam minister debeat esse sanctus , obligatio tamen in ministro habendi sancti.atom ion oritur ex ipsa Christi d sacramenti sanctitate præcise secundum se, sed ex il'a ; ‹t ordinem ad consecrationem ministri , q atenus cum se gerat ut personam ad hoc s; ‹ciali consecratione deputatam , tenetur ex hoc ipso conari ut conformetur Christo cui famulatur , et sanctitati sacramenti quod perficit, ut dictum est: atqui sacerdos baptizans in casu necessitatis, in quo posset baptizare laicus, licel sil ad hoc consecratus, non tamen hic agit ul consecratus, nec se exhibet ut ministrum Christi et Ecclesiæ , ted succurrit necessitatem patienti ct per accidens deservit principali agenti, non in actu a liquo ordinis aut sacra' potestatis, · 'd in eo in quo quilibet homo posset deserv. o Ergo.

Confirmatur ab eo quod contingit in humanis. Rusticus qui per accidens ct in comi nccessilnlis regi descivit, ɳ. n tenel··· in nwtrarc cum eo sp^ddi m n. u et n sicul qui cx officio ad id csl deputatus : ergo similiter.

Dixi, *non peccat saltem graviter ;* quia cum posset elicere actum contritionis in ins-•anti, hire aliqualis indecentia non videtur omnino excusanda.

Prob. secund'· part. Tum qui alia sacramenta non sunt lan'æ necessitatis sicut bap- l mus; tum iu a in iis minister non potest a ere nisi vi specialis consecrationis et spiriti alis |›oteslatis, consequenter nisi ut publicus Ecclesia» minister, ut palet dumsacerdos absolvit pœnitenlem morti proximum.

Neque tamen inde sequitur quod minister sil perplexus, et, sive absolvat sive non absolvat urgente necessitate, peccet; quia cum contritio sit actus spiritualis el instantancus, ul jam dixi, potest conteri etsic licite absolvere.

Dices cum patre Henno. Gravas videtur irrevei entia quod hostis Christi et servus drinonis præsumal in nomine Christi scienter et advorienter immundus immunde tractai e ea quibus in Ecclesia nihil sanctius aul magis divinum habetur. Ergo.

It. neque S. Thomam neque innumeros pene theologos cum ipso sentientes, apprehendisse hanc irreverentiam essegravern in eo qui non cx cilicio , s›'d in necessitate baptizaret aut corpus Christi in lenam projectum colligeret ; sicut nemo apprehenderet giavem injuriam esse regi illatam, si rusticus illi in casu, necessitatis el pej accidens inserviret hila veste amictus, etiamsi elegaiitiorcm hab‹ re posset.

Λ *(que dicas* cum objiciente,S. Th. loqui de ministro necessitatis, cui ob instantem baptizandi mortem non suppetit tempus eliciendi contritionem. Nam 1° cum, ul dixi, contritio sil actus interior, potest cl. i in instanti, sicque non datur casus in quo non possit haberi : et hoc ipsum ibidem dicit S. Th. 2° Hac evasio aperte repugnat textui S. D. Proposuerat sibi argumentum quod si malus minister peccet administrando sacramenta, contingeret aliquando uod esset perplexusct ad peccandum adactos : si enim non ministret, dum urgente nc- ■•/i t tenetur, peccat, ct si ministret, etiam peccat, *Despondet* S. D. quod istud inconveniens mm currat, quia potest pœni- « : '1 supposito quod nolit poenitere, › i ,| sjf p‹*ri› eXVS*

et e vestigio subdit : *In articulo famen necessitatis non peccaret baptizando.* Vides ipsum Icqui de eo qui potuit et noluit poenitere, qui *tamen,* id est hoc non obstante, non peccat baptizando in necessitate; et rationem affert, non quia non potuit poenitere, quod indubie dixisset si ita censuisset, sed quia *non se exhibet ministrum Ecclesia.* Idem aperie constat ex 4 seni. d. 24, q. 1. a 3, quæstiunc. 5, ad 4, ubi dicil : α Quidcumd que *{in peccato existons)* exhibetse in ali» quoaclu ulministrum Ecclcsiæ, mortali» ter peccat,., secus autem esset si in aliqua » necessitate aliquod sacrum contingeret » vel exequerelur in illo casu in quo etiam d laicis liceret : sicut si baptizaret in arti» culo necessitatis, vel si corpus Christi in » terram projectum colligeret. » Dicelne forte. Ilenno colligenti corpus Christi projectum in terram, non suppetere tempus eliciendi actum contritionis?

Insl. Eadem est sanctitas Christi ct sacramenti, sive in casu necessitatis, sive extra ministretur : atqui cx sanctitate Christi el sacramenti oritur in ministro obligatio habendi sanctitatem. Ergo.

R. D. min. Ex sanctitate Christi et sacramenti præcise secundum se oritur, etc. *N.* ex sanctitate Christi ct sacramenti per ordinem ad ministrum cx officio, *C. solutio patet ex probatione conclusionis.*

Consectaria.

Exéiclis in utraque conclusione colliges **1°** sacerdotem ministrantem eucharistiam in peccato mortali, peccare mortaliter; quia licet ejus actio non sit factiva sacramenti, est tamen illius distributiva, ct ideo sacramentalis, ad idque est specialiter consecratus : idque, ul diximus, *evincunt* non secus ac de conficiente sacramentum, *omnes probationes primee conclusionis.*

Non tamen existimamus eum tot peccata committere quot sunt person® quibus absque interruptione morali eucharistiam ministrat; quia licet sint plurcs actiones physice distinet® , est tamen moraliler unum convivium. Secus de sacerdote plurcs pcenitentes successive absolvente ; quia quælibct alnolulio est judicium completum nullo nexu cum aliis absolutionibus scu judiciis connexum. Consule quæ dixi dc peccatis disseri. 2,art. 4, ubi eliam docui, secundum çrobabiliorem mihi sententiam, celebranlorn in malo statu committere unum tant peccatum, contra quosdam qui dicunt committere duo, tria, aut etiam quatuor peccata, unum offerendo,aliud consecrando, tertium sumendo, quartum sibi ministrando. *E»to* enim istæ actiones physice distinguantur, constituunt tamen unum mysterium in quo uniuntur. Cæterum quoad praxim sufficit illi, si dicat in confessione se celebrasse in malo statu.

Non pauci etiam tenent sacerdotem audientem confessionem in peccato mortali non peccare mortaliter, si proponat pœnilere, et defaclopœnilealanteabsolulioncni. **Sed** id nobis non probatur; quia auditio confessionis sicut ipsa confessio videtur actio sacramentalis , aut saltem proxime ad sacramentum ordinata, non minus quam ministerium diaconi ad sacrificium. De quo

Colliges 2° probabilius diaconum solemniler exercentem suum officium in peccato mortali, peccare mortaliter; quia licet ejus actio non sit factiva aut distributive sacramenti, est tamen aliquo modo sacramcntalis, quatenus ordinatur proxime ad sacramentum. Unde Apost. loqucns dc diaconis, 1 Tim. 3 , dicit : *Ministrent nullum crimen habentes.* De subdiacono , quamvis minus certum sit, ita tamen plures probabiliter tenent, quia reputatur inter ordines sacros ut diaconatus, el etiam ejus actio proxime concurrit ad sacramentum : sicque videtur definitum a Greg. IX cit. in probationibus conclusionis, Extra, *de Temporibus ordinandorum,* cap. ult. Sub hoc decreto etiam censemus comprehendi clericos minorum ordinum , cum sit indefinite de omnibus clericis; sed quia eorum ministerium remote tantum ordinatur ad sacramentum, propter levitatem materiæ, excusantur a mortali.

Propter eamdem rationem excusantur i mortali qui in malo statu eucharistiam in vase vel vitro inclusam de loco in locum transportant, aut cum illa dant benedictionem ; cum enim mediate tantum tangant eucharistiam, videtur levitas materiæ. »

Colliges 3° episcopum chrisma aul oleum infirmorum conficientem in peccato mortali, probabiliter peccare mortaliter; quia licet ejus actio non sil factiva ncc distribu· tiva sacramenti, est tamen aliquo sensu sa· cramcnlalis, qua Lemis materiam ordinis ct extrema» untXionis conficit cx potestate ordinis in summo gradu. Ergo, infert Uenno,

peccator coquens panem , qui est materia eucharistiae, peccat mortaliter. *R. N. illationem.* Quia in coctione panis non intervenit actio sacra qua liat materia debita eucharistiae , sicut intervenit in confectione chrismatis et olei infirmorum ut sint materia debita sacramenti. Et hinc altera disparilas, quod panis cxsc non ordinetur ad eucharistiam sicut chrisma ad confirmationem el oleum infirmorum ad extremam unctionem.

Secus tamen est dicendum de collatione tonsurae, de benedictione ecclesiarum, vasorum sacrorum, vestium sacerdotalium, abbatissarum, virginum, etc., quia hæ actiones ct similes nullatenus sunt sacramentales, neque jure divino, sed ecclesiastico tantum episcopis competunt.

Colliges 4° concionantem in peccato non publico, non peccare mortaliter ; quia praedicatio non est acliosacramentalis:et quamvis pertineat ad eos qui curam animarum habent, posset tamen stando injure divino, et secluso jure ecclesiastico, committi laicis. Equidem oppositum olim tenuit S. Th. in 4, d. 19, q. 2, a. 2, quæstiunc. 2, ubi docet concionantem el corripientem cx ofiicio in peccato mortali etiam occulto, peccare mortaliter. At recte monet Eximius Sylvius, S. I). non obscure hanc sententiam retractasse, partira 2,2, q. 33,art. 5, etq.GO, a. 3, ad 3, ubi docet corripientem scu judicantem ex ofiicio in peccato morlali, non peccare mortaliter; cujus tamen contrarium docuerat priori loco cit. partim quia led. 1 inc. G, 2 Cor. de solo peccatore publico dicil quod prædicando peccet. Ita laudatus Sylvius. Peccaret autem mortaliter peccator publicus ob scandalum ; quia inâcreaircl in contemptum Evangclii præàicatio.

Colliges 5° contrahentes matrimonium , quamvis peccent ut recipientes indigne sacramentum, non peccare tamen mortaliter ul conficientes ; quia licet secundum nos sint ministri, non sunt tamen ad hoc specialiter consecrati, idcoqucnon agunt cxofiicio.

ARTICULUS V.

l/lrum *minister mortalis peccati sibi conscius teneatur confiteri antequam sacramenta conficiat aul ministret ?*

Non est quæslio dc sacramento cucharistiæsivc conficiendo sive suscipiendo tantum; certum est enim, ut infra dicemus, cx Apostolo juxta Ecclcsiæ traditionem, illi præmit tendam esse confessionem. Item nemo negat quin sit salubre consilium confessionem aliis sacramentis conficiendis aut ministrandis praemittere; quia per eam securiores sumus de sanctitate requisita. A' sitnepraccplum?

Dico. Minister sibi conscius peccati mortalis, ul eximatur a peccato irreverentis et indigna: tractationis, nrm tenetur præmittt<*re confessionem sacramentis conficiendis aul distribuendis; non tamen sufficit attritio, sed requiritur contritio saltem prudenIcr existimata.

Prob. 1° cx rituali Pauli V, til. 1, ubi declarat non esse obligationem, seri meram convenientiam confitendi. « Sacerdos, in« quit,si fueritpeccalimortalissibiconscius, n quod absit, ad sacramentorum adminis» trationem non audeat accedere, nisi prius » corde pœniteat; sed si habeat copiam con» fessarii, ct temporis loeique ratio fuerit, » convenit confiteri. «Neque dicas cum quibusdam, « *convenit esse* ambiguum el quandoque significare præceptum, ut dum dicimus, Convenit jejunare, convenit restituere, etc. *Esto* enim ita sil; saltem hic constat ex præccdenli propositione non significare præceptum, sed meram convenientiam; prius enim dixerat contritionem cordis esse in præccpto : si ita censuisselde confessione, eumdem procul dubio terminorum rigorem scrvasscl, et sub iisdem, confessionis sicut et contritionis obligationem conclusisset; at non ita, post declaratum præceptum de contritione, terminis mutatis el minuentibus, dc confessione dicil simpliciter *convenit.*

Confirmatur cx Trid. quod requirit confessionem ad eucharistiam lanium ; ergo signum est ad alia sacramenta non requiri ; alias nulla fuisset ratio cur potius pro eucharistia quam pro aliis sacramentis confessionis obligationem inculcaret.

Prob. 2° Confessionis præmittcndæ in casu conclusionis nullum extat præceptum sive positivum sive naturale: non positivum; neque enim inS. Scripturis, neque in conciliis, neque in Patribus reperilur :non naturale; quamvisenimsitdejure naluræ quod sancta sancte tractentur, sanctitas habetur non per solam confessionem, sed etiam per contritionem. Aliunde si esset præceptum juris naturæ malo ministro præmillendi confessionem administration! sacramentorum

sequeretur i° quod alia sacramenta institui non potuissent sine confessione, quod est absurd *in ; sequeretur* item quod , etiam urgente necessitate, ubi non esset copia con· fessarii, minister existons in peccato mortali non posset administrare sacramenta , quod est aliud absurdum.

Confirmatur 1° Noluit Deus sacramenta antiquæ legis exponi periculo indignae tractationis , sed voluit tunc ut nunc, sancta sancte tractari, *ul paid ex ari. præcedenli: atqui* ad vitandam hanc indignam tractationem et habendam sanctitatem requisitam, sacerdotes antiquæ logis non tenebantur præmillereconfcssioncm quæ tunc non erat, sed lanium contritionem reputatam talem : ergo nec nunc. Hoc argumento non parum premuntur adversarii.

Confirmatur 2° *ab inconvenienti.* Ex adversa sententia sequitur quod pastor non habens copiam confessarii, non posset audire confessionem sui parochiani, nisi iste habeat necessitatem statim confitendi ; sicut ipse pastor propter præceplum præmittendi confessionem eucharisliæ, non potest celebrare non præmissa confessione, nisi sit necessitas celebrandi : *consequens,* ut puto, *a nullo admittitur.* Ergo.

Dices. Qui sibi conscius peccati mortalis, non præmissa confessione, sacramenta ad ministrat, exponit se periculo sacramenta irreverenter tractandi : atqui id non licet sine necessitate. Ergo. *Prob. ani.* Supposita difficultate et raritate contritionis , non potest esse certus se esse vere contritum. Ergo.

7L *N. maj.* Non voluit enim Deus, ut dixi, sacramenta antiquæ legis exponi periculo indignæ tractationis, cl tamen tunc non erat confessio quæ periculum absterge- ret , sed sola contritio. *Ad prob. D. ani.* Non potest esse certus se esse vere contritum , certitudine quæ excludat omnem formidinem de opposito , *C.* ucque talis certitudo haberetur per confessionem ; certitudine qua prudenter existimet se esse contritum, et quæ ideo ipsum eximat a periculo indignæ tractationis formalis, *N.* Si enim sacerdotes antiquæ legis poterant sine confessione esse certi se esse in gratia , certitudine quæ abstergeret periculum el peccatum indignæ tractationis formalis, quidni sacerdotes novæ legis in qua abundanliores sunt graliæ? Item si quis possit ex certis indiciis prudenter existimare se sincere diligere proximum, quidni Deum? Cælerum si quandoque contingat quod ita prudenter existimare non possit, non currit conclusio.

Sed esto non sit certus se osse vere contritum , saltem per judicium reflexum erit certus se non exponi periculo formalis profanationis : sicut quamvis nemo sil certus se post confessionem esse justificatum, tamen per judicium reflexum est certus se in administrandis sacramentis non exponi periculo formalis profanationis.

Si dicas. Per confessionem erit certior aut saltem minus incertus de sua justificatione, adeoque minus erit periculum. Ita quidem, sed quid inde? Tutius esse praemittere confessionem , quod ultro concedimus : at tutiora semper sequi non tenemur, ut alibi probavimus. Et ut extra subjectam materiam non excurramus, certior erit dc sua justificatione per duas confessionesquam per unam ; per duos, 1res, quatuor, quinque actus contritionis quam per unum : neque tamen ad hæc tenetur.

Insl. Votum confitendi includitur in contritione : atqui non videtur babere sincerum votum confitendi qui, cum potest confiteri, non confitetur. Ergo.

R. I). maj. Votum confitendi pro tempore quo obligabit præceplum confessionis, continetur in contritione, *C.* confitendi statim , *N.* Pariter *D. min.* Non videtur habero sincerum votum confitendi qui, cum potest confiteri, non confitetur, cl urget præccplum confessionis, *C.* si non urget præccptum confessionis, *N.* Ex hoc enim quod quis id quod facere proposuerat non faciat slatim, quia non urget præceplum faciendi, non sequitur quod illud sincere non velit.

Opponunt insuper synodos Cameraccnsem , Alrcbalensem ct Iprensem , quæ requirunt confessionem. *R.* in his contineri salubre consilium, at non præceplum. ‹um non sil verisimile synodos diaecesan«>.> plus requirere quam rituale Romanum, quod «niversæ Ecclesiæ proponitur.

' Quantum ad secundam partem conclusionis, constat imprimis requiri contritionem, quia notum est attritionem siae sacramento nonsulficeread justificationem; non requiri vere contritionem in re, sed sufficere prudenter existimatam.

Prob. Slalub graliæ in re non requiritur

necessario ut quis eximatur a peccato indigna) tractationis sacramentorum, sed sufficit quod prudenter existimetur talis : ergo similiter contritio. *Prob. ani.* 1° Qui po^ confessionem se reputat prudenter justificatum , si forte non sit, vel ex malitia confessarii absolutionem simulantis vel aliunde, et in hoc statu sacramenta ministret, a nemine censetur reus sacrilegii seu indignæ tractationis sacramentorum. Ergo. 2° Quia alioquin, cum nemo possit esse certus se esse in gratia, foret onus intolerabile ct infinitorum causa scrupulorum.

Si *dicas* Deum non requirere dispositiones tantum putativas, *Dist.* Deus non requirit dispositiones tantum putativas, ut quis positive dignus ministret, *C.* ul sine novo peccato ministret, *N.*

ARTICULUS VI.

Virum liccal sacramenta petere el recipere a malis ministris?

Inter malos ministros, quidam sunt ab Ecclesia tolerati, quidam non tolerati sed vitandi. Tempore D. Thomæ, omnes excommunicat!, suspensi, dcgradali, etc., erant vitandi ; sed nunc a tempore concilii Constantiensis in bulla Martini V Ad *evitanda scandala,* ii solum sunt vitandi qui nominatiin sunt excommunicati, suspensi, dégradai!, etc., aut qui sunt ita notorii percussores clericorum, ul nulla tergiversatione excusari possint. Refertur hæc bulla a S. Antonino 3 p. tit. 25, c. 2, his verbis : « .Ad evitanda scandala et multa pericula « quæ conscientiis timoratis contingere pos- » sunt, Christi fidelibus tenore præsenlium » misericorditer indulgemus, quod nemo » deinceps a communione alicujusin sacra- » mentorum administralione vel receptione, » aut aliis quibuscumque divinis, vel extra, « prætexlu cujuscumque sententia aut cen- » suræ ecclesiastica a jure vel ab homine «generaliter promulgate, tencatur absli- » nere, vel aliquem vitare, aut interdictum » ecclesiasticum observare, nisi sententia » aut censura hujusmodi fuerit in vel con- » tra personam, vel contra collegium, vel » universitatem, ecclesiam, vel locum ccr- » tum, vel certam terram a judice publicata » et denuntiata specialiter et expresse : con- » stitutionibus apostolicis et aliis in conlra- » rium facientibus non obstantibus quibus- v cumque. Salvo si quem pro sacrilega manf « nuum injectione in clericum, sententiam » latam a canone adeo notorie constiterit » incurrisse, quod factum non possit aliqua » tergiversatione celari , ncc aliquo suffra- « gio excusari ; nam a communione illius, » licet non denuntiatus fuerit, volumus ab* » stineri juxta canonicas sanctiones, o

Hanc bullam partim refert conc. Basileense anno 1435, scss.2G, sed exceptionem facit majorem, declarando osse etiam vitandos omnes notorie cxcommunicatos, quacumque de causa sint excommunicati : et hoc decretum concilii Bas. cum sua exr plionc insertum in Concordato Leonis X cu n Francisco I, refertur in conc. Lit. V, sess. 11. His tamen non obstantibus, *More et usu Ecclesiæ receptissimum esi,* inquit Solo in i, d. 22, q. 1, a. 4, *ulnon vitemus nisi illas duas excommunicationum species, quaspr*r*dictum concilium* (Constanliensejji/Arii.. *El ila absque ullo metu tenendum esi.* El revera omnes notorie bæretici, quales sunt Lulherani, Calviniste, etc., sunt notorie excommunicati; nemo tamen censet illos esse vitandos.

Observandum est autem quod, qui nominalim condemnati sunt de aliquo crimiiio cui annexa est censura, ut excommunicatio hæresi, censeantur pariter nominalim hac censura innodati, ideoque non tolerati.

Observandum insuper, duplicem esse notoriclalem, facti scilicet el juris : facti, quando facium vel censura est ita manifesta, ut nulla tergiversatione celari nec ullo juris suffragio excusari possit, ul explicat bulla Martini V: notorietas juris, quando quis per sententiam judicis declaratur hoc crimen admisisse, vel hanc censuram incurrisse. In Gallia, ul notant Jucnin, Tournely cl alii ,sola notorietas facti, puta , in percussione clerici, non sufficit ulquis sil vitandus, sed requiritur notorietas juris; nec male: cum enim plerumque sil difficile discernere an facta possint vel non possint aliqua tergiversatione celari, vel aliquo juris suffragio excusari, efficacius sic juxta intentum conciliorum occurritur scrupulis ct anxietatibus timoratorum. His observatis,

Dico i° Urgente mortis articulo, licitum est petere cl reciperequædam saltem sacramenta a malo ministro non toleralo, si toleratus absit.

De baptismo ita definitur injure 24, q. 1, cap *Si quem* 40, ex S. Aug. lib. 1 de BapL

cont. Donat, c. 2, his verbis : « Si quem » forte coegerit extrema necessitas, ubi ca- ll tholicurn per quem accipiat non invene- » ril, el in animo pace catholica custodi ta , » per aliquem extra unitatem catholicam » positum acceperit quod erat in ipsa ca- j0 tholica unitate recepturus, sistatim de hac d vita migraverit, non eum nisi catholicum » deputamus. Si autem fuerit a corporali » morte liberatus,'cum se calholicæ con- ii gregationi etiam corporali praesentia red- ii diderit, unde nunquam corde discessc- » rat, non solum non improbamus quod » fecit, sed etiam sccurissimeque lauda- » mus. »

De pœnitentia pariter definitivi Trid.sess. **14,** cap. 7, ubi ait : « Ne hac ipsa orcasionc » aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei cus- » todilumsempcr fuit, ul nulla sit reservatio » in articulo mortis:atque ideoomnes sacer- » do les quoslibet poenitenlesa quibusvis pcc- » catis et censuris absolvere possunt. »

Ratio horum est, quia quamvis adultus possit per solam contritionem cum volo sacramenti sine ipso sacramento salvari ; longe tamen facilius, tutius el efficacius cum sacramento salutem consequitur : idcoquc pia materEcclesiasaluli filiorum consulens, non vult in tanto periculo ubi de æternitate agitur , cos propter improborum culpam tanto præsidio fraudare. Adde quod , cum in mortis articulo urgeat præccptum divinum baptismi cl poenitentiae, huic derogari non potest per præccptum ecclesiasticum quo prohibetur communicatio cum excommunicatis. Quando ergo dicitur excommunicatus privari per Ecclesiam jurisdictione, id intclligitur extra mortis articulum, *ul patet* exTrid. cit.

Propter easdem rationes , videtur quod in casu quo moribundo nec eucharistia nec absolutio posset conferri, flccrct etiam petere ct recipere extremam unctionem a ministro non tolerato ; fieri enim polesl quod iste moribundus sit tantum attritus, et per extremam unctionem , sicut per absolutionem , fiat contritus.

De sacramento eucharistiae multi etiam opinantur id licere in mortis periculo, ob secundam rationem datam , nempe , quod præccptum divinum dc eucharistia sumenda, quod tunc obligat, prævaleal præcepto humano. Ita Solo,Navarrus, Nugno, Suares, Runacinas, quos citat et sequitur Fran-l ciscus a Jesu Maria. Idem censet præfatui auctor post Sdarem ct Cornejo dc matrimonio, in casu quo moribundo esset maxime necessarium sive ad salutem , sive ad grave commodum temporale filiorum, ut ducat in uxorem concubinam, eteo potissimum quod in nostra sententia sacerdos non sil minister matrimonii ; similiter censet cum iisdem ratione boni communis dc sacramento ordinis , in casu quo in aliqua provincia remota esset penuria sacerdotum, nec esset nisi unus episcopus nominalim excommunica» tus. Hos duos ultimos casus refero, non affirmo.

Hio. q. 64. a. 6. ad 2. — *Dico* 2° Extra mortis periculum, possum ex legitima el rationabili causa petere et recipere sacramenta a quovis malo ministro tolerato, sive sit parochus sive non, sive sit paratus sive non, si tamen absit bonus qui possit et velit conferre.

Ha communiter cum Auct. cit.ubi dicit: » Quamdiu minister ab Ecclesia toleratur, » ille qui ab eo suscipit sacramentum, non » communicat peccato ejus, sed communi- » cat Ecclesiæ, quæ eum tanquam minis- » trum exhibet. »

Ratio csl, quia dum poto sacramenta ex legitima el rationabili causa a malo ministro, bono deficiente, utor jure meo petendo rem bonam et mihi utilem ab eo qui potest bene eam præstare; quod si male ministret, imputet sibi, nec teneo ob ejus malitiam , notabilem utilitatem meam praetermittere: sicut subsistente legitima causa possum petere mutuum ab usurario , juramentum a juraturo per falsos deos, ct similia, ul alibi probavimus. Ergo.

Dixi, *ex legitima causa, el si alius minister bonus absit;* quia ex præcepto charilatis et religionis tenemur, ubi commode possumus, impedire peccatum proximi ct irreverentiam sacramenti.

Si *petas* quæ sil legitima causa aul notabilis utilitas?

R. regulam certam etgcneralem non possa statui. Ex communi tamen sensu potest dici quod, ultra casus præcedenlis conclusionis, etiam cos quos dubios aut probabiles tantum proposuimus, inter legitimas causas recenseri possint præceplum audiendi missam, communicandi in paschale, confitendi semel in anno, imo confessio el communio icrqualervc in anno, occasio lucrandi jubi-

læum aut indulgentias in locis in quibus ra-1 ræ sunt ; item si non possim sine gravi incommodo confiteri alteri præsenti licet bono. Attendi etiam debet status mali minisIri ; si enim non sit pastor , videtur graviorem causam requiri quam si esset pastor cx officio obligatus; item majorem si sil gravioribus peccatis aul consui is obstrictus.

Cæterum hic observandum est quod , quamvis omnibus sit consultum inter conscientiæ rectores digniorem cl utiliorem eligere, nemo tamen teneatur, imo nemini liceat inquirere animo censorio in vilajn ministrorum; hujusmodi namque inquisitio forei odiosa pœnitentibus et injuriosa ministris; sed unusquisque reputari I debet bonus, nisi probetur malus: unde licite peto sacramenta ab eo quem scio pridie aul aliquandiu antea peccasse, quia præsurnere possum ct debeo quod resipuerit et sufficienter se disposuerit ad administrationem sacramentorum ; nisi forte ipsum noverim esse consuetudinarium aul caulelialæ conscienliæ.

Ad id quod objici solet, S. Hermenigilduin recusasse communionem ab episcopo Ariano, *respondetur* ita se gessisse, quia impius pater hujusmodi communionem ab co exigebat in signum professionis Arianæ.

Dico 3° Attento jure concilii Constanliensis in bulla Martini V, probabilius non peccat, saltem graviter, qui in quovis casu etiam sine causa petit cl recipit sacramenta ab excommunicato toleralo, si prudenter judicet ipsum esse cum Deo reconciliatum.

Quia ex dicto jure licet omnibus fidelibus communicare cum excommunicatis toleratis sicut cum aliis peccatoribus : atqui pos:um in quovis casu, etiam nulla urgente causa, petere ct recipere sacramenta a peccatore reconciliato. Ergo.

Neque ullo modo verum est quod quidam dicunt, hoc jus intclligendum esse de parocho excommunicato tantum, non de riio quocumque qui non tenetur ex ollicio ministrare : nullum namque indicium est in bulla summi pontificis hujus restrictionis, imo contrarium evidenter apparet; intendit namque pontifex occurrere scandalis et scrupulis timoratorum ob communicationem cum excommunicatis , tam in temporalibus quam in spiritualibus; profecto admodum diminute et vix ex parte occurreret, si de parochis tantum inlelligercl. Insuper ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; bulla autem non distinguit inter parochum ct non parochum, sed unicuique fideli concedit posse communicare cum quocumque excommunicato tam in spiritualibus quam in temporalibus.

Dixi quod non peccet^ *saltem graviter,* quia videtur quædani dissonantia el inde-'.enlia venialis, poteresacrainenia ab cxcommunicato quando adest non cxcommunicatus qui æque utiliter possit conferre.

Si tamen iste excommunicatus non requisitus se ingereret administration! sacramentorum, graviter peccaret;quia bulla in nullo excommunicato» relevat, nec in eorum favorem data est,sed fidelium tantum.

ARTICULUS VII.

De intentione ministri.

Hic primum cum haereticis, deinde cun quibusdam docloribus catholicis est decertandum.

Haeretici nullam requirunt in ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia, sed volunt quod ritus sacramentalis, sive mimice et irrisorie repraesentatus exloeus, sicut histriones in theatris aliorum personas cl facta repraesentant el fingunt, sive ab ebrio aut amenle exercitus,sit verum sacramentum. Ila Lutberus de Civit. Babyl. « Non enim, inquit, in conferentis tantum «quantum in suscipientis fide vel usu sita » est virtus baptismi, sicut legitur exem» pium de quodam mimo per jocum bapli» zato. «Et in art. 12, inter cos quos LeoX damnavit : « Si sacerdos, inquit, non serio «sed joco absolverit, si tamen credat se » esse absolutum, verissime absolutus est. «

Et quamvis Calvinus, Kemnilius et alii rccentiores hoc Lulheri dogma emollirc videantur, ac tantum rejicere intentionem internam , constat tamen cx eorum capitali dogmate, cos nullam in ministro requirere intentionem faciendi quod facit Ecclesia : uno ore enim omnes tenent sacramenta nihil aliud esse quam signa quibus excitatur in nobis fides qua justificamur. Quovis autem modo frequententur, sive mimice et irrisorie , sive a stulto vel ebrio, seclusa quavis intentione faciendi quod facit Ecclesia, semper sunt signa quibus fides in nobis excitari potest; idqueprobat Kemnilius 2 panic Exam. cone. Trid. ad can. 11. sess. 7, ex paritate cum verbo cvangelico : « Ex quo in-

a telligitur, *inquit,* quod, quemadmodum » verbum Evangclii praedicatum sine ul'a * intentione, esse verbum Evangclii non » desinit, et qui ei asscntilur, justificatur, » quantumvis perversam , tam interiorem » quam exteriorem, vel etiam nullam ba- tt beat minister: ita neque desinit esse sa- j0 cramenlum , modo applicetur forma ma- tt teriæ, etiamsi absque intentione recta ap- » plicelur, sed e contra cum perversa inte- » riori vel exteriori, vel etiam nulla. »

Quidam doctores catholici, improbato sacramento exterius mimice ct irrisorie frequentato, seu ab amente, ebrio, vel dormiente colla lo, dicunt requiri et sufficere ad perfecliommsacramenti, quod minister exterius serio ritum peragat, quamvis interius ridere, fingereeljocari, aut actum materialiter ut naturalem et profanum exercer? tantum intendat; et hanc intentionem vocant exteriorem, de qua § subseq. 1° Itaque contra hærelicos dogma fidei adstruemus ; 2° contra catholicos externæ intentionis defensores disputabimus; 3°de variis qualitatibus intentionis requisilæ disseremus.

§ I. — *Dogma catholicum de intentione ministri contra hxrcticos assentur.*

Hic q.6'i.n.S.o.— *Bico.* Ad perfectionem sacramenti requiritur in ministrointentiofacicndi quod facit E' clcsia ; ita ut sacramentum exterius mimice cl irrisoriescu a ministro rationis irnpote collatum , sit nullum.

Prob. i°cx S. Scripturis. Apost. i Cor. 4, dicit · *Sic nos existimet homo ut ministros Chrisli et dispensatores mysteriorum Dei.* Atqui nemo dice l ministrum cl dispensatorem regis qui non serio et ex rationis proposito,sed mimice et histrionis instar, vel dormiens aul ebrius mandata et munera regis dispen aiel. Ergo.

Item Chri tus non solum sacramenta instituit, sed cliam illorum potestatem Apostolis tradidit, jix a illud Joan. 20 : *Quorum remiseritis peccata , remittuntur cis; quorum retinueritis , retenta sunt.* Atqui potestas faciendi vel non faciendi non csl nisi in iis rebus quæ cx deliberatione cl proposito agunt. Ergo.

Confirmatur. Si judex vel dormiens vel ebrius, vel extern' mimice sententiam absolutionis proferret, nulla censeretur ejus absolutio. Ergo sim'iter.

Prod. i'etrconcïlit·. Conci Conflant» seu. ult. in constitutione Martini V, præscribit ul suspectus de hæ e i Wiclclli interrogetur, « Utrum credat quod malus saerrdos cum » debita materia el forma et cum intentione » faciendi quod facit Ecclesia, verc conficiat, » vere absolvat, vere baptizet, el vere con- » ferat alia sacramenla? » ubi supponit in- eniionis necessi atem.

Cone. Florent, in Decreto Eugcnii, declarat quod « Omnia *sacramenta* tribus per· » ficiunlur, videlicet rebus lanquam male- » ria, verbis tanquam forma, ct persona mi- » nislri conferentis sacramentum cum in- » tcnlione faciendi quod facit Ecclesia. »

Cone. Trid. sess. 7, can. 11, sic definit: « Si quis dixerit in ministris, dum sacra- » menta coniiciunlet conferunt non requiri U intentionem saltem faciendi quod facit » Ecclesia : anathema sit. j›

Prob. 3° *rationibus theologicis. Prima.* Quando aliquid cx se est indifferens ot potost ordinari ad multa, si effici debeat, oportet quod per aliquid determinetur ad unum: atqui quæ in sacramentis aguntur, sunt cx se indifferentia et possunt ordinariad multa; v. g. ablutio aquæ in liaptismo potest fieri ex joco vel serio, potest exerceri ut naturalis el profana, nimirum, ut abluliva aut sanative corporis tantum, vel ut sacra et religiosa. *Neque dici* potest quod determinetur ad esse sacrum el religiosum per verba *te baptizo,* etc. quia-ct hæcsunl indifferentia ul significent naturalem ablutionem corporis, vel sacram lotionem animæ : ergo rest l quod res el verba debeant determinari per intentionem ministri, nihil enim aliud est Msignabile.

Ibid, ad 1. — *Secunda.* Ministri sacramentorum sunt instrumonta Christi noni nanimata, sed animata cl ratione praedita : atqui hujusmodi instrumenta non solum moventur, sed etiam movent seipsa cx deliberatione el intentione. Ergo.

Ibid, in a. s. c. — *Tertia.* Ea quæ sunt pr. ter intentionem, sunt casualia : atqui non est dicendum de operatione sacramentorum quod sil casualis; id enim repugnat cum ministri tum sacramenti dignitati.

Quarta. Collatio el ministratio sacramentorum sunt actus morales ; ergo humano modo, id est, ex consilio el intentione peragendi; ul quid enim Christus constituisset I homines sacramentorum ministros, nisi ut hondnum el non brutorum mnro uefterervutl

Prob. 4° *aosurdis.* Si vera esset haereticorum sententia,*sequeretur i*° quod mater abluens dono infantem a sordihus sub invocatione 'I rinita lis ul bene illi sit, ipsum baptizaret; ·›▮ quod stultus infundens e fenestra catechumeno transeunti situlam aquæ, proferens jocando formam baptismi, ipsum baptizaret; 3U quod sacerdos lector mens® apud regulares qui legeret caput vigesimum sextum Matth. omnes panes mensa? appositos ct omnes vini phialas consecraret : hæc autem aperte sunt absurda. Ergo.

Hæc argumenta pro majori parte redibunt §seq. ct alia adjicientur.

Solvuntur objectiones hirrtticorum·

Obj. 1° ex historia ecclesiastica. 1' S. Alhanasiusadmodum puer, ludenscumaliis pueris in littore maris, cos baptizavit : hunc autem baptismum ratum habuit S. Alexander Alexandrite episcopus, ut refcrunlSozomenus, lib. 2, c. 17; Nicephorus, lib. 8, c. 15; Rufinus, lib. 1 Hist. c. 14.2° Puer llebræus paritor ab aliis pueris ludentibus in lillore maris fuit baptizatus, quem baptismum probavit episcopus Constantinop. apud cumdem Nicephorum, lib. 3,c. ult. 3»S. Gcnosiuscirca annum 286, mimice repræsentans in theatro mysteria nostræ religionis, subito conversus, ab allero mimo baptizatusest, qui baptismus non fuit iteratus, idcoque reputatus validus. 4° Ex S. Aug. Epist. ad Alipium 67, nunc 227, colligitur quemdam Dioscorum archi theatrum, nugaciter ludentem in theatro, el mysteria religionis nostræ subsannantem, recepisse baptismum , qui probatus fuit, siquidem omnis *ab to fuerit deli ta nugacitas,* ut scribit S. Aug.

Responsioni præmilto , ritum sacramontalem posse duplici modo exerceri per jocum et ludum : 1° ul vere intendatur fieri quod facit Ecclesia, quamvis secundario referatur ad ludum et animi oblectationem tanquam ad finem extrinsecum ; 2'sic, ut omnino simulate et mimice repraesentetur,comodo quo Judæi coram Christo genuilcctebant cumque regem salutabant. Sacramentum lioc secundo modo collatum per jocum est nulhnn, quia luduscsl actioni sacramontait intrinsecus, idcoque integritati sacramenti nflicil : al primo modo collatum est validum, non minus quam sacramentum quod minister administrat lucri causa; sicut enim intentio lucri est extrinseca sub·stanliæ operis et ipsam non destruit, ita intentio se recreandi. Hoc praemisso.

Ad primum, R. 1°hoc factum magna sup·positionis suspicione lahorarc; si enim credamus S. Ilicron. in Chronico, S. Alexander non fuit ordinatus episcopus Alexandria; nisi anno 321 ; anno autem 325, S. Athanasius jam diaconus et doctrin® fama celebris, interfuit Nicænæ synodo, et anno seq. 320 , mortuo Alexandro, ejus successor renuntiatus est. Ex qvo sequitur, Athanasium annos ad minus vig nli ct duo natum fuisse tempore quo S. Alexander inauguratus fuit episcopus Alex. Si vero alios audiamus, Pagium ad annum 311, ct patres Bcncdiclinos S. Mauri in vita S. Athanasii, S. Alexander creatus fuit episcopus anno 313; sed cum omnium consensu constet S. Athanasium S. Alexandro successisse in sede Alex, anno 326 , consequenter tunc annum saltem trigesimum attigisse (juxta enim canones et mores hujus temporis nullus ordinabatur episcopus ante annum trigesimum, nec usquam legimus Arianos Alhanasio exprobrasse quod junior arripuisset episcopatum, quod procul dubio non omisissent, cum id exprobrarent Pauliciano S. Hieronymi fratri), sequitur saltem quod anno 313 quo Alexander fuit consecratus episcopus Alex. S. Athanasius decurreret annum ad minus decimum septimum, idcoque non esset admodum puer et impubes, ct ex Rulino narrant Socrates ct Sozomenus, sed capax perfecta? deliberationis ct intentionis. Insuper diversitas auctorum in circumstantiis facti referendis indicat suspicionem. Socrates refert Alexandrum prætercundo hunc ludum vidisse ; Sozomenus, dum convivas solus cxpeclarct; Nicephorus, dum in loco sublimiori esset. Adde Rutinum, a quo alii hanc historiam exscripserunt, illam referre nullo alicujus probati auctoris testimonio fultam.

R. 2° *data* veritate hujuz facti, S. Alhanasium intendisse serio facere quoti por episcopum fieri viderat, licet id ad recreationem referret; narrat enim Rutinus, primus hujus historiæ scriptor, Alexandrum el puerorum interrogatione deprehendisse quod *illi omnia secundum religionis nostros ritum serrassent,* quod S. Athanasius nonnisi catechumenos, ut orat ipse, baptizas* set› el hnhubwt InlcntloMin fat lendi qtitn

per episcopum in ecclesiis geri mos erat.

Ad secundum, R. pariter pueros baptixando hunc puerum Judæum, intendisse facere quod viderant fieri in ecclesia, quamvis id retulerint ad recreationem ut ad finem exlrinsecum ; narrat enim Nicephorus hunc puerum Hebræum non fuisse invitum, omnes cæremonias consuetas adhibitas fuisse, trinam immersionem cum invocatione Trinitatis observatam fuisse, pueros baptizantes deduxisse baptizatuin in ecclesiam ubi communionis signum accepit, et antistitem Constantinop. jussisse *ul etiam in illo quod deesset, juxta mysterii exeeutionem, compleretur.* Quod potest intelligi vel de baptismo conferendo, quia jam annuerat , vel de confirmation.

Ad tertium, R. 1° multis videri fabulosam hanc baptismi S. Genesii historiam, 1° propler silentium veterum : Ado enim primus post sexcentos circiter annos hanc historiam refert ; 2° propler auctorum dissonantiam : Ado narrat Genesium baptizalum fuisse a sacerdote christiano ad theatrum vocato, alii ab allero mimo edocto ab angelo, alii ab ipso angelo; 3° propler narrationum ineptias : ineptum enim et omnino inverisimile reputant quod sacerdos Christianus mimi rogatu theatrum conscenderit ct ludentibus mysteria religionis operas suas locaverit; item quod angelus inter histriones partes suas egerit, aut monuerit mimum ut serio Genesium baptizaret, cum e contra debuisset prius monere ul se ad fidem converteret, et a re sacra in theatro facienda potius abstineret.

Respondent quidam , S. Genesium baptizalum fuisse baptismo sanguinis, et non fluminis. Etsi prætcr Adonem et alios, opponas martyrologium Rom. in quo baptismus el martyrium S. Genesii referuntur ut duæ actiones diclinclæ ; respondent martyrologium Rom. non secus ac breviarium non esse inconcussæ fidei, sed correctioni subjacere.

R. 3° probabilius, supposita veritate facti, S. Genesium baplizalum fuisse a sacerdote christiano, non in theatro , sed extra paulo post suam conversionem, et stalim raptum a militibus ad imperatorem Diocletianum qui præsens aderat, cum fidem nostram coram illo constanter confiteretur, capile damnatum fuisse. Unde martyrologium Rom. quod subitam S. Genesii conversionem, baptismum *et* martyrium refert, de | tempore et mnrrstro baptismi silet,

Ad quartum, R. 1° juxta receptiores operum S. Aug. editores, ex fide rariorum cedicum, non esse legendum *archilhealer,* hoc est, comoedorum dux, sed *archiater,* id est, medicorum princeps, qui cum religioni chrislianæ ante conversionem sæpe insultasset, suscepto baptismo, *omnis tu ab co deleta nugacitas.*

B. 2° *dato* legendum esse *archithcater,* et hunc in theatro sæpe lusisse Christianorum ritus, non tamen inter ludendum ctin theatro fuisse baplizalum , sed extra in solemnitate paschali post votum pluries emissum et neglectum de suscipiendo baptismate, ut refert ibidem S. Aug.

Obj. 2° *cx Patribus.* 1° S. Aug. lib. 7 de Bapt. c. 53, dubitabat utrum baptisma ludicre et mimice collatum esset validum, dicitque expectandum *cade re divinum judicium per alicujus revelationis oraculum:* ergo antiquitus non erat saltem asserta no cessitas intentionis faciendi quod facit Ecclesia. 2° Idem tract. 80 in Joan. Dicil : *Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum* : nulla itaque requiritur intentio. 3° De Conscc. dist. 4, cap. *Baptismus,* ex. eodem S. Aug. trac. 5 in Joan, dicitur: « Non timeo adulterum , non ebrium, non » homicidam , sed columbam attendo per » quam mihi dicitur : Hic est qui bapli- » zat. o 4° S. Chrysost. Hom. 85 in Joan, dicit : « Neque angelus neque archangelus » quidquam in his quæ a Deo data sunl effi- » ciunt,sed Pater, Filius et Spiritus sanc- » tus omnia facit : sacerdos el linguam et » manus præbel; neque enim justum est » propter alterius malitiam ad salutis nos- » træ symbola fide accedentes oflendi. » Et ibidem comparat sacerdotem impium asinæ Balaam per quam locutus est Dominus. Idem S. Isidorus Peius, lib. 2, Episl. 57. Ergo.

Ad primum, R. hoc quod S. Aug. expectabal et optabat, scilicet divinum judicium per alicujus revelationis oraculum, completum esse per definitiones et oracula duorum conciliorum generalium , Florent, et Trid. perquæ nunc saltem , si non antiquitus, asserta est necessitas intentionis faciendi quod facit Ecclesia. Vel dicas S. Augustinum non dubitasse an baptisma mimice ct sine ulla intentione faciendi quod facit Ec*

clesia collatum , esset validum; sed an mimice baptizans posset habere banc intentionem, sicutdiximusS. Athanasium ludendo habuisse. Etenim ipsi minii, quamvis plerumque (icte omnino et simulate se gerant , ut, v. *g.* dum se aut alios occidere simulant, possunt tamen interdum intendere facere, el revera faciunt aliquid quod ad delectationem animi referunt: ut dum convivium repraesentaturi , veros cibos comedunt et comestionem illam ad suam ct aliorum oblectationem referunt. Juxta hanc interpretationem cupiebat definitionem et oraculum , non quoad factum particulare, utram hic vel iste habuerit intentionem sufficientem ; id enim internum est ct definitioni Ecclesiæ non subjacet ; sed generaliter quoad probationem vel improbationem sacramenti hoc modo collati. Cæterum impudcnliæ merito arguuntur bærelici qui nobis hic objiciunt S. Aug. dubitantem de tali sacramento nihilque de eo affirmare audentem absque definitione et judicio Ecclesiæ, dum ipsi contra iteratas Ecclesiæ definitiones et judicia pertinaciter contendunt hujusmodi baptisma esse validum.

Ad secundum, R. S. Augustinum tantum illic velle demonstrare aquam unde sumptam absque verbis cvangelicis non esse sacramentum baptismi ; dicit enim : α Dcd trahe verbum, cl quid est aqua nisi aqua ? d Accedit verbum ad elementum, et fit saDcramentum.n At non dicit verbum non debere accedere ad aquam per actionem humanam cum deliberatione et intentione.

Ad lerlium. Non legitur in S. Aug. unde islecanon desumptus est, *ebrius*, sed *ebriosus,* el ita nunc legitur in emendatis decreti editionibus. Ebriosus autem non dicil actum, sed habitum seu consuetudinem ,quæ non impedit quin homo possit habere rectam intentionem quando non est ebrius

Ad quarlum. S. Chysost. nihil aliud eo loci intendit, quam ostendere improbitatem ministri non tollere virtutem sacramenti, quæ osta Deo. Dicit sacerdotem praebere manum et linguam humano scilicet modo cum deliberationcet intentione, non brutorum more ; adhibet comparationem cum asina Balaam eodem semper line , ut ostendat dona sacramentalia non esse ab hominibus, sed a Deo, non excluso tamen hominum ministerio. Mens S. Doctoris *palet* ex his quæ habet ibidem ; comparat namque sacerdotes ministris principum; sicut autem mandata ministri in somno vel ebrietate vel cum ludicra simulatione facta, nu!· lius sunl roboris , ila nec sacramenta a sa. cerdolibus non humano modo aut non serio collata. Idem est scopus Isidori, qui loco citato dicil quodomnisqui recipit sacramenta, *cx improba sacerdotis vita nullo damno aflicilur.*

Obj. 3° *a ralione.* Verbum Dei concionatorium prolatum absque ulla intentione vel etiam jocose, efficax est : ergo cl verbum sacra mon tale.

R. N. conseq. Disparitas est, quod verbum concionatorium sit signum speculativum tantum et vim habeat a significatione sibi indita ; unde cum retineat significationem quovis modo et a quovis , etiamsi a psittaco , proferatur , retinet etiam suam vim el efficaciam : at verbum sacramentale non est signum speculativum tantum , sed etiam practicunqhoc est, ultra sibi inditam significationem habet efficere aliquid , scilicet sacramentum, el hoc habet cx institutione Christi, qui voluit ulad hunc effectum proferrentur humano modo : nisi dicas sacramentum posse perfici a psittaco.

Insl. 1° Ideo secundum nos minister sacramenti debet habere intentionem,quia est dispensator mysteriorum Dei : atqui concionator est dispensator verbi, el tamen ut verbum sil efficax, in eo non requiritur intentio. Ergo.

R. concionalorcm proponentem verbum Dei mimico, vel dormientem aut ebrium et sine ulla legitima intentione, non esse actu dispensatorem verbi : verba sunt tamen efficacia, id est, excitant conceptus in audiente; quia, ul dictum est, habent hanc vim ex significatione sibi indita , quæ remanet non obstante ministri dispositione;secus verbum sacramentale.

Jnst. 2° Minister rogis sino ulla intenliono per solam exhibitionem litterarum, aut denuntiationem mandati regii, suum officium implet, quavis intentione id faciat. Ergo similiter.

R. D. ani. Minister regis qui sit præcisc nuntiu*el delator mandati, *C.* qui sil missus cum potestate faciendi cl non faciendi prout libuerit, *N.* Duplex ilaquedMingucndus est minister in civilibus: unus qui simpliciter defert voluntatem regis aut rei publica». cl dicitur nuntius, præco, orator ; el ilie

quavis intentione, quovis modo prodat mandatum, suffiat: alter est qui deputatur cum potestate faciendi et non faciendi secandum propriam deliberationem el judicium, qualis estjudex, consul, prælor, etc., et is debet ageie ex d liberatione el intentione; nemo enim parere*, mandato vel sententiæ judicis aul prætons dormientis, vel ebrii, vel mimice agentis : hujus aulem secundi generis sunt ministri sacramentorum.

Inst. 3° Ministri sacramentorum sunt instrumenta : atqui in confectione operis non attenditur intentio ministri,sed causæ principalis. Ergo.

2. 64. a. S. ad 1.— *II. I). maj.* Sunt instrumenta animata, *C.* inanimata, *N.* EtD. min. *ud sensum majoris, N. conseq.* Solutio *patetcx probationibus conclusionis.*

Quædam alia argumenta quæ contra praesentem conclusionem militant, proponentur et solventur §seq.

S II. — *Qtitr intentio requiratur et tufliciat in ministro ad perjeclionem $aeramenti ?*

Probavimus § præccdentî contra hærcticos, requiriin ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia, el hoc admittunt omnes catholici : at gravis inter eos orta est controversia a ducentiscii citer annis, quid sil intelligcndum per has particulas, *quod facit Ecclesia.* Plura namque spectari possunt in eo quod facit Ecclesia : 1° ipse ritus externus præcisc et materialiter; 2° ritus ul frequentatur sacer et religiosus in Ecclesia , abstrahendo ab hoc quod sil vel non sil in sc talis; 3° ul est absolute in se sacer el religiosus seu sacramentum; 4° ulestcausa efficax graliæ ct characteris. Et hinc diversitas opinionum.

Quidam ergo volunt perfici sacramenta modo minister intendat facere et faciat exterius serio ritum externum , quamvis in corde non intendat facere quod facit Ecclesia, sed fingere tantum , simulare aul irridere, vel exercere præcisc actum materialiter. El hæc intentio vocatur *externa* , non quod non sil interna , omnis enim intenlio esi aclus voluntatis, sed quia ejus objeclum esi I"Iıŋı externum et per illud certo physice manifestatur; impossibile namque est quod homo sui compos sponte laciat quod non vult facere.

Alii dicunt ad integritatem sacrament requiri quod minister intendat ritum extexr num, saltem secundum quod frequenlaluj in Ecclesia, sou ut sacrum Pt religiosum in Ecclesia Dei, quæcumque illa sit. El hæc intentio vocatur *interna,* quia ejus objeclum, icilicel ratio rei ut sacræ in Ecclesia , qu® potest adesse et abesse a ritu exteriori, non est exterior, sed sola mente concipitur, cl per eam intentio non manifestatur certo physice.

Alii existimant requiri intentionem faciendi ritum externum ul absolute in sc sacramentum, seu ut frequentatur in ecclesia Romana.

Alii tandem requirunt intentionem faciendi ritum externum, non solum ul absolute in se sacrum, sed etiam ul graliæ productivum.

Primæ sententiæ auctor communiter dicilur Ambrosius Calharinus ordinis nostri, primum summi pontificis theologus in conc, Trid., postea nominatus episcopus Minorensis, deinde archiepiscopus Compsensis in Italia, cui subscripserunt Alphonsiis Salmeionius Soc. Jcsu el Marius Scribonius Minorila. Surit quidam, inter quos novissime Honoratus Tourncly, qui conantur revocare sententiam Calharini et Salmeronii ad secundam , contenduntque cos tantum exclusisse intentionem faciendi ritum externum ut absolute in se sacrum ct sacramentum atque ut graliæ effectivum, non intentionem faciendi illum ut sacrum el religiosum in Ecclesia Dei. At illustres Calharini vindices, Vincendus Conlcnson clHyacinthus Serry primam sententiam cx integro illi adscribiint, et merito : postquam enim Calharinus in opusculo *de Intentione ministri,* dixit requiri in ministro intentionem faciendi *quod Christus cl Ecclesia facit,* eliami si ipso nihil credat fieri, in quo a sententia communi non recedit, proponitquæslionem : *Si minister omnia exterius faciat qutr jubet Ecclesia, intus aliud servet animo, ita ut intendat derisorie baptizare, salisne hoc fuerit, ut completum dici possit baptismi sacramentum?* Hanc quaestionem affirmative resolvit, el auctoritate S. Th. atque multis aliis probare contendit.

Hancsenlenliam ex recentoribus, præter Conlcnsonum et Serrium jam nominatos, propugnant Farvacque, Decocq, Duhamel, Juenin , sub aliqua tamen restrictione, saltem illustriores ejus patroniContenson r Serry, Juenin, etc. Nolunt cmm hnuc **et·**

ternam intentionem sufficere in omni casu, sed Ium demum quando minister rogatus confert sacramentum in loco sacro, aliisque circumstantiis adhiberi solilis, sicque se exhibet Ecclesiæ ministrum;quia dicunt per has circumstantias externum ritum de se indifferentem determinari ad esse sarranientak, « Ritus externus, inquil Juenin, » dissert. 1 de sacramentis, q. 5, cap. 2, »a.3, §1, ex seipso a<! rem sacram indif» ferens, determinatur ad esse sacramenu mentale cx loco in quo celebratur, ex eo» rum petitione quibus applicatur, aul ex » aliis circumstantiis. » « Scria externi ri»lus celcbiatio, inquit Serrius, cap. 14, ndiss. de ministri intentione, a Catliarino d nobisque hactenus propugnata, uti ad va» lorem sacramenti sufficiens, non illa so» Ium est quæ joco ludoque opponitur, sed » el illa quæ in his circumstantiis fiat, ex o quibus sacerdos determinalurad agendum d ul minister Ecclesiæ ejusque nomine. » El quia hoc est commune eorum effugium id exprimemus in conclusione, el plerumque in probationibus, ac specialiter ultimate confutabimus. Itaque

Diro 1° Ad veritatem el integritatem sacramenti non sufficit in ministro intentio externa, sed requiritur interna. Seu, ul magis explicite loquar, non sufficit quod minister aclun. externum serio ponat, si in corde habeat intentionem non faciendi illum saltem ul sacrum cl religiosum in Ecclesia Dei, quæcumque illa sit, sed lingendi tantum, simulandi aul irridendi, vel illum ponendi mere materialiter ut rem naturalem el profanam, eliamsi in circumstantiis adhiberi solilis. Esi ad minus communior et probabilior.

Hanc conclusionem probant omnia fere argumenta quæ produximus § præcedenli contra hærclicos : hæc instaurantur el alia proponuntur. Unde

Prob. 1° *ex S. Scripturis.* Juxta S. Scripturas § praeced. citatas, ministri sacramentorum sunl dispensatores mystcriomm Christi et Ecclesiæ, caque conficiendi vel non conficiendi habent potestatem : ergo debent in nomine Christi el Ecclesiæ ea ministrare, baptizare, consecrare,actum judicialem exercere, cie. AI quomodo qui, aclum externum seno el in circumstantiis peragens, intus dicil, Nolo facere quod Christus instituit et Ecclesia facit, nolo baptizare, consecrare, absolvere, etc., potest concipi quod agat in nomine Christi el Ecclesia, vere baptizet, consecret, absolvatî præserlim cum opus externum serio peractum el in circumstantiis sit indifferens, ul amplius dicam infra, ul in nomine Christi ve) alterius |>eragalur, ul sil sacrum yel profanum, ut sit absolutio in foro externo lanium, an eliam in interno.

Respondent hos ritus non **habere ab intentione** ministri quod sini sacri el sacramenta les, sed a Christo eorum institutore ; minisIrorumque paries esse dunlaxal opus divinitus imperatum exterius serio exequi ; insulsumque esse dicere quod, qui ritum externum serio ponit præserlim in circumstantiis, non velit sacramentum conficere, sicut insulsum foret si, admovens ignem stupæ, diceret : Nolo quod ignis comburat stupam.

Sed contra Equidem ritus illi habent a Christo institutore quod sini sacri el sacramenlales, sed medianle ministro Unquam instrumento animato et agente modo humano, ideoque cum deliberatione el intentione. Si ergo nolit conficere rem sacram, sacra non erit, non utetur poleslate sibi collala, nec aget in nomine Christi : sicut qui accepisset a Deo potestatem faciendi miracula, si dicerel exterius el serio mortuo, Surge, el intus dicerel, Nesurgas, non uleretur potestate sibi collala, nec ageret in nomine Dei, mortuusque non resurgeret. 2° Si a sola institutione Christi res csl sacra, quare mimice peracta **aul** extra circumstantias non est sacra? quia, inquiunt, debet fieri humano do et cum .mimo serio agendi. Ila est ; ergo non ex sola instilulione Christi |>endel ul sil sacra, sed eliam a minhlro; el insuper fit serio el humano modo extra circumstantias, el lamen sine intentione intei na non esi sacra, secundum adversarius. 3° Eumplum ignis admoti stupæ est prorsus ineptum ; ignis namque ex sua natura est necessario combustivus, cl ritus externus etiam serio peractus cl in circumstantiis, non est ex natura sua necessario sacer, sed opus vio- ale quod perficitur per voluntatem el interitionem «geniis : pone quod combustio ignis sil opus morale sicut collatio sacra» incnli, el igni stupæ sdmolo dicas. Nolo ul comburas, non comburet. 4° Si islud exemplum valeat . poleril sic argumentari

Lutheranus : Ignis mimice admotus stupæ, illam comburit : ergo minister mimice peragens ritum eitcrnum, conficit saeramenturn.

Prob. 2° *cx conciliis.* Ad perfectionem sacramenti juxta concilia Florent, et Trid. § superiori laudata, necessaria est in ministro intentio faciendi quod facit Ecclesia : atqui qui habet tantum intentionem externam , non intendit facere quod facit Ecclesia, sed fingere tantum et simulare, et tota disparitas inter ipsum ct histrionem est quod histrio sit derisor apertus, iste autem derisor occultus. Ergo.

Si dicas. Facit ritum externum quem facit Ecclesia : ergo intendit facere quod facit Ecclesia.

Contra 1° Ecclesia non facit ritum externum utcumque, materialiter scilicet, ut rem naturalem et profanam, sed ut sacram et religiosam; hoc autem ille non intendit facere, sed fingere tantum. Histrio qui mimice repræsentat actionem sacramcnlalcm, facit ritum externum materialiter, et tamen non intendit facere quod facit Ecclesia, sed deridere. Similiter mulier quæ infantem domi lavat cum invocatione Trinitatis ul bene illi sit, facit ritum externum, ct tamen non dicitur quod intendat facere quod facit Ecclesia. Item qui non postulatus ct privatim formam profert supra materiam sine intentione interna, aut qui nescit hæc fieri ab Ecclesia , juxta adversarios non facit quod facit Ecclesia, ct tamen ritum externum facit. Quid ita? quia cum dicitur aliquis facere quod altcr facit, id intelligilur formaliler et non materialiter.

Confirmatur 1°Laudata concilia, præler applicationem formæ ad materiam, requirunt intentionem faciendi quod facit Ecclesia : atqui intentio externa est inseparabilis ab applicatione formæ ad materiam : ergo præler intentionem externam , aliam requirunt, scilicet internam.

Si dicas intentionem externam etiam esse separabilem ab actu externo, quando nempe mimice peragitur.

Contra. Quando concilium Florent, definit sacramentum tribus perfici, scilicet materia , forma el intentione faciendi quod facit Ecclesia, loquitur de materia et forma serio applicatis ; his enim solum perficitur sacramenlum, ct ultra hoc requirit inlcntioneni faciendi quod facit : ergo præler intenlionem externam quæ est inseparabilis a materia ct forma serio applicatis, requirit internam.

Respondet Contensonus, hoc argumento, si valeret, probari quod ad perfectionem sacramenti minister etiam deberet intendere facere rem sacram seu sacramentum absolute in se et ut productivum grati®, hæc enim Ecclesia facit. quod tamen non admittimus.

Sed contra. Non admittimus quidem necessariam esse intentionem cxplicitam faciendi rem absolute in se sacram et veri nominis sacramentum gratiæ productivum; at admittimus et sustinemus requiri ad hæc intentionem implicitam , quatenus qui explicite intendit ritum ut in Ecclesia sacrum, implicite intendit verum sacramentum gratiæ productivum , quia hoc secundum continetur in primo. Sed qui intendit ritum externum materialiter tantum ut rem naturalem et profanam, non intendit etiam implicite illum ut sacrum, quia hoc secundum non continetur in primo, cum ritus externus materialiter exercitus sit indifferens ut sit sacer et profanus.

Confirmaturi Cone. Trid. sess. 14, cap. 6, delinit non perfici sacramentum pœnitenliæ, *si sacerdoti animus serio agendi el vere absolvendi desit.* Ubi concilium, præler intentionem sêrio peragendi rilumexternum, aliam requirit vere absolvendi, id est, intentionem exercendi actum judicialem in foro interno et perficiendi rem sacram , ut in Eccleria fieri solet.

Respondet Juenin ct Scrry, concilium duntaxat damnasse errorem Lulheri, asserentis ratum esse sacramentum mimice collatum et validam esse absolutionem joco datam.

Sed contra 1° Per hæc verba, *animui serio agendi,* proscribitur error Lulheri de collatione mimica et jocosa sacramenti : erga aliquid aliud intendit sacra synodus per hax sequentia , *elverc absolvendi,* nimirum intentionem internam; quod quamvis exsf pateat, ulterius inde probo quod Lutherus non solum dogmatizabat sacramentum jocose ct mimice collatum esse validum,sed etiam sacerdotem non exercere actum judicialem , nec vere absolvere a peccatis, sed tantum declarare esse remissa, quod sequitur cx communi eorum principio, solam fidem justificare, *el paid* ex eodem capite

Trid. ubi definit absolutionem sacerdotis α non esse solum nudum ministerium ve) d annuntiandi Evangelium, vel declarandi d remissa esse peccata , sed ad instar actus d judicialis , quo ab ipsovelut a judice sen- » lentia pronuntiatur. » Primis ergo verbis damnatur primus error Lulheri, posterioribus secundus. Ergo concilium, præter intentionem externam quæ est in seria pronuntiatione formæ absolutionis, exigit intentionem vere absolvendi seu exercendi actum judicialem in foro interno, prout lit in Ecclesia Chrisli. 2° Qui ritum externum serio ponit ct intus in corde dicit, Noloal>- solvere, *esto* habeat animum serio agendi, quod mox examinabimus, non tamen habet animum vere absolvendi, sed simulandi lanium ct subsannandi. Ergo. 3° *Dato gratis* concilium damnasse duntaxat jocosam collationem sacramenti, nihil inde obtinent adversarii; non enim concilium damnat tantum jocosam collationem quæ exterius sc prodat, ut autumant adversarii, sed etiam Internam; dicit enim, si *desit animus serio agendi :* qui autem interius vult tantum simulare ct fingere, licet id non manifestet exterius, non habet animum serio agendi.

Instant. Concilium post verba laudata subjungit : a Nec is esset nisi salutis suæ » negligenlissimus qui sacerdotem jocose » absolventem cognosceret, et non alium » serio agentem sedulo requireret» » Manifestum csl ergo concilium loqui tantum de eo qui sic animum jocandi exterius prodit , ut pœnitens id dignoscere possit. Unde card. Pallavicinus, lib. 12 Hist. cap. 10, cx his verbis infert sententiam Calharini non esse a concilio rejectam.

Contra D. conscq, Concilium loquitur lanium de eo qui sic animum jocandi exterius prodii, ul id pœnitens dignoscere possit, quoad imputationem culpæ in pœnitente, *C.* quia sciens et volens se exponit aperto periculo nulli talisabsolutionis, quod non facit qui nescii cum jocari : concilium loquitur tantum de co, etc., quoad integritatem sacramenti. JV. Sive enim exterius profit irrisionem, sive solum interius irrideat, deest ipsi animus serio agendi et vere absolvendi, quem requirit concilium ad validam absolutionem.

Quantum ad illationem Pallavicini, eam nl legitimam cum pluribusaliisnon admillimus, nisi intellexerit sententiam Catharini sicut eam intelligunl Vasques el Tournelius, scilicet, non requiri intentionem internam ad effectum sac<amenti, vei intendat dicere non fuisse expresse damnatam a concilio , quod fatemur; quia conciiium expresse intendebat damnandis hærelicorum erroribus, non opinionibus inter catholicos controversis; et ideo dicimus damnatam fuisse sententiam Calharini consecutive tantum. El hæc videlur mens eminenlissimi scriptoris : nam lib. 9, cap. 6, dicit : α Equidem existimo Calharini sen- » tentiam falsam esse, sed non ideo per Tri- » denlinos canones diserle damnatam. »

Prob. 3° *ex definitionibus summorum pOri' lifieum.* Alexander VIII, octavo seplernb. 1690, damnavit hanc propositionem : α Valet)) baptismus collatus a ministro qui omnem » ritum externum formamque baptizandi u observat, intus vero in corde suo apud se » resolvit : Non intendo faccre quod facit » Ecclesia, w Est 28 inter damnatas. In hac porro propositione manifeste continetur sententia quam oppugnamus, camque reprobat summus pontifex assenlienle Ecclesia.

Mirum sane quot et quanta effugia exeo gitaverint adversarii, ul hoc fulinen a sua sententia deflecterent.

Respondent 1° justa canonistas Gallos, nullum decretum Transalpinum in bis provinciis esse alicujus roboris, nisi sit immediate emanatum a summo pontifice; ideoquo hoc Inquisitionis decretum in quo damnatur præfala propositio, non ligare Gallos. Ita Gaspar Juenin.

Sed contra. 1° Quidquid sit de Gallis, non ita censent aliarum provinciarum theologi el canonist®. 2° Quæro quo juro iste theologus et ejus syminislæ summo applausu recipiunt, laudant, amplificant hujusmodi decreta dum proscribunt propositiones ipsis invisas, ea autem rejiciunt dum ipsis non favent ? Pondus el pondus. 3° Errat Juenin dum dicit hoc decretum, etsi generalis Inquisitionis, non esse a summo pontifice immediate emanatum. Hic est lenor decreti i « In congregatione generali S. Romanæ ct «generalis Inquisitionis habita in palatio » apostolico montis Quirinaris coram sanc- » lissimo domino nostro Alexandro, divina » providentia papa VII!, ac eminentissi- » mis, etc. » Deinde recensitis 31 pnq>ositionibus, inter quas numero 23 legitur ea

de qua agitur, subjungit; « Quibus mature b consideratis, idem sanctissimus statuit et B(iecrcvil31 supradictas propositiones tan- d quam temerarias, scandalosas, etc. res- d pective esse oamnandas el prohibendas , d sicut eas damnat et prohibet. » Ergo immédiates summo pontifice emanavit liocdecretum. 4° *Dato* non a summo pontifice, scd ab Inquisitione genei ali immediate emanasse, approbante duntaxat summo pontifice, ideone contemnendum, et judicioquorumdam privatorum theologorum postponendum ?Ilacigitur missa responsione,

Respondent 2° hanc propositionem , cum sil indefinita elgeneralis, comprebendalque casum quo quis perjocum el irrisionem externam baptisma conferret, esse falsam , idcoque damnatam in sensu Lulheri, cujus dogma quidam in Belgio renovabant, aut dicebantur renovaie. Ita idem Jucnin, Sorry ctalii.

Sed contra. 1° Falsum csl hanc propositionem esse sic indefinitam ct generalem,ul cliam com prehendat casum baptismi per irrisionem externam collati : manifestum namque est ipsam loqui de eo solo qui, serio ritum externum agens, intus apud se resolvit , Non intendo facere quod facit Ecclesia. Id aperte indicant hæc tria vocabula quasi de industria adhibita, ut praeoccuparetur futilis hæc cavillatio : *Qui intus , in corde suo, apud se resolvit* : non ergo qui exteriori signo, vel irrisione, resolutionem suam manifestat. Insuper, in ca sermo csl decoqui omnem ritum adhibet; seria autem applicatio formæ ad materiam perlinet ad ritum externum. 2° Ul quid novum decretum ad proscribendum hærelicam assertionem quæ tam aperte, tam expresse, tam solcmmler damnata est in concilio Tridcntino, etiamsi a quibusdam diceretur innovari ? Numquid quotidie catholici transeunt ad parleshæreticorum oleorum errores damnatos asserunt? Ideone clïormanlur nova decreta ad cos damnandos? 3° Scd cl figmentum est, quosdam theologos in Belgio Lulheri errorem in hac parte renovasse, cum nullus hujus asserti auctor assignari possit : quin e contiaauclorei propositionisdamnalæ illam intelligcbant de eo qui serio ritum ixlernum ponit d in eo sensu esse damnatum agnoverunt, idcoque abea propugnanda deinceps abstinuerunt, ul testatur 11<'lirions a S. Ignalio, theologus Belga I. 1 d< Sacrament, c. 11, subfinem; etFnncisau Henno, aller theologus Belga, diserte pronuntiat : « Dicta propositio desumpta ester » thesi cujusdam docturis mihi u.eniti ti w familiaris, qui precise adversariorum » sententiam sustinebat. »

Respondent 3° propositionem saltern comprehendere casum quo minister, metu gravi et injusto adactus, servaret ritnrn externum clintus diceret, Nolo baptizare; itemelrasum quo non in circumstantiis consuetis, scd privalim, non rogatus, neque in lora sacro ritum externum serio adhiberet, cum intentione non faciendi quod facit Ecclesia : in quo utroque casu fatentur non valere sacramentum , ideoque propositionem esse falsam ct jure damnatam, ita Scrrius.

Scdconti a primum. Actus cx metu gravi e'iam injuste incusso remand simpliciter voluntarius, consequenter cx illo capite, si cælera adsint, propositio non csl falsa nec jurc damnata quoad baptismum de quo loquitur, nec quoad alia sacramenta, excepto matrimonio, quod metu gravi injuste incusso initum jure ecclesiastico irritatur. *Contra secundum.* Propositio loquitur de eo *(pii omnem ritum externum observat :* ergo de eo qui ministrat in circumstantiis qna requiruntur ad ritum externum clad valerem sacramenti. At dc eo communi effugiti latius infra.

R< spondet 4° laudatus Scrrius, cap. 12, propositionem loqui deeo qui intra scdiceret: Non intendo facere quod facit Ecclesia: at negat in suo systemate ministrum id intra se dicere posse, quia supponitur minister serio el libere faciens quidquid Ecclesia facit ; implicat autem ul qui serio cl libere facit quod facit Ecclesia , intus intra se dicat, Non intendo faccrequod facit Ecclesia. Erg i.

Scd contra. 1° Non sibi constat praeclarus auctor; dixerat enim cap. 9, « ministrum » impium libcjc serioque omnique semoto « joc i -a amentum publice ministrantem, » illud idem nullatenus irritare, tametsi » secretam occullamquc irritandi volunla- » lem animo gerat, acsccum ipse mente in- » terna deliberet, Non intendo facere quod » facit Ecclesia. » 2° Jn hac suppositione volvitur systema Calharini ct propugnatur ab omnibus ejus defensoribus : nam quæslio est an minister qui ritum externum serio peragitet interius dicit, Non intendo facere q odl.i ii Erxlcsia, perficiatsacramcnlutn:

supponitur ergo in eo systemate ministrurn sicinlus dicere posse; quod si id negetur, nulla erit controversia, tunc enim minister intendit non solum exterius, sed et interius (acere quod facit Ecclesia, janique non externam solum, sid etiam internam intentionem habebit. 3° Scd et in hoc allucinalur Scrrius, quod putet ritum externum serio peractum, esse id quod facit Ecclesia, quem cum ponit minister non potest serio dicere, Non intendo facerc quod facit Ecclesia. Allucinationem deteximus probatione secunda. Insuper ritus externus potest spectari dupliciter : 1° ul res naturalis ct profana, qualis præcise esset si non esset institutus a T.hristo in signum sacrum; 2°ul caeremonia «aera et religiosa in Ecclesia, et hoc est quod facit Ecclesia, ut dixi loco citato : liquet autem ministrum posse velle facere exterius rem naturalem ct profanam, el interius dicere, Nolo facere quod facit Ecclesia, scd volo simulare tantum.

Respondent 5° Post damnatam hanc propositionem, plures theologi apprime catholici cl eruditione præstanles, sententiam Catharini libris editis sustinuerunt, scilicet Jucnin ,Gcneltus, Natalis Alexander, Summa Alexandrina jussu Benedicti XIII Romæ edita. Item hæc sententia persaepe defenditur Romæin publicis circulis, probante, ul illic moris est, Sacii Palatii magistro. Hæc autem nec lieront, nec permitterentur, si hæcsententia decreto Alexandri VIII esset inusta. Ita iterum Scrrius qui religioso profitetur se, quo tempore illud decretum editum est, consullores qui in ferenda sententia judices fuerant, interrogasse, num Catharini sententiam eo decreto proscribere voluissent, eosque id pernegasse.

Scd contra. 1° Huic integræ responsioni sufficeret reponere, non omnes libros continentes quasdam projx)sitiones damnatas semper damnari a S. Sede, vel quia non semper illi deferuntur, vel propter alias rationes. 2° *Ad singula.* Quid Jucnin censeat de decreto Alexandri ct qua veneratione illud prosequatur, vidimus supra. AVqo Gencltum tueri opinionem dc intentione externa, sallam in editione septi ma Parisiens) 1095, quam lego. Natalis Alexander postquam multa scripsit de sententia Calharini, concludit quod si casus occurrat, *in hac* «m/injm'micconsulcndussil episcopus. Summa Alexandrina vult tantum non requiri intenlionem producendi effectum sacramenti, non ipsum ritum ut sacrum in Ecclesia. Calliarini sententiam saepe defendi Romæ in publicis circulis, negolcrudit. P. Lambertus Gaud, ordinis nostri, ·η academia Acmonensi doctor aggregatus et prefer-:r poblicus , in dissertatione theologica quam solide adornavit adversus theologum Patavinum, illustrem scilicet Scrrium eruditionis praestantia cl fama ubique notum; et post inquisitiones ca dc re factas referi ex testimonio duorum sacerdotum congregationis Doclrinæ Cliristianæ, quorum alter ab annisquindecim, alter ab annis triginta Romæ commorantur, esse in urbe neminem qui opinionem de extern® intentionis sufficientia vel tueri publice, vel privalim dictare audeat. *Ad ultimum,* supposita veritate protestationis Scrrii, qua pro sinceritate ct religione colcndissimi viri in dubium revocare fas non esse arbitror, *respondeo* illos consultores Romanos intellexisse sententiam Calharini co sensu quo illam inlelligunl Vasques, Tournclius cl alii, scilicet, per illam non excludi intentionem faciendi ritum externum ul in Ecclesia sacrum , sed faciendi sacramentum formaliter in se et ul gratiæ productivum.

Confirmatur ista tertia probatio px damnatione hujus alterius propositionis ab Innoccnlio NI, anno 1679 : Aon *est illicilurr in sacramentis sequi opinionem probabilem de valorc sacramenti, relicta tutiore.* Atqui sententia dc intentione interna quam propugnamus, est tulior quam sententia dc externa intentione quam propugnant adversarii : ergo. *Prob. min.* Adversarii conveniunt nobiscum sacramentum cum intentione interna collatum esse validum, ct nos negamus cum majori parte theologorum cum sola intentione externa collatum es "validum, Ergo.

Si *dicas* cum Conlcnsono, nec nostram sententiam esse tutam , quia exponit periculo sacrib'gæ iterationis sacramentorum. *Respondeo* nullum esse periculum iterationis sacrilega» quando probabilius est sacramentum esse: *sed esto* esset æque probabile non esse iterandum, apposita conditione abstergitur periculum sacrilegii. Verum ct ipsimet adversarii, cogente veritate , agnoscunt nostram sententiam esse tutiorem , siquidem in casu quoquis esset baplizatussine intentione intcrna,dicanl consulendumo

se episcopum vd summum pontificem ; ila Natalis Alexcnder et Farvacques. Confugiunt equidem ad testimonia S. Aug. el Si Tiiomæ,Innocentii IVet plurium theologorum lam veterum quam rccentiorum quibus conanturdemonstrare suam sententiam esse probabilem ct probabilissimam; sed irrito conalu ; hos enim auctores nullatenus ipsis favere ostendemus.infra. Et, quamvis concederemus eorum sententiam esse probabilem, negare non possunt nostram etiam esse probabilem, cum, fatentcScrrio cap. 14, *sit frcquenlior el communior in scholis :* et aliunde cum sil tutior, stat vis argumenti.

Prob. 4° ex communi sensuel praxi Ecclesiae. In rubricis missalis Romani de defectibus in missarum cclcbrationeoccurrentibus, § 7, sic legitur : « Si quis habeat coii ram se undecim hostias et intendat conii sccrarc solum decem , non determinans n quas decem intendit, in his casibus non « consecrat ,quia requiritur intentio, d Atqui in hoc casu est intentio ritus externi, quæ a seria prolatione formæ superdebitam materiam inseparabilis est, adsunt consuelæcircumstantiæ, el tamen non est sacramentum : ergo præter intentionem externam est necessaria interna. Item si decem designet quas consecrare intendit,illæ erunt consecrata* ct non undecima , quamvis sit præsens ulaliæ : unde hoc? non defectu ritus externi qui adhibetur cum circumstantiis debilis, led ratione intentionis interioris qua dicit inlusse nolle consecrare hanc undecimam hostiam.

Hoc argumentum ita contemnitSerrius, ut irrisoric vocet *lepidos* theologos qui illud proponunt. At videamus num forte non sint îepidæ ejus responsiones. Itaque

Respondet 1° rubricas missalis Romani non esse Ecclesiædefinitiones, alii dicunt, leges ex quibus peti possit argumentum decretorium , sed privatorum quorumdam theologorum resolutiones de moribus el rubricisscribenlium; 2° illam rubricam inlcl» ligendam esse de eo qui aliquo signo exteriori indicaret sc nolle omnes hostias consecrare.

Sedconlra. Ad primum. Sacra congregatio Rituum sic decernit: α Demum renovan» do decreta alias facta, mandat sacra Conii gregalio, in omnibus el per omnia servari » rubricas missalis Romani, non obstante » quocumque praetextu, et consuetudine , » quam abusum declarat. Et facta relationi n horum decretorum S. R. N. Urbano VIII, d Sanctitas sua annuit, et ab omnibus ubi» » que servari, et in missali Roma o noviter » imprimendo apponi mandavit, » Ita legi, lur in capite missalisex registre dccreloruir sacra* Rituum congregationis. *Ntque dicat* hoc decretum esse intelligendum de rubricis tantumcærcmonias missæ prascribcntibus, indefinite enim loquitur ; imo dicit *per omnia* rubricas esse servandas, non distinguens inter rubricas cl rubricas, dicilque prælextuin aut consuetudinem contrariam esse abusum. Adde plures ecclesias particulares quibus licet habere missalia propria, inter quas Parisiensem , has rubricas suis missaJibus inseruisse. Non ergoillærubricæcen» sendæ sunt opiniones privatorum theologorum , sed definitiones et leges Ecclesiæ sacerdotibus præscriptæ ct ab eis sub peccato observandæ, ila ut Gavanlus, Commentai, in rubricasmissalis, parte3 , lit. 11, prop. 2, expresse dicat rubricas quæ spectant panem, vinum, intentionem, etc,, obligaresub mortali.

Ad *secundum.* Nemo non videt esse merum figmentum ad eludendum argumentum excogitatum; ubi enim in Decreto vel minimum indicium hanc rubricam esse restringendam ad illum qui signo aliquo exteriori manifestalse non intendere consecrare omnes undecim hostias? Nullum plane: sed propositio est indefinita, nulla distinctione restricta ; ubi autem lex non distinguit, ncc non distinguere debemus.

Respondel insuper quidam recentior, 1° in his rubricis contineri falsa el incerta. Incertum namque est quod § 3 legitur non confici sacramentum eucharistia* *si panis non sil iriliccus;* plures enim theologi id negant. Falsum autem est quod § 5 legitur, post verba consecrationisapud Latinos usurpari solita : *Si quis autem aliquid diminueret vel immutaret dc forma consecrationis, non conficeret sacramentum ;* cum certum sit Græcos non proferre omnia verba consecrationis calicis quæ proferunt Latini 2° Multa quæ sunt dubiæ fidei referuntur in breviario Romano, quidni in rubricis? 3° Consilium hujus sacerdotis foret insulsum et ridiculum; si namque vult tantum consecrare decem hostias, cur undecimam non removet? si non removet, omnes consecrat.

Sed contra. Ad primum. Panem triticeum esse materiam eucharisti® declaravit concilium Florentinum in decreto Unionis : unde id non dici debet incertum. Cæterum disputant theologi quid nomine tritici sit intclligendum.

Ad secundum. Rubrica non dicit simpliciter qualibet mutatione formænon confici sacramentum, sed addit: *Si in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent,* quod subticuit respondens.

Ad tertium, N. conseq. Quod enim referantur dubiæ hisloriæ bonis moribus non repugnantes, nullum sequitur inconveniens; at grave foret, si proponeretur et assereretur sententia de nullitate sacramentorum quæ foret falsa aut dubia.

Ad quartum. Esto sit ridiculum et insulsum consilium hujus sacerdotis, non est ridiculum ncc insulsum quærere et definire quid inde sequatur, ct quid facto opus si casus contingat, sicut contigisse certo testatur doctiss. Berti, sacerdoti dioecesis Samminiatensis, qui cx simplicitate el ignorantia resolvit apud se undecimam hostiam non consecrare, ulcommunicaturo quem noverat sacrilege ad sacram mensam accedere, absquecælcrorum scandalo porrigeret particulam non consecratam, ncc tamen hanc ex aliarum numero amovit, nc id communicaturusdeprohcndcrel. Ita laudatus theologus.

Confirmatur. Praxis communis Ecclesiæ est, ut in dubio dc valore sacramenti cujuscumque, eliam iterabilis, ul sunt sacramentum pœnitenliæ cl extremæ unctionis, iteretur sacramentum sub intentione conditionata, ita ut, si primo collatum validum fuerit, secundo collatum sub conditione sil nullum : unde autem nullum? non ex defectu intentionis extern®, hoc csl, inseparabilis a ritu externo serio posito in solitis circumstantiis : ergo defectu intentionis internæ.

Respondent 1° hoc sacramentum denuo collatum sub conditione esse nullum, puta, sacramentum pœnitenliæ, defectu materia', scilicet peccatorum qu® jam nulla sunt, et defectu subjecti quod jam supponitur absolutum ; 2" conditionem debere exterius exprimi, ut jubet Alexander III, cap. *Dc quibus,* Extra, de Baptismo el ejus cflcctu: sicque sacramentum iteratum, quod antea crat validum, esse nullum defectu inlontionis extern®.

Scd contra. Ad primum. Peccata jam remissa, si denuo subjiciantur clavibus Ecclesiæ, cx communi theologorum sensu, sunt materia absolutionis, et r:;„no justilicatus sive per contritionem perfectam, sive per anteriorem absolutionem, itent® absolutionis csl capax. Sed non sistamus in sacramento pœnitenliæ : dum iteratur sacramentum exirem® unctionis, adhibetur nova materia et nova forma, el subjectum est capax hujus sacramenti iterati : ergo est nullum, non defectu sive materiæ, sive forπι®, sive subjecti. ergo defectu intentionis intern® ; ergo et alia sacramenta, est enim eadem ratio de omnibus.

Ad secundum. Ex canone laudato habemus quidem conditionem esse exterius exprimendam , non quod id sit necessarium ut impediatur iteratio sacramenti alias validi , quasi non sufficeret conditio mente retenta, neque hoc dicit pontifex ; sed quia ila convenit maxime ubi esset periculum scandali ex iteratione sacramenti,ut dicam infra : communis namque sensus et praxis est, quod absolute sufficiat si conditio sil tacita ; neque puto id negari ab adversariis.

Prob. 5° auctoritate ct rationibus invictissimis D. Th. quas & praecedenti jam delibavimus.

1° S. Th. hic q. 64, a. 8, ubi est professo quærit utrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, sic ratiocinatur : Quando aliquid se habet ad mulla , oportet quod per aliquid determinetur ad unum si illud effici debeat : atqui ea qu® in sacramentis peraguntur possunt diversimode agi, sicut ablutio aqu® qu® lit in baptismo, cl hæc verba *te abluo,* seu *baptizo,* etiam in consuetis circumstantiis possunt ordinari et ad munditiam el ad sanitatem corporalem, cl ad ludum, ct ad alia hujusmodi : ergi. oportet quod determinetur ad unum, id est, ad esse sacramcntale per aliud; ergo per intentionem ministri distinctam ab intentione ponendi præcise actum externum serio et in circumstantiis solitis, consequenter per intentionem saltem faciendi aliquid ut sacrum in Ecclesia ; nihil enim aliud est assibile.

S» *dicas* S. Thomam hic dictis immediate subjungere quod *hæc intentio* delcrminaliva *exprimitur per verba qua in sacramentis dicuntur:* atqui inlcnlioqu® exprimitur per verba sacrame. ı ı a l oncst intentio interna

faciendi quod facit Ecclesia, si quidem hæc secundum nos possit abesse ab expressione verborum. Ergo.

R. D. min. Intentio quæ exprimitur per verba saejameu'alia non est necessario et indcfcclibilitn- interna, *C.* ordinarie ct secundum moralem æstimalionem , Λ7. Hoc ipso enim quod quis serio cl religiose profert verba sacramentalia super legitimam materiam ex communiter accidentibus, certo moralilcr conjicimus ipsum habere intentionem internam faciendi quod facit Ecclesia.

2° S. Doctor ibidem ad 1 , dicit quod requiratur in ministro ea intentio qua se subjiciat principali agenti, ut scilicet intendat facere quod facit Christus in Ecclesia : atqui qui, ritum externum serio el in consuetis circumstantiis peragens, apud se resolvit, Nolo facere quod facit Christus ct Ecclesia, sed simulare tantum aut rem profanam facere, non sesubjicil Chrislo principali agenti, ul intendat facere quod facit Christus ct Ecclesia, *ul paid.* Ergo.

Con/irmalur hæc ralio. Minister non perficit sacramentum , nisi velit uti potestate sibi a Deo data ad conficiendum sacramentum; accepit enim hanc potestatem ul ea humano modo el libere ulatur: atqui qui , •(inscius actum externum posse peragi absque eo quod sit sacramentum institutum a Chi isto, sic illum peragit, etiamsi serio cl in ircumslanliis,ul tamen vclilintus simulare, ul ritum mere naturalem exercere, nolens lacero quod Christus instituit et facit Ecclesia; ille non iuli uti potestate sibi a Deo tradita, *ulpalcl.* Ergo

Si dicas cum Scrrio, id quidem non velle wluiitale pi ivata, \elle tamen voluntate ministerial! : *conlra.* Non vult voluntate ministerial! qui non ᵪ ull esse Chi isti ct Ecclesia· minister : illeaulem non vult osse Christi el Ecclesia? minister , qui iulus dicit, Nolo facere quod Christus instituit el Ecclesia facit. Si *respondeas* iterum quod ille non velit esse Christi cl Ecclesiæ minister voluntate privata, velit tamen voluntate ministerial! ; ibit cavillatio in infinitum. El ego pari jure dicam quod Lulhcranus joco ministrans sacramentum, non velit esse Christi minister voluntate privata, velit tamen volunlale ministerial! : nec video quam dabit respondens disparilalcin sufficientem.

3« S. Doctor ibid. a. to, o, dicit : « Inlcn- » lio ministri potest perverli dupliciter :unn » modo respectu ipsius sacramenti, pula, » cum aliquis non intendit conferre sacra* » mentum , sed derisorie aliquid agere; ct » talis perversitas tollit veritatem sacrainen- » li, præcipue quando suam intentionem » exterius manifestat. » Ergo etiamsi exterius non manifestet ct omnia serio el in circumstantiis peragat ; quia particula *pracipue* sic casum minus dubium exprimit, ul implied magis dubium, *ul omnibus pervium csl.* Sensus itaque S. Th. est, quoti cum aliquis intendit in sacramentis derisorie agere, si exterius suam perversam intentionem manifestet, tollat veritatem sacramenti *præcipue,* id est, non solum in se, sed etiam in judicio Ecclesiæ ; si autem non manifestet exterius, tollit etiam sacramentum in se, sed non in judicio Ecclesiæ.

4° S. Doctor in 4, d. 3, q. 1 , ari. 4, quæsliunc. 3, ad 3, el infra q. 60, ari. fi, ad 3, docet quod, qui baptizaret per trinam immersionem pronuntiando integram formam in qualibet immersione, si intendat perficere sacramentum post primam immersionem , erit perfectum sacramentum; secus si intendat perficere lanium post trinam immersionem. Loquitur aperte S. Th. de eo qui ritum externum scrio et in circumstantiis consuetis peragit, quo non obstante, ul sit sacramentum vult pendere ab intentione ministri non externa, quæ supponitur in ritu externo scrio el in circuinlantiis peracto a quo csl inseparabilis : ergo interna.

Neque dicas cnm Scrrio, S. Thomam loqui dc illo qui manifestaret exterius suam intentionem non perficiendi sacramentum nisi post Irinam immersionem , ut fit apud Græcoset fiebat olim apud Latinos. Ne enim vel unum est verbum in utroque textu S.Th. quod hanc restrictionem indicet; nec exempla prolata sunt ad rem. Apud Græcosenim non profertur integra forma in qualibet immersione, sed una tantum Trinitatis persona nominatur; sic etiam olim apud Latinos : loquitur aulem S. Th. de eo qui integram formam in qualibet immcrsiuue proferret. Aide ulrumque textum,

5U Ibid. d. 11, q. 2, art. 1, quæsliunc. 3, ad 1 : « In sacramentis, inquit, est duplex » intentio : una quæ ordinatur ad perfee- » tionein sacramenti, el hæc csl essentialis d sacramento. » El Opusc. 5 : « Si non sit

» debita forma verborum , et si non sil v debita materia, et si minister sacramenti µ non intendit sacramentum conficere, non » perficitur sacramentum. » Et infra : « In d articulo necessitatis non solum diaconus, u sed etiam laicus et mulier, imo paganus, vetiam haereticus potest baptizare, dum- » modo sei vel formam Ecclesiæ, et intendat » facere quod facit Ecclesia. » Quibus textibus ultra formam el materiam scrio adhibitam, quæ perlinetad intentionem externam, requirit aliam, consequenter internam.

6° Non minor, imo major requiritur intentio in conferente sacramentum quam in recipiente : atqui juxta S. Th. infra q. G8, ait. 7, ad 2, *Si in adulto deessel intendo suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus.* Sicut ergo si adultus interius diceret, Volo ablui corporaliter, non spirilualiler et saciamcntalilcr, non valeret baptismus ipsius : ita si minister interius dicat : Volo abluere corporaliter, non spirilualiler el sacramcntaliter ; ipse sacramenlaliter non baptizaret.

Communes ad hæc omnia adversariorum responsiones cl effugia jam prmvenimus inter probandum , sed hæc specialius et efficacius sunt adhuc convellenda cl praecludcnda. Unde

Prob. 6" convellendo fundamenta adversæsentcnliæ ct ejus clfugia praeludendo.

1° Ideo secundum adversarios sufficit ad valorem sacramenti intentio externa in ministro, nimirum, quod ponat serio materiam ct turmam seu ritum externum , quamvis intentionem retineat; imo dicat intus, Nolo facere quod facit Ecclesia , sed volo simulare, irridere, aut rem mere naturalem el profanam peragerc, perinde ac si Christus hunc ritum non elcvasscl ad rationem sacramenti ; quia hoc ipso quo aclus externus scrio ponitur, seu applicatur forma malcriæ, necessario fit sacramentum, seu quod facit Ecclesia. Hoc ipso enim quo in artificialibus compositis applicatur forma malcriæ, necessario resultat compositum, non obstante quavis intentione agentis : sic qui applicat colores tclæ, imprimit sigillum ceræ, adhibet ignem slupæ, quidquid interius dicat aut velit, tela pingitur, ccia sigillatur, stupa comburitur : unde contraria ministri voluntas in hoc casu est ineilicax,clul ita dicam nollcilas.Atqui plusquam falsum csl istud assumptum. Ergo.

Prob min. mutipliciter. 1° Aclus externus etiam serio peractus, est adhuc, ut diciirn est superius, indifferens ad multa , et potest ordinari sive ad munditiem aut sanitatem corporalem, sive ad simulationem, sive cxerccri ut actus mere naturalis : ergo restat adhuc determinandus per intentionem. *Neque dicant* materiam determinari ad esse sacramentale per formam, v. g. in baptismo ablutionem determinari per hæc verba, *cqo (e abluo,* seu *baptizo;* quia etiam hæc forma est indifferens ut significet ablutionem sacram vel profanam. 2 Verba in 'aeramentis non habent ralionem formæ independenter ab intentione interna ministri : ergo, quantumvis scrio applicentur materi® sine illa intentione, non efficiunt compositum sacramentale. *Prob. ant.* Verba in aeramentis non sunt forma formaliter, scilicet, sumpta materialiter vel in significatione aliqua naturali et profana, sed tunc domum quando sumuntur ut sacra, seu ut significativa et effectiva simul rei sacra; sunt enim signa non speculativa tantum, sed praclica cl efficientia quod significant: atqui non sunt significativa cl effectiva rei sarræ si desit intentio interna ; id enim non habent ex se etiam serio prolata : ergo per intentionem agentis. Et in hoc est maxima allucinatioadversae sententiae, quod aestimet verba, hoc ipso quo serio proferuntur, esse formam sacramenti; possunt equidem dici forma, sed materialiter tantum et non formaliter, nisi accedat intentio ministri determinantis ad significationem sacram el effectivam significati. 3° Minister serio peragens ritum externum, sed intus nolens facere quod Christus instituit ct Ecclesia facit, sed volens c contra simularo aut irridere, vel facere rem mero naturalem ct profanam, non se subjicit Christo ul principali agenti, ncc agit ul ejus et Ecclesiæ minister, *ut patet,* sed lanium talis exterius apparet : ergo non facit quod Christus instituit, nccquod facit Ecclesia; id enim facere non potest cnm sil instrumentum, idsi ut subordinalus c iusæ principali cl agens ul ejus ct Ecclesia; minister. 4® Si admittenda sit ratio adver» sariorum, sequitur quod malcrscrio abluens domi puerum sub invocalioneSS. Trinitatis, ul bene illi sit, perficiat sacramentum, quod non concedunt. 5° Exempla quæ afferunt non sunt ad rem; applicatio enim colorum ad Idam, impressio sigilli ad ceram, adhi-

bitio ignis ad stupam, sunt ex se delerminatæad suos effectus, non vero ritus externus ciam serio peractus, *ul probatum esi.* Nec vident inde firmari errorem haereticorum : quamvis enim jocando cl ridendo exterius applices colores tclæ, sigillum ceræ, ignem stupæ, erit piclio, sigillatio et combustio : si ergo valeant hæc exempla, ritus exteinus etiam mimice peractus erit sacramentum, quod csl haereticum dogma Lutheri. 7° Tandem omnes probationes nostræ, quæ sunt de ritu externo serio peracto, hoc adversariorum fundamentum concutiunt. Relegantur.

Ilis itaque rationibus pressi ct oppressi rccentiores adversarii, alio confugiunt, ct systema Calharini attemperantes, dicunt intentionem externam non sufficere in omni casu in quo ritus externus serio peragitur, sed quando serio peragitur in circumstantiis adhiberi solitis, ut in baptismo, si minister rogatus illud administret, præsente palrino, in baptisterio, indutus vestibus sacris, etc. Ex his enim circumstantis, inquiunt, ritus externus determinatur ad esse sacramcnlale, ct tunc sacerdos se exhibet ut ministrum Ecclesiæ. Ita Jucnin ct Senius, ut vidimus in prænotaminibus ad conclusionem.

Serrius tamen, ne videatur omnino recedere a D. Th., dicit ritum externum determinari ad esse sacramcnlale, non præcise a circumstantiis, sed ab intentione qua minister se determinat illum perficere in his circumstantiis. Sed quis non videt id ad fucum esse dictum, et, non obstante diverso modo loquendi, rem camdcm significari; sive enim dicas ex circumstantiis, sive ab intentione ut in circumstantiis ritum determinari, *putei* non exipsa intentione, sed cx ipsis circumstantiis totam determinationem haberi, siquidem eadem intentio externa extra circumstantias non determinaret. Et ita sentire ipsum Serrium *colligo* 1u cx verbis ambiguis el quasi inter se pugnantibus quibus suam mentem exprimit; ait enim cap. 15, n° 2 : « Ritum per seindifferen-
d tem D.Th. appellat extra debitas circum-
ii slanlias qui ex ipsis circumstantiis desini'
« esse inditlcrcns, determinaturque ad esse
» sacramcnlale per intentionem ministri, λ
Porro si t* ipsis circumstantiis ritus exter
nusde-inii esse indifferens,quomodo restat
determinandus ner intentionem ministri?

Sed et alibi hujus effugii oblitus, non aliam sibi esse mentem aperte significat, dum di. serte affirmat, non ritum cxtcrnumdetcrnilnari ad esse sacramentale ex intentione ministri in his circumstantiis, sed e contra ministros ipsos ex ipsis circumstantiis determinari ad agendum tanquam Ecclesiæministri. «Tales, inquit, ibid. num. 7, tibi » ministros exhibet Catharinus ritum exter » num libere serioque celebrantes, in iy)) maxime circumstantiis cx quibus deter· » minantur ad agendum tanquam Ecclcsiæ » ministri illiusque nomine. » Et cap. 14, « Seria, inquit, externi ritus et celebratio, » a Catbarino nobisque hactenus propu· » gnata uti ad valorem sacramenti suffj- » ciens, non illa solum est quæ joco ludoque » opponitur, sed et illa quæ in his circum- » stantiis fiat cx quibus sacerdos determina- » luradagendum ut minister Ecclcsiæ ejus- » que nomine, u Quamvis ergo in his Ser· rius imponat Calharino qui nunquam meminit circumstantiarum, aperte saltem liquet, juxta ipsum, totam ritus externi determinatioicm ad esse sacramcnlale et ministrorum , ad hoc ut agant tanquam Ecclcsiæ ministri ejusque nomine, esse a circumstantiis. Posito itaque hoc esse commune principium adversariorum,

2q Præcluditur hoc ultimum eorum ctTugium. 1° Ritum externum a circumstantiis ct non ab intentione ministri ad esse sacramcntale determinari, figmentum est, nullum habens neque in S. Scripturis, neque in Patribus, neque in conciliis, neque in pontificum definitionibus fundamentum, cujus nec meminerunt primi hujus opinionis assertores, sed ab Antonio dc Dominis, incunle præccdenli sæculo, primum excogitatum, I. 5 de Repub. Ecclesiast. c. 12, cl a reccnlioribus usurpatum. 2° Est directe contra D.Th. qui disertis terminis ubique docet ritum externum serio peractum determinari ad esse sacramentale per intentionem internam ministri, nec ullibi meminit circumstantiarum pro illa determinatione, *ut cx ejus textibus laudatis putet.* Enimvcro intentiojuxta S. Th. determinans ad esse sacramentale alia esi ab ea (pia minister, v. g. in baptismo intendit ablutionem ul mundantem , aut sanantem corporaliter, ul constat cx primo texi./ citato atqui minister baptizans in circumstantiis consuetis potest non habere aliam inlculio*

nem quam mundandi aut sanandi corporaliter : ergo non ea est intentio quam requirit S. Thomas; 3° Quæcumque dixi numero [rrscedenli ronlra sqsterna Catharini dc ritu exlernose peracto, militat etiam de illo peractoin circumstantiis : in his namque ritus externus csladhuc indifferens, ct potest minister illum peragere vel mere materialiter ul rem profanam, sicut fieri solet in balneis, nihil cogitans aut intendens de sacramento ; vel simulare tantum exterius el irridere, vel illum ut sacrum in Ecclesia exercere : et sicut si intendat ul sacrum perficit sacramentum , ita si non intendat non perficit. Item minister sub his oiicumslanliis retinendo intentionem , non se subjicit Christo principali agenti, neque est aul agit ut ejus el Ecclcsiæ minister, sed apparet tantum. Item verba in 1rs circumstantiis non determinantur ad significationem sacram ct effectivam significati, id namque pendet ah habente potestatem ct voluntatem, sicque non sunt formali ler forma sacramenti. Valent ergo circumstanliæ duntaxal quoad nos, quatenus his positis certi sumus mnralilcr ministros habuisse intentionem faciendi quod facit Ecclesia, non vero quoad substantiam sacramenti in se. Nam 4'juxta Ecclcsiæ definitiones, tria tantum sunt eslenlialilcr requisita ad valorem ct substantiam sacramenti, scilicet materia, forma ctintentio ministri; circumstanliæ autem non sunlcx his tribus, sicque elevare non pessunt ritum externum ad rationem sacramenti. 5° Si ritus externus determinaretur a circivmslanliis ad esso sacramcnlale, *sequeretur* 1° quod ebrius aul amens, maxime si non agnoscatur talis, illum serio in circumstantiis peragens, conticeret sacramentum :quod aperteLulheranis favet; 2° quod paganus qui dc Ecclesia nihil unquam audivit, rogatus serio ablueret infantem in luco sacro, prolatis formæverbis, nihi aliud cogitans aul intendens quam illum abluere corporaliter, ul fit in balneis, vere illum baptizaret. quod nemo, ncc,ut puto, ipsi adversarii admittunt ; cum iste paganus nihil dc Ecclesia cognoscens, putansque a se requiri ablutionem corporalem, nec implicite nec explicite, nccdirecle ncc indirecto, nec in sc ncc in alio posset intendere facerequod facit Ecclesia : el tamen iste paganus ba erel intentionem externam quæ est irisCj arabi'isa i itu externo serio posito, el adesI sent circumstanliæ coasuetæ. 3' *Sequere-)tur* quod circumstanliæ essent aliquando essentialiter requisitæ aA substantiam sacramenti , quando nempe abesset intentio interna, quod dici non potest, cum circumstanliæ sint institut® ab Ecclesia quæ nihil polesl circa substantiam sacramentorum.Tandem hoc effugium præcludunt omnes probationes nostræ conclusionis, ul in singulis notavimus; et insuper, ut videbimus *in sol. obj.* subjicit sententiam adversariorum omnibus fere difficultatibus quas nobis objiciunt.

Dico 2° Ad veritatem sacramenti non requiritur in ministro intentio explicita producendi effectum sacramenti, neque efficiendi rem absolute in sc sacram , scu veri nominis sacramentum, neque faciendi quod facit ecclesia Romana ; sed sufficit implicita quæ habetur in generali intentione faciendi quod facit vera Ecclesia quæcumque illa sit. Est communis quoad omnes partes.

Prob. prima pars. 1" Ex S. Aug. Epist. ad Bonifac. 98, alias 23 . ubi de parvulis ab hærelicis baptizatis dicit : « Non enim prop- » terea illi non regenerantur, quia non ab » istis hac intentione offeruntur. »

2 ' Ex S. Th. hic q. 64, a. 10, ubi probat minisl ru m qui perversam ha bet in ten lion em circa tinem scu effectum sacramenti, nihilominus eflicere verum sacramentum ; ut si sacerdos conficeret corpus Christi ad veneficia , aut baptizaret mulierem ut ea abuteretur; *quia,* inquit, *prius non dependet a posteriori.* Et ibid. ari. 9, ad 1, ait : « Iλ- η col minister credat per id quod agilur ex- » terius, nullum sequi interiorem effectum, » non tamen ignorat quod Ecclesia catholica *n* intendit per hujusmodi quæcxterius agun- » tur, præberc sacramentum : unde, non » obstante infidelitate, potest intendere fa- » cere quo i facit Ecclesia, licet æstimet id » nihil esse. El talis intentio sufiicil adsa- » crânien tum. u

3 Ex praxi el communi sensu Ecclcsiæ quæ recipit ul validum baptismum verbis cvangelicis collatum a pagano, judæo, vel hærelico, qui nullum intendunt ex eo effectum salutarem , quippe quem vel ignorant 'cl negant aul irrident. Ita definivit Nico- ! ns I, Besponso IOi ad consulta Bulgaroriiin , et refertur cap. *A quodam ,* dist.4 de Consec.

4« Sacramentum semel valide collatum

habet cxse, scuex sua institutione, vim et cfticaciam producendi effectum sicut aliæ cause necessariæ, proindeque producit effectum, absque eo quod ministrans dc illo cogitet aut illum intendat, imo etsi contrarium intenderet; ut qui semel admovit ignem slupæ, quidquid velit aut intendat, ignü comburit stupam.

Secunda pars est D. Th. in 4, d.6,q. 1, art. 3, quæsliunc. 2, ad 1, ubi dicit : « Quam» vis ille qui non credit baptismum esse sa» cramentum, aut habere aliquam spirilua» lem virtutem, non intendat dum baptizat «conferre sacramentum, tamen intendit » facere quandoque quod facit Ecclesia, etsi » illud reputet nihil esse; et quia Ecclesia » aliquid facit, ideo cx consequenti et im» plicite intendit aliquid facere, quamvis » non explicite. »

Insuper *constat ex dictis* quod Ecclesi; habeat ratum baptisma collatum abathæo, pagano, autjudæo, qui tamen non intendunt perficere rem in se sacram, seu quod habet rationem veri sacramenti, cum potius hunc ritum ut caeremoniam superstitiosam reputent.

Tertia pars constat etiam ex dictis. Quia Ecclesia recipit baptisma collatum a Calvinis(is,qui tamen non intendunt facere quod facit ecclesia Romana, quam apostatam credunt, sed quod facit ecclesia , v. g. Genevensis quam putant esse veram Christi Ecclesiam.

Sufficit ergo intentio explicita faciendi quod facit vera Christi Ecclesia quæcumque illa sil ; quia cum vera Ecclesia sit Romana et faciat veri nominis sacramentum gratia et characteris productivum , in generali intentione faciendi quod facit vera Ecclesia , implicite continetur intentio faciendi quod facit ecclesia Romana, et perficiendi rem al>solute in se sacram verique nominis sacramentum graliæ et characteris effectivum.

Requiritur autem intentio explicita faciendiquod facitveia Ecclesia; quia hæcinlentio in nulla alia continetur, non enim continetur in intentione faciendi præcise ritum externum serio, cnm possit hæc intentio esse absque intentione faciendi quod facit Ecclesia, *ul probavimus.*

Non requiritur tamen quod hæcinlen o explicita faciendi quod facit Ecclesia si in actu signato, quas; minister debeat expresse vol mente dicere : Volo facere quod facit Ecclesia ; sed sufficit quod sit in artu exercito, nimirum quod advertetis el volvas faciat quod novit ab Ecclesia fieri.

Solvuntur objectiones contra primam con< *hilimirm*

Objectiones ex triplici capite potissimum petuntur: 1° ex praxi el definitionibus Ecclesiæ; 2· ex SS. Aug. et Thoma, »'I quibusdam veteribus scholasticis; 3° ex rationum momentis.

Diligenter attendat lector ad systema recentiorum, qui dicunt intentionem externam extra circumstantias adhiberi solitas, non sufficere, sed tunc requiri internam ad veritatem sacramenti ; sufficere autem in his circumstantiis, ex quibus , ut aiunt, ritus extcrnusdolorminaliirad esse sacramentale· 'rixta enim illud systema, vix ullum n «his ‹ pponiml argumentum quod euntia ipsos non possit retorqueri, *ul patebit.*

*Objectiones cx prart rt tlrfi iliombu» Ricteu**

Obj. 1u Ecclesia ab omni retro antiquitate semper attente inquisivit quæ essent sacramenta dubia, suspecta , inita : irrita sa?pe pronuntiavit quibus dcesscl forma vel materia; item quæ ab ebriis aut energumenis, vel mimice essent collata ; suspecta quæ ab æreticis de Trinilate male sentientibus, etc. nunquam vero inquisivit an requireretur ii4 terna intentio, nec pronuntiavit inita .-sse jiiæ illa deliciente conferrentur : atquinulla potest afferri raliohiijus silentii, quam quod iæc interna intentio non requiratur ad inegritalem sacramenti, sed sufficiat ritus externus serio peractus. Ergo.

R. 1° *retorquendo argnincnlum·* Ecclesia antiquitus non inquisivit an require.ctur intentio interna extra circumstantias consuetas, nec definivit eam requiri : epgonon requiritur : quod negant adversarii.

R. 2° *N. min.* Ideo enim antiquitus de intentione minislii non inquisivit, ncc definivit Ecclesia, non quia illam non judicabat necessariam, sed quia de ca nulla tunc movebatur quæstio, el habebatur ut certa moraliter hoc ipso quod ritus “xlornus serio peragebatur. Ubi autem dc ea mola fuit quaestio, definivit saltem consecutive ejus necessitatem inconcilio Elurent, ei Trid.et ul nobis videtur, expresse in condemnatione hujus propositionis : *Valet biplismus,* etc., atque in rubricis missalis Romani, *ulpalel ex probationibus.*

Inst. 1°Ecclesia approbat sacramenta collata a judæis, paganis et hærelicis : atqui est fundata ratio dubitandi an hi habeant intentionem internam: ergo illam non requirit

R. 1° *retorquendo argumentum.* Ecclesia approbat sacramenta collata a judæis, paganis et hærelicis privatim cl extra circumstantias; valet enim judicio Ecclesiæ baptisma quod pater haereticus conferret suo infonti : ergo intentionem internam extra circumstantias Ecclesia non requirit. Quid ad hoc adversarii ?

R. 2° *D. min.* Est ratio fundata dubitandi an hi habeant intentionem internam efficiendi veri nominis sacramentum et producendi ejuseilectum, C. intentionem faciendi quod facit Ecclesia, *N.* Hæc enim jure præsumitur hoc ipso quod adhibent serio ritum in Ecclesia celebrari solitum. Nec aliud possunt respondere objicientes in suo systemate dc necessitate intentionis inlcrnæ extra circumstantias.

Insl. 2° Ecclesia definivit contra Donatislas sacramenta verbis cvangelicis consecrata, nulla ministrorum improbitate pollui scu impediri : atqui sub communi nomine improbitatis continetur omnis improbitas, consequenter perversitas intentionis quæ est quædam improbitas. Ergo.

R. 1° nullum sacramentum esse *verbis ndfqelicis* consecratum, nisi per intentionem internam ministri. Verba enim, *te baptizo, te signo,* etc., cum diversam patiantur ugniiicalioncm , non consecrant materiam, uiM per intentionem faciendi rem sacram ut?ta christianis; alioquin sacramentum collatum privatim cl extra circumstantias a ministrequi non haberet intentionem internam , dcbeict dici consecratum verbis cvangelicis cl validam , quod negant objicientes.

R. 3° per improbitatem intclligcndam esse improbitatem fidei cl morum, non perversitatem intentionis ; nulla enim fuit inter Donatislas ct catholicos controversia de intentione ministri, sed de ejus moi ibus ei fide. Unde ad mtn. A. sub communi ·ó - mim*improbitatis comprehendi quamcumqueimprobitatem, cum certum sit, etiam fotentibus adversariis, ministrum qui jocose confert saciwmentum, vel vitiat formam aut extra circumstantias retinet intentionem , nihil conficere, sicquc aliquam miUblri impiobitalem oQWrc sacramentis.

Insl. 3° Synodus Ebroicensis 1576, Ro(homagensis 1581, Rhemensis, Tolosana, Aquensis circa idem tempus, prohibent rebaptizari etiam sub conditione haptizalos ab hærelicis : « Quia , inquit Rolhomageii» sis, constabat Calvinistes in publico co·.u » baptizare in forma verborum cl materia » a Christo instituta, nec de hoc facte am· » bigi poterat. » nihil de infi nlione. Idem Aquensis. Ergo existimabant ad sacramenti veritatem sufficere ritum externum seno peractum in publico cœtu , quævis intentio fuerit. Similiter Nicolaus **I**, Responso 104 citato ad Consulta Bulgarum, delinit baptismum collatum a judæo vel pagano esse validum si servaverit præscriptam formam: de intentione iterum nihil : ergo illam non existimabat necessariam.

R. 1° *retorqueo argumentum.* Ncquelaudatæ synodi, neque Nicolaus I quidquam definiverunt de necessitate intentionis intern® extra circumstantias : ergo existimabant illam non requiri. *Consequentiam negant objicientes,* nos quoque uegamus quam inferunt. Unde

R. 2° N. conseg. Quia bæc illarum synodorum definitio facte est contra eos qui requirebant intentionem internam non tentum perficiendi ritum ul sacrum, sed etiam producendi gratiam remissivam peccatorum. Ita disertis verbis synodus Rolhomagensis ante verba laudate cap. 4 de Sacramentis: « Quia, inquit, dubitabant non» nulli dc valore baptismi ab hujusmodi » hærelicis collati, eo quod non haberent d intentionem baptizandi in remissionem » peccatorum. » Unde hæc definitio excludit quidem necessitatem intentionis effectus sacramcntelis, non intentionis faciendi rem ut sacram in Ecclesia. Ideo aulem svnodi votant rebaptizari sub conditione publice, non occulte baplizalos, non quod supponat publice collatum validum, quacumque intentione fiat, sed quia de baptismo publice collate est certitudo moralis quæ non est de baptismo occulto, cum uni mulieri privatim baptizanti non ita facile eradatur. Ita iterum se explicat ibidem laudata sy nodus Rothomag.

,Ad Nicolaum papam, R. nihil definivisse de intentione, quia interrogatus fueial de concione ministri, non de ejus intenti one, an ratus esset baptismus a judæo vel pagano.

Ir^i. 4J Paptismu a S. Athanasio puero inter ludendum sociis pueris collatus ; item collatus puero Ilebræo ab aliis pueris ludentibus : item collatus mimice S. Genesio in hcatro, fue unt rati habili, nec iterati; tern baptism · collatum a Ludovico Gaufrcdo, parocho Massiliensi, qui morti proximus testatus est se quidem ritum externum baptizando servasse, sed interius retractasse quod agebat exterius, et infantes quos baptizabat diabolo devovisse : hoc, inquam, baptisma Sorbonæ el aliorum theologorum judicio habitum fuit ut validum. Similiter ordinationes Petri Lavardini, episcopi Cenomanensis , quamvis pariter in extremis positus declaraverit se nunquam habuisse intentionem ordinandi, proba(æ fucrunt, nec Ecclesia eas iterari jussit. Ergo.

R. Iribus primis factis historicis jam satisfactum esse § præccdcnli. Unum addam, mirum esse hæc adversariis nobis objici cum et ab ipsis sint solvenda : neque enim ipsi agnoscunt cum Lutheranis valida esse sacramenta quæ joco externo aut mimice conferuntur.

Quantum ad duo facta posteriora, tot rimas patiuntur, ul cx his nihil quod objicientibus faveat extundi possit. 1° Hæc duo facta esse falsa ct supposita asserit erudit. P. LambcrtusGaud, in jam laudata dissertatione adversus Serrium.

Dc Gaufrcdo, ipsum nunquam fuisse parochum Massiliæ, sed simplicem beneficiarium dunlaxal in ccclesiaS.Mariæ ab Aquisfluentibus *(Dcsacoules),* probat ex testimonio D. Giraud, actualis pastoris hujus ecclesiæ, cx opere de Tragicis historiis, cl ex decreto senatus Aquensis contra dictum Gaufredum, in quo non parochus aul pastor, sed solum beneficiarius parochialis ecclesiæ S. Maria* ab Aquisiluentibus appellatur. Item probat Gaufiedum morti proximum nunquam declarasse se infantes quos baptizaral, in nomine diaboli absqueinlerna intentione baptizassc. 1° Quia auctor Tragicarum historiarum, qui secundo post Gaulrcdi mortem anno opus suum edidit, cl in quo varia dc isto impio sacerdote narrat, nihil habet dc dicta declaratione quam procul dubio, si vera fuisset, non omisisset. 2° Quia, licet Gaufrcdus de variis ctcnormibuscriminibus accu-alus cl interrogatus, nunquam de eo de quo agitur fuit interragalus, ul constat cx Kilimonio viri dignissimi qui, rogatus , acta judicialia ad Gaufredi causam spectanlia diligcnler ct attento perlustravit. Equidem verum csl quod, mortuo Gaufrcdo, sparsus sil rumor in vulgo hu impium sacerdotem infantes baptizassc in nominediaboli : sed verisimiliter inde ortu» csl isle rumor, quod Gaufrcdus confessus fuisset se Magdalenam Paludanam, jam in nomine Trinitatis baplizatam , iterum in conventu Sagarum baptizassc in nomine diaboli.

De Petro Lavardino probat laudatus professor Avcnionensis nullum hujus nominis ex illustri familia Lavardinorum inlcrepiscopos Ccnomancnses recenseri ; unum fuisse nomine Carolum, alterum nomine Philibcrtum a Ludovico XIV, anno 164S, designatum : huic Philibcrto equidem a quibusdam ejus æmulis dictam declarationem fuisse alliciam, et inde plures dissertationesdcextern® intentionis sufficientia a doctoribus Parisiensibus editas fuisse ; at Sambovium hac de re consultum, calumniam esse asseruisse : Nicolaum L'IIcrminicr , doctorem Parisiensom et ipsius ecclesiæ Ccnomancnsis canonicum, theologum atque archidiaco* num, R. P. Josepho Roux provinciænoslræ Tolosanæ provinciali testatum fuisse, cxrclationccorum qui cum Philibcrto Lavardino vixerant, ipsum morti proximum declarasse quidem Parisiis coram parocho S. Sulpit» qui ipsi sacrum viaticum ministrabat, se dolere quam maxime quod a sua dioecesi abfuisset sæpius sine causa; at ne verbum quidem habuisse de declaratione alia,çuam proinde puram putamque calumnia»! existimabat.

2° *Data* veritate horum factuum, equidem, quorumdam theologorum privatorum judicio, sacramenta sine intentione interna celebrata fuerunt probata, valida clab episcopis quibusdam iterari prohibita. Verum id non evincit Ecclesiæ sensum, nec verisimilceslquod ita nunc sentirent episcopi post damnatam propositionem ab Alexandro VIII, *Valet baptismus* ,ctc. Insuper si quidam theologi cl quidam episcopi ita consuerunt, aliter alii theologi ct episcopi. Plures enim qui baplizali fuerunta Gaufrcdo, ex rumore quod cosbaptizassc! in nominediabol , iterum, ut communiter dicitur, baptizati sunl. Illustris quædam Camina quæa Fusio, pastore ecclesiæ S. Lucœ Parisiis, baptizata fuerat, retenta, ul dicebatur, intenlionc. iterum baptizari obtinuit,falcnU

ipso Serrio C. f>, n. 7. Episcopus Ccnomanensis Lavardini successor, dc cujus ordinationibus ortum erat dubium, plures cx suis presbyteris iterum ordinavit, cx his quæ leguntur apud Sambovium lorn. 3, cas. 17. Idem torn. 5, cas. 3, refert quemdam episcopum jussisse rebaptizari quos a presbytero qui suam intentionem retinuisse dicebatur, baptizatos fuisse resciverat.

3° Sacramenta collata , ul refertur in his fartis historicis, potuerunt merito'censeri a theologis ct episcopis non iteranda, non proplersullicientiam intentionis externæ,sed ex dupiici alia causa : 1° quia cum voluntate impia devovendi infantem diabolo, aut non conferendi ipsi , seu ordinando , gratiam el characterem , potest subsistere intentio faciendi quod facit Ecclesia, id est, ritum qui habetur in Ecclesia sacer cl religiosus, ut probat S.Th. bica. 10, et nos supra probavimus; 2° quia hujusmodi ministris, qui dicunlse non habuisse internam intentionem, nonadhibelur fides, sicut non adhibetur fides ministroasscrenliseadulterasse formam aul materiam sacramenti, nisi el certis indiciis probet : sicut item non adhibetur fides viro vel mulieri asserenti se non consensisse matrimonio , non solum quia id asserit in proprium commodum , quia non diligit uxorem, ul interpretatur Serrius; sed etiamsi in proprium incommodum , quia vere, vidcnlibiiselscientibusaliis, diligit uxorem, sed limei Deum offendere accedendo ad illam.

Neque dicas confessionem culparum in articulo mortis esse sinceram ; non enim mulieri morienli el confitenli se prolem concepisse ex adulterio fides adhibetur nisi probet, neque quidquam cogit «Hadhibeatur tides sceleratis moricnlibus, qualis, v.g. fuit Gaufrcdus qui, ut fert historia , busto proximus, dicitur mortuus voluntate firmata in malo, confidens se post mortem aereis potestatibus esse aggregandum. Est e contra fundata ratio timendi ne, quem in vita gesserunt animum Ecclesiam irridendi, eumdem retineant in morte.

Obj. 2° *et simul inst.* Inneccntius IV, scribens in cap. Si *(piis puerum,* 3 Decretal. lit. 42 de Bapl. aperte definit sulliccre ad integritatem baptismi intentionem externam, nec ullatenus requiri internam ; dicit enim :« Non csl necesse quod baptizans sciat equid sil Ecclesia, neque quod gerat in » mente facere quod facit Ecclesia ; imo si » contrarium gereret in mente, scilicet non » facere quod facit Ecclesia, sed tamen facit, » quia formam servat, nihilominus baptiza» tus est. » Hœcveluli pro se decretoria alte decantant adversarii ; at quam immerito, *patebit cx dicendis.*

Imprimis observandum est, opera Innocenlii IV edila fuisse Lugduni, dum erat adhuc privatus doctor: unde ejussententia, fatente ipso Serrio, quævis tandem illa sit, est privati docloris, non Romani pontificis, nec in juris canonici pariem venit ; nunquam enim fuit inserta decretis juris cap. *Si quts puerum ,* quamvis oppositum quidam falso scripserint contra fidem omnium exemplarium.

Observandum insuper, textum Innocenlii non integre ad præsens institutum referri , immediate enim subjungit, *dummodo baptizare intendat.* His praemissis,

R. Innocentium IV excludere duntaxat intentionem explicitam Imis , scu effectus sacramenti, non vero internam intentionem ipsiussacrarncnti seu ritus ul sacri in Ecclesia, sed e contra ipsum aperte cl certo requirere: quod ut manifestum fiat, nccessc est integrum ejus textum rcierre. Dicit itaque : » Ad hoc ut aliquis baplizalus sil necessa» rium est quod baptizans *intendat baptizare, non tantum balneare vel carnes lavare.* Nec tamen videtur nccesse quoad » *effectum baptismi,* quod sciat quid sil b.ip» tismus, scilicet, quod ibi infundatur gra» lia, vel quod sit sacramentum ; nec etiam » oportet quod credat hoc ipsum , imo etsi » contrarium credit cl tollin' reputat truf» fam el deceptionem ; tamen baptismus » suum habet effectum. Item non est neccs» se quod baptizans sciat quid sil Ecclesia , » nec quod gerat in mente facere quod fail cit Ecclesia ; imo si contrarium gereret in » mente , scilicet non facere quod facit Ec» clesia , sed tamen facit quia formam, serii vat, nihilominus baplizalus est *dummodo* » *baptizare intendat.* Unde si quis in casu » ncccssitalisconslilulus, vel etiam sine ne» cessilate vadat ad Saracenum et dicat , » Baptiza me, et doceat eum formam , et ii ille Saracenus baptizet, non credens pci n immersionem aliquid fieri nisi madefacii tionem ct non intendat eum baptizare, » vel etiam madefacere secundum intentio· » nem petentis, id est,ut *baptismus ope o*

» *tur quidquid operari potest*, et ipse bapti-
» zans tanquam minister conferat *quod alii*
» *baptisantes conferunt,* licet non credat
u *ipsuafyossealiquidopcrari,* verebapliza-
» tus est ; sed si hoc non intenderet, non
» baptizaret. Ncc est necesse quod aliquan-
» do sciat quid in his Ecclesia intelligat, vel
» etiam quod sciat vel credat Ecclesiam
» esse.ů

Hæcqui attenta etnon praeoccupata mente legerit, aperte assertam fatebitur ab Innocentio necessitatem intentionis inlernæ ad esse sacramentale, et exclusam duntaxat necessitatem intentionis ad effectum sacramenti; sicque Innocentium stare pro nostra, non pro adversa sententia. Etenim diserte distinguit Innocentius inter *baptizare,* et *balneare seu lavare carnes,* et dicit quod baptizans, si servet formam et intendat *non balneare aut lavare carnes ;* sed *baptizare,* sacramentum perliciat.Ergo praeter formam serio positam, praeter ritum externum requirit Innocentius intentionem non externam quæ est inseparabilis a ritu externo , sed internam, non balneandi aut lavandi carnes, hoc est, ponendi actionem naturalem, sed baptizandi, id est, elliciendi actionem ut sacram in Ecclesia. Enimvero juxta adversarios, qui serio ponit ritum externum , quamvis intus dicat, Nolo baptizare, sed volo balneare seu lavare carnes, perficit sacramentum. Ad id expresse negat Innocentius : ergo aperte contra ipsos pro nobis stat. Insuper dicit Innocentius quod, *si minister non intendat conferre quod alii baptizantes conferunt, non baptizat :* quibus verbis requirit intentionem implicitam effectus baptismi , non explicitam quam prius excluserat; non potest autem esse intentio implicita effectus bap'irmi, nisi in intentione explicita faciendi rem ut sacram in Ecclesia, quia tantum ut sacra ct non ut profana producit effectum. Tandem si Innocentius esset inlelligendus ad sensum adversariorum , neque esset necessaria intentio faciendi ritum externum, quia dicit non esse necessariam intentionem faciendi rilum externum, quia dicit non esse necessariam intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Ecclesia autem juxta adversarios facit tantum ritum externum, sicque valebit sacramentum ab ebrio, dormiente aut amente co latum.

Quando ergo Innocentius dicit non esse necessoquod baptizans gerat In mente U cero quod facit Ecclesia , imo quod si ccntrarimn gererct in mente, scilicet mm b cere quod facit Ecclesia, perficeret baptismum, excludit duntaxat, ut jam dixi,», cessitatem intentionis explicita» (inis sen effectus sacramenti, seu, ut ipse formalissime dicit, *quod baptismus operetur quidquid operari potest secundum intentionem petentis baptismum ;* non voro necessitatem intentionis esse sacramentalis, siquidem, ul dictum est, præter formam requirat expresse intentionem non balneandi aut lavandi carnes, sed baptizandi. Sensus illius itaque est quod , quamvis minister nesciat baptismum producere aliquem effectum, neque quid sit Ecclesia, et ideo ex illo privato errore nolit facere quod facit Ecclesia quoad effectum baptismi, si tamen intendat baptizare et non balneare aut lavare carnes, hoc ipso intendit ritum in Ecclesia sacrum cl implicite ejus effectum , sicque sacramentum perficit; neque enim ista intentio destruitur per intentionem quam habetti privato errore Ecclesiam nihil esse et baptismum nihil producere.

Dices. Innocentius in primo membro talus àj'ali jam excluserat intentionem finis seu effectus sacramenti ; in secundo ergo membro, dum excludit intentionem faciendi quod facit Ecclesia, aliam intentionem excludit, scilicet ipsius esse sacramentalis. Unde post primum casum, tanquam novum subjiciens, dicit : *Item non esi ntcesse quod baplizatus,* etc.

R. Innocentium etiam in secundo metabro aperte loqui de intentione effectus sacramenti ; loquitur enim de ministro qu: *non intendit baptizare seu madefacere l·'eundum intentionem petentis baptismum, id est, ut baptismus operetur quidquUoptrari potest.* In utroque ergo membro casus est de intentione effectus sacramenti, sed sub diversa ratione : in primo membro csl de ministro qui nescit quid sil *baptismus el* quod *ibi infundat gratiam ;* in secundo membro est de ministro qui nescit *quidril Ecclesia,* ct ideo quasi novum casum subjicit Finalitcr itaque el summalim eo reducitur textus Innocentii quod , sive minister nesciat quid sil baptismus el quod gratiam producat, sive nesciat quid sit Ecclesia, modo baptizare intendat ct conferat quod alii I baptizantes conferunt, et non tantum bal

J* |

neareaut lavare carnes, quidquid aliud In mente gerat, vere baptizet ; et hoc nos dicimus.

Objectiones ex SS, Augustino et Th· veteribusque scholasticis·

Obj. 1° cx S. Aug. lib. 7 dc Bap. contra Donat, cap. 53, ubi inler varios casus hunc proponit : an sil minus probandum baptisma quod a mimo repente converso extra Ecclesiam suscipitur, quam illud quod in Ecclesia recipitur, si tradens ct recipiens fallaciter seu simulato animo agant. En ejus verba : « Sed arbitremur etiam fallaciter c aliquem dantem, cum el tradens ct acci- B piens fallaciter agant in ipsa unitate ca- » tholica : utrum hoc magis baptisma sil «acceptandum, an illud quod in mimo B(iudo) datur si quis existât qui fideliter » subito commotus accipiat? an, quantum a ad ipsos quidem attinet homines, pluri- b muni distet inter credentem in mimo d (ludo) ct irridentem in Ecclesia, ad ip- B sius autem sacramenti integritatem nihil » intersit?» Huic quaestioni respondet S. Aug. supponendo quod baptisma fallaciter datum et acceptum in Ecclesia sit validum, et inde propendet ul credat susceptum a mimo converso extra Ecclesiam sit etiam validum. «Si enim, inquit, nihil interest ad » integritatem sacramenti in ipsa catholica b Ecclesia, ulrum id aliqui fallaciter an veli raciler agant, cum tamen idem ulrique b agant; cur extra intersit non video quan- B do ille qui accipit, non simulatione pal- B liatus, sed religione mutatus est. An plus d valent ad confirmandum sacramentum illi d veraces inter quos agitur, quam ad frusti irandum illi fallaces a quibus agitur et in u quibus agitur? Et Union si postea proda- D tur nemo repetit, sed aut excommunivcando punilur illa simulatio, aut pocni*i* tendo sanatur. »

Neque dici potest cum Bellarminoct aliis | quibusdam , S. Aug. non resolutive sed dubitanter loqui, co quod immediate subjungat : « Sed nobis lutum est in ea non pro- B gredi aliqua temeritatesentenliœ quæ nul- B Io in catholico regionali concilio coepta, fi nullo plenario terminata sunt. » Hæc enim verba referuntur ad baptismum a mimo extra Ecclesiamsusccptum,nonad baptismum fallaciter in Ecclesia datum et acceptum ; ex supposita enim validitate istius. *utjam dixi el patet ex textu,* inclinatur ut credat alterum esse validum ; atqueadeo supponit primum validum, ul dicat quod si simulatio proflatur, non repetatur, quod non dixisset si de ejus va'orc dubitassel. Videtur ergo certum, baptisma fallaciter et simulato animo traditum el Misecptum in Ecclesia, habitum fuisseabS. Aug. ralurn et validum. *Subsumo.* Atqui qui fallaciter et simulato animo baptizat, non habet intentionem interiorem , sed exteriorem tantum. Ergo.

II. Ü. subsumplum. Atqui qui fallaciter cl simulato animo baptizat fallacia ct simulatione intentionis, non habet intentionem interiorem, *C.* fallacia et simulatione fidei, *N,* Loquitur autem S. Aug. non de simulatione seu fallacia intentionis, sed fidei, vocalque illum fallacem qui, non habens rectam fidem de verilatc au·, efficacia sacramenti , illam tamensimulatconferendo baptisma quasi ipsum crederet verum sacramentum grnliæ productivum, ideoque fallit. Hæc autem fallacia non impedit quin possit intendere generaliter facere ritum ul in Ecclesia sacrum.

Hunc esse legitimum sensum S. Aug. mullis constat. 1° Tota controversia inter S. Aug. ct Donatislas contra quos agit, fuit de fide et non de intentione ministri. 2° Ne unum verbum in toto textu S. Aug. proferri potest quod exprimat simulationem intentionis. 3° Dicil fallacem de quo loquitur, si ejus fallacia prodatur, puniri excommunicatione, nusquam autem apparet in Ecclesia statutam fuisse excommunicationem simulantibus intentionem, sed bene haereticis occultis, cum deteguntur. 4° Opponit fallaciam de qua loquitur, fidei : « An plus, υ inquit, distet inter credentem in mimo et υ irridentem in Ecclesia ? u Ergo intelligit fallaciam fidei el non intentionis. 5* Opponit fallaces veracibus : α An plus, inquit, » valent ad confirmandum illi veraces inter » quos agitur, quam ad frustrandum illi fal- » laces a quibus agitur? » Per veraces autem inlclligil societatem credentium, ut paulo post explicat dicens : e Ubi autem πο- υ que societas ulla esset ita credentium, ηο- υ que illequi ibi acciperet ita crederet, etc. » 6” Paulo supra dicit : « Praeteritis majorum p statutis, non dubito etiam illos habere bap- » lismum qui, quamvis fallaciter id acci- » piant, in Ecclesia tamen accipiunt, vel p ubi putatur esse Ecclesia ab eis in quo-

;

π

jd rum societate id accipitur. » At vero habemus quidem statuta majorum dc valorc baptismi collati absque fide seu cum fallacia mentienle fidem, sed nullum prorsus de valore baptismi collali sine intentione; aut ostendant adversarii. 7°Tandem S. Aug. eodem sensu sumit fallaciam in dante et accipiente, *ul palet;* non est autem verisimile S. Aug. existimasse valere sacramentum in adulto qui non haberet intentionem illud suscipiendi.

Neque hic omittenda est retorsio solita argumenti. Augustinus absolute affirmat agentem fallaciter verum conferre sacramentum, nec ullatenus requirit quod conferat in circumstantiis consuetis . si ergo intelligat dc fallacia intentionis et inde probetur non requiri intentionem interiorem , perinde probatur contra adversarios eam non requiri extra circumstantias.

Intt. 1°S. Aug. fallaces agnoscit in Ecclesia catholica, veraces in hærcsi : « Quids»t » sceleratius, inquit loco citato, in Ecclesia » fallaciter accipere, an in hæresi vel schi» smate sine fallacia? » Atqui fallaces fallacia fidei non sunt in Ecclesia catholica, ct vcraccs veracilate fidei non sunt in hærcsi. Ergo.

Λ. *D. min. pro utraque parte. Pro prima,* fallaces fallacia fidei non sunt in Ecclesia catholica interius et vere , *C.* exterius et quoad apparentiam, *N. Pro secunda parte:* veraces veritate fidei supernaturalis non sunt in hærcsi, *C.* voraces veritate fidei humanæ, *N.* Quamvis enim hærelicus in uno amittat fidem supernaturalem circa omnia alia fidei nostræ mysteria, quia nullum credit ex molivo divinæ revelationis ; potest tamen habere fidem humanam de aliquo, etsi careat quoad alia , ut palet in Calvinislis qui habent fidem humanam de mysterio SS. Trinitatis et Incarnationis, non dc mysterio Eucharistiae. De ejusmodi autem veracibus loquitur S. Aug. qui lidcm humanam habent de veritate et effectu sacramenti , licet quoad alia errent, sicut fallaces inlclligit qui circa veritatem et effectum sacramenti errant ; et tales vcraccs in hæresi posse reperiri certum est.

Inst. 2° S. Aug. per fallaces intclligit non qui sunt solum exterius in cœtu fidelium, sed qui sunt de Ecclesia, scu habent fidem Ecclesiæ. Ergo. *Prob. ani.* Inlclligit eos qui sunt in unitate catholica , *(radens,* inquit, | *cl accipiens fallaciter in unitate cathôtka,* atqui qui sunt in unitate catholica habent fidem Ecclesiæ, a fide enim Ecclesia babet quod sit una. Ergo.

R. N. ant. Ad probat. 1°AT. *min.* ruw» 5. *Aug.* Ipse enim 1.4 coni. Donat., cap. 1ß, agnoscit hærclicum posse baptizari cirem*, nere *in unitate catholica.* 2° *D. min.* Qui sunt in unitate catholica interius et vere, habent lidcm Ecclesiæ, *C.* qui sunt in unitate catholica exterius ct apparenter tantum , *N.*

Inst. 3° Juxta S. Aug. non differt quoad integritatem baptisma collatum fallaciter in Ecclesia, a baptismo collate in ludo a mimo: atqui si intentio interna requiratur, erit inter ulrumque differentia quoad integritatem ; quia baptisma collatum a mimo in ludo foret sine intentione, collatum fallacia fidei foret cum intentione, sicquc differrent quoad integritatem. Ergo.

7t 1° S. Aug. quamvis propensus esset nl crederet baptisma collatum mimo converso esse validum , id tamen noluisse affirmare, sedsuam sententiam dubitanter proposuisse.

2° *N. min. et e;»s probationem.* Potest enim contingere quod quis ludendo habeat veram intentionem faciendi rem sacram in Ecclesia, quam referat ad suam recreationem, ut dixi § præced. de S. Alhanasioel aliis.

3° Si intclligatur hunc baptismum collitum fuisse omnino jocose cl mimice, tunc aberit intentio externa ; non est enim intentio externa quando minister actionem serio non perficit : ergo vel sine ulla intentione erit validum istud baptisma, quod est hærelicum , vel dicendum adfuisse internam.

Adde retersionem argumenti de baptismo privatim collate, ad cujus integritatem abjicientes requirunt intentionem internam.

Inst. 4° S. Aug revera dubitavit an baptisma collatum mimo omnino ludicre cl jocose, adeoque etiam sine externa intentione, esset validum. Dicit enim laudato cap. 53 : α Utrum approbandus esset baptis» mus qui sic daretur, divinum judicium m per alicujus revelationis oraculum, con» cordi oratione et impensas supplici devo» tione gemitibus, implorandum esse cen· » serem. » Ergo longe magis dubitavit de necessitate intentionis interna*.

R. 1° *retorsione argumenti, cl subsumo.* | Atqui tamen juxta adversarios, requiritur

intentio interna in collatione privata baptismi : ergo et ab ipsis est solvendum argumentum.

R. -2° S. Aug. non dubitasse an baptisma collatum mimice et sine intentione faciendi quod facit Ecclesia esset validum; sed dubitabit an inimice baptizans posset habere intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Vide obj. 2. § præccd.

Inst. 5° S. Aug. probat contra Donalistas, sanctitatem et conscientiam ministri non esse necessariam ad veritatem sacramenti, iis rationibus quæ pariter probant | non esse necessariam ejus intentionem internam. Sic lib. 1 contra litteras Pctiliani, cap. 1, probat sanctitatem et conscientiam | minislri non esse necessarias, quia est occulta; cap. 3, quia cum sil occulta, salus baptizatorum esset semper incerta; ibid, quia spes ponenda foret in homine; cap. 5, quia baptizatorum origo el radix non est homo baptizans, sed Christus : atqui hæ omnes rationes militant pariter contra intentionem internam. Ergo.

R. 1° *retorquendo argumentum.* Atqui hæ omnes rationes pariler militant contra intentionent internam, quam necessario requirunt adversarii extra circumstantias. Solvant ergo priusquam opponant.

R. 2° *N. miri.* 1° Enim longe major est incertitude conscientiæ et sanctitatis ministri quam ejus intentionis : illam nec certo scii se habere ipse minister, istam cerlo cognoscit ; illa difficillime, ista facillimo habetur. Unde, hoc ipso quod minister serio sponte ritum externum peragit, ejus intentio est moraliter certa, non vero ejus sanctitas et conscientia ; ideoqtie si requireretur ministri sanctitas cl conscientia, semper incerta esset salus baptizatorum, secus si requiratur intentio; nec magis erit incerta cx necessitate intentionis, quam sil incerta ex necessitate materiæ aul formæ quæ potest secreto corrumpi : hæc autem aliqualis incertitudo non officit certitudini morali, qua major non habetur in negotio salutis. 2°S. Aug. probat in sententia Donatistarum, præserlim Petiliam contra quem agit, spem salutis fore ponendam in baptizante-cl hunc esse caput el origincin baplizatorum, quia Petilianus contendebat quod sanctitas baptizantis baptizalum mundaret el sanctificaret etiam ut causa quasi princeps, ita ut Christus ad hanc sanclificalionem non concurreret, nisi forte ubi maculosa peccatoris conscientia ignoran tur. Hæc constant ex S. Aug. cap. 5 citato : « An » forte, inquit alloquens Petilianum , cum » baptizantem perfidum ille qui baptizatur » ignorat, tunc Christus dat fidem, Mnc » Christus est origo et radix ct caput? O » humana temeritas et superbia! Cur non » sinis potius ut semper Christus det fidem, » chris'ianum dando facturus? Cur non sinis » ul semjier sit Christus origo Christiani, » in Christn radicem christianus infigat, » Christus Christiani sil caput? » Ita ul quæslio inter S. Augustinum ct Pelilianum non tam esse de sacramento conficiendo, quam de sacramenti confecti virtute cl cfficacia : at vero nos neque somniando quid simile ‹ gilamus. Profitemur cum Ecclesia catholica, Christum esse causam principalem nostræ sanctificationis, ministrum autem ad perfectionem sacramenti concurrere per intentionem ul instrumentum, sicut concurrit per materiam el formam, et etiam falentibus ipsis adversariis per intentionem extra circumstantias. Unde, sicut in eorum sententia neque spes ponenda est in homine, neque baptizans est origo, radix et caput baptizatorum ; sic nec in nostra : et utrique discimus cum Apostolo : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*

Inst. G°S. Aug. lib. 3 contra Cresconium, c. 8 : « Qua monte, inquit, operetur ini» nisler, qua laboret intentione, non cu» rente. » Ergo.

R. 1° et hoc esso solvendum ab adversariis, cui curandum de intentione dicunt, dum sacramentum administratur extra debitas circumstantias.

2° S. Aug. ibi loquitur de intentione, non quæ respicial confectionem sacramenti, sed ejus effectam; cum enim dixisset Crescemus · a Sicut qui plantat el rigat, non » r.isi fidelis colonus el diligens adhibetur : o respondet S. Aug. « Quasi vero quod inli» gdclis colonus plantaverit, propter ejus in» fidelitatem, non germinet vis sæminis..... « qua mente operetur, qua laboret inlen» lione, non curent. »

Obj. 2° ex D. Th. S. Doct. in 4, d. 6, q. 1, a. 2, quæsliunc. 1, ad 2, cum sibi proposuisset hoc argumentum : α Intentio homi» nis non est alicui certa nisi sibi : si ergo re» quiralur intentio ad baptismum, non erit

> certum de aliquo quod sit baptizatus, nisi d apud cum qui baplizavit, et hoc csl incon- » veniens quod homo sil in tanto dubio salu· d lis. » *Respondel* .'«Ad hoc duplicitersecun- » dum diversas opiniones respondetur. Qui- li dain enim dicunt quod, si desii mentalis d intentio in baptizante, non confert sacra- li mentum baptismi, tamen in adulto supplet d fides et devotio effectum baptismi... si au- » tem sit puer, creditur pie quod summus » sacerdos,scilicet Deus, defectum suppleat j) el salutem ei conferat... Alii dicunt quod d in baptismo cl in aliis sacramentis quæ d habent i· forma actum exercitum , non » requiritur mentalis intentio, sed sufficit » expressio intentionis per verba ab Ecclesia » instituta, ct ideo si forma servatur, nec » aliquid exterius dicilur quod intentionem » contrariam exprimet baptizatus est. » El inhacpræsentiquæstione64, a. 8, ubi quæ- ril utrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, numero 2, idem argumentum sibi proponit et similiter res- pondet : « Circa hoc est duplex opinio : Qui- » dam enim dicunt quod requiritur menta- » lis intentio in ministro, quæ si desit non » perficitur sacramentum : sed hunc effcc- *u* tum in pueris qui non habent intentionem » accedendi ad sacramentum, supplet Chris- » tus qui interius baptizat ; in adultis au- » tem qui intendunt sacramentum suscipc- d re, supplet illum defectum fides et devo- » lio. Sed hoc satis posset dici quantum ad » ultimum effectum qui est justificatio a a peccatis, sed quantum ad effectum qui est *o* res el sacramentum, scilicet, quantum ad d characterem , non videtur quod per devo- » lionem accedentis possit suppleri, quia » character nunquam imprimitur nisi per ʋ sacramentum. Et ideo alii melius dicunt « quod minister sacramenti agit in persona » totius Ecclesiæ cuius est minister ; in ver- *d* autem quæ profert exprimitur intentio d Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sa- d cramenli, nisi contrarium exterius ex- » primatur cx parte ministri vel recipientis » sacramentum. » Ex his textibus manifes- tum est, juxta S. Thomam, ad perfectionem sacramenti non requiri intentionem menta- lem seu internam, sed sufficere externam ; rejicit enim mentalem, et dicit sufficere in- tentionem Ecclesiæ expressam in verbis quæ profert minister, nisi contrarium ex- terius exprimatur : intentio autem Eccle-. si» expresse in verbis ministri est Citerior

Hanc objectionem prai se ferre difficulta- tem non diffiteor; sed imprimis observari- dum quoad textum ex4senlent. desumptum probabilius videri secundam responsionem non proferri a S. Th. ut suam, sed ul quo- rumdam theologorum sui temporis, ul fate- tur ipse Calharinus ; tum quia in corpore ejusdem quæsliunculæ et ad 1 et 3, requirit non solam expressionem intentionis per ver- ba , sed præter materiam cl formam ipsam intentionem baptizandi et sacrainentalia conficiendi ; tum quia verba quibus constat forma baptismi, dicuntur in ea responsione instituta ab Ecclesia. Quis autem credat S. Thomam ex propria mente dixisse formam baptismi esse institutam ab Ecclesia, cum ipse doceat, et fide sil certum esse institutam a Chrislo? *Neque dicas* formam haplismi dici institutam ab Ecclesia quoad modum et ordinem tantum : nam Apostoli ante Chrisli passionem eam usurpabant secundum eum- dem ordinem et modum quem a Chrislo acceperant, et, sicut nunc, baptizabant di- contes: *Eqo le baplizo in nomine Palri$,el Filii, el Spiritus sancli.*

Neque etiam valet si dicas, S. Thomam in Summa loco citato, eamdem responsio* nem proferre ut suam; nam non est omnino eadem ulriusque responsionis doctrina. In4, dicit non requiri intentionem mentalem,sed sufficere expressionem intentionis per verba ab Ecclesia instituta; in Summa, dicit re- quiri intentionem Ecclesiæ : in 4, loquitur tantum desacramentis quæ habent in forma actum exercitum ; in Summa, nullum exci- pii. *Sed eslo* foret eadem ulriusque textus doctrina, nihil velat aliter juniorem, aliter seniorem sensisse, ul de facto probabilius contingit in casu. Verius itaque existimo cum P. Gaud quod, si S. Doctor unam ex his duabus responsionibusadhiheat utsuam, prima potius quam secunda sil illi adseri- benda ; lum quia erat communior tunc tem- poris, sic enim censebant Magister, Alex. S. Bonavenlura et alii; tum quia ipse S. Th. in 4, d. 3, q. 1, a. 2, q. 3, ad 4, dicit quod, in casu quo, una persona Trinitatis nomi- nata, puer vel sacerdos moreretur, *creditor quod invisibilis Sacerdos supplealdefeclum*^ Hanc tamen sententiam senior tactus in Summa abdicavit. Cœterum quidquid sit de textu cx 4 sentent, desumpto, remanet sal- tem difficultas in texluSummæ, ubi con-

stat S. Doctorem loqui cx propria sententia. I

Solutioni præmitio 1°, incredibile esse S. Thomam his paucis verbis evertisse quod loties et Um expresse alibi asserit, atque excludere necessitatem intentionis internæ et sufficientem existimare solam expressionem verborum, cum in eodem loco diserte asserat ritum externum ex se indifferentem dcherc determinari ad esse sacramenlale per intentionem ministri, ministrum tanquam instrumentum animatum debere per intentionem se subjicere Chrislo ut principali agenti; art. 10, ministrum qui non intendit conlicere sacramentum, nihil efficere; in 4, d. 11, q. 2, art. 2, q. 3, ad 1, intentionem quæ ordinatur ad perfectionem sacramenti, esse essentialem sacramento ; Opusc. 5 , si minister non intendat sacramentum conficere, non perfici sacramentum, et hærelicum posse baptizare, dummodo servet formam Ecclesiæ et intendat facere quod facit Ecclesia; infra q. 68, a. 7, ad 2, intentionem suscipiendi sacramentum esse necessariam in suscipiente vide probationem sextam : incredibile est, inquam, S. Thomam qui hæc et similia diserte asserit, existimasse solum ritum externum serio peractum, seclusa quavis alia intentione, esse sacramentum; nisi velis S. Duct, palpabiles, non semel, sed pluries, non in dissitis locis, sed in eodem loco, contradictiones asseruisse. Sed, etsi verum sil quod praetendunt adversarii,

Præmilto 2°, hunc nodum, in quo vim maxime faciunt, es*e etiam ab ipsis solvendum. Dicunt enim non sufficere externam intentionem, sed requiri internam quando minister privatim non rogatus, nec in loco sacro, atque extra alias circumstantias adhiberi solitas, sacramentum ministrat : atqui S. Th. non distinguit inter sacramentum cum circumstantiis vel sine circumstantiis collatum, sed dicit absolute ct generaliter de omnibus sacramentis et quovis modo serio collalis, *in verbis quas profert minister , exprimi intentionem Ecclesiæ, quæ sufficit adpcrfecliooncmsacramcnti,nisi contrarium exterius exprimatur :* ergo si per hæc verba rejicit necessitatem intentionis internæ, objicientes habent D. Thomam sibi æque ac nobis contrarium ; ct quidquid dicent ut ab hac difficultate se extricent, pro nobis dictum habebimus. Inierim inter varias solutiones, duas propono quæ mihi videntur probabiliores·

Quidam ergo *respondent,* S. Thomam per intentionem Ecclesiæ quam dicit sufiicero ad perfectionem sacramenti, non inlclligere intentionem quæ sit in sola Ecclesia ct non in ministro, sed etiam quæ sil interius in ministro faciendi quod facit Ecclesia, et quam idcirco vocat intentionem Ecclesiæ; quia quod primum et proxime Ecclesia intendit, csl facere ritum sacrum ; qui hunc ergo intendit, intendit facere quod facit Ecclesia el habel intentionem Ecclesiæ. Enimvero si per intentionem Ecclesiæ quam S. Doctor (licii sufficere ad perfectionem sacramenti , non inlelligeret etiam internam intentionem ministri faciendi quod facit Ecclesia, sed solam intentionem quæ habitualiter in Ecclesia reperitur, manifeste sibi contradiceret in eodem articulo, in cujus corpore et in resp. ad i et 3, requirit in ministro intentionem etiam internam faciendi quod facit Ecclesia , ut probavimus. Hæc solutio, quamvis non sil communis, sat tamen mihi arridet, eam præ cæteris amplectitur erudiliss. professor Avcnionensis in laudata disseri, potestque meo sensu sustineri adversus oppugnantes instantias. Igitur

Inst. 1° S. Th. primam opinionem quæ requirit intentionem mentalem in ministro, rejicit; postquam enim eam retulit, dicit: *Alii melius dicunt : ergo* per intentionem Ecclesiæ non intclligit intentionem mentalem seu internam ministri.

/i. *D. ant.* Opinionem quæ requirit intentionem mentalem rejicit, præcisequia requirit intentionem mentalem. *N.* quia dicit quod, si desit intentio mentalis, Christus suppleat defectum sacramenti in infantibus, in adultis aulem eorum devotio, C. *Palet ex textu:* sibi objecerat S. Doclorquodsi requireretur intentio interna ministri, salus foret incerta : huic objectioni adhibet duas responsiones in quibussupponil necessariam esse intentionem internam, el tamen non ideo esse incertam salutem. 1° Quia, licet requiratur intentio mentalis, attamen juxta quosdam Deus vel devotio suscipientis supplet defectum sacramenti, et sic non est incerta salus. 2° Rejecta hac responsione quantum ad id quod dicit Deum aul devotionem suscipientis supplere defectum sacramenti, verius ct probabilius dicit quod i» verbis quæ profert minister exprimatur intentio Ecclesiæ, quæ sit etiam interna ipsius ministri intentio faciendi quod facit Ecclesia

ct quo'! hæc intentio suffiri t ad perfectionem sacramenti, abi contrarium non exprimitur exterius; *c* i sic etiam tollitur anxietas circa veritatem sacramenti. Quamvis enim nontm omnimode et physice certum, ministrum habere intentionem internam quam verbis exterius exprimit, id tamen est moraliter certum , ct hoc suificit ad sedandam animi anxietatem; non enim niajor habetur certitudo in negotio salutis, ut jam dixi, neque prudenter limentur anxie pericuia et remota rarissime contingentia, solique haeretici certitudinem absolutam et inconcussam salulisadstruunl. Sicut ergo pœnitenscredit sineanxietateseesseabsolutum, quia, quamvis absolute fieri possit quod sacerdos absolvens vitiaverit formam absolutionis quæ secreto profertur, est tamen moraliter certum eam integre fuisse prolatam; ita in casu de intentione. Non enim est minus certum, ministrum sponte serio ritum externum peragentem habere intentionem internam faciendi quod facit Ecclesia, quam certum sil ipsum formam vel baptismi vel pœnitcnliæ pronuntiasse.

ReplicabisR. S. Th. in secunda responsione loquitur dc intentione, qua stante potest minister exterius exprimere contrarium et irritare sacramentum : atqui minister qui habet intentionem internam faciendi quod facit Ecclesia, nihil potest exterius exprimere contrarium quod rrrilct sacramentum; etsi enim joco illud conferret, perficeret tamen sacramentum, stante illa intentione interna faciendi sacramentum. Ergo.

R. N. min. Potest enim minister cum illa intentione interna, sive ex errore, sive ex ignorantia, siveexinadverlenlia vitiare exterius formam sacramenti ant adhibere materiam illegitimam, ct sic cum sua intentione nihil efficere.

Alii respondent quod, quando S. Th. dicit quod in verbis quæ profert minister exprimitur intentio Ecclesiæ quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, non intclligat quod sufficiat hæc intentio Ecclesiæ verbis ministri expressa ad perfectionem sacramenti simpliciter et quoad se, sed quod sufficiat ad perfectionem sacramenti secundum humanam certitudinem ct quoad nos; cx hoc enim vitatur inconveniens objectum in argumento, quod quilibet esset incertus suscepti sacramenti. Hoc ipso enim quo videmus ministrum sponte serio applicare formam materia.· , nec exterius contrariam intentionem demonstrare, moralilcr corti sumus de veritate sacramenti, ut modo dicebam, nec alia certitudo requiritur ad tollendam anxi* talem; sicque responsio adæquate satisfacit argumento. Unde sic in forma *distingui).* Intentio Ecclesiæ in verbis ministri, si contrarium exterius non exprimatur; sufficit ad perfectionem sacramenti, quantum ad humanam existimationem et moralem certitudinem, *C.* sufficit ad perfectionem sacramenti in se ct secundum se sumpti, N. Similiter S. Th. excludit intentionem mentaleni tanquam necessariam ul habeatur certitudo moralis, *C.* tanquam necessariam ul perficiatur sacramentum, *subdislinguo* ul *unie.* Ul perficiatur sacramentum in se,A'. ut perficiatur in judicio Ecclesiæ el conscientia suscipientis, *C.* Hæc solutio est Cijetani, Solo, Nugno, Cabrera, Vincentii, Baronii, Goncti, eminentiss.Gotti, Suaris, Valentiæ, Becani, Bcrli, et communior tam apud Thomislas quam apud extraneos.

Hanc autem esse mentem S. Thomæ, colligitur non solum ex his quæ habet in corpore ejusdem articuli, el inresp. ait et 3 et alibi, ut vidimus, ubi aperte requirit intentionem internam : neque solum cv ipso argumento, cui debet correspondes solutio, ut mox dicam, sed ex ipsis verbis objectis; enim non sufficere quoad nos intentionem Ecclesiæ verbis ministri expre -ain, si contrarium exterius exprimatur. Ergo censet non sufficere quoad Deum si contrarium interius minister exprimat; siculenim contraria intenlioexlcrius expressa necessariam intentionem destruit quoad nos, ila contraria intentio interius expressa destruit intentionem necessarium quoad Deum.

Neque dicas quod contraria expressio reddat prolationem formæ non seriam sed ridiculam ; serii, quippe est, quia est conformis inlernæ intentioni, et ideo scria, quia sincera. Insuper si contraria intentio exterius expressa reddat quoad nos prolationem formæ non seriam, sed ridiculam : ergo interius expressa reddit prolationem formæ apud Deum non seriam , sed ridiculam,el per illam minister non se subjicit Christo ut principali agenti.

Inst. insuper. Quando S. Th. dicit in prima responsione, quosdam auctores mentaIcm seu internam intentionem requirere ad perfectionem sacramenti, loquitur de per-

feclione sacramenti simpliciter el in se sumpti ; sic enimintelligebanlisti auctores. Ergoqflaudo, rejecta illa opinione, dicit intentionem Ecclesia verbis ministri expressam sullicere ad perfectionem sacramenti, inlclligit etiam dc perfectione sacramenti in sect non solum quoad nos.

/L *N. conseq.* Quia non rejicit primam sententiam quatenus requirit intentionem mentalem ad perfectionem sacramenti in se, sed quatenus, supposita illius necessitate, dicit nihilominus haberi certitudinem salutis (de qua erat argumentum), per lioc quod Deus suppleat effectum sacramenti, ul paulo antea dictum est. Undo in secunda responsione, supposita eliam necessitate mentalis intentionis ad perfectionem sacramenti in se, dicit haberi nihilominus, sed aliunde, certitudinem moralem salutis, nempe expressionem seriam intentionis Ecclesiæ in verbis ministri, quod sufficit ut certi moraliter simus ministrum habuisse intentionem mentalem necessariam, ct sacramentum esse peractum, nisi contrarium exterius exprimatur.

Repones. S. Th. in argumento quod sibi opponit et quo vult probare non requiri intentionem internam ministri ad perfectionem sacramenti, loquitur dc perfectione sacramenti de uua loquitur in titulo articuli ; alioquin thesim quam isto argumento impugnandam sibi proponit, non attingeret : atqui in titulo articuli agit de perfectione sacramenti ii. se, ut omnes fatentur : ergo el in argumento quod sibi opponit. *Subsumo.* Atqui debet in responsione agere de eadem perfectione de qua agit in argumento, alioquin illud non solveret : ergo in responsione agit de perfectione sacramenti in sc ct non quoad nos lanium.

/?. *D. ultimum consequens.* Ergo in responsione agit de perfectione sacramenti in se, ut probet illam non esse incertam, si omnia exterius rite peragantur, *C.* agit de perfectione sacramenti insc, ul probet eam consistere in his solis exterioribus, *N.* Solutio mihi plane evidens est cx argumento. Sensus enim alicujus responsionis æstimari debet cx objectione cui respondetur; objicit aulem sibi S. Th. quod, si intentio mentalis requiratur ad perfectionem sacramenti , cum illh intentio non sit nota, nemo esset certus suæ salutis seu sacramenti susccpti. Respondet sicut nos respondemus adversariis quando idem argumentum nobis objiciunt, quoti, quamvis intentio mentalis ad perfectionem essentialem sacramenti requiratur , non tamen sequitur quod nemo sil certus suscepti sacramenti, quia hoc ipso quo minister pronuntiat verba supra materiam, nihil contrarium exprimendo,certi sumus moralilcr cum habere intentionem mentalem requisitam el ideo esse perfectum sacramentum. El hic est planissimus sensus responsi collali cum argumento, in quo non magis S. Th. intentionem internam negat quam nos negamus cum eidem argumento respondemus.

Tandem, ul iterum repetam, ner repetere piget, advertant adversarii in his omnibus sc suo gladio transfigere. Quando enim minister privatim cl extra circumstantias ritum externum serio peragit sine intentione interna , in verbis quæ profert, exprimitur intentio Ecclesiæ, ncc contrarium, ut suppono, exterius exprimit; el tamen fatentibus adversariis hæc intentio Ecclesiæ sic expressa non snflicil ad perfectionem essentialem sacramenti, sed requiritur intentio interna ministri

Obj. 3° celebres quosdam veteres scholasticos quiCatharino praeiverunt cl pro intentione externa steterunt. .Magister Sententiarum , in 4, d. 27, docet quod consensus externus verbis expressus sine interno faciat matrimonium. Petrus Paludanus, in 4, d. 6 , q. 2, dicit opinionem dc intentione externa posse delendi, el argumenta in contrarium solvit. Sylvester, vebo Ztap*lismus,* lit. 3, n. 12, dicit opinionem de extorna intentione sustineri posse et hanc S. Thomam defendere. Ergo.

R. 1· Estohos el quosdam alios antique « scholasticos intentioni extern® favisse, sunl privati theologi qui conciliorum decretis, summi ponlificisdefinilioni, Ecclesiæ praxi el aliis probationibus nostris praeponderare non va'ent.

R. 2" *ad primum.* Magister sententiarum in 4 , d- 6 , express** doeet ad integritatem baptismi requiri intentionem baptizandi ; in loco vero objecto, loquitur de matrimonio quoad forum exterius , ut ipsum explicat S. Th. ibid, in expositione textus.

Ad secundum. Licet Paludanus concedat hanc opinionem defendi posse , dicit tamen ibidem contrariam esse tenendam ul communiorem cl luliorcm.

Ad tertium. Equidem Sylvester fuit dubius infer utramque opinionem, vult tamen quod ii quis sit baptizatus sine interna inle»"One, sil rebaptizandus sub conditione. Neque dicit S. Thomam tenere sententiam deexterna intentione, sed *videtur,* inquit, *tenere.*

Objectiones n ratione.

Tædiosus forem si omnia argumenta quæ a ratione proferunt extern® intentionis defensores exscribere vellem: plura ex jam dictis solutionem habent : quapropter præcipua duntaxat proponam.

Obj. 1° Ministri sacramentorum sunt in rcpublica Christiana tanquam person® public® qu® nomine Chrisli et Ecclesiæ sacra munia obeunt: ergo in eis necessaria est et sufficit intentio qu® ipsis, ul sunt person® public®, competit. *Subsumo.* Atqui intentio ritus externi a Christo instituti serio peragendi competit eis ut sunt person® publice, alia autem interior contraria competit eis ut sunt privat® person®. Ergo.

R. Omisso ant. D. subsumplum. Intentio ritus externi serio peragendi a Christo instituti, ul a Christo instituti et in Ecclesia :acri, competit cis ut sunt person® publicae, *C.* ritus externi serio peragendi materialiter , ut ritus naturalis el profani seu irrisorie, *N. Patet ex dictis probat.* 2.

Omisi ant. Qui enim in casu necessitatis baptizat sine solemnitate, item judæus, aut hæreticus baptizans, non se gerunt ut personas ct ministros publicos Ecclcsi®, ut docet Auctor hic a. 6, ad 3 ; neque ministrans extra circumstantias, ul docent objicientes : ergo iis saltem foret necessaria intentio interior.

Inst. 1u Ministri sacramentorum sunt in Ecclesia sicut legali prmcipum in rcpublica civili, sicut judex constitutus a rege in ferenda sententia, sicut mandatarius respectu mandati superioris, sicut notarius respectu contrahentium: atqui acta legati nomine regisexterius peracta sunt valida, quidquid ipse legatus interius contradicat ; sic , v. g. valide transferret dominium alicujus provinci® nomine regis, quamvis ipse interius non consentiret ; sic Aman, quamvis hæc verba, *Sic. honorabitur quem rex honorare voluerit,* contrario animo proferret nomine regis, verumtamen honorem Mardocluco exhibuit. Sententia judicis solemniter prolata valet, etsi ipse interius nolit absolvcr», Mandtoiarius exterius indicando mandilun superioris, aut faciendo quod jussit, r. ? dando eleemosynam præscriplain, viliifc suum munus adimplet, etsi interius oblectetur animo. Contractus a notario publi co intus reluctante peractus est validut Ergo.

R. duplicis generis distingui niinislrm seu deputatos ab aiiis ad certa negotia,u jam observavi superius. Quidam sunlmcri nuntii, deferentes duntaxat aliorum voluntatem ; alii deputantur cum potestate pnj suo judicio ct arbitro faciendi vel noni;· ciendi : hujus secundi generis sunt ministri sacramentorum , ul probatum est. Legatuitaque seu minister regis vel rcipublicæ,ii sit primo modo deputatus, valent ejus adi exteriora sine intentione; et talis erat Aman in casu : secus in secundo modo sit deputatus. Idem dicendum de mandalario. Sententia judicis solemniter prolata sine intentione absolvendi, valet duntaxat in foro exteriori, non interiori, nisi quando accedenti reipublic® consensu firmatur; quoddicino potest de Ecclesia respectu sacramenti quul de se est nullum. «Juxta unanimem Iheo» logorum sententiam , inquiteard. de l.t» go, disputat. 8, sect. 2, n. 18, nullus » actus legitimus validusct in foro conscicn» tiæ, quando iit absque interno consensu, » licet in foro exteriori existimetur validus... » Et de hoc nulla est controversia apud tbc » logos cl juristes.» Notarius non facit contractum, sed scribit tantum : faciunt autem contractum ipsi contrahentes, sine quorum consensu interno est invalidus.

Adde pro relorsione“solila, his argumentum probari non requiri intentionem internam in ministro qui privatim et extra circumstantias sacramentum administrat, quod negant objicientes.

Insl. '2 Poterat Christus sic instituere sacramenta , ul valeant independenter ab intentione ministri : atqui sic fieri congruebat : ergo. *Prob. min.* Sic enim magis inanifeslarclur Dei potentia el sapientia, et nuigis innotesceret Deum esse causam principalem, hominem vero solum instrumentalem. Ergo.

R. 1° *hoc argumento probari* sic etiam Christum instituisse sacramenta, ut privalim extra circumstantias collata valeant sine intentione interna; cædem enim congnicn-

tiæcurrunt : unde nimis probat in sententia ubjci iilium.

R. 2··N. min. el ejus probalionem. E contre enim magis elucescit divina virtus ct sapientia, quod sic per hominem tanquam instrumentum causet gratiam, ut ejus modum agendi connaturalcmconservet; atque hoc magis dignitati sacramentorum el ministrorum congruit, neque per hoc minuitur in Deo ratio causæ principalis, nec in ministro ratio causæ instrumcnlalis.

Obj. 2° Nihil aliud requiretur in ministro quam quod intendat facere quod facit Ecclesia : atqui qui serio facit ritum externum intendit faccre quod facit Ecclesia, quidquid intus intendat : ergo. *Prob.min.* Ecclesia facit ritum externum. Ergo.

R- 1° *Retorqueo argumentum.* Qui sacramentum ministrat privatim extra circumstantias sine intentione interna, facit serio ritum externum ; et tamen, falcnlibus adversariis, non intendit faccrc quod facit Ecclesia. Idem dic de muliere abluente domi infantem cum prolatione verborum. Unde

R. 2° *N. min. Ad probat. D. ani.* Ecclesia facit ritum externum materialiter ul naturalem ct profanum, *N.* ul sacrum cl a Christo institutum, *G.* Sic autem non facit minister sine intentione interna. Vide probationem secundam.

Insl. 1° Impossibile est quod minister serio peiagcns ritum externum, non faciat sacramentum, quantumvis animo obludetur : ergo. *Prob. ani.* Peragendo serio ritum externum applicat formam maleriæ : atqui ex applicatione formæ ad materiam necessario resultat compositum, etiamsi renilcnle voluntate interna agentis; ut applicata forma cathedrae ligno, necessario iit cathedra; applicatis el dispositis coloribus in tela, necessario fit pictura ; apposita forma sigilli ccræ, fit necessario sigillatio, quantumvis agens intus contradicat. Ergo. *Patel maj.* Quia verba sacramcntalia sunt forma, et res sensibiles sunt materia. Est ergo in tali ministro duplex voluntas contraria : una absoluta, qua vult ponere eide (acto ponit ritum ; altera conditional.*! qua non vellet fieri sacramentum, et hæc superatur a prima : sicut nauta qui simpliciter el absolute vult projicere merces in mare urgente tempestate, el conditionatc vellet non projicere ; quæ secunda voluntas superatur a priore absoluta.

R. i' totum argumentum parilcr probare, si quid probat, non solum non requiri intentionem internam ad perfectionem quando ritus extra circumstantias serio peragitur, aut dum mater abluit domi infantem cum prolatione verborum, quod negant adversarii; sed etiam quod sacramentum collatum ab ebrio, amcnle, vel mimo valeat ; sil enim ebrius, amens aut mimus qui jocando disponat lignum in formam calhedræ,applicet coloreslabell.c, imprimat sigillum ccræ, quantumvis interius contradicat, resultat cathedra , pictura, sigillatio. *Vide probationem secundam el sextam.*

R. 2° A'. *ant. Ad prob.N. maj. Ad prob. D.* Verba sacramcntalia sine intentione interna prolata sunt forma materialiter, *C.* formalilcr, *N.* Cum enim etiam serio prolata sint adhuc indifferentia ad significationem sacram vel profanam, non determinantur ad significationem sacram sub qua sunt formalilcr forma sacramenti, nisi per intentionem internam ministri. El in hoc, ul jam observavi, maxime allucinatur adversa sententia.

Quantum ad id quod additur de duplici voluntate contraria, verum est quod, quando versantur circa idem objectum, absoluta superat condilionalem , sicut contingit in naula circa easdem merces. At secus si versentur circa diversa objecta ct utraque sil absoluta, ul in casu; intentio enim externa versatur circa opus indifferens, interna cirm opus ut sacrum ; utraque csl absoluta, possuntque simul consistere, ncc una superatur ab altera.

Insl. 2° Verba sacramcntalia , imo totus ritus externus sunt signa sacra cx institutione Chrisli : atqui signum semel institutum , si exterius proferatur aut exhibeatur, significat id ad quod significandum csl institutum. Ergo. Item sunt medicamenta , medicamenta autem sanant independenier ab intentione interna medici.

R. 1° hoc argumento probari verba sacramcntalia serio prolata super materiam præscnlem , non solum a ministro privatim agente el intus reluctante, sed etiam ab ebrio, amente, mimo, psittaco, esse sacra ct conficere sacramentum, quod est hærelicum ct absurdum. Unde

R. 2° *D. maj.* Verba sacramcntalia sunt sacra signa ex instilulione Chrisli depen-

denier ab intentione interna ministri, *C.* independenterab illa, *N.* Insuper *esto vera esset minor* de signis mere speculativis, *falsa est* de signis praeficis quæ cfiiciunt quod significant, qualia sunt signa sacramentalia; id enim non habent ex se, sed cx voluntate illius cui data est potestas efficiendi quod significant : sic autem in sacramentis est minister. *Ad secundum,* disparitas est, quod medicamentum a naiura habet vim sanandi : at ritus externus non csl ex se determinatus ad esse sacramcntale, sed debet ad id determinari per intentionem internam ministri ; semel vero determinatus et perfectus, tunc ad instar medicamenti sanat independenterab ulteriori intentione ministri.

Insl. 3° Hoc ipso quo quis vult conficere sacramentum etiamsi intus nolit conferre effectum sacramenti, confert tamen. Ergo similiter, hoc ipso quo vult facere actum externum, etiamsi intus nolit facere sacramentum , facit tamen. Item qui adhibet signa quæ scit osse magica, etiamsi ea nihil æstimet el animo derideat, facit tamen quod magi faciunt Ergo similiter.

R. ad primum. .V. *conseq.* Data est mox disparitas, quod saerarz/mtum valide confectum sit ex s* determinatum ad causandam gratiam ; agP enim tunc >;t aliæ causæ necessariæ : al opus externum non est ex se determinatum ad esse sacramcntale, sed ad kl debet determinari per intentionem ministri.

Ad secundum, R. quod si illa signa quæ scitesse magica nolit intus adhibere ut magica, sed simulare tantum et irridere, non faciat quod magi faciunt.

Adde retorsionem utriusque argumenti conlra intentionem internam quam requirunt adversarii in collatione privata sacramentorum.

Insl. 4° Juramentum promissorium serio emissum exterius sine voluntate jurandi, esi verum et validum juramentum. Ergo similiter sacramentum sine intentione illud conficiendi.

R. N. ant. Ad rationem enim juramenti veri et validi requiritur animus jurandi seu vocandi Deum in testem, ut prolavimusex communi sententia in tract, de Religione, dissert. 5, art. 1. Quia juramentum est invocatio divini Numinis, invocatio autem importat non solum actum intellectus qui csl locutio interna, sed eliam actum rofofc talis quo optamus el intendimus Deum adesse nobis teslem.

Inst. 5° Juramentum promissorium sine animo jurandi obligat : ergo est validum.

II. 1). ant. Obligat in foro externo, *C.* in foro interno, *subdistinguo.* Obligat vi juramenti , *N.* obligat ob scandalum et damnum quod evenire solet promissario si non sene-tur, et secundum aliquos, ob reverentiam quæ debetur divino Numini, eliam cxlcrius lanium invocato, *C.*

Inferes. Ergo qui sic jurat et qui juramentum hujusmodi violat, non csl perjurus, quod videtur damnatum in hac propositione proscripta ab Innoccnlio XI : *Si quis juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra sc aliquid aliud quod non fecit..... revera non mentitur, nec est perjurus.* Ille enim non jurat animo vocandi Deum in testem falsi quod exterius exprimit, sed veri quod in mente retinet. Ergo.

R. propositionem damnatam non agere de eo qui juramentum fictum violat, sed de eo qui juramentum facit; et illeliccl non sit perjurus stricte, quia ille dicitur stricte perjurus qui vel falsum jurat vel veruni juramentum violat, est tamen secundum quid et latiori sensu perjurus ; 1° quia est perjurus exterius; 2° quia dicitur perjurium minus stricte omne juramentum illicitum, juramentum autem fictum est juramentum illicitum. Insuper ad falsitatein et damnationem propositionis copulalivæ, sufficit quod una pars sit falsa, qualis est certo hac in dicta propositione, *revera non mentitur.*

Addam, el, quamvis forte ad nauseam, repetere non desinam, totam hanc instantiam de juramento probare conlra ipsos adversarios. Si enim iunmemum solemne sine animo jurandi sil verum juramentum et obliget, etiam juramentum privatum sine animo jurandi est verum juramentum ct obligat. Ergo si quid valeat h.rc paritas, probat sacramentum privatim collatum et extra circumstantias sine animo interno illud conficiendi, esse validum, quod est conlra adversarios.

Obj. 3° Athæus, paganus, vol judæus possunt valide conferre baptismum, *ul diximus conclusione secunda* : atqui pcrliciendo serio ritum externum, non possunt habere inicnlionem internam faciendi rem

sacram, siquidem illam ut caeremoniam superstiliosam reputent, cl Ecclesiam impiorum conventum. Ergo.

R. D. min. Non possunt habere intentionem faciendi rem sacram, absolute in se sacram, *C.* ut sacram in Ecclesia, *N.* Quamvis enim irrideant Ecclesiam, et ejus caeremoniam superstitiosam et impiam in se credant, non ignorant tamen eam frequentari in Ecclesia ut sacram et religiosam : unde, dum intendunt facere quod facit Ecclesia eamque ceremoniam peragere eo modo quo fieri solet in Ecclesia, non obstante eorum privato errore, habent intentionem internam ct perficiunt sacramentum. aSi vero, b inquit Doctor noster Angelicus hic, art. 9, » ad 1, patiatur fidei defectum circa ipsum » sacramentum quod exhibet, licet credat » per id quod agitur exterius nullum sequi b interiorem effectum, non tamen ignorat b quod Ecclesia catholica intendit per hu- ll jusmodi quæ exterius agit præbere sacra- li mentum : unde, non obstante infidelitate, b potest intendere facere quod facit Ecclesia, d licet æstimet id nihil esse ; el talis intentio » sufficit ad sacramentum, d

Insl. Episcopus ordinaturus protestatur se nolle ordinare excommunicatos; ct tamen hi vere sunt ordinati, siquidem illos Ecclesia suspensione mulclet, non reordinarejubeat. Ergo.

R. 1° hoc argumentum militare contra adversarios qui dicunt ritum externum serio peractum non sufficere ad sacramentum, si contrarium exterius exprimatur.

7?. 2° episcopum id protestari ad terrorem tantum : at ubi compertum existimat nullum adesse excommunicatum, vult omnes praesentes ordinare : et sic non vi ritus externi præcise, sed vi internæ intentionis sunt ordinati.

Obj. 4° *ab inconvenientibus.* Si vera sit sententia nostra, *sequitur* 1° quod nemo possit esse certus suscepti sacramenti, ncc ideo suæ salutis, ubi sacramentum csl necessarium necessitate salutis, quia intentio interna nulli potest ess*' nota ct certa : unde S. Th. in 4, d. 5, q. 2, art. 2, quæstiunc. 1, dicit quod ea quæ pertinent ad substantiam sacramenti debeent esse certa ; et inde negat bonitatem ministri esse dc substantia sacramenti, quia non est certa. *Sequitur* 2° quod Ecclesia possil deficere : ponamus enim parochum, ritum externum serio peragendo, non intendere baptizare infantem; hic infans fit sucerda», fit episcopus, fictitius scilicet ; diu vivens omnem clerum su® diœcesis renovat, nulli erunt in ea sacerdotee, nullum sacrificium, nulla peccatorum absolutio, nullus clerus, proinde nulla ecclesia quæ ex clero tanquam ex poliori parte constat. Quod autem in una dioecesi contingit , in pluribus et in omnibus contingere potest, sieque Ecclesia deficere. *Sequitur* 3° quod valor sacramenti penderet a probitate ministri qua intentionem hanc secundum nos requisitam adhibeat : diximus autem supra probitatem in ministro non requiri. 4° *Sequitur* quod salus hominis, Spiritus sanctigralia, virtus sanguinis Christi ab hominum arbitrio pendeat; quod plus possent nocere homines quam juvare Christus, et hominem non solum plantare et rigare, sed etiam incrementum dare. 5° *Sequitur* quod innocentes plecterentur propter malitiam aliorum. Ergo.

R. i° retorquendo argumentum integrum. Juxta adversarios requiritur intentio inlerior dum sacramentum confertur privatim cxlra circumstantias consuetas : ergo qui sic baptizatur, incertus erit suscepti baptismatis, et si revera defuerit intentio ista, factus sacerdos el episcopus, nullum sacrificium perficiet, nullum absolvet, nullum ordinabit, sicquc deficere poterit Ecclesia, valor sacramenti pendebit a probitate ministri, salus hominis et gralia ab ejus arbitrio, plus poterit nocere homo quam Christus juvare, et dabit homo incrementum, innoccnsqucpleclclur propter malitiam aliorum : ergo neganda est necessitas intentionis internæ extra circumstantias. Item in omni sententia catholica requiritur ad perfectionem sacramenti certa materia et certa forma; hæ autem Sc vitiari possunt, ul vitium nulli nisi ministro pateat. Ergo idem quod prius, nullus suscepti sacramenti erit certus, poterit Ecclesia deficere, valor sacramenti pendebila probitate ministri, salus hominis ab ejus arbitrio, plus poterit homo nocere quam juvare Christus, homo incrementum dabit et innocentes plectentur propter aliorum malitiam. Hæc devorent et solvant adversarii priusquam illa nobis objectent. Interim

R. 2° *ad primum , D.* Sequitur ex nostra sententia quod nemo possit esse certus suscepti sacramenti, certitudine physica el on>

nimoda, *C.* certitudine morali, *N.* Hoc ipso enim quo minister sponte serio ritum externum peragit, cerium est moraliter ipsum habere intentionem internam faciendi quod facit Ecclesia, quam verbis exprimit; hæc enim facillimo habetur, nec abesse potest nisi cx mera malitia ministri, quæ supponi non debet nisi certis indiciis constet. Neque alia certitudo haberi potest in sententia adversariorum dc necessitate intentionis interne extra circumstantias, ct in omni sententia catholica dc necessitate formæ et materiæ ; major autem certitudo morali non requiritur nec reperilur, uljam dixi, in negotio salutis. Quis scit enim an amore vel odio dignus sit? El ita docel ipse Scrrius in Vindiciis Calharini, cap. 4.

Ad I). Thomam. Ex eo quod debeant esse moraliter certa quæ spectant sacramenti substantiam, recte infert S. Doct. non esse necessariam ministri probitatem, absque eo quod ex eodem principio liceat inferre non esse necessariam intentionem : quia cum sanctitas difficile habeatur, et multi appareant probi qui intus sunt mali, imo ipse qui nullius criminis est sibi conscius, coram Deo aliquando non sil justificatus, longe minor haberi potest certitudo de probitate ministri quam de ejus intentione quam verbis exprimit, quæ facillime habetur et quæ non decsl nisi cx speciali el expressa malitia, quæ supponi non debet sine gravibus indiciis, ut jam dixi.

Ad secundum. De lide certum est ex promissionibus Christi, Ecclesiam non po*se deficere; de fide non est hunc hominem esse baptizalum. Ergo ex hoc quod possit contingere hunc hominem non esse bapli^alum, insulsum est inferre Ecclesiam posse deficere, quasi, prion casu posito, non habeat Christus unde stet promissis, lia sob t simile argumentum S.Th. in 4, d. 24, q. 1, art. 2, q. 3; neque ideo recurrimus ad miraculum, ut quidam sugillant, sed ad communem providentiam «pia Deus suam Ecclesiam quam indefcclibilcm instituit, gubernat , *nisi dicas* esse miraculum quod Deus non permittat Ecclesiam deficere ex adulteratione formæ aul materi® irj sacramentis.

Ad tcriium, I). Sequeretur quod valor sacramenti dependeret a ministri probitate ipecialiqua intentionem internam adhibet, ***C.*** 61C etiam dependet in omnium sententia a probitate speciali qua materiam et U main integram adhibet; a probitate ministri generatirn sumpta pro recta ejus ce». scientia cl sanctitate, de qua fuit questio inter S. Augustinum et Donatistas, et nos supra, *N.*

Ad quartum, cliam D. Sequeretur quod salus hominis el gratia absolute sumpta penderet ab arbitrio hominum, JV. potest enim Deus sine sacramentis el quo voluerit modo salutem el gratiam conferre; salus el gratia ut oblinenda per sacramenta, *C.* Sic etiam pendet ab hominum arbitrio quoad positionem formæ et materi®, nec reputatur inconveniens. Unde non sequitur quod homo plus posset nocere quam Christus juvare, eum posset Christus independenter a sacramentis gratiam conferre, et homo virtutem sacramenti semel valide peracti impedire non possit : nec etiam sequitur quod homo det incrementum principaliter, quod Paulus voluit excludere, scd instrumentaliler lanium.

Ad quintum. Suscipiens sacramentum vel est justus, vel obnoxius peccato originali aut actuali : si hoc secundum, Deus non punil innocentes permittendo defectum intentionis in ministro; si primum, quod inde puniatur innocens, est per accidens el præter Dei intentionem : sicut dum permittit non adesse qui sacramentum conferat , vel adesse qui adulteret materiam aul formam, non semper est ex intentione puniendi, sed propter allioree el secretiores rationes sibi soli nolas, sed semper Justas,

Obj. ultimo. Non minor requiritur interitioinsuscipienlesacramentum quam in conciente .atqui non requiritur intentioinlerior in suscipiente, quia lin ocentius III, cap. *Majores,* extra dc Baptismo ; concil. Iolci. IV, pt D. Th. in 4, d. 6, q. 1, ari. 2, q. 3, dicunt valere baptismum metu suppliciorum susceptum . baptisma aufein metu suppliciorum susceptum , sine intentione interiori suscipitur. «

R. 1° more solito indo probari contra objicientem non requiri intentionem intrrioiom in ministro conferente privalim et extra circumstantias

R. 2° Λ. *maj.* Cum enim minister sil agens ex cujus intentione ritus externus e«t determinandus ad esse sacramcmale. mi»jor in eo requiritur intentio quam in susct-

eicnte, qui est patiens et cujus intentio non est (letenninativa ritus externi ad esse sacramcnlalc, sed dispositio quædam ad ilium. Nec in hoc sibi constat Serrius cujus est hoc argumentum : nam , juxta ipsum cap. 12, non valet sacramentum collatum a ministro metu mortis, et tamen contendit hic quod sacramentum simili metu susceptum valeat: ergo minor in suscipiente requiritur intentio quam in conferente. Item cap. , docet quod , licet amens aut dormiens possit valide baptizari, non tamen possit valide baptizare; quia, inquit, in conferente desideratur intentio absoluta, in suscipiente sufficit conditionata : ergo minor in suscipiente quam in conferente.

R. 3° jY. *min.* Scd de illa art. scq.

§ III. — *De qualitate intentioni» Interna requiilta ad integritatem sacramenti**

Supposito cx § præcedenti, requiri ad perfectionem sacramenti intentionem internam in ministro seu intentionem faciendi ritum externum qualem Ecclesia frequentat ct ut in ea sacrum ct religiosum : quærimus qualis debeat esse illa intentio? Nam multiplex solet distingui intentio.

1° Dividitur in actualem , virlualem, interpretalivam ct habitualem. Actualis est, qua quis actuali ct expressa volilione vult aliquid, ut dum aliquis actu vult baptizare, consecrare, recitare Horas. Vidualis est, quando quis vi intentionis actualis prxlerilæ aliquid agit. Intcrprctativa dicitur, quæ nec est ncc fuit, sed præbct fundamentum existimandi quod esset si cogitaretur, aut rogaretur, aut casus contingeret. Habitualis dicit puram concomilantiam ali* cujus habitus aut consuetudinis absque ullo live actuali, sive victuali influxuvoluntatis in actum , ut si justus dormiens recitet preces. Hæc fusius deduxi in tract.de Ultimo Fine, dissert. 1, a. 5. Vide.

2° Intentio distinguitur in explicitant qua aliquid intenditur in scipso, et implicitam qua aliquid intenditur non in scipso, sed in alio in quo continetur; dc qua etiam dixi loco citato.

3° Alia csl intentio in actu signato, ut cum quis dicit expresse ore vel mente, Volo hoc facere , volo celebrare, volo baptizare; aha m actu exercito, ut dum quis absque h> quod dicat expresse,Volo facere, facit tamen sciens cl advertens quid laciat.

4° Alia est intentio absoluta, quæ a nolia conditione pendet ; alia conditionata, qua aliquid intenditur non absolute, scd dependentor ab aliqua conditione,

Jam dixi in tecunda concliuione praecodentis §, intentionem faciendi qmxl facit Ecclesia seu ritum in ea sacrum cl eo modo quo illum frequentat, debere esse explici tam, quia in nulla alia priori intentione continetur ; intentio enim rilus externi est indifferens ul sit rilus sacer vel profanus , ul sincere peragatur vel irrisorie ; intentionem autem rilus, ut absolute in se sacri,seu sacramenti in se productivi graliæ , non necessario debere esse explicilam, sed sufficere si sit implicita, quia continetur in intentione explicita faciendi ritum ul in Ecclesia sacrum ; talis enim rilus est sacramentum ct causa gratiæ.

Certum est insuper, non requiri intentionem in actu signato, scd sufficere intentionem in aclu exercito ; hxc enim xquivalcl primx, cum impossibile sit quod aliquis sui compos sciens el volens faciat aliquid ei non vclil facere. Restat igitur difficultas de prima cl quarta divisione. Unde

Dico 1° Ad integritatem sacramenti non sufficit intentio interpretative, nec habitualis: non requiritur actualis; requiritur et sufficit virlualis, si tamen minister sil sui compos.

Prob. prima pars. Quia intentio interpretativa non est dc facto intentio, sed dispositio ad illam, cl forct duntaxat si de ca aclu rogaretur aut cogitaretur.

Neque obstat quod videatur sufficere in suscipiente sacramentum, v. g. in adulto qui, in articulo mortis sui impos, valide recipit extremam unctionem de qua susci-

quain quod enim, ut jam dixi el dicam, requiratur major intentio in ministro quam in subjecto, adultus catholicus qui voluit lutem, voluit implicite omnia media necessaria et utilia ad salutem, consequenter exIremarn unctionem : unde haac intentio in illo non est mere interpretative, et potest aliquo sensu dici virlualis implicita quoad susceptionem sacramenti.

Prob. secunda part. Intentio habitualis, ul dixi, est qux solum concomilantiam habitus aut consuetudinis importat, sine aliqua deliberatione aut intentione praxedente; aut qua' si prtccessil, nullatenus neque

•tclualilcr neqne virtualiler influit in actum, irno contrariam intentionem patitur, ut patet in eo qui cum habitu charitatis peccat venialiter: atqui cx tali intentione non iit actus humanus, cum possit haberi in dormiente, ebriu, vel amente. Ergo.

Si dicas S. Thomam hic a. 7,ad 3, docere *intentionem habitualem* sufficere ad perfectionem sacramenti, *R.* S. Doctorem per intentionem habitualem inlclligere vii lualcm, *ul manifeste* pute/extextu/dicilenirnta Li-
» cct illo qui aliud cogitat non habeat inten-
» tionem actualem, habet tamen habitualem
o quæ sufficit ad perfectionem sacramenti;
n puta, cum sacerdos accedens ad baptizan-
» dum, *intendit facere* circa baptizandum
» quod facit Ecclesia : unde, si in ipso actus
» exercitio illius cogitatio ad alia rapiatur,
» cx *virtute prima·, intentionis* perficitur
» sacramentum. » Ubi evidens est has particulas *cx virtute primæ intentionis,* significare intentionem virlualcm. Unde non pauci arbitrantur, propter cognationem utriusque vocabuli abbreviat), cx oscitantia exscriptorum mendum irrepsisse, ct loco *virlualem* positum fuisse habitualem, præserlim cum in quibusdam exemplaribus anni 1540 lega *lar virlualem*. Cæterum, si S. Thomas revera scripsit habitualem, secutus est morem suo tempore satis communem, quo sæpe intentio virlualis vocatur habitualis, *ul palet* cx S. Bonavenl. in 2, d. 41, a. 1, q. 3, et ex Richardo,in eamdem dist. a. 1, q. 2, eo quod intentio virlualis per modum habitus remanet.

Hic q. 64. a. 8. ad 3.— *Prob. tertia pars.* Quia , inquit Auclor, habere intentionem actualem, non est positum in potestate hominis; cum enim vult mullum intendere , prælcr intentionem ejus cogitatio ad alia divagatur. Non potcsl autem dici quod intentio quæ est homini impossibilis sit necessaria conficiendo sacramento. Et ila statuit Rituale Romanum el apprehendit communis sensus theologorum.

Prob. quarta pars. 1°Non sufficit intentio habitualis ct inlerprctaliva : non requiritur actualis : ergo requiritur et sufficit victualis. 2° Quia virlualis dicitur quæ vi actualis praecedentis influit in actum, proindeque sufficit adactum humanum.

Sed difficultas est quid sit illa virtue prime intentionis?

Respondi in tract, de Ultimo Fine loco citato, esse quamdam determinationem relictam ex prima intentione; illam autem determinationem esse aliquod diclamen ortum cx primo, unum enim oriturcx altero,

Quantum ad (Jurationem , ibidem dixi probabilius durare quandiu per contrariam intentionem non revocatur, quia non videtur aliud assignable. Vide ibidem.

Sed quia, ul etiam ibidem observavi, quamvis duret virlualis intentio, non tamen semper influit in opus agentis habentis illam, operae pretium est pro praxi elpro tollendis variis scrupulis, scire quando influit in opus et operans agit ex illa ; quod non ita facile dignosci potest.

Respondi loco citato, tunc dignosci virlualcm intentionem influere in opusclagens ex illa agere, quando quis sui compos cl moralilcr agens, etsi nihil dc priori intentione cogitet, est tamen in ea mentis dispositione ut reflectens supra se, vel ah aliis interrogatus quid aul quare agat, sta* <m quasi suscitata priori intentione, absque novo voluntatis actu , allegaret suam primam intentionem el responderet, Hoc facio propter hoc, baptizo, recito Horas 5 etc. At supra se reflectens, vel ab aliis interrogatus quid agat, omnino nesciret, vel indigeret novo voluntatisaclu, signum est quod intentio victualis non influat in opus ct quod se habeat tantum concomitanier.

Prob. quinta pars. 1° Quia quantumvis amens, ebriusaut dormiens, an teamentiam, ebrietatem aut somuum prævideril, aut etiam intenderit conferre sacramentum in ebrietate, amentia vel somno , hæc tamen præcedens intentio non influit in actum saltem modo libcroel humano, sed vi imaginationis et impressione musculorum incero·bro. Non enim homo vi prioris intenlionil se libere applicat ad agendum , sed vi ima·ginativæ, ct actus consequitur ex ea necessario ut effectus physicus, non ul ellectus humanus : unde *palet* quod non remaneat intentio victualis, aulsaltem quod opus non fiatex illa.

2° *Sed esto* remaneat intentio virlualis, hæc sola non sufficit ad confectionem sacramenti, sed insuper requiritur quod actio sacramenlalis scu applicatio formæ ad materiam sit actio humana , qualis non csl ministro sui non compote.

3° Requiritur ulterius quod verba in sacramentis sint verba formaliter, id est, sr-

gnificativa seu explicativa conceptus operantis ; in ebrio autem , amento vel dormiente sunt verba materialiter tantum ul in psittaco.

4° Item minister sacramentorum est dispensator mysteriorum Dei, debet autem dispensator esse compos sui et dispensationem gerere ex judicio ct ratione.

Dices contra hanc ultimam partem. 1° Amens, ebrius aut dormiens in necessitate valide suscipit sacramentum, si ante amentiam , ebrietatem aul summum intenderit illud suscipere: ergo etiam valide confert. 2°Qui post actualem intentionem voluntarie distrahitur in actuali collatione sacramenti, illud valide conficit : ergo similiter ebrius, amens aut dormiens. 3ü Qui intendit aut etiam prævidel se in ebrietate commissurum homicidium, si se inebriat elioccidat , reus est homicidii : ergo hujusmodi intentio sufficit ad actionem humanam. 4- Qui per procuratorem contraint matrimonium , si antequam procurator contrahat, incidat in amentiam, validum est matrimonium, ct tamen contrahens est minister. 5° Ordinatio Novitianiantipapæ, facta a Iribus episcopis vino temulentis, habita est valida, cum non fuerit iterata. Ergo.

R. ad primum, N- conseq. Disparitas est 1°, quia ut jam dixi, ministrans est agens, suscipiens est patiens: major autem requiritur intentio in agente quam in patiente. 2l Intentio ministri requiritur ut delerminativa actus externi ad esse sacramcnlale , in suscipiente autem requiritur intentio dunlaxal ut dispositio subjecti. 3° Ministrans, non suscipiens debet proferre verba formalilcr, quoti non potest amens, ebrius aut dormiens. 4° Minister est dispensator qui debet agere ex judicio el ratione, secus suscipiens : unde vir prudens, licet quandoque sua bona dispenset amentibus, nunquam tamen per amentes.

Ad secundum, N. conseq. Disparitas est, quod voluntarie distractus sil sui compos, potentia ejus manet integra et soluta, verba ejus sunt formalia , actus ejus humanus, cx prævia deliberatione ct intentione determinatur el movetur ad media propria illius operisquod conficit : nihil horum autem reperitur in ebrio, amento vel dormiente.

Ad tertium , N, iterum consequentiam. Quamvis enim admitteretur in ebrio conficiente ritum externum esse intentionem virtualem conficiendi sacramentum, sicut tn ebrio occidente hominem , et hæc. in ebrio sufficiat ut homicidium dicatur et sil ipsi voluntarium ct imputabile, non tamen sufficit ulsitsacramcnlum ; quia ad peccatum sufficit quod sit voluntarium in causa , vel aliquo alio modo, voluntate enim peccatur , ct malum cx quovis defectu; at sacramentum non perficitur sola voluntate ministri, sed actione humana , scu morali applicatione formæ ad materiam, pronuntiando verba formalitcr et agendo ut dispensator judicio etratione, quommestincapax ebrius. Adde quod non solum non liceat homini occidere hominem , sed teneatur vitare occisionem ; quod non facit ebrius in casu, et ideo jure imputatur illi homicidium : at ministrans non sic tenetur vitare ritum externum, et sic est dispar ratio.

Ad quartum. Dato ant. N. conseq. Quia conclusio nostra intelligenda est de sacramentis quæ minister per seipsum perficit el non per procuratorem, ut est matrimonium. Cum enim mandatum seu consensus datus procuratori non sil revocatus, ul suppono , remanet virtualiler; ct aliunde, cum contrahens cl procurator sint una persona πιο raliler, dum procurator sui compo? libere consentit, altera parte etiam libere consentiente, adsunt omnia requisita ad integritatem matrimonii : alioquin sequeretur quod dormiens vel ebrius tempore quo procurator contrahit ejus nomine, invalide contraheret , quod est absurdum. Neque refert quod si amens per se contraheret, nihil efficeret; sed nequedormiens aul ebrius si per se contraheret aliquid efficeret, qui tamen valide contrahit per procuratorem. Dispari-Las ergo est, quod actus amentis non sit actus humanus, actus autem procuratoris qui csl sui compos est humanus, etiam ul imperatus et procedens, secundum aestimationem moralem, a mandante : ad hoc enim sufficit quod iste libere mandaverit et non revocaverit, quia hoc solum mandatum ex parte mandantis est cm usa illius contractus, et ab illo solo mandato habclcontractusquod sit actus humanus el liber respectu mandantis, cl cæteri ejus omnes actus prætcr revocationem sunt impertinentes.

Ad quintum, N ant. Ideo enim non fuit iterata ordinatio Novatiani, non quia habebatur valida, sed quia nunquam fuit habitus legitimus pontifex. *El esto* luisset valida,

dicam hos tres episcopos non ita fuisse vino temulentos el ebrios, quin potuerint adhuc formare intentionem.

Dico 2 Sacramentum collatum cum intentione oondilionata de præsenti vel prtelerilo, ut, *si non sis baplizalus,* aut *si vivis te baptizo,* est validum si conditio subsistat, invalidum si non subsistat; quia si conditio subsistat, intentio transit in absolutam; si non subsistat, nulla est intentio.

Sacramentum vero collatum cum intentione conditionata de futuro contingenti, ut, *absolvo le si cras restituas,* est invalidum , excepto forte matrim nio;quia dum adhibetur maleria el profertur forma, intentio suspenditurjdum vero adimpletur conditio, non sunt amplius maleria el forma quibus constituitur sacramentum.

Dices. Absolutio ab excommunicatione , facta sub conditione de futuro contingenti, puta, si cras restitueris, est valida : ergo el absolutio a peccatis.

R. N. conseq. Dispariles est, quod absolutio ab excommunicatione lota pendeat a voluntate absolventis, et non a verbis aut aliquo alio exteriori signo, quod tantum adhibetur ut humano modo in notescat absolventis intentio . at absolutio sacramenlalis consistit in verbis quæ non sunt amplius dum purificatur conditio, ct quorum efficacia, dum proferuntur, impeditur per suspensionem intentionis.

Dixi *t°,de futuro contingenti;* quia conditio necessario futura, ut, *te absolvo si sol eras oriatur, si sil futurum judicium,* censetur moraliler præsens propter certitudinem eventus, nec homo serio agens censetur velle consensum suum pendere a conditione quam scit necessario et infallibiliter ponendam, sed tantum ostendere certitudinem administralionis. Si tamen revera intonderet suspendere sacramentum donec conditio purificetur, nihil efficeret.

Dixi 2°, *excepto forte matrimonio ;* quia cum matrimonium sit contractus, quando ponitur conditio censetur adhuc moraliter adesse ejus materia ct forma, scilicet tradi- i tio et acceptatio corporum , seu consensus reciprocus in traditionem et acceptationem corporum, ul in aliis contractibus. Dum enim vendo equum libi acceptanti si pater meus consenserit, dum accedit consensus patris censetur moraliler perseverare meus i **et** tuus consensus et contractus perfici. At vero qui hodie aliquem abluit sub eondltione de futuro, puta, si cras restituat, posita conditione non censetur etiam moraliler abluere crastina die nec alter ablui. El ita apprehendit sensus communis, juxta quem actus interiores, utintentio, consensus, 'dc., censentur moraliter perseverare, non ao tiones exteriores. Adde ad baptismum non sufficere ablutionem moralem, sed requiri physicam, cum e contra in matrimonio sicut in aliis contractibus sufficiat consensus moralis. Plura de contractu conditional! in tract, de Contractibus, diss. 1, art. 7, §1. Cælerum non desunt qui contendunt quod, posita conditione, debeat renovari consensus reciprocus qui est maleria et forma sacramenti , eo quod tunc non existai amplius physice nisi renovetur.

Petes 1° utrum conditio debeat exterius exprimi ?

R. Secundum communem praxim et sensum theologorum *negative;* quia hoc ipso quod apponitur, sive exterius exprimatur, sive non, æqualitcr suspendit intentionem.

Si dicas absolutionem, v. g. non fore tunc sensibilem, nec verba concordare menti.

R. ad primum, absolutionem reddi sensibilem per verba sensibilia quæ proferuntur. *Ad secundum, N.* Ut enim verba menti absolventis concordent, non esi necessequod exprimant lotum quod intendit, sed sufficit quod non exprimant seu significent aliud quam quod intendit : in casu autem non significant aliud quam quod intendit, quia non significant sacramenlaliter et practice, nisi ut subsunt intentioni absolventis.

Petes 2° utrum intentio errans perficiat sacramentum : v. g. minister putat baptizare masculum et est foemina, vel baptizare lilium Petri el est filius Joannis?

R. Si intentio ministri feratur ad præsenlem quicumque sil, ut solet et debet esse, validum est sacramentum, excepto matrimonio. *Patet* quia adest sufficiens intentio. Si tamen minister ita restringeret suam in- i tcnlioncm, ut non intenderet baptizare nisi hunc in individuo masculum et non aliuin. et esset puella, nihil perficeret defectu intentionis.

Dixi, *excepto matrimonio ;* quia cum matrimonium sit contractus consistens in tri> ditione et acceptatione corporum in indio I duo, error circa personam est en or cire·

substantiam rei, etideo initat contractum.

Priée 3° utrum ad integritatem sacramenti requiratur attentio lam in ministrante quam in suscipiente?

R. negative, excepta forte extrema unctione; quia neque ex S. Scriptura, nequ? ex conciliis, neque ex definitionibus pontificum , neque cx Patribus erui potest necessitas attentionis tam in ministro quam in suscipiente ad perfectionem sacramenti : unde ministrans aut suscipiens voluntarie distractus valide ministrat aut recipit, peccat tamen propter irreverentiam faciam sacramento, etiam mortaliter si sit contemptus aut periculum errandi in forma vel maleria.

Dixi, *excepta forte extrema unctione;* quia cum ejus forma sit deprccativa el ad | orationem requiratur attentio, ut alibi docuimus, quidam volunt quod minister voluntarie distractus non oraret, adeoque sacramentum non conliceret; quod tamen alii| negant, dicentes formam hujus sacramenti non esse orationem ul est opus operantis, sed ul est sacramenlalis.

DIGRESSIO HISTORICA.

OB CONTROVERSIA ISTER S. STP.PHAWVM PAPAM ET I. CYPRIARUM CIRCA BAPTISMA HÆRETICORUM.

Ad art. 3 linrri. I i<ri e lenlu.

Suppono 1°, plures fuisse hæreticos qui | ab aliis seclis et etiam a catholicis baptizatos rebaptizabant: hi fuerunt Himerobaptistæ, Cœlicolæ,dc quibus in Cod. Theodos. Iit. 8; i Marcionitæ et Montanislæ apud Epiphanium, hæresi 42; Donalistæ, quos multis libris exagitavit S. Augustinus; Ariani, de quibus idem S. Aug. hæresi 49; cl tandem Anabaptist®.

Suppono 2°, inter catholicos Agrippinum, episcopum Carlhaginensem, primum dogmatizasse rebaptizandos esse ab hærelicis baptizatos. Ita constat cx Cypriano, Epist. 71 ad Quintum et Episl. 73 ad Jtibajanum ; ex S. Aug. I. 2 de Baptismo ad Bonifac. c. ulliino cl alibi; el cx Vincenlio Lirin, in Commonil. n. 9, ubi hæc habel : « Quon- d dam igitur venerabilis memori® Agrippi- »nus, Carthagincnsis episcopus, primus d omnium mortalium conlra divinum cano- | » nem , conlra universalis Ecclesiæ tregu- d lam, contra sensum omniurr consacerdo- ! » tum, conlra moremelinslilula majorum, | » rebaptizandos censebat. » Quidam autoniant Tertullianum Agrippino praeivisse, sed obscura sunt Tertulliani verba,

Suppono 3°, S. Cyprianum, Agrippini successorenr non immediatum, et Firmilianum, episcopum Cæsarccnscm, cum pluribus Orientis el Africæ episcopii, circa medium tertii sæculi, Agrippini sententiam secutos, revera censuisse et propugnasse baptizatos ab haereticis esse rebaptizandos. Hanc suppositionem ut minus veram, contra unanimem theologorum sensum, impugnare aggressus est nuperus scriptor, Baymundus Massorius, ord. Minorum Conventualium.

Verum quantum ad Firmilianum, constat 1° ex ejus Epistola, inter Cyprianicas 75, quæ quamvis desideretur in editione Manutiana, reperilur tamen in omnibus aliis editionibus el in vetustissimis codicibus, adeoque tmmerito rejicitur ut supposititia a laudato auctore. 2' Constat ex Dionysio Alexandrino apud F.useh. lib. 7 Hist. Eccles, c. 5. 3' Ex S. Basilio, Epist. 1 ad Amphilochium.

Quantum ad S. Cyprianum, pariter constat ex Eusebio lib. 7 Hist. Eccles, c. 5; ex S. Basilio prius citato; e\ S. Hieron. adversus Luciferianos ; ex S. Aug qui in libris coni. Donat passim laudat Epistolas Cypriani ad Quintum, ad Pompeium, ad Juhajanum , ad Magnum et ad Stephanum, «'asque ul genuinas recipit,

Opponit recens scriptor, S. Aug. aliquando dubitasse an islæ Epistolæ essent S. Cypriani, an non potius a Donatislis confictæ, ul lib. 1 contra Crescun. c. 32, lib. 2, c. 31, Epist. 93, alias 48 ad Vincentium Rogalistam , cl 108, alias 256 ad Macrob. ideoque disputationem ejus conlra Donastistas fuisse hypotheticam . scilicet, facta hypolhosi S. Cyprianum revera has scripsisse litteras, S. Aug. cx illis argui| Donalislas, quod ob iebapli>mum a communione Ecclesia* defecerint, cum in Litteris S. Cypriano tributis unitas Ecclesiæ maxime commendaretur.

R. S. Aug. non tam suam quam quorumlain dubitationem referre; aut si suam, k Ic o tenus est, ut hypoihetieo systemati slahiliendo non sufficiat. *Quod patet* 1° quia, Epistola laudata ad Vincentium, postquam dixit...:...« Quanqnam...non...desini qui hoc » S. Cyprianum prorsus non sensissecon-

» tendant, » addit : σ Nos tamen non ne- « gamus illud sensisse Cyprianum. » El lib. ii de Baptis, c. 15, loquens de Epistola S. Cypriani ad Stcphanum, dicit : « Nam « el ipsam in isto cœlu consacerdotum Icc- ii tarn esse dixit; quod facium omnino non » dubito. » 2° Quia in Epistola citata ad Vincentium, probat duplici momento has Epistolas esse S. Cypriani; tum ob styli similitudinem cum aliis scriplis S. Cypriani ; tum quia in his maxime commendat Ecclesiæ unitatem, nec vult quemquam aliter sentientem a communione removeri : « nc- » minem judicantes, inquit, aut a jure com- » munionis aliquem, si diversum senserit, » amoventes, » apud S. Aug. lib. 2de Baptismo, c. 6 ; quod est aperta damnatio Donatislarum qui a catholicis recipientibus baptisma bærclicorum tanquam ab immundis se separaverant. Porro si cx Epistolis S. Cypriani damnantur Donalistæ, quomodo a Donatistis fabricatæ dici possunt, ut fingit recens criticus? 3° In libris dc Baptismo, S. Aug. urget passim EpistoIasS. Cypriani tanquam germanas, nullum dubitationis indicium proferens. 4° S. Aug. excusans errorem S. Cypriani, non dicit eas ipsi immerito allingi, quod peremptorium luisset pro justificatione S. Cypriani, nec omisissetS. Aug. si ila res esset;sed dicit, vel Deum hanc ei veritatem non aperuisse, vel nondum in concilio plenario tunc fuisse eliquatam, aut ipsi non salis innotuisse universalem Ecclesiæ consuetudinem, vel hanc labem lucccharitalisct falce martyrii eluisse. Hujus noslræ suppositionis veritatem eruditissimus scriptor, Laurentius Berti Auguslinianus, adversus novum ejus impugnatorum lato el docto calamo propugnat l. 31, c. 15, a quo hæc pauca deliberavimus.

His itaque suppositis , pluies quæsliones facti dc ista concertatione interStcphanum et S. Cyprianum cæterosquc tum Africa.· cum Orientis episcopos ipsi consentientes conlrovcrlunlur inter eruditos ; 1° utrum Cyprianus cum aliis episcopis sibi consentientibus hanc dc baptismo hærelicorum iterando quxslioncm ad fidem vel ad disciplinam tantum perlinere existimaverit? cl utrum S. Stephaiius illam ex cathedra tanquam dc fide definierit? 2" an Stephaniis Cyprianum , Firmilianum el alios ejusdem sententiæ de facto oxeommumcaverit, an I tantum excommunicare minatus Iu rit ? 3° an S. Cyprianus ct Firmilianus crroreni deposuerint? 4° an hi et cætcri rebaplizan les ab omni culpa excusari possint? 5° an ipse Stephaniis in errorem oppositum df non rebaptizandis ullis hærelicis lapsus fuerit ? 6° an sint alii Patres qui sententiæ rebaptizantium adhæserunl?7° tandem, quodnam sit istud concilium plenarium a quo loties S. Aug. contra Donatislas dicil definitam fuisse banc de non rebaptizandis hærelicis controversiam ? Quas omnes quæslioncs sectionibus sequentibus expendemus.

SECTIO i.

Utrum S. Cyprianus ct ejus colleger existimaverim controversiam de baptismo ad/idem pertinere, eamrjue ul talem dejiniverit Stephanies ?

Dico 1° S. Cyprianus cum collegis sibi consentientibus non existimavit controversiam de baptismo haereticorum perlinere ad fidem, sed ad disciplinam tantum.

Probatur 1° Id perlinet ad disciplinam tantum et non ad fidem, quod unicuique liberum est credere, cl cujus est diversa el libera praxis inter catholicos, salvo vinculo pacis : atqui controversiam de baptismo haereticorum talem existimavit S. Cyprianus cum suis collegis : ergo. *Maj. palet,* quia circa ea quæ sunt fidei non est libertas, sed ea credere ct agere omnes tenentur ; una enim fides , quamvis possit esse diversa disciplina. *Prob. min.* S. Cyprianus in Epistola ad Stcphanum ait :« C®· » terum, scimus quoniam quod semel im- » biberint nolle deponcrc, nec propositum » suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis et concordia* vinculo, quæ- » dam propria , quæ apud sc simul sint » usurpata, retinere. Qua in re nec nos vim » cuiquam facimus, aut legem damus, cum » habeat in Ecclesiæ administralionc vo- » Imitatis suæ arbitrium unusquisque præ- «positus, rationem actus sui Domino red- » diturus. » In Epistola ad Jubajanum: « Hæc tibi breviter, inquit, pro nostra me- » diocritale rescripsimus, nemini præscri- » bentos , aut praejudicantes , quominus » unusquisque episcoporum quod pu(:ne- » rit faciat, habens arbitrii sui liberam fa- » cultatcm. » El in præfalione concil. Garthag. ubi aderant octoginta septem episcopi, dicit : a Superest ut dc hac ip*a re » singuli quod sentiamusproferamus.n » minem judicantes, aut a jure commu·

» nionis aliquem, si diversum senserit, re- d moventes. »

Respondent quidam, S. Cyprianum præ humilitate noluisse alicui legem imponere; quia quæslio , quamvis eam crederet esse fidei, non erat tamen salis discussa et eliquata, sed ita obscura, ut cuique in re nondum universalis Er'V'siæ judicio definita , liberum esse sentire quid vellet.

Sed contra i° S. Cyprianus dicit episcopos habere libertatem sentiendi el faciendi quidquid libuerit *in administralionc Ecclesia,* ct ea relinere, salvo concordiæ vinculo, qua: *usu sunl usurpata.* Ilæc profecto non fidem, sed meram disciplinam spectant. 2° S. Cyprianus suam sententiam dc rebaptizandis hærelicis reputabat dubiam vel certam ; si dubiam , quomodo sanctissimus cl humillimus antistes in re sibi dubia tam mordaci slylo contrariam sententiam et rescriptum Slephani papæ lacerabat ? si certam, quomodo vir prudens, consultus in re sibi certa ad (idem perlinente, potuisset respondere unicuique liberum esse sentire cl tenere quod vellet? Poluisselne Athanasius ante concilium Nicænumdiccrcliberum esse Arianis sentire quæ vellenl dc consul)-stanlialilale Verbi? S. Cyrillus Nestorianis de divinitate Christi ante concil. Ephesi** num ?

Prob. 2° S. Cyprianus admittit haplizatos ab hærelicis qui absque rebaplismo in communione Ecclesiæ admissi moriunlur, posse salvarii. Ergo non existimabat rcbaptismum ad fidem perlinere. *Prob. ant.* cx S. Aug. lib. 2 de Bapl.,contra Donatislas, cap. 13, ubi de S. Cypriano loquens, dicit: α Sed cum arbitraretur eos qui extra Ec- » clesiæ communionem baptizarentur, hap- » tismum non habere , credidit cos tamen » In Ecclesiam simpliciter admissos, prop- «ler ipsius unitatis vinculum posse ad ve- » niam pervenire. » Idque probat ex ipsius S Cypriani Epistola ad Jubajanum in qua dicil : « Sed dicet aliquis. Quid ergo de » his qui in prætcrilum de hæresiad Eccle- » siam venientes, sine baptismo admissi «sunl? polens csl Dominus misericordia: » suæ indulgentiam dare, et cos qui in Ec- » desiam simpliciter admissi, in Ecclesia » dormicrn.it, ab Ecclesiæ suæ muneribus » non separare. »

Prob. 3° Firmilianus, in Episl. adS. Cyprianum, proscindens resci inluin Slcpbaiii, et volens probare cum injuste comminatum fuisse excommunicationem contra rebaptizantes, dicil : apud Romanos « Circa colo » lirandos dies pascha» et circa multa alia di- « vinærei sacramenta , esse aliquas diversi- » tales, nec obsonari illicæqualiler omnia » quæ Jlierosolymisobscnantur : secundum » quod in cætcris quoque plurimis prorin- » ciis mulla pro locorum el nominum diver- » 'itate variantur. Nec tamen propler hoc «ab Ecclesiæ calholicæ pace atque unitate «aliquando discessum est. » Ergo, juxta Firmilianum, sicul controversia de dic paschalis et diversitas rituum in sacramentis perlinent ad solam disciplinam, ita etrebaplizalio tunc temporis credebatur ad meram disciplinam perlinere.

Prob. 4° ex S. Basilio qui, cum esset ejusdem sententiæ cum S. Cypriano,in Episl. ad Amphilochium , dicil : « Sed quoniam «nonnullis Asiaticis omnino visum est, » propter mullorum oeconomiam eldispen- » sationem, eorum baptisma suscipi, susci- » piatur. » Et infra dc Encratitis : u Qi: d » hoc universali œconomiæsit impedii.., nlo » futurum , rursus consuetudine utendum » esi, el sequi oporlct Pati es,qui quæ q oad » nos pertinent providerunt.»

Prob. 5"ex S. Aug. qui, lib. 2 deBap!i«mo contra Donat, cap. 9, dicit in bac quæslione actum esse de consuetudine, el solam consuetudinem S. Cypriano objectam esse, cui, cum non esset recc-pla in Africa, nec esse universalisEcclesiæ ipsi innotuerat, re-istebal :« Consuetudinis robore, *inquit,* tene- » batur orbis terrarum, et hæcsola oppone- » batur inducere volentibus novitatem. »Et infra :« Hanc autem fuisse consuetudinem » Ecclesiæ, quæ postea, multis discussis am- « bagibus, perspecta veritate plenario con- » cilioconiirmatacst. «InsuperS. Aug.ibid, cap. 3 , agens de opinione S. Cypriani, ad ipsum excusandum, dicit. « Concilia plcna- « ria sæpe priora posterioribus emendari, « cum aliquo experimento rerum aperitur « quod clausum erat. » Palam est S. Aug. loqui de rebus non ad tidem sed disciplinam spectantibus,cum in rebus fidei concilia plenaria sint irreformabilia.

Obj. S. Cyprianus exponit sententiam suam de rebaptizandis baptizatis ab hærelicis, tanquam perlinentem ad fidem. 1°Quia Epistola ad Jubajanum dicil a Christo non esse datam hærelicis potestatem baptizandi ;

de fide est autem cum non posse baptizare, qui non habet *a* Christo potestatem baptizandi. 2° Ibid, dicit in baptismate esso originem fidei el spem salutis. 3° ibid, eadem fide credit nuPum esse sacramentum ab hærcliciscoIla(uui,quacreditunumesseDcum, unam fidem, unam Ecclesiam. Ergo.

R. 1° *communi solutione ad totum argumentum,* familiare esse his qui opinionem aliquam tenent in re theologica, eam probare ex S. Scripturis, quæ autem proferunt ex S. Scripturis sunt quidem fidei, at non ideo consequentia quam inde inferunt. Sic Asiatici probabant suam opinionem de celebrando paschate luna decima quarta, in quamcuinque diem incideret, ex testimoniis vetcrisctnoviTestamenti, et tamen omnium consensu hæc controversia non spectabat fidem, sed disciplinam. Ul autem certius dignoscalurquæsitmenscorum qui disputant, magis attendenda csl eorum praxis quam speculatio; si enim , non obstante dissidio speculationis, censeant cuique liberum esse senlire quid velit, ct non obstante diversa praxi, servent ejusdem communionis vinculum , manifestum est eos existimare suum dissidium spectarcdisciplinametnon fidem, *ul palel* in Quarlo-dccimanis. S. Cyprianus itaque et ejus collegæ mulla proferebant ex S. Scripturis, ut probarentdisciplinam suam non quidem revelatam esse et esse fidei, sicut revelatum est et est fidei esse unum Deum , unam lidcm, hærclicos non habere Spiritum sanctum, etc., sed esse fidei conformiorem et tenendam : sicque momenta probationum reputabant fidei, sicut ab omnibus reputantur, at non res his probatas scu conclusionem illatam. Itaque

R.2° *ad singula. Ad primum.* Esi quidem de fide quod, qui non habet potesfatem baptizandi, non possit baptizare : an non dicit S. Cyprianus esse de fuie hærclicos non habere potestatem baptizandi. Ad *secundum.* Similiter dicit baptismum esse originem fidei cl spem salutis : at non dicit controversiam baptismatis esse originem fidei et spem salutis. *Ad lerlium, N.anl.* Equidem S. Cyprianus, ex eo quod non sil fides el Ecclesia apud hærclicos, inferebat non esse apud eos baptisma, sed illationem non habebat ita certam de fide, sicut habebat non esse apud hærelicos veram fidem el veram Ecclesiam.

Insl. S. Cyprianus,Epist. ad Pompeium 74, vocat opinionem S. Stcphani errorem; Epist. cit. ad Jubajanum , dicit suam sententiam esse a Spiritu sancto revelatam, esse fidem et veritatem Ecclesiæ. Ergo.

R. ad primum. S. Cyprianus vocat senlenliam S. Stcphani errorem, sed noncontra fidem. Non enim hoc ipso quo aliquid est verum, ejus contrarium est hærelicum. *Ad secundum, I). ul ante.* Dicit suam senlenliam esse revelatam, esse fidem Ecclesiæ formalitcr et expresse, *N.* .illative et argnilive, *C.* Vel sumit revelationem ei fidem latiori sensu pro omni veritate cujuscumque ordinis quæ a Deo qui est prima veritas, manifestatur.

Addam ad cumulum , pluribus videri neque ab ipso concilio Nicæno quæslionem hanc fuisse decisam de fide, sed tantum per Trident, sess. 7, can. 11, in dogma fidei transiisse. 1° Quia, quamvis concilium, can. 19, jubeat rebaptizari Paulianislas ei vetat rebaptizare Novalianos, non tamen anathemate ferit eos qui aliorum hærelicorum quam Paulianistarum baptisma non receperint, quod tamen fecisset si hanc quæslionem ad fidem pertinere consuisset. 2° Quia post concilium Nicænum erant adhuc in Oriente et in Africa qui hærelieorum baptisma rejiciebant, *ut palel* ex S. Basilio, qui S. Cypriani et Firmiliani disciplinam sectabatur.

Repones. Noverant S. Cyprianus et collegæ necessitatem baptismi ad fidem perlineret ergo existimabant ad fidem pertinere quæstionem de rebaptizandis invalide baptizatis, quales esse dicebant baplizalos ab haereticis.

R. D. conseq. Ergo existimabant ad fidem pertinere quæslionem de rebaptizandis invalide baptizatis , si tenerent tanquam dogma fidei esse invalide baplizalos, *C.* secus, Λ'. Porro, cum S. Cyprianus etcollegæ apprime scirent suam opinionem de invalidilale baptismi haereticorum non esse solemni Ecclesiæ decreto definitam, illam non apprehendebant tanquam certum fidei dogma, sed ul quid fidei conformius, consequenter non existimabam quæslionem de rebaptizandis sic baptizatis a l fidem pertinere , sed permittebant cuique sentirc quid vellet, cl conformiler ad suum sensum, iterare vel non iterare hujusmodi baptismum pro diversa ecclesiarum disciplina.

Dico 2° Senscrit necne S. Slcphanuscon-

Iroversiam de baptiamo hæreticorurn per-| lineread lidem, quod incertum nobis est, I earn saltern ex cathedra tanquam dogma fidei non definivit.

Prob. Ad definitionem alicujus fidei dogmatis ex cathedra, requiritur quod summus pontifex illud loti Ecclesiæ solemni ritu, tanquam fide divina credendum, sub anathemate proponat, ut dicemus alibi : atqui talis non fuit definitio S. Stcphani circa praesentem controversiam ; non enim damnavit rebaplizalionem tanquam contrariam traditioni dogmatis, sed consuetudinis, neque suam definitionem toti Ecclesiæ lide divina credendam proposuit, sed duntaxat per privatas litteras S. Cypriano el collegis direxit.

Dices cum Honorato Tourncly. 1° Ecclesia in concilio plenario, de quosæpeS. Aug. probavit sententiam S. Stcphani et eam tanquam de lide definivit. 2° S. Stephanus excommunicationem comminatus est contra rebaptizantes; id autem non fecisset in read meram disciplinam spectante. 3° Vincendus Lirinensis, in Commonit. cap. 9, id allii mat. Ergo.

R. ad primum. 1° *N. conscq. Esto* enim concilium plenarium hanc quæslionem tanquam fidei dogma definivisset, non sequitur quod S. Stephanus ita prius eam definierit. 2° Probabile est mullis, ul modo dicebam, concilium Nicænum , quod Tournelius existimat a S. Aug. laudatum, eam ul de fide non definivisse. *Ad secundum, N. min.* In rebus enim ad disciplinam spectantibus potest papa comm nari anathema contra refractarios, ut fecit Victor contra Quarlodecimanos. *Ad tertium, N.* Dixit enim tantum Vincenlius de Stephano : *Sanxit nihil innovandum, nisi quod traditum est:* sunt autem traditiones solam disciplinam spectantes.

SECTIO n.

Utrum Slepfinnus papa defactn excommunlcnvent S. Cyprianum, Firmihantim ct alios rcbu] li~zanies ?

Dico. Stephanus papa comminatus est quidem excommunicares. Cyprianum, I irmilianum ct alios rebaptizantes, sed de facto non cxcommunicaviU

Baronius id concedit de S. Cypriano, negat de Finniliano el aliis rebaptizantibus. Sed dc utroque ct aliis.

Prob. 1°S. Cyprianus, Epist. 74 ad Pompeium, de decreto Stcphani loquens, inter plura alia quibus S. Pontificem perstringit, dicit ; *a* Dat honorem Deo, qui hæreticorurn » amicus et inimicus Christianorum, sacer- » doles Dei veritatem Christi et Ecclesia « unitatem tenentes abstinendo* putat? Si » sic honor Deo datur... abjiciamus arma, d manus demus in captivitatem, tradamus » diabolo ordinationem Evangelii, s etc. Non dicit S. Cyprianus, *abstinet* aut *abstinuit,* sed *abstinendos putat,* qua phrasi non significatur excommunicatio lata, sed ferenda, et loquitur indistincte de omnibus rebaptizantibus.

Prob. 2° S. Aug. lib. 5 de Bap. c. 25, « Stephanus, inquit, abstinendos putaverat m qui de suscipiendis haereticis priscam con- » suctudinem convellere conarentur. Iste » autem (S. Cyprianus) quæslionis ipsius » difficultate permotus et sanctis charitatis » visceribus prædilus, in unitate cum eis » manendum qui diversa sentirent. Ita » quamvis commotius, sed tamen fraterne » indignarentur : vicit tamen pax Christi in » cordibuseorum, ut nullum intereos schis- » matis malum oriretur. » Et lib de Unico Bapt. cap. 14, « Cum ergo, inquit, Stepha- » nus, non solum non rebaptizaret hærclicos, d verum hoc etiam facientes excommuni- » candos esse censeret... tamen cum eo S. u Cyprianus in unitatis pace permansit... » nec ulla facta est a S. Cypriano el eis qui » pariler de baptismo sapiebant, ab illorum » communione divisio, v Si ergo vicerit pax Christi, si unitatis pax permanserit, si nulla facta sit communionis divisio, nullum ortum schisma, nulla cerlo lata fuit excommunicatio. Et loquitur S. Aug. non solum de S. Cypriano, sed etiam de eis qui pariler scnlirent.

Prob. 3° *argumento negativo.* Eusebius, lib. 7 Hist. Eccles, c. 3, S. Hieron. Dialogo I adversus Lucilerianos, Vincenlius Lirin, in Commonil. c. 9, referentes hoc dissidium, I nihil habent dc excommunicatione lata, sive in S. Cyprianum, sive in Firinilianum,siv* in alios, quam procul dubio ut singularem et præcipuam hujus controversi» circumstantiam, si revera lata fuisset, non omisissent.

Confirmatur. Cum Donatislæ continuo opponerent catholicis exemplum S. Cypriani qui haereticos rebaptizaverat, catholid

qui contra illos pugnabant, præsertim S. Aug.non omisissentrcponereS.Cyprianum. ideo fuisse excommunicatum, si ita res esset, el tamen de illa excommunicatione lata altum apud illos silentium.

Prob. 4° et specialiter de Firmiliano. S. Dionysius Alexandrinus, in Epist. ad Sixtum, Stephani successorem, apud Euseb. lib. 7 Hist. Eccles, c. 4, luquens de Slephano, dicit: « Antea quidem litterasscri- » pseratde Heleno et Firmiliano, deonini- » bus denique sacerdotibus per Ciliciam, » Cappadociam cunclasquc finitimas pro- » vincias constitutis, seseobeam causamab » illorum communione discessurum, quod » hærelicos rebaptizarent... de his omnibus » ego ad illum epistolam misi, rogans atque » obtestans, » ne scilicet Slephanus hos omnes a communione separaret;quod omnino verisimile est eum obtinuisse, cum ab illo tempore fuerit sopitum solemne istud dissidium, et de illo nihil amplius legatur apud antiquos.

Confirmalur 1° Ecclesia Græca Firmilianum colit ut sanctum dic vigesima octava octobris; ipse etiam alluit duobus conciliis celebratis Antiochiæ anno 265 el 269, adversus Paulum Samosatenum, el Patres in Epistola synodica ipsum vocant *bcalæ recordationis virum* ;at siexcommunicatus fuisset, neque ut sanctum coleret Ecclesia, nec communicassent cum ipso Patres Antiocheni, neque eum dixissent *bcalæ recordationis virum,* præsertim cum incertum sit an se retractaverit ante mortem, sicque mortuus extra communionem ecclesiæ Romanæ.

Confirmalur 2° SiS. Slephanus Firmilianum excommunicasset, S. Cyprianum et omnes alios rebaptizantes eodem vinculo illigasset, una enim erat omnium causa , et dum aliquis error proscribitur , lata in assertoresexcommunicationis sententia, moris eslut omnes propugnantes eadem censura feriantur : atqui, falenle Baronio, S. Cyprianus non fuit excommunicabis. Ergo.

Obj. Ie Sanctus Cyprianus, in Epist. ad Pompeium, dicit S. Stephanum unitatis fuisse oblitum. ‹r Ille utique , inquit, unita- » lis oblitus , mendacia el contagia profanæ d tinctionis usurpat. » Ergo.

jR.S. Cyprianum ibi loqui deunitalebaplismatis et non de unitate communionis, *PaUl ex lexlu, a* Præccpil, inquit, de Sic- » phano loquens, nihil aliud innovari nisi » quod traditum est : quasi is innovet qui » unitatem tenens, unum baptisma uniEc- » clesiæ vindicat, et nouille utique qui uni- » tatis oblitus mendacia et contagia profa* » næ tinctionis usurpat.»

Insl. S. Cyprianus in præfatione ad concilium Carthag. dicit posse unumquemque sentire libere quod vellet, quia nullus est qui se episcoporum episcopum constituat, et cæteros terrore tyrannico ad suum sensum adigat, indigilans his verbis S. Stephanum. Ergo.

R. 1° hæc verba obvio sensu intellecta optime posse referri ad episcopos præsentes, quorum nullus se episcoporum episcopum dicebat, nec alios terrendo in suas partes trahebat. 2° Scdestohis indigitari S. Stcphanum, referuntur ad minas excommunicationis, et non ad excommunicationem dc faclo latam.

Obj. 2°Firmilianus, in Epist. ad S. Cyprianum, inter Cyprianicas 75, aperte dicit et se et S. Cyprianum cl alios ejusdem sententiæ fuissecxcommunicatos. α Quod nunc, » inquit,S. Slephanus ausus csl facere (sci- » licet discedere ab unitate), rumpens ad- » versus vos pacem.» Deinde alloquensS. Stcphanum: « Lites, inquit, cl dissensiones » quantas parasti per ecclesias totius mun- » di? Excidisti enim teipsum, noli tcfalle- » re, siquidem ille vere est schismaticus, qui » se a communnione ecclesiasticae unitatis » apostatam fecerit; dum enim putas omnes » a te abstinere posse, solum tc ab omnibus » abstinuisti.» Postea refert S. Stcphanum episcopos a concilio Carthag. Romam missos , noluisse « ad sermonem saltem collo- » quii communis admittere, » et præcipisse, « ne quis cos in domum suam recipe- » ret, ut venientibus non solum pax ct com- » munio, sed el tectum el hospitium nega » relur. » Ergo.

R. Firmilianum iratum et plus æquocominolurn in S. Stcphanum propter litteras cjusincrcpatorias et minaces, el quod durius excepisset legatos , minas exaggerasse, excommunicationem comminatoriam, quasi revera lata fuisset, descripsisse, multaque alia falsa ct injuriosa effutiisse in S. Stephanum, quæ hac in re omnem ipsi auferunt fidem, Vocat etenim ibiaemS. Stephanum schismaticum , illum comparat Jud® proditori, audaciæ, insolentiæ, improbabi-

tatis, imo et apertæ slultitiæ insimulat. Quis crcdat Firmiliano hæc ct plura alia irati animi impetu, contra Stcphanum sanctissimum pontificem effutienti?

Sed esto verum esse quod dicit de repulsa legatorum, dequedenegato ipsis hospitio, nihil inde probaretur. Id enim fecit S. Slcphanus, si fecerit, œconomiæ causa, ne legatos benigne recipiens, illorum errori fa?cre videretur, et ut efficacius illos ab errore revocaret. Qua oeconomia usus est S. Epiphanius, dum recusavit hospitari in aedibus S. Chrysostomi, licet invitatus, non quod ipsum excommunicaret aulexcommunicatum crederet, sed ul ipsum revocaret a patrocinio quad credebatur impendere Origenislis, cl ne his favere videretur.

Insuper si verba Finniliani probarent ipsum dc facto fuisse excommunicatum a S. Stephano,id pari 1er evincerent de S. Cypriano, quod negat Baronius cujus est hoc argumentum. Dicit enim Firmilianus alloqueris S. Cyprianum : «Quod nunc ausus » est facere, rumpens adversus vos pacem.» Item scribit S. Stcphanum » cum singulis » vario discordiæ genere rumpentem modo » cum Orientalibus, quod nec vos latere con- v fidimus, modo vobiscum qui in meridie d estis. » His tamen non obstantibus, juxta Baronium , S. Cyprianus non luit excommunicalus : ergo nec Firmilianus. Et sicut quæS. Cyprianum spectant intelligit eminentissinius scriptor per exaggerationem dicta, ita et quæ Firrnilianum spectant, inlclligenda sunt.

SECTIO III.

Utrum S. Cyprianus et Firmilianus errorem depasuerint?

Dico 1°S. Cyprianum errorem deposuisse incertum est, potest tamen præsumi.

Ita S. Aug. Epist. 48 ad Vincent. Donat. S. Cyprianum , inquit, α Correxisse istam » sententiam non invenitur . non incon- » gruenter tamen de tali vero existimandum » est quod correxerit, el forlassesuppressum » sit ab eis qui hoc errore nimium delectati » sunt, et tanto veiut patrocinio carere no- » luerunt. » Et lib. 2 de Rapt. c. 4 : « El 0 fortasse factum (id est S. Cyprianus cessit I d auctoritati), sed nescimus; neque enim » omnia quæ illo tempore inter episcopos I » gesta sunt, memoria lillcrisque mandari J » potuerunt, aut omnia quæ mandata sunt » novimus. »

Confirmalur. S. Cyprianus decretum S. Stephani impugnavit, lerllamquesynodum Carlhagincnsem pro suo errore stabiliendo convocavit. Post hanc autem Synodum, exorta est contra Ecclesiam persecutio quæ sancti martyris mentem alio distraxit; post mortem ejusfuerunl in Africa rebaptizantes qui se exemplo sancti martyris luebantur, quibus catholici præsertim S. Aug. procul dubio opposuissent ejus retractationem si ea innotuisset.

Dico 2® Incertum etiam esse an Firmilianus ab errore rebaptizantium recesserit; quia nihil de ejus retractatione legimus in veterum monumentis ; cl aliunde certum est quod iratus decreto S. Stephani, multa contra ipsum injuriose evomuerit ; quæ ejus in propugnando errore firmitatem ostendunt, et post centum circiter annos, tempore Basilii magni, erant adhuc in Cappadocia rebaptizantes.

Obj. 1° S. Dionysius Alexand. Epist. ad S. Sleph. apud Euscb. lib. 7 Hist. Eccles, cap. 4, scribit omnes *ecclesias Orientales rediisse nd concordiam.* 2° S. Aug. lib. 3 contra Crcscon. supponit ul verum quod asserebat Cresconius, Orientales scilicet suum errorem deposuisse. 3° S. Hieron. Dialogo adversus Lucifer, dixit Africanos *episcopos, qui cum S. Cypriano rebapiizandos statuerunt hæreticos, ad antiquam consuetudinem revolutos, novum emisisse decretum.* Ergo.

R. ad primum , S. Dionysium Alexand. loqui de concordia ad quam redierunt ecclesiæ, quæ, non propter errorem rebaptizantium , sed propter schisma Novalianorum , erant discissae. *Palet* ex Eusebio ibidem dicente : « Ad hunc igitur (S. Siepha- » num)S. Dionysius per litteras scripsit, » in quibus id tandem illi indicat, omnes » ubique ecclesias mollito jam perscculio- » num furore, Novali turbulentam novi fa- il lem détestantes, inter se pacem inii>sc.)

Ad secundum. 1°Quod tempore. S. An ducentis ferme annis S. (Aprino po ferieris Orientales errorem dc baptismo deposuerunt, non probat quod S. Cyprianus, Firmilianus cl eorum colligæ resipuerint. 2° S. Aug. arguit cx concessis a Cresconii. argumento, ut dicunt, ad hominem, scilicet ; Si Orientales, ul asseris, suum dc-

posuerint errorem, quarc vos non deponitis? Quare vos a catholicis sejunxistis, el non potuis servastis communionem exemplo S. Cypriani, quem lantopere laudatis? Utrum autem verum esset quod dicebat Cresconius, non expendit S. Aug.

Ad tertiam, non una est responsio. Quidam respondent, inter quos Tournely, **S.** Hieronymum Joqui de episcopis Afris qui concilio Arelat. interfuerunt; sed cum concilium Arelat. celebratum fuerit anno 314, et tertium Carthaginense, in quo episcopi cum S. Cypriano haereticos esse rebaptizandos statuerunt, anno258, id est, sexaginta circiter annis ante concilium Arelat., episcopi qui secundum S. Hieronymum bærelicos rebaptizandos statuerent, erant vel mortui vel extrema senectute gravati.

Alii minus fundatam reputant S. Hieron. opinionem. 1° Quia extra ipsum in tota retro antiquitate nullum hujus novi decreti extat vestigium; quod si extilisset frequenter eo usi fuissent S. Aug. el alii contra Donalistas, cum tamen S. Aug. fateatur nullibi extare. 2° Quia Donatistæ auctoritate tertii concilii Carlhaginensis maxime gloriabantur , attamen si alicubi, maxime in hoc concilio fuisset emissum istud novum decretum. 5° Quia tempore concilii Arelat. sexaginta ferme annis post obitum S. Cypriani , vigebat adhuc apud Africanos mos rebaptizandi. Ex quibus inferunt, dimisso Hieronymo, potius standum S. Augustino , qui in Africa commorans, res Afrorum melius noverat, quam S. Hieronymo Romæ vel Hierosolymis existent!. Vel dicendum **S.** Hieronymum cx eo quod videret suo tempore Afros admittere baptisma haereticorum, ex odio contra Donalistas, inductum fuisse ut crederet Afros hunc errorem deposuisse post concilium tertium S. Cypriani.

Alii tandem respondents. Hieronymum loqui de episcopis, non habita ratione personarum, sed ecclesiarum, id est, dc ecclesiis qui tempore S. Cypriani errorem rebaptizantium statueram, ct tempore S. Hieronymi ab hoc errore recesserant. Secundæ vel tertiæ responsioni, prout placuerit subscribat lector.

SECTIO IV,

Utrum S. Cyprianus y Firmilianus et iis consentientes excusari possint ob omni culpa?

Cyprianum et Firmilianum peccasse durius excipiendo decretum S. Stcpbani, k sumque injuriis ct dicteriis afficiendo,que« ut Ecclesiæ caput suumque superiorem ve. nerari debebant, vidciur extra conlrovtr· siain. Vidimus supra quæcontraS.Slephanum immerito protulit Firmilianus;S.Cprianusvero, Epist. ad Pompeium, de eodem SS. Pontiiicedicil:«N'ain intercalco, » vel superbe, vel ad rem non pertinenti», » vel sibi ipsi contraria, quæiinperilcalqu» *o* improvide scripsit, etiam illud adjunxitoi » diceret, etc. a Hem : » Fit autem stud:. » præsumplionis et contumaci® , ut quii µ magis sua prava el falsa defendat, quam » alterius recta el vera consentiat, etc.* Hæc contra SS. pontificem non putoaquoquam excusanda. Sed quæstio csl utrum ipse eorum error sit excusabilis.

Dico. Error S. Cypriani et aliorum rebaptizantium cx mullis capitibus est excusabilis, non videtur tamen juxta S. Aug.ab omni prorsus culpa immunis, maxime post S. Stcpbani decretum.

Prob. priina pars. 1' S. Cyprianus cum suis arbitrabatur causam de rebaptismo ad meram disciplinam perlinere, *ut probatimus,* ideoque cuique provincia in ea suas leges condere et proprios usus habere. 2· Nihil innovavit S. Cyprianus cum suis collegis , sed hœrebat consuetudinis induclaai *Aqrippinocl nonnullis perA [ricamcoepistb· pis etiam per concilii sententias,* qui majorum traditionem deseruerant, quod nisi fecissent, nec contra illam *tam sancta* animi *ratiocinari ausa fuisset.* Ita S. Aug. lib. 2 deBapt. c. 8. 3° Rebaptismus probatus fuerat ab octoginta circiter episcopis, elrationes quæ opponebantur non erant tales, qui*bus illa talis anima moveretur,* S. Aug. ibid. ell. 1, c. 18. El e contra rationes S. Cypriani tales erant, ul S. Aug. ipse lib. 2, c. 4, dicat se in ea sententia fore duhiuin, nisi firmaretur *Ecclesiæ concordissima auctoritate.* 4° Neque S. Cyprianus, neque ci consentientes unquam ruperunt vinculum pacis, ut passim urget S. Aug. contra Donalislas. 5° El maxime quia etiam posl S. Stephani decretum non erat satis distinctum inter substantiam sacramenti el ejus effectum, scilicet gratiam; putabanlcnim rebaptizantes S. Slcphanum decrevisse et prætendere baptisma hæreticorum iis consentientibus conferre gratiam, apud ipsos esse *remissionem peccatorum* cl salutem posscob-

(inert *extra unitatem Ecclesiæ,* idque S. Slephano exprobrat S. Cyprianus, quod *tfleclum baptismi majestati nominis Iribuat.* Palet ctiain cx rationibus S. Cypriani et aliorum rebaptizantium quas art. 3 deduximus, idque expresse affirmat S. Aug. initio lib. fi de Bapt dicens : « Nec ob aliud d illis temporibus., visum est quibusdam., g non esse posse apud bærelicos vel schis- » maticos baptismum Christi, nisi quia non o distinguebatur sacramentum ab effectu n sacramenti. » Locum integrum retulimus art. citato ; ita ul si hæc distinctio clare explanata luisset, verisimile sit quod S. Cyprianus cl ejus socii S. Slephano consensissent, maxime cum S. Cyprianus non neget Laptizatos ab hærelicis, ad Ecclesiam redeuntes, posse absque novo baptismo salutem consequi *propter unitatem Ecclesia:* in qua recepti luerunt, ut etiam vidimus supia cx S. Aug. lib. 2 dc Bapt. c. 14.

Prob. secunda pars cx S. Aug., lib. 1 de Bapt., cap. 18, ubi 1° vocat rebaptizantium j'iaxim , *humanæ infirmitatis errorem.* *2° Dicit hunc errorem *charilate unitatis* redditum fuisse venialem. « Qua enim , n inquit, charilate absente cælera inaniler » habentur , eadem præsenle , quædam u vcnialilcr non habentur. » 3° Dicit quod 5. Cyprianus « ad martyrii coronam meruit n pervenire, ut si in ejus lucidam mentem » cx humana conditione nebula irrepserat, d gloriosa serenitate fulgentis sanguinis fud garetur. » 4° Dicit ejus errorem *charilatis ubertate compensatum fuisse et passionis [alce purgatum.*

Vim apertam facit tcx.ibus S. Aug. Gaspar Juenin, cum dicit S. Aug. hæc referre non ad praxim et errorem S. Cypriani et aliorum rebaptizantium , sed ad modum duriorem quo S. Cyprianus excepit decretum S. Stephani. Enimvero quæ primo et secundo numero retulimus profert S. Aug. non de solo S. Cypriano, sed de omnibus rebaptizantibus el eorum errore ; dicit enim : « In qua (quaestionede rcbaptismo) s si aliud alii cl aliud alii adhuc de ista › quaestione salva pace sentirent... humanæ a infirmitatis errorem cooperiret charitas » unitatis... qua enim absente, etc. » ut supra. Apertum est hæc respicere non solum S. Cyprianum, sed omnium errorem rebaptizantium qui in communione Ecclesiæ manserant, quod apertius Iit ex verbis immediate sequentibus; prosequitur enim S. Aug. « Extant B. martyris Cypriani in » ejus litteris magna documenta , ut ad » illum jam veniam de cujus auctoritate » isti carnaliler blandiuntur. » Ergo prius non fuerat loculus dc uno S. Cvpnano, cum nunc ad illum jam specialiter veniat. Non minus manifestum est ea quæ dicit ultimo loco spectare errorem S. Cypriani, non ejus commotionem in S. Stephanum, σ Quod » ergo, inquit, ille vir sanctus dcbaptismo » aliter sentiens quam res se haberet (audis » errantem, non insolentem).....charitalis » ubertate compensatum est el passionis » falce purgatum. »

Prob. 2° Difficile videtur posse ab omni omnino culpa excusari llrma el perseverans resistentia S. Cypriani el aliorum rebaptizantium S. Slephano pontifici sanctissimo, quem ipse S. Cyprianus alibi agnoscebat ut supremum Ecclesiæ caput et rectorem, superioremque suum.

SKCTIO v.

Utrum S. Stephanus decreta mo contra Rebaptlzanles, tn errorem oppoutum lapsus sit approbando omnium promiscue hareticorum baolisma?

Dico. S. Stephanus decreto suo contra rebaptizantes, non approbavit omnium promiscue hærelicorum baptisma.

Est contra Blondellum ct Marcum Antonium de Dominis, hæreticos, elcxcatholicis contra Launoium cl Dupinium, qui contendunt S. Stcphano ratum fuisse baptisma quorumcumque haereticorum etiam absque forma evangelica collalum.

Prob. 1° ex ipso S. Stephani decreto in quo maxime vim faciunt adversarii. Refertur a S. Cypriano, Epist. 74 ad Pompeium, his verbis : « Si quis ergo a quacumque » hæresi venerit ad nos, nihil innovetur » nisi quod traditum est, ut manus illi im- » ponatur ad poenitentiam. » Id unum ergo voluit S. Stephanus ut servaretur traditio, quod etiam testantur Euscb., lib. 7 Hist., c. 3:-S. Hieron. adversus Lucifer, et Vincenlius in Commonil., c. 9. Atqui ct semper fuit in Ecclesia traditum non omnium promiscue haereticorum baptisma, sed illud solum quod sub forma a Christo instituta, id csl, sub invocatione Trinitatis confertur, esse validum. Ergo. Hæ itaque particulae, *a quacumque hæresi,* restringuntur per has *quod traditum esi,* ad illos hæreticos qui

formam Ecclesiæ sonant. *Id adhuc magis constabit ex sol. obj.*

Prob. 2° cx Firmiliano et S. Cypriano. Firmilianus, Epist. ad S. Cyprian, de S. Stephani decreto dicit : « Illud quoque absurto dum quod non putant quærendum esse, d quis sil ille qui baptizaverit, eo quod qui » baptizatus sil, gratiam consequi potuerit to invocata Trinitate nominum Patris el Fiji) lii ct Spiritns sancti. » El S. Cyprianus, Epist. ad Pompeium etiam de S. Stephano loquens, dicit : « Aut si effectum baptismi « majestati nominis (scilicet invocationi » Trinitatis) tribuunt, ut qui in nomine » (id est auctoritate) Chrisli ubicumque cl » quomodocumque baptizantur, innovari ct » sanctificari judicantur. » *Ex quibus paid* I S. Cyprianum et Firmilianum S. Stephani j decretum intellexisse de baptismate collato a quibuscumque hærclicis, sub invocatione tamen Trinitatis.

Prob. 3° Tota controversia inter S. Slcplianum et rebaptizantes fuit de fide ministri, nullatenus de forma sacramenti, ul constat cx rationibus rebaptizantium quas supra art. 3 discussimus : ergo decretum S. Stephani contra rebaptizantes spectat tantum fidem ministri,non formant sacramenti.

Prob. 4° Sententia S. Stephani ea fuit quæ nunc est ct semper fuit in Ecclesia : atqui Ecclesia nunquam approbavit, neque nunc approbat baptisma collatum sine debita forma. Ergo. *Min. constat. Prob. maj.* 1°ex S. Aug. qui continuo in libris contra Donat, antiquam Ecclesiæ consuetudinem decreto S. Stephani dicit esse vindicatam. Etlib. 2 contra Gaudentium Donat.c.8, « Dic mihi, » *inquit,* utrum illo tempore, quando sc» eundum vos (Ecclcsia)omniumcriminum u reos sine baplismo recipiebat per S. Slc» phanum cl innumerabiles ejus toto orbe « collegas... malorum contagione perierat » an non perierat? » 2° Ex Vinccnlio Lirin, in Commonil. cit. ubi de S. Stephano ait : » Inlelligebat enim vir sanctus el prudens » nihil aliud rationem pietatis admittere, » nisi omnia quæ fide a Patribus suscepta » forent, eadem fide filiis consignarentur... » Quis ergo tunc universi negotii exitus? » Quis utique nisi usitatus el solitus? Reto tenta est antiquitas, explosa novitas. » 3" Ex Facundo Herm. confia Mocianum dicente : S. *Stephani potius quam S. Cypriani sententiam tenet Ecclesia.*

Prob. 5° Si S. Stephaniis in errorem cp. peritum errori S. Cypriani lapsus esset, lota tunc Ecclesia a fide defecisset, siquidem omnes tam episcopi quam fideles tentiæ vol S. Cypriani vel S. Stephani adb rorent. Ergo.

Obj. Decretum S. Stepham de quo prolatione prima, quo decrevit venientes α qua*cumque hæresi* non esse rebaptizandos.

II. has particulas *a quacumqne hami,* ut jam dixi, intelligendas esse in subjci materia et sub restrictione quam indim: verba sequentia, *nihil innovetur nisiqud traditum csl;* idcoque de venientibus a quacumque hærcsi formam legitimam servante. Præter dicta , *confirmatur hæc responsio* ei Eusebio, SS. Hicron. el Aug. qui euindcm loquendi modum tenent, quos tamen neno accusabit approbasse baptismum hærclicrumsinc verbis evangelicis collatum. Eust'l·. lib. 7 Hist. Eccles, c. 2, « Per id tempus, *n* inquit, non mediocris controversia exorta » est, utrum eos *qui ex qualibet hæresit^n*» vertuntur, baptismo purgari oporteret; » quippe antiqua consuetudo invaluerat, ul » in hujusmodi hominibus sola manuum » impositio cum precationibus adhibere» tur. » S. Hicron contra Lucifer, dicit «S. » Hilarium confiteri a Julio, Marco, Sjl» vestro cl cælcris veteribus episcopis simi*n* liter, in poenitentiam *omnes hærclicosswr* » ceptos. » S. Aug. lib. 5 de Bapl. c. 5, « Homines, inquit, occulta nescio qua into spiratione Dei detestantur, si quis iterum » baptismum accipiat *ubicumque* jam ar.r» perat. » Sicut ergo constat hos laudalfo Patres, non obstantibus particulis univera·libus, nunquam admisisse baptisma collatum sine invocatione Trinitatis, ita quoque ccrio constare debet de S. Stephano, non obstante particula *ex quacumque,* praesertim cum in ipso decreto apponat particulas restringentes, et nunquam inter ipsumcl rebaptizantes fuerit controversia tie forma baptismi, sed de fide ministri. El hæcesl ratio cur S. Stephaniis in decreto non distinguat inter haereticos qui sonarent formam el eos qui non seivarcul : sed cumS. Cyprianus rejiceret omnium luereticorum baptisma propter delectum fidei, S. Siephanus nullum rejiciebat propter i>tumdi> fretum.

Inst. 1-S. Cyprianus, Epist. 7i intel! ·v; deci cium S. Stephani de baplismo sub qua-

cumque forma collate. Dicit enim ; « Effer- » Ium baptismi majestati nominum tri- ;› htiunl, ut qui in nomine Christi ubicum- iique et quomodocumque baptizantur, in- ii novati et sanctifîcati judicantur. » Ubi particula *quomodocumque,* indicat baptismum sub qualibet forma collatum. Ergo.

H. ex ipsis verbis constareS. Cyprianum loqui <lc baptismo sub nomine Trinitatis; ut enim observavi in probationibus, exprobrat S. Stephano quod tribuat effectum baptismi *majestati nominum :* igitur particula *quomodocumque* in ejus verbis non plus significat quam particula *a quocumque hærcsi* in decreto S. Stephani; cl sensus est, S. Stcphanum admittere venientes a quacumque iixresi quæ virtutem baptismi tribuebat majestati nominum Patris et Filii et Spiritus sancti; nisi malueris dicere S. Cyprianum æstu disputationis abreptum exaggerasse, aut non attigisse mentem S. Stephani.

Insl. 2° S. Cyprianus, Epist. laudata cxprobralquodS. Slephanus recipiat baptisma Marcionis, Valentini ct Appelletis. « In » tantum, *inquit,* S. Stephani fratris nostri » obstinatio dura prorupit, ut etiam de Mar- ii cionis baptismo, item Valentini cl Appel- li Ictis cl cætcrorum blasphemantium Deum » Patrem, contendat filios nasci, cl illi in » nomine Jcsu Chrisli dicat remissionem » peccatorum dari, ubi blasphematur in ii Patrem et in Dominum Deum Christum.» Atqui isti hærctici non baptizabant in nomine sanctissimæ Trinitatis, cum eam negarent , ut dicit S. Cyprianus. Ergo.

H. N. min. universaliter sumptam, scilicet, omnes hærelicos designatos temerasse formam baptismi et nullum ex qualibet seda baptizassc in nomine Trinitatis. *Ad prob. N. conseq.* Stare enim potest ut hærctici qui negant Trinitatem personarum in una individua substantia, non obstante hoc private errore, baptizent tamen in nomine Trinitatis, sicut qui negant Christum esse Deum el hominem, baptizant tamen in nomine Christi ; idque palam Iit in ipsis Arianis qui, licet negarent Trinitatem, attamen baptizabant,saltem ul plurimum in nomine Trinitatis, el ideo eorum baptisma non rejicitur a concilio Nicæno.

Quinam autem ex antiquis formam baptismi adulterarent, et an omnes ejus secla' rarndem formam semper observarent, obbcurumcslcl incertum. S. Ircnæiib, lib. 1, cap. 18, num. 21, adulterationem form® tribuit solum MarciLis ct Colorbaseanis; concilium Nicaenum solis Paulianisüs; et S. Aug. I. (› de Rapt. c. 25, dicit *facilius inveniri harcticos qui omnino non baptizmt, quamqui non illis verbis* (evangelicis) *baptizent.*

Scio quosnam contendere, cx Timotheo presbytero apud Balsamonem, Marcionitas non baptizare sub forma cvangelica. At imprimis inde non probatur omnes Marc.ionitas ita baptizassc, cum, ut observavimus, non omnes ct singuli alicujus secta; haeretici cumdcm semper ritum in baptizando observarent, ut patet in Arianis. 2° *Esto* Marcionilas omnes corrupisse formam, nihil adhuc evincitur, quia apertum est S. Cyprianum loqui de baptismo collate *in nomine Christi,* id est, baptismo ritu a Christo instituto, consequenter de baptismo collate in nomine Trinitatis; non enim aliud Chrislusinslituit. Sensus ergo illius est, S. Stephanum decrevisse baptismum collatum in nomineTrinitatis a quibuscumque hærelicisetiamsi Marcionis, Valentini et Appelletis, qui blasphemabant in Trinitatem, dare remissionem peccatorum, non inquirendo an isti vel alii haeretici servarent formam debitam, quia de hoc non erat quæstio, sed culpando S. Stephanum quod soli invocationi Trinitatis absque fide baptizantium abscriberet salutem. In quo, ut jam adverti, non fuit assecutus mentem S. Stephani, qui non de salute seu effectu sacramenti, sed de ipso sacramento decreverat.

Insl. 3°S.Aug. lib. de UnicoBapt. contra Petii, cap. 14, « Stephaniis, inquit, baptis- » mum Chrisli in nullo iterandum essecen- » sebat, ct hoc facientibus graviter succen- » sebat. » Ergo.

H. N. conseq. Quia solus illo baptismus est baptismus Christi qui confertur in forma a Christo instituta.

Insl. 4° BencdiclusXU apud Emericum , in Directorio, n. 2, q. 17,referlSS. Stephanum et Cyprianum in oppositos errores incidisse, quos correxitconcilium Nicænum. Ergo.

ll. Bencd.XII hæcscripsissedumcsselantum cardinalis, mille ct ampliusannis post facium : unde in hac qu.eslione facti non esi lania ejus auctoritas, ut praevaleat veterum monumentis el probationis nostris.

L i yt'l tandem Launoius, Ecclesiam cultu

præstantiore prosequi S. Cyprianum quam S. Slephanum. Sed quid inde? sanctitatem Cypriani dum /iveret fuisse illustriorem, *doclrinæ* præslanliam ct famam celebriorem, at nullatenus S. Cyprianum non errasse, etS. Stephanum errasse.

SECTIO VI.

zfri *sint alii Patres qui rtebnptizantlum sententia adhasenint ?*

Quæstio est do SS. Dionysio Alexandrino, Basilio, Athanasio, Optato Milcvitano et Cyrillo Jerosolymitano.

De sancto Dionysio Alexandrino.

Ipsum Rebaptizantibus adhæsisse testatur S. Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis , cap. 69, his verbis : « Hic in Cypriani » cl Africane synodi dogma consentiens, » de hæreticis rebaptizandis, ad diversos » plurimas misit epistolas quæ usque hodie d exstant. »S. Hieronymo subscribunt Baronius, Natalis Alexander, Berti et alii plurcs. E contra Jucnin, Tourncly ct alii, cx quibusdam litterarum S. Dionysii fragmentisquæapud Eusebium exstant, conantur illum ab hoc errore vindicare sequentibus momentis.

1°Quia in Epist. 3 ad Philemonem, dicit scab Hercula prædecessorc suo accepisse « eos qui ab hæreticis veniebant..... post » multas preces purgatos ad communionem d admittendos esse : nequaquam existima- υ mus iterato baptismate eis opus esse. »

2° In Epist. ad Xistum, dicit se noluisse rebaptizare senem quemdam atlestantcm baptismum quem ab hæreticis acceperat nihil commune cum nostro habere, proindeque petentem ut vero nostro baptismo initiaretur :«Quod equidem facere, inquit, » nou sum ausus, sed diuturnam illi com- d munionem ad se sufficere dixi. »

3° S. Basilius, in Epistola ad Amphilochium, asserit S. Dionysium ratum ha-1 buissc baptisma Pcpuscnorum.

4° Et præcipue, S- Dionysius fuit mediator pro pace redintegranda inter Rebaptizantes et Sedem apostolicam, verisimileque est ipsum suis precibus obtinuisse ut S. Stephaniis non ferret excommunicationem quam comminatus fuerat, ut dixi sed. 2, prob. 4.

5° Rebaptizantes non leguntur advocasse in suum patrocinium S. Dionysium, quod non omisissent si fuisset ejusdem cumipw sententiæ.

Respondent alii ad primum, S. Dionjsium loqui de apostat); qui in vere ecclf: baptismum receperant, *ul palel tx Pili apud Eusebium.*

Ad secundum. Non dicit S. Dionysius μ noluisse rebaptizare hunc senem,quiar lum habebat ejus baptismum, quod indi bie dixisset si revera ratum habuisset;te se non ausum rebaptizare, quia in corona nionc Ecclesiæ diu fuerat el Corporis Do minici particeps. Erat aulem opinio Rebaptizantium, eos qui admissi fuerant ad allai? *per ipsum unitatis vinculum,* sine nor baptismo posse salutem consequi, ut referi S. Aug. lib. 2 de Bapt. c. 14, ut supra vidimus.

Ad tertium. S. Basilius ibid, dicit Peposenos non baptizare in præscripta forma,«d in Patrem et Filium et Montanum et Priscillam. Ex quo sequilur si valeat argumentum, S. Dionysium admisisse baptisma absque verbis evangclicis collatum ; quod nullo modo est verisimile. Quapropter dicendum S. Dionysium ratum habuisse baptisma Popusenorum, non ubique et absolute, sed ubi juxta diversam disciplinam haeretici non rebaptizantur; si tamen sub cvangelica forma baptizarent Pepuseni. Quamvisenim Montanistæ non servarent præscriptam formam baptizando, iste tamen error Peposenis quamvis ejusdem sectæ non tribuitur ab Epiphanio hæresi29, nequeaS. Aug. de hærcsibus , n. 26 ct 27 ; vel dicendum *S.* Rasilium minus accuratum fuisse in referenda sententia S. Dionysii, quod non absque fundamento dicilur, cum in Epist. ad Maximum philosophum, ipsi immerito affingat errorem Anomæorum , ut vidimus dissert, proœmiali de Deo trino, a. 3.

Ad quartum el quintum. Verisimile est Rebaptizantes advocasse patrocinium Dionysii Alexand. siquidem ipse instanter intercesserit pro ipsis apud S. Sedem,scribens sententiam Firmilianiα probatam in » *maximis* episcoporum conciliis..... non » ab Afris solum,sed superiorum episco- » porum temporibus in ecclesiis populo- «sissimis, ct in conciliis Frairum apud » Iconium et Synnada et apud alios quam » plurimos, » sancitum esse rebaptizandos esse hærcticos ct *esse* periculosum a communione tot ac tantorum virorum discede-

re. Sic,inquiunt, agit mediatoremS. Dio-1 nysius. Porro si S Slcphano papæ consensisset, debebat pntius dare operam ut Rebaptizantes pontificis decreto se subjicerent.

Quapropter exutimant potius assentiendum esse S. Hieronymo qui S. Dionysii Epistolas integrasci suo tempore exstantes legit, quam reccntioribusqui tantum fragmenta referunt ct legerunt, maxime cum ista fragmenta non aperte evincant S. Dionysium improbasse rcbaptismum, *ul palel exsolutionibus.*

Hæc ad instructionem studiosi lectoris in utramque partem. Urget pro una parte auctoritas S. Hieronymi, urget pro altera argumentum ab officio mediatoris petilum, cui non videtur plene satisfactum. Ad conciliationem autem ulriusque opinionis, quidam dicunt S. Dionysium primo quidem rebaptizantibus adhæsisse , sed postea decreto S. Slephani se subjecisse.

De sancto Dasilio.

Videtur S. Basilium in errorem Rebaptizantium consensisse; quia in Epist. 1 ad Amphilochium, 1° distinguit 1res classes eorum qui ah Ecclesiæ communione separantur, scilicet Hæreticorum, schismaticorum et Parasynagogarum. Hærcticos vocat qui inpræcipuis fidei capitibus errant, ut sunt Ariani, Manichæi, Valentiniani, Ncstoriani, Pepuseni, etc., schismaticos, qui propter ecclesiasticas causas inter sc dissident; Parasynagogas, qui criminibus convicti, se canonibus subjicere recusant et conventus privatos agunt. Qua distinctione facta, dc coruin baptismo sic pronuntiat : i Visum est ergo ab initio haereticos qui- » dem omnino rejicere. » Et postquam dixit Pepusenos baptizare in Patrem ct Filium ct Montanum ct Priscillam, addit : « An- ii tiquis visum est, S. Cypriano scilicet ct d Firmiliano, cos omnes hærcticos uni cal- » culo subjicere, Calharos cl Encratitas ct υ Ilydroparastratas et Apotactitas. » Pro ratione subjungit : quia α Qui se ab Ecclc- d sia abjunxerunt, non habent amplius in osc gratiam Spiritus..... Et non possunt s amplius Spiritus sancti gratiam aliis præobero a qua ipsi exciderunt, υ Attamen 2d<lit · « Quoniam nonnullis Asiaticis om- d niDO visum est, propter multorum ceco- » nomiam et dispensationem, eorum bap- » tisma suscijr . suscipiatur. »

Et Epist. 2 ad curndem Amphilochium, can. 47,dc Encratitis, Saccophoris et Apotactilis sicut de Novalianis dicit. « *Nos* au-)› tem una ratione cos rebaptizamus. Si au- » tem prohibita est apud vos rehaptizatio » sicut a Romanis, alicujus œconomiæ gra- » lia, nostra tamen ratio vires obtinet. » Hinc concludit necessarium esse congregari concilium in quo ista controversia dirimatur.

Ex his manifestum videtur S. Basilium cum S. Cypriano el Firmiliano quos appellat, omnium hæreticorum haplisma *rejicere el omnes uni calculo subjicere.*

Neque dici potest, ut quidam opinantur, S. Basilium loqui de hæreticis qui non servabant formam baptismi. 1° Quia solos Pepusenos nominat qui eam non servabant. 2°Quia omnium hæreticorum baptisma cum S. Cypriano ct Firmiliano rejicit : falsum est autem omnes hærcticos temerasse formam præscriptam. 3° Quia pro ratione reiterationis baptismi non profert defectum formæ, sed fidei ct Spiritus graliæ. 4°Tandem quia rejicit baptisma quod, ipso fatente, admittit ecclesia Romana ; nunquam autem ecclesia Romana admisit baptismum in quo non servata fuisset forma præscripta. Quod posset opponi ex concilio Nicæno in quo hæc controversia fuit definita contra Rebaptizantes, quo tamen posterior fuit S. Basilius, solvetur sectione sequenti.

De sancto Athanasto.

Quibusdam videtur S. Athanasium Rebaptizantibus esse accensendum propter sequentia ejus verba Orat. 2 contra Arianos : α Ariani in periculum veniunt amittendæ « mysterii integritatis. Nam si in Patris et » Filii nomine initiamur, illi autem verum » non pronuntiant Patrem, ulpote qui id » quod exipso est, ejusque naturæctsimile, » negent; cum item verum iidem negant Fi- » lium, aliumque nominant, quem ex ni- » hilo creatum comminiscuntur; qui fieri » potest ut prorsus vacuus ac inutilis non sit » baptismus qui ab illis datur, in quo qui- » deni insit religionis simulatio fsecundum » aliam versionem : cum id non nisi species » sil ct inane simulacrum), sed revera ni- » hil ad pietatem queat conferre? Necennn » Ariani in Patris cl Filii nomine dum liaj-

d tismum,scd in nomine creatoris el rei
b creatæ, effectoris et rei fact®. Undcque-
« madmodum res creata alia osta Filio, ita
» baptismus quem illi dare putantur, a vero
» baptismo alius est, etiamsi nomen Patris
b et Filii, ut præcipit S. Scriptura, proferre
d assimulent.Non enim qui dicit nomine, i Ile
o etiam dat, sed is tantum qui cum nomine
» rectam quodque habet fidem..... Itaque
» multæ quoque aliæ hærcscs nomina tan-
» tum pronuntiant; verum cùm 'rccle : o
» sentiant, uti dictum est, nec sanam ha-
» beant lidem , inutilis est aqua quam do-
» nant, quippe cui desit pietas, ita utquem-
» cumque illi asperserint, impietate ccda-
» tur potiusquam redimatur. Sic ct ipsi
«Gentiles, laincsti Deum in ore habent,
«Deum tamen convincuntur non colei e,
» quia illum qui verus et vere Deus est, Pa-
» trem scilicet Domini nostri Jesu Christi
» non agnoscunt. Sic Manichaei, Phryges et
» Samosatcnsis discipuli, quamvis proferunt
» nomina, nihilominus sunt hæretici. »

Respondent quidam, S. Alhanasium reprobasse baptismum Arianorurn, quia baptismi formam non servabant ; sed id videlui falsum. 1° Quia S. Athanasius non dixisset Arianos incurrere periculum nubilatis, sed absolute pronunliasset nullum. 2° Quia S. Athanasius agnoscit Arianos legitimam formam servare: *etiamsi,* inquit,*quicuip Ario sentiunt, quæ scripta sunt recitent, proloquanturque ipsa nomina.* 3° Quia Arivii tunc saltem accusabantur violare formam baplismatis, alioquin in Nicæna synodo eorum baptisma luisset reprobatum, sici tb.iplisrna Paulianislarum , cum tamen Nicæna synodus omneshærclicos susceperit, exceptis Paulianistis, ut dicit S. Ilieron. in Dialogo adverrsus Luciferancr, el colligitur ex concilii decretis. Unde

R. cum pluribus aliis, S. Alhanasium per hæc verba nihil aliud significare quam quod Arianorurn baptismus sit inutilis ct vacuus quoad effectum gratiæ in adultis qui ipsorum hæresi communicant, non vero quoad substantiam et characterem. Il.ec autem responsio innititur sequentibus momentis. 1° S. Athanasius dicit Arianos *venir* in *periculum amittenda· integritatis baptismi :* si autem consuisset esse nullum , dixisset eos amisisse integritatem baptismi, et non tantum venire in periculum amittendi. Dicit ergo cos hoc periculum incurrere, quia cum male sentirent de Filio quem creaturam esse dicebant, facile erat ut suum errorem in formam baptismi transfunderent, eumque conferrent in nomine Patris majoris et Filii minoris, quo casu invalidum fuisset baptisma etiam quoad substantiam. 2° Dicit inutilem esse hunc baptismum, -piod *nihil ad pietatem queat conferre*;quod designat baptismi effectum , non substanfiam. 3° S. Athanasius, Epist. ad Rutinum, ubi agit dc conditionibus hærelicoriim re·cipicndorum, non dicit baptizatus ab Aria·nisesse rebaptizandos, sed conformiferad concilium Nicænum cui interfuerat, cum sola poenitentia et impositione manum <w admittendos; et in concilio Alexandrino, anno 362, vult *nihil amplius ab illis exigi quam ut exerrentur Arianam hæresim,ci)n·/ileanturque SS. Patrum in Nicœa fidem.* Quis autem credat S. Alhanasium , si nullum absolute reputasset Arianorurn baj»·tisma,non jussisse baptizatos ab illis rebaptizari more S. Cypriani ct Firmiliani, seil œconomiæ pernieiosissimæ causa id omisisse, ut quidam imaginantur? Quamvis enim Rebaptiza; les eos qui ab aliis sinerebaplizalionc admissi erant in Ecclesiam, el communionis participes fuerant, quandoque non rebaptizarent, nullum tamen ip>i absque rebaplismo admittebant.4° S. Athanasius ignorare non potuit neque decretum concilii Arelatensis de non rebaptizandis hærelicis, pluribus enim annis in Gallia commojatus fuerat ; neque decretum concilii Nicæni de rebaptizandis solis Paulianis» lis et n.,n aliis hærelicis, huic enim concilio interfuerat ; neque Silicium, cui erat coælanous, in Epistola ad llimcricum'larraco ■;en>em nt validum admisisse baptismum Aii.inorum, in qua addit ita a toto Oriente el Oecidcnleobscrvari. Ilis non obstantibus,

Znst. S. Athanasius , laudata oratione contra Arianos, dicit 1° eorum baptisma esse inane religionis simulacrum, ergo nullum quoad substantiam ,2veorum baptisma tam diversum esscavcro baptismate quam creatura diversa est a Creatore, ergo idem quod prius,3° Ideo dicit nullum, quia carent fide, licet nomina proferant ; sicut Gentiles, licet Deum in ore habeant, vere tamen Deum non colunt. 4°Comparat baptismum Arianorurn baptismo Paulianislarum , qui certo erat nullus etiam quoad substan tiam.

R. hæc omnia recte intclligi de effectu non dcsubstantia baptismi: undead *primum* , dicit baptisma Arianorurn osse simulationem in religione seu inane simulacrum , quia nihil ari pietatem confert iis qui consentientes errori Arianorurn illum suscipiunt. *Adsecundum.* Est tam diversum a vero baptismate quantum ad effectum gratiæ, quam creatura diversa esta Creatore. *Ad tertium.* Qui lidem non habet, licet nomina proferat, non dat sacramenti effectum , scilicet graliam , suscipienti qui ejus erroris est particeps, unde *inutilem aquam* habet, quippe cui desit pictas ; sicut gentiles inutiliter Deum inore habent, quem non verum agnoscunt, nec vere colunt. *Ad quartum.* Comparat baptisma Arianorurn baptismati Paulianistarum, non quoad substantiam , sed quoad effectum ; quia non magis confert gratiam propter defectum fidei et pietatis in iis qui adhærcnt Arianorurn doctrinæ, quam baptisma Pauliaoistarum.

Movclautem nonnullos quod S. Athanasius hic dicat Paulianistas proferre nomina, cam tamen eorum baptisma sit a concilio Nicaeno reprobatum, quod adulterarent formam baptismi ; sed advertendam S. Athanasium non dixisse cos sonare integram formam, sed tantum nomina proferre: forte enim proferebant solum nomen Patris, aut etiam Filii ct Spiritus sancti, sedeumexpressionesui erroris. Vel dicendum tempore episcopatus S. Alhanasii fuisse quosdam Paulianistas qui integram formam proferrent.

*Dc S, Optato Nileuitano**

Est cliam quædam difficultas in vindicando S. Optatum Milevitanum ab errore Rebaptizantium , propter verba sequentia quæhabet 1.1 contra Parmenianum : « Vi» des,inquit, frater Parmeniane, hærclicos »a domo veritatis satis extorres, solos ha» bcre var.ia et falsa baptismata quibus inii quinatus non possit abluere, immundus d emundare.'. Bene clausisti hortum hærci) licis: bene revocasti claves ad Petrum... nvobis vero schismaticis, quamvis in ca» tholica non sitis, hæc negari non possunt, »quia nobiscum vera el communia sacrali menta traxistis. » Quibus verbis videtur manifestum S. Optatum rejecisse baptisma hærclicorum , cl tamen admisisse baptisma schismaticorum.

II. S. Optatum loqui de baptismo hærcticorum qui juxta formam evangelicam non baptizabant. Veritas hujus responsionis *patet,* 1° quia loquitur de hæreticis qui communia nobiscum sacramcrila non traxerunt el habent diversa baptismata , ergo cl diversas formas sacramentorum; 2°qui loquitur de hærelicis qui Symbolum vitiant : per Symbolum autem inlclligebatur lunc temporis invocatio Trinitatis. Sic in concilio Arelal. 1, can. 8, dicitur: « Si ad Ecclesiam » aliquis de hæresi venerit,interrogent eum » Symbolum, et si praeviderint cum in Pa» tre et Filio el Spiritu sancto baplizatum , » etc. «Sic S. Aug. lib. contra Donalishs c.25 : aCælerum , inquit, quis nesciat non » esse Christi baptismum, si verba tvan» gelica quibus Symbolum constat, illic » defuerint ? » 3° Quia S. Optatus lib. 5 ad eumdem Parmenianum, ait: «In quo » baptizarentur gentes a Salvatore man» datum est, per quem baptizarentur, nul» Ia exceptione discretum est. Non dixit » Apostolis : Vos facile , alii non faciant. » quisquis in nomine Patris ct Filii et Spi» ritus sancti baplizaveril, Apostolorum » opus implevit. » Unde concludit : *Ergo nomen est quod significat, non opus.* Ibidem impugnat principium commune Rebaptizantium :« Redeo nunc, inquit, ad il» lud vestrum quod dicitis : Qui non habet n quod det, quomodo dat? Hæc verba in le» ge scripta non sunt. Nam si , ul vultis, » homo dat, Deus vacat : cl si Deus vacat » et apud vos est omne quod dandumest, ad » vos sit conversio, quos baptizatis in nomi» ne vestro tingantur, *n* Item ibidem, producto circuinscisionis exemplo, sic scribit : « Semel facium servat salutem ; si iterum » liat, potest afferre perniciem : sic baptisma » Christianorum Trinitate confectum con» fert graliam ; si repetatur , facit vitæ jac» turam... Aqua igitur sola ct vera illa est, » quæ non dc loco, non de persona, sed de » Trinitatccondila est... Non licet postTri» nilatem in eadem Trinitate hoc iterum fa» cere, » id csl, baptizare. Hæcsane omnem nebulam circa mentem Optati depellunt, aperteque ostendunt ipsum lib. 1 corum tantum hærclicorum baptisma rejicere qui non servant formam.

Nec refert quod ibid, aquam Praxcæ ct Palripassianorum vocet mendacem; appellat enim mendacem, non quia non est verum baptisma, sed quia ob defectum fiiici

in suscipiente, non confert, ut dicit, vitam, criminum mortem , nativitatem immortalem et cœleslis regni comparationem, quam credeslis fides ct Trinitas præstat.

Inst. 1°Opthtus intclligil de hæreticis dc quibus intciligebatPanncnianus;dicit enim lib. 1 citato : α Dixisti apud hærelicos doles » Ecclesiæ esse non posse, ct recte dixisti ; » scimus enim hærclicorum ecclesias sin- » gulorum esse prostitutas. «Atqui Parmenianus intelligebal dc omnibus hæreticis, rebaptizabat enim omnes. Ergo.

R. equidem Optatum inlclligerc et fateri omnibus hæreticis deesse doles Ecclesiæ, ut dixerat Parmenianus,atnon omnibusdeesse vera sacramenta; hoc enim ultimum intclligit sub restrictione de his qui non servabant formam : *Bene hæc omnia,* inquit ibidem, *potuerunt ad solos hærelicos perlinere qui falsaverunt formam.* Et hoc sufficiebat scopo Optati ; intendit enim in hoc primo libro probareParmcniajmm, rejiciendo baj)tisma schismaticorum perinde ac hæreticorum, sua etiam sacramenta abjecisse, cum Donatistæ essent veri schismatici : quasi diceret : Benedixisti non esse vera sacramenta apud hærelicos qui falsaverunt formam sacramenti , sed male negas esse vera sacramenta apud schismaticos qui servant formam seu, ut ait, *qui nec possunt novum aliquid aut aliud agere, nisi quodjamdudum apud suam didicerunt matrem ;* alioquin apud tc, id est, apud Donatistas qui sunt schismatici, nulla forent sacramenta : cl ideo subjungit : *Salis te miror, frater Parmeniane, cum schismaticus sis , schismaticos hæreticis voluissejungere.*

Insl. 2° S. Optatus non minus fidem quam invocationem Trinitatis exigit ad validitatem sacramenti ; cum enim lib. 5 distinxisset 1res species in celebrando baptismo, primam in Trinitate, secundam in credente, terliam in operante, dicil primam ct secundam esse necessariam. Ergo.

R. Optatum per *fidem credentis*, ibi inlelligcrc fidem adulti suscipientis baptismum quam existimat esse necessariam, non vero fidem ministrantis; ibi enim expresse distinguit personam operantis, id est, conferentis baptismum, a persona credentis, cl dicil personam operantis *simili auctoritate esse non posse* ac invocationem Trinitatis et fidem credentis seu suscipientis sacramentum.

De S. Cyrillo Jerosnlymltnno.

Illum inter Rebaptizantes quidam niin* rant, quia in præfatione Catechcseonditit· *Soli hæretici rebaptizantur, siquidem priu illud non erat baptisma :* ct ibi loquitur io- distincte de omnibus.

Respondent aliqui, tunc temporis nondum inolevisse in aliquibus ecclesiis Orientalibus inorem rebaptizandi hærelicos,eo quod non inlelligcrcnl esse per illationem definitum in concilio Nicæno ratum esse baptisma hærclicorum ; Cyrillum autem in concilio primo Constanlinopolitano cui interfuit, suam priorem deposuisse sententiam , cum subscripserit canoni 7, in qoi eorum tantum hærclicorum baptisma rejicitur qui formam adulterant.

Respondent alii, S. Cyrillum non loqui de omnibus hæreticis, sed de iis solum qui formam non servant ; idque probant ex texto graeco in quo non habetur, ut fert versio latina, *siquidemprius illud noncralbaplisma,* sed, *ubi* vel *quando prius illud* non erat *baptisma:*hæcenim particula Graeca Wt, inquiunt, non significat *siquidem,* sed ul/i, *simul, quando* ; ita ul sensus Cyrilli sit, solos hærelicos rebaptizari, non semper, sed quando non conferunt verum baptisma ob adulteratam formam.

SECTIO TII.

Quodnawi concilium plenarium totius orbis fnttl· lexeril 0\ */lugustinns , in quo toties dicit dcjfoi* tam et terminatam fuisse controversiam de bap tismo haereticorum ?*

Suppono contra paucos, hoc concilium non esse neque Alexandrinum anno 362, neque Constanlinopolitanum primum anno 361, neque Capuanum anno 389; quia concilium de quo loquitur S. Augustinus celebratum fuit post mortem S. Cypriani et ante nativitatem ipsius Sancti Augustini; postea tamen , inquit lib. 2 dc Bapt. c. 9: « Dum » inter mullos ex utraque parte tractaluret » quaeritur (controversia Rebaptizantium), » non solum inventa csl, sed etiam ad pio » narii concilii auctoritatem roburque pro- » ducta est, poslS Cypriani quidem pas· » sionem, sed antequam nati essemus.»Na* tus est autem S. Augustinus anno 355. Quæstio itaque vertitur do concilio Nicæno primo el de concilio Arclalensi : Norisius, Bossuclius, theologi Lovanicnscs, Nicolai,

Natalis Alexander ct alii mulli stant pro concilio Nicæno ; Marea , Sirmundus, Launoius, patres S. Mauri et alii, pro concilio Arclalensi. In utramque partem disputant Haberi, Juenin, Tournely ct quidam alii : adeo dilliciie est hunc nodum solvere. Verum quæ tanta sit utilitas in hujus nodi solutione, ut pro illa tanquam pro capitali fidei dogmate tam acri contentione sc digladicnlur quidam auctores, plane non video. Nc tamen omnino vacuus dimittatur lector, quod probabilius nobis videtur, contractiori quo poterimus stylo exponemus. Igitur

Dico. Probabilius videtur S. Aug. concilium plenarium totius orbis, in quo toties dicil linitam esse controversiam de baptismo hærclicorum, intellexisse concilium Nicaenum primum, non concilium Arclatense.

Prob. 1° Concilium de quo S. Aug. est plenarium lotius orbis concilium, lib. 1 de Bapt. c. 7; ex universo orbe christiano, lib. 2,c. 3; universæEcclesiæ concilium, ibid, c. 9 : atqui hæc non convcniuntconcilio Arelalcnsi cui adfuerunt episcopi Occidentis tantum; convocatum enim fuerat a Constantino qui tunc soli Occidenti imperabat, imperante in Oriente Licinio Augusto ; neque illi sive per sc, sive per suos legatos præfuit summus pontifex.conveniunt autem concilio Nicæno primo, quod, omnium consensu, fuit primum generale cx toto orbe catholico convocatum, ctcui præfuit S. Sylvester per suos legatos. Ergo.

Confirmatur. S. Aug. concilium quod vocat plenarium et totius orbis opponit conciliis provincialibus cl nationalibus : atqui concilium Arclalcnsc fuit nationale tantum, nempe Imperii Occidentis, ut dictum est : ergo. *Prob. ant.* S. Aug. lib. 1 dc Bapt.c. 7.dicil quod circa quaestionem hanc dc bapt. conciliorum in suis quisque regionibus diversa statuta nutaverint, donec plenario lotius orbis concilio, quod saluberrime sentiebatur, eliam remotis dubitationibus firmaretur. Idem lib. 2, c. 3 ct 4. Ergo.

2° S. Aug. in Epist. 43, alias 162 ad Gloriurn et Eleusium, ct Epist.53 ad Generosum, meminit concilii Ardatensis; at nusquam illud vocat plenarium aut universale, aut lotius oi bis, sed solum *judicium Arelatense, judicium aliorum episcoporum* : ct dc Constantino dicit : *Alios episcopos voluit apud Arelatum judicare.* Ergo.

papa in synodo Romana; ejus causa denuo tractata ct judicata fuerat in concilio Arclatensi ; hæc probe sciebat S. Aug. qui sæpc appellat judicium Arclalcnsc contra Donatislas, attamen dubitat an causa Cæciliani, interpellantibus Donatislis, p»-l judicium Mclchiadis, iterum fuerit judicata in aliquo concilio plenario : ergo non habebat concilium Arclalcnsc pro concilio plenario. En verba S. Aug. Epist. cit. 43, alias 162 : « Ecce putemus illos episcopos qui Romæ » judicarunt, non bonos judices fuisse; res- » labat adhuc plenarium Ecclesiæ universæ *n* concilium , ubi etiam cum ipsis judicibus » causa possit agitari, ut, si male judicasse » convicti essent, eorum sentenliæ solvc- » rcntur.Quod utrum fecerint probent ; nos » enim non factum esse facile probamus cx » eo quod lotus orbis non eis communicat : » factum csl, etiam ibi sunt victi, quod » ipsa eorum separatio manifestat. Sed la- ir men quid postea fecerint imperatores, lit- » teris sufficientissime ostenditur. Judices *n* enim ecclesiasticos tantæauctoritatis epis- » copos, quorum judicio et Cæciliani inno- « centra cl eorum improbitas declarata est, » non apud alios collegas, acd apud impo- li valorem accusare ausisunt,quod male ju- » dicarent. Dedit ille aliud Arclalcnsc judi- » cium, aliorum scilicet episcoporum, non » quia jam ncccssc erat, sed eorum perver- » sitatibus cedens et omni modo cupiens lan- ii tam impudentiam cohibere. » Ex his evidens est S. Aug. dubitasse Jan causa Donalistarum contra ordinationem Cæciliani post judicium Romanum, in aliquo concilio plenario fuerit iterum judicata , quin potius conserecl dicere loco plenarii concilii datum fuisse a Constantino judicium Arclalcnsc; idque inde corroboratur, quod S. Aug. ex separatione Donalistarum ab omnibus catholicis probet judicium Mclchiadis pro Caeciliano non fuisse rescissum. At si supposuisset hujusmodi concilium plenarium cx eo maxime cl non ex sola separatione Donalistarum , eorum damnationem probasset : ergo manifestum est S. Aug. non habuisse concilium Arelatcnse pro concilio plenario. *Argumentum videtur peremptorium.*

4° In concilio Nicæno controversia dc bapt. hærcl. rcipsa fuit definita , si nonformalitcr cl explicite, saltem illative ct per necessariam consequentiam Nam can. 8

recipit baptisma Novalianorum, can. 19 rejicit baptisma Paulianistarum, non alia dc causaquam quia Novaliani servabant legili mani rormand, non Paulianistoe. Ex quo sequitur caucilium approbare baptismum quorumcumque bæreticorum qui formam evangclicam adhiberent,cteorum tantum rejicere qui illam adulterarent. Ita ipsemetS. Aug. de Hæresibus, n. 44. « Istos sane Paulinia» nos, inquit, baptizandos esse in Ecclesia » catholica Nicæno concilio constitutum » est : unde credendum est cos regulam » baptismatis non tenere, quam secum *a* multi hærctici, cum dc catholica discedc» rent, abstulerunt camque custodiunt. » S. Ilieron. in Dialog, contra Lucif. scribit, *Nicxnam synodum omnes hxrcticos suscepisse, exceptis Pauli Samosateni discipulis.* Siricius papa, circa annum 397, in Epist. Decretali ad Uimcricum , c. 1, ait : « Quos (Arianos) nos cum Novatianis aliis» que haereticis sicut csl in synodo (Nicaena) » constitutum, per invocationem solam se]>» tiformisSpiritus, episcopalis manus impoDsitionc, catholicorum conventui socia » mus. Et Innocentius I, ineunto sæcuto quinto, Epist. 22 ad episcopos Macedoniae, c. 5, ait:Dc *ipsis tantum* (Paulianistis) *esse præceptum* (a synodo Nicaena) *ratio ipsa demonstrat.* /Ideo vulgatum erat tenr porc S. Aug. cx Decreto synodi Nicaenae st los Paulianislas esse rebaptizandos et rron alios haereticos qui legitimam formam retinebant. Nihil ergo obstat quominus nomine concilii plenarii dicamus S.Aug. intellexisse concilium Nicaenum, cum id negent adversari , maxime quia arbitrantur in eo concilio controversiam hanc non fuisse definitam.

Obj. 1° Concilium Arclatense fuit plena* rium :crgo. *Prob. ant.* 1° Fuit *cx diversis cl prope infinitis locis,* ut scribit Constantinus ad Chrestum, Syracusanorum episcopum. 2° Illi adfuerunt sexcenti episcopi, ut scribit Ado Viennensis, in Chronico. 3° Concilium Arclatense secundum , can. 18, dc primo concilio Arelal. dicit : α Ad » quam urbem cx omnibus mundi partili bus, præcipuc Gallicanis sub S. Martini d tempore, legimus celebratum fuisse conti cilium, d Ergo.

R- 1° *Dato ant. N. conseq.* Non enim quærimus hic principaliter an concilium Arelatensc fuerit plenarium, sed utrum S Aug. illud intellexerit loquendo de baptismo haereticorum.

2° *N. ant.* Certo enim constat concilium Arclatense non fuisse neque plenarium, neque generale aut œcumenicum,'*um luerit convocatum a Constantino qui tunc soli Occidenti imperabat, ncc ipsi preiucril summus pontifex per se vel per suos legatos, nec inter Ecclcsiæ concilia generalia numeretur.

Ad primam probationem. 1° in Graeco non habetur *cx infinitis,* sed *ex diversu quæ necessum csl recensere :* unde Sirmundus vertit, *cx diversis compluribus,* P. Nicolai *ex indicibilibus.* 2° *Esto* sit *ex prope infinitis*, scilicet *cx prope infinitis sui imperii ,* ne cogeretur in una Epistola singulos recensere ; et hic frequens est loquendi modus.

Ad secundam. Dato sexcentos episcopos Arelate convenisse, non ideo prcbarelur fuisse plenarium totius orbis concilium: sed *N. ant.* Nam probabilius censent et probant Baronius, Natalis Alex, ct alii, fuisse lanUim ducentos. Et sane incredibile est losge majorem numerum episcoporum convenisse ad synodum Arclatensem quam ad Nicænam, quæ, devicto Licinio, ex toto orbe congregata est. Igilur codex Corbeicnsisa quo Ado hausit errorem, corrigendus ester codice Colbcrtino qui fuit olim ipsius ecclcsiæ Arclatensis, et in quo legitur simpliciter *coctus episcoporum,* non *sexcentorum.*

Ad tertiam. Patres secundi concilii Arelalcnsis locuti sunt per exaggerationem, ad commendandam ecclcsiæ Arclatensis dignitatem. Neque enim patres primi concilii ita sunt locuti in Epistola synodica ad Sylvestrum , sed dicunt lanium *se cx diversis provinciis advenisse.*

Insl. 1° Quamvis concilium Arelatensc non sit generale et cecumenicum, potuit lamen a S. Aug. inlelligi nomine concilii plenarii. Ergo. *Prob. ani.* S. Aug. agnovit concilia plenaria quæ non erant generalia ctœcumcnica; sic concilium Bagaicnsc Dorialistarum vocat plenarium , lib. 2 contra Epist. Parmen., cap. 5 et alibi. Similiter in codice canonum ecclcsiæ African** , idem nomen ci tribuitur, sicut el conciliis nationalibus.

R. 1° Dato ant. N. conseq. A potentia enim ad actum non bene concluditur affirmando. 2° *D. ant.* S. Aug. agnovit conci-

lium Bagaicnse plenarium simpliciter, Λ. l concilium plenarium Donatistarum, *C.* El *dto* vocaverit concilium plenarium simpliciter, nunquam tamen vocavit plenarium totius orbis aut universæ Ecclcsiæ, sicut vocavit id de quo agitur. Eredi m sol liones adhibendæ sunt codici canonum ecclcsiæ Africans.

Insl. 2°S. Aug. per concilium plenarium totius orbis intellexit Arclatense. Ergo. *Prob. ani.* 1° Scrm. 2 in Psal. 32, dicil Cæcilianum purgatum fuisse el Donatislas victos *judicio universi terrarum orbis :* hoc autem fuit Arclatense ; 2° lib. 2 de Dapt., c. 8 cl 9, vocat illud concilium transmarinum, Arelate autem et non Nicæa respective ad Afros est transmarina. Ergo.

II. N. ant. Ad primam probat. Non dixit S.Aug. Cæcilianum purgatum cl Donatislas victos *judicio universi terrarum orbis ;* sed deCæciliano dicit : « Purgavit se in trans- » marino concilio : consensit huic judicio « universus terrarum orbis, υ Audis : *constusit judicio universus terrarum orbis,* non judicavit. *Ad secundam. N. min.* Nicæa enim respectu Afrorum est etiam transmarina , cx ipso S. Aug. qui , lib. 2 contra Crescon., cap. 37, dicit Bithyniam esse Africanis liansmarinam ; Nicæa autem est urbs Bithyniæ.

Obj. 2' Si dogma Rebaptizantium fuisset Nicæni concilii generalis cl oecumenici decreto proscriptum , id non ignorassent S. Athanasius qui illi adfuit, S. Basilius, S. Optatus Milevitanus cl S. Epiphanius : atqui ii id ignorarunt. Ergo. *Prob. min.* S. Athanasius, Orat. 2 contra Arian. S. Basilius , Epist. 1 el 2 ad Amphilochium , S. Optatus Alilevit., lib. 1 contra Parmen, propugnant dogma rebaptizantium , ct S. Epiphanius, in Expositione Catholicae fidei, dicil controversiam de baptismo hærelicorum nondum *essesynodalijudicio decisam.* Ergo. Hoc argumentum extollunt adversarii, sed vitreum est. Nam

R. 1° *retorquendo illud.* Si dogma Rebaptizantium luisset proscriptum decreto concilii Arclatensis, quod juxta adversarios fuit plenarium totius orbis, cx omnibus mundi parlibus congregatum, el cui adfuerunt sexcenti episcopi, duplo plurcs quam concilioNicæno, illud non ignorassent laudati Patres : atqui tamen ignoraverunt in sententia objicientium. Ergp.

R. 2° *D. maj.* Si dogma rebaptizantium fuisset Nicæni concilii generalis decreto proscriptum formalitcr et explicite, id non i noravsent laudati Patres, *C.* si fuisset p oscriptum illative tantum , -V. *maj. et omissa min. D. conseq.* Ergo non fuit proscriptum decretis Nicænis in mente laudatorum Patrum, *transeat;* in mente S. Augustini, N. Cum enim, ut diximus, hoc dogma in concilio Nicæno non formaliter ct explicite, sed tantum illative proscribatur, aliter de illo potuerunt sentire laudati Patres, aliter S. Auguslinus^ct ipse attendere ad consequentiam ad quam alii non attenderent : hic autem quærimus non principaliter quid ct quomodo definierit Nicænum concilium circa baptisma hærelicorum, sed quid dc illo senserit S. Aug. *Dato* ergo præfatos sanctos Patres censuisse nihil in dicto concilio definitum fuisse , non sequilur quod eo fuerit Augustini sententia, sicut ncc fuit Hieronymi, Innocentii et Siricii, *ul patet ex superioribus.*

R. 3° De SS. Athanasio et Optato diximus sect, præccdenli, cosque ab errorc rebaptizantium vindicavimus. Ad S. Basilium qui fuit Firmiliani successor, non ideo rejecit baptisma hærelicorum quod ignoraverit decretum Nicænum, sed quia existimavit illud spectaro non fidei dogma, sed disciplinæ variabilis secundum variam regionum consuetudinem. Ad S. Epiphanium. Non dixit controversiam de baptismo non esse synodal) judicio decisam, sed non esse *synodali judicio derisum* rebaptizandos esse Arianos, prout quidam catholici rebaptizabant, quorum ideo temeritatem arguit.

Urgebis tandem. Si S. Augustinus censuit concilium plenarium in quo finita fuit controversia de baptismo bœreticorum esse concilium generale Nicænum, quare illud non nominavit, cum id maxime profuisset causæ quam defendebat contra Donatislas?

El ego vicissim quæro si S. Augustinus ccnsuit concilium plenarium in quo fuit linita controversia hæc, esse concilium Arelalensc juxta adversarios, universale lotius orbis ex infinitis locis, ct omnibus mundi parlibus convocatum, quare illud non nominavit, cum id parilcrsuæ causæ profuisset ? Non nominavit ergo concilium Nicænum , quia inter passionem S. Cypriani cl ipsius S. Augustini nativitatem erat primum cl unicum concilium plenarium toliui

orbis et univers# Ecclcsiæ, quod neminem latebat.

DISSERTATIO VI.

DE SUBJECTO SACRAMENTORUM.

Circa subjectum sacramentorum quatuor quæri possunt. 1° Quodnam sit? 2° Utrum ad integritatem sacramenti requiratur in eo intentio illud suscipiendi? 3° Quæ dispositio necessaria sit ul licite ct cum fructu sacramenta recipiat? 4° Utrum indigno petenti liceat ministrare sacramenta?

Circa primum nulla est difficultas. Certum est enim 1° solum hominem viatorem dc lege ordinaria esse sacramentorum subjectum, sunt enim instituta a Christo ut media gratiæ et salutis adipiscendae, oued competit solis viatoribus, non beatis indelectibiliter, nec damnatis irrcparabililcr. Dixi, *de lege ordinaria ;* quia ita instituit Christus : an autem si voluisset, angelos el beatos quibusdam sacramcntissubjiccrc potuisset? Nulla videtur implicantia.

Certum est 2« omnem hominem viatorem csscsubjcctum capax baptismi. *Palelex* usu Ecclcsiæ quæ cl infantes cl amentes baptizat. Et ratio est, quia baptismus est absolutae necessitatis ad salutem; dc omnibus enim dixit Christus, Joan. 3 : *Nisi quis renatus fuerit cx aqua cl Spiritu sancio, non potest intrare in regnum calorum.*

Certum csl 3°solum hominem baptizalum esse subjectum capax aliorum sacramentorum ; quia per solum baptisma homo iit domesticus Dei et membrum Ecclcsiæ : et ita est janua ad alia Ecclcsiæ sacramenta.

Certum est 4° non omnem baptizalum esse subjectum capax omnium sacramentorum ; infantes enim ct amentes perpetui non sunt capaces pœnitcnliæ; quia hujus sacramenti materia sunt actus pœnitcnlis; neque extremæ unctionis instilutæ ad delendas reliquias peccatorum actualium, neque matrimonii ad quod requiritur consensus deliberatus cujus sunt incapaces. Sunt autem capaces confirmationis et eucharistiae, cum olim utrumque illis conferretur : item masculus ordinationis, cum nihil obstet.

Circa tertium. *Patet cx didis* dissert. 3, ari. 4, §2, pro sacramentis mortuorum requiri saltem attritionem; pro sacramentis vivorum statum gratiæ saltem prudenter existimatum per confessionem vel contritionem, ul dixi de ministro, dissert.5,a.5; eadem enim est ratio utriusque : exceptoUmen sacramento eucharistia.» ad quod requiritur confessio. Adeas loca citata.

Restat ergo quæslio de seen udo el quarto. Primum discutit Auctor infra q. 68, a." de baptismo. Secundum q. 80, a. 6 de eucharistia; sed quia hae duæ quæstioncsspcc. tant etiam alia sacramenta, eas hic examini subjiciendas duxi. Sil itaque

ARTICULUS I.

An *cl qua intentio in adulto suscipiente sacramentum requiratur ad ejus integritatem?*

Dico 1 Excepta eucharistia , requiritur ad integritatem sacramenti in suscipiente intentio interna suscipiendi illud ul rem m Ecclesia sacram , seu quam solet Ecclesia conferre, idcoqucqui se habet mere passive, seu, ul dicunt, nculraliter, neque volens, neque nolens; u *fortiori epii* reludatur, non percipit sacramentum.

Excipio eucharistiam, quia cum consistat in re permanenti , indepcndcnler a quads intentione tam suscipientis quam ministrantis, remanet sacramentum.

Prob. conclusio auctoritate conciliorum, summorum pontificum ct sanctorum Patrum. Concilium Cartilagineuse IIf, anno 397, can. 34 , dicit: « Ægrolanles si per » se respondere non possunt, cum voluntalis corum testimonium hi qui sunt peri» culo proprio dixerunt, baptizentur. » I bi aperte requirit intentionem suscipiendi sacramenti. Concilium Arausicanum **I**, anno 441, can. 12, sic statuit : « Subito obmutes» cens, prout status ejus est, baptizari aul » poenitentiam accipere potest, si voluntatis » aut praeteritae testimonium aliorum ver» bis habet, aut præsentis in suo nutu.» Ergo idem quod prius.

innocentius **III**, cap. *Majores,* dc Baptismo ct ejus cITcclu, Extra, lib. 3, Iit. 42, imprimis rejicit opinionem eorum qui dicunt quod « Sacramenta quæ per se sortiuntur » effectum, ul baptismus el ordo cætcraquc » similia *(adverte obiter sermonem non esse n de solo baptismo , ut fingit Vanroy)*, non » solum dormientibus et amentibus, sedin» vilis ct contradicentibus, et si non quoad » rem, quantum tamen ad characterem con» feruntur.» ITanc, inquam, opinionem rejicit : « Quia, inquit, qui fuissent inviti et

b reluctante simmers!, saltem ratione sa-
» cramcnli, ad jurisdictionem ecclcsiasli-
B cam perlinerent : unde ad servandam re-
Dgularn chrisliancœ lidci forent ralionabili-
B ter compellendi. Verum id est religioni
b christianæ contrarium, ut semper invitus
d et penitus contradicens ad recipiendam
d etservandam christianitatem aliquis com-
d pellatur. « Deinde delinit» Illum qui nun-
d quam consentit, scd penitus contradicit,
b nec rem , ncc characterem suscipere sa-
Bcramcnli, etc. g Tandem declarat g cha-
» raderem non suscipere dormientes cl
Oamentes, si priusquam amentiam incur-
d rerentaut dormirent, in conlradiclioni-
B bus persisterent ; quia in cis inlclligilur
» contradictionis propositum perdurare, se-
B eus autem si prius catechumeni exlilisscnt
a et habuissent propositum baptizandi :
» undo tales id necessitatis articulo consue-
» vit Ecclesia baptizare. »

Rituale Romanum Pauli V vetat nc baptismus conferatur ei « qui usum rationis ha-
» huit ante amentiam, et nunquam oslcn-
» dit voluntatem baptismi, aut intentionem,
d aut petitionem illius. »

S. Aug. lib. 4 contra Donat, c. 24 : « Si «proco, inquit, qui respondere potest,
» alius respondet, non itidem valet » sacramentum.

S. Th. infra q. 68,a. 7, ad 2: « Dicen-
» dum, inquit, quod si in adulto deesset in-
it tentio suscipiendi sacramentum, esset
d rebaptizandus ; si tamen hoc non consla-
B rct, esset dicendum: Si non es baptizatus,
b ego te baptizo. » El in corpore, cx professoprobat ad validitatem baptismi requiri intentionem illud suscipiendi. Insuper q. 45, a. 4 o: « Si aliquis,inquit, ablutionem
n exteriorem reciperet, non intendens reci-
» pere sacramentum , scd ludum ct dolum
» facere, non esset baptizatus.» Et in 4, d. 6, q. 1,a. 2,q. 3 : « In adultis, inquit, et in
» habentibus usum rationis , in quibus po-
» test esso contraria voluntas actu vel habi-
» tu , requiritur ct contritio sive devotio ad
» percipiendam rem sacramenti, ct inten-
» lio vel voluntas ad recipiendum sacra-
B mentum. In pueris autem absque utroque
» percipitur et sacramentum cl res sacra-
li menti ; et similiter est in carentibus usu
b rationi, nisi contraria voluntas habitu
d insit, non actu.»

Halio a priori est voluntas Christi sic instituentis sacramenta, quæ vdnntas colligitur cx doctrina et praxi Ecclcsiæ., *ul ct didis* cl sequentibus rationibus et congruentiis. l°Non est verisimile Christum voluisse de lege ordinaria justificare, filium ac haeredem suum constituere adultum, nequidem de sua justificatione cogitantem , *a fortiori* reluctantem. Confert tract, de gratia , disseri. 6 , a. 3, ubi probavimus hominem adultum non justificari per gratiam, nisi ad eam se disponat per motum liberi arbitrii. 2° Cum quædamsacramenta , præserlim baptismus et ordo, ad certum vitæ genus adstringant, et grades obligationes imponant suscipientibus, manifesta* rationi consentaneum est, utad id non compellantur nisi volentes. 3° Christus sua sacramenta instituit, ut humanis actibus perficerentur tam exparte suscipientium quam ministrantium : ita exigit dignitas sacramenti, sublimitas finis illius, scilicet justificatio et salus hominis atque ipsius conditio, qui non moro brutorum, sed ratione debet regi ct agere, maxime in salutis ælernæ negotio; idcoquc receptio sacramenti non secus ac ejus collatio debet esse humana, cl quamvis sit passio, non tamen coacta, scd voluntaria, ut ait Autorq. G8, art. 7 cil. ad 1.

Hanc autem intentionem debere esse interna m, id est, intentionem suscipiendi rem ul sacram in Ecclesia seu quod Ecclesia facit, nec sufficere intentionem recipiendi rem profanam, aut simulandi, vel ludendi, est diserte S. Thoms, in Supplemento mox citato : *elpalet,* quia qui intenderet recipere rem profanam, aut simulare vel ludere, non intenderet recipere sacramentum.

Dico 2° Hæc intentio requisita in suscipiente ad valorem sacramenti, non debet necessario esse actualis, neque proprie virtualis, vi scilicet cujus moveatur ad suscipiendum sacramentum, seri sufficit quod aliquando præcesscril ct non sil revocata , ideoque moraliter perseveret, exceptis poenitentia ct matrimonio. Vocatur a quibusdam intentio interpretative, ab aliis habitualis ; posset etiam dici late virlualis, quia, licet, ut dixi, suscipientis vi illius non moveatur ad suscipiendum sacramentum, cx eo tamen quod præccsscrit,'censetur voluntarie illud suscipere.

Paid conclusio ex dictis. Juxta enim Innocentium III, Paulum V, S. Th. ct Ecclesia: praxim, amentes aut aliter usu ra-

bonis carentes baptizantur, si prius habue riril voluntatem suscipiendi sacramentum et illam non revocaverint

Undo non requiritur tanta intentio in suscipicnteacin ministrante; quia, utjam notavi superius, minister cum sil agens, debet habere intentionem qua? sit principium actus humani et determinative ad esso sacramenti : suscipiens autem est patiens, etsi voluntarius, cl illius intentio non requiritur ut sil principium aclus humani el delermi-naliva ad esse sacramenti, sed tantum ul dispositio subjecti, el sic suflicit quod illam aliquando habuerit ct non retractaverit.

Excepi pœnitenliam cl matrimonium; quia cum in istis sacramentis aclus suscipientum sensibiliter expressi, sint illorum sacramentorum materia, nonsuflicit quod aliquando præcesserit voluntas ea suscipiendi , nisi adsint isti actus ex quibus constituitur sacramentum. Adde quod in matrimonio contrahentes sint ministri. Unde amens, quamvis ante amentiam habuerit voluntatem confitendi aut contrahendi, non potest absolvi aut contrahere, quia non potest ponere aclus ex quibus constituitur sacramentum, scilicet confessionem dolorosam aut consensum sensibiliter expressum.

Dico 3"Quantumadsacramenta baptismi, confirmationis, eucharisliæ et exlrcmæ unctionis, suflicit intentio implicita ea recipiendi, inclusa, puta, invita Christiana, vel propositio vivendi christianc. Quia hoc ipsoquu quisvivitautproponitvivere pie cl catholice, habet implicite et sufficienter intentionem utsibi conferantur omniasacramenla sibi ad salutem necessaria aut valde utilia, qualia sunt assignata.

Excludo poenitentiam et matrimonium propter rationes mox allatas in præccdenti conclusione, item et ordinem ; quia cum non sil ita utilis particulari ct inducat magnam status mutationem gravesque obligationes, nemo polesl censeri illud sacramentum intendere in generali proposito vivendi Christiane, nisi de eo aliquando voluntatem expressam habuerit, aut certe aliquid intendat in quo includatur intentio ordinis.

Cæterum, pro *explicatione ulriusque conclusionis, observandum csl* hanc intentionem habitualem sive explicitam sive impliicitam suscipiendi sacramentum, non suilicere ut in omni casu ct modo suscipiatur, sed tunc solum et eo modo quo christiano more cl rationabiliter polesl et debci cooferri ac suscipi, scilicet in casu necessitatis, lim periculo mortis , in amentia perpetua; | vel etiam extra casum necessitatis, sed cum advertentia el cognitione. *Halio* «l,quia homo vi suæ primæ intentionis sive explicita? sive implicitæ, non censetur prudenter velle sacramenta suscipere, nisi tempore, ritu et modo quo conferri solent Christianis. Unde, etsi quis ante mensem vel aliquot dies habuisset intentionem sive explicitant sive implicitam suscipiendi baptismum , confirmationem, ordinem, etc.,valide non susciperet in ebrietate, somno, amentia transitoria , ignorantia, etc., nisi forte ejus intentio expresse se extendisset ad hos casus, tunc enim valide sed illicite susciperet.

Sed quid , si non intendat quidem expresse sacramentum suscipere in ebrietate vel somno, praevidet tamen se in ebrietate vel somno baptizandum, confirmandum, ordinandum, etc., clin illa prævisionesola, sine intentione, se inebriat vel somno dat ?

H. illum invalide suscipere sacramenta. *Ratio est,* quia intentio indirecta seu in causa non censetur se extendere ad id quod sequitur per accidens ad causam libero positam, nisi cum tenemur illud vitare, cum tali enim intentione posset subsistere contraria , v. g. honesta mulier ob justam causam modesto ornatu procedens in publicum, cx quo praevidet aliquem peccatarum, non censetur ullo modo velle hoc peccatum, sed e conlra non vult : censeretur tamen velle si ob aliquas circumstantias teneretur hoc peccatum vitare in proximo. Unde in casa posito, talis homo vellet sufficienter pecmlum irreverentiae in susceptione sacramenti; quia tenetur illam filare, non tamen censeretur sufficienter velle sacramentum, quia non tenetur vitare, sed potius sumere, non quidem in illo statu, sed bene dispositus. Adde quod posset absolute habere intentionem contrariam susceptioni sacramenti.

Solvuntur objectiones contra primam conclusionem,

Obj. 1° plura exempla eorum qui inviti et reluctantes aut saltem nescientes ordinati sunt. Inter illa tria sunt notiora et solutu difficiliora. Primum csl Pauliniani, fratris sancti Hieronymi, de quo S. Epiphamus, Epistola inter llieronymianas 50, nunc lio, ait: « Ignorantem cum el nub

b lain penitus habentem suspicionem per » mullos diaconos apprehendi jussimus el p teneri os ejus, ne forte liberari se cupiens a adjuraret nos per nomen Christi, cl pri-pimim diaconum ordinavimus, proponen-› tes ei timorem Dei el compellentes ut mi-) nislraret. » Alterum exemplum est Bas-aient qui, in Epist. ad Valenlinum et Mar-cianum imperatores, quæ extat act. 11 conc. Chalcedonensis, narrans quomodo a Memnone Ephesino antistite fuerat ordi-natus episcopus Evazorum, dicit : « Ego «aulem non acquiescebam, sed ab hora p tertia usque ad sextam coram altari me p plagis afflixit, ct sanctum Evangelium ct pallare sanguine est impletum » Tertium exemplum csl Macedonii eremitae in ver-tice montis, de cujus ordinatione facta a Flaviano Antiocheno scribit Theodorelus, in Hist. Religiosa, c. 13, quod Flavianus Macedonium, « de montis vertice per spo-il ciem objeclæ accusationis abduxit et sub ÿ mysticum sacrificium altari admovit , «cooplavilquc in numerum sacerdotum: «cumque, peracla liturgia, hoc illi quidam « indicassent (ignorabat enim prorsus quid « egissent), primum quidem convitiis ver-» bisque asperis proscidit universos, deinde «arrepto baculo quo innixus propter se-« nium incedebat , pontificem ipsum el «alios qui aderant insecutus csl. » Profe-runtur item ordinationes S. Ambrosii, Pau-lini, Nepoliani, S. Augustini cl quorum-dam aliorum. Ergo.

Λ. duplici modo aliquem dici invitum ct coactum respectu suæ ordinationis. 1° Sic, i ul neque precibus , neque rationibus, ne-que minis vicius unquam annuit, sed sem-per obluctatur , vel omnino inscius ordina-tur; ct hujusmodi ordinatio csl invalida. 2»Modo, sic, ut præ humilitate se indi-gnum reputans, cl reverentia erga sacrum ministerium motus, primum reluctatur, sed tandem auctoritatis pondere, rationibus, suasionibus , minis vicius consentit, el talis valide ordinatur, quia adest sufficiens con-sensus: clitain mullis contingere scribit S. Aug. Epist. ad Donat. 204, nunc. 173. c Mulli, *inquit,* ut episcopatum suscipiant, ! » tenentur inviti , perducuntur, includun-« lur, custodiuntur, patiuntur tanta quæ « nolunt, donec eis adsit voluntas susci-« piendi operis boni. »

Talos fueruni Paulinianus el Bassianus. Dc Pauliniano enim scribit ipseS. Epipha-nius ibidem : ‹r Valde quippe obnitebatur, » indignum se esse contestaris : vix ergo » compulimus cum et persuad-ic potuimu» u testimoniisS. Scripturarumcl persuasione » mandatorum Dei. « Neque obstat quod os teneretur, non enim id coactionis,sed potius necessarii consensus est argumentum ; quia moris erat tunc, ut qui juraverat se non suscepturum ordines, non ordinabitur, ne perjurii reus esset, *ul palet* ex S. Basilio, Epist. ad Amphiloc. c. 10. El id timebant qui os Pauliniani tenebant, *Ne (orte libe-rari se cupiens,* inquitS. Epiphan. *adjura-rcl nos per nomen Christi.* Nullum autem fuisset periculum perjurii si, voluntate nun-quam assenlienlc, ordinati fuissent. Idem probat factum Bassiani; ul quid enim lam-diu cæsus, nisi ut tandem præberet consen-sum ? Talis aulem consensus, licet sil invo-luntarius secundum quid, csl tamen volun-tarius simpliciter, ul communiter docetur de his quæ fiunt cx metu, el mox dicemus. Quod autem dicimus de bis duabus ordina-tionibus, dicendum est *a fortiori* de ordi-nationibus S. Ambrosii, Paulini, Nepoliani, S. Augustini cl similibus quæ referuntur.

Quantum ad ordinationem Macedonii quæ majorem patitur difficultatem, quidam dicunt ipsum consensisse iis omnibus quæ religiose peragebat circa illum Flavianus, el ideo implicite suæ ordinationi. At probabi-lius respondent alii, ejus ordinationem fuisse irritam , nisi postea ipso consentiente itera-tus sit ritus sacer ; idque sat innuil ipse Tlico-doretus, addens : *Scimus sane haud laudan-dam mullis visum iri hanc narrationem.*

Proferuntur insuper ordinationes sancti Grcgorii Thaumaturgi et sancti Danielis Slylilæqui dicuntur ordinali absentes: ve-rum inde probaretur etiam validam esse or-dinationem absque manuum impositione el inateriæ applicatione, quod nemo admittit. Hæc igitur exempla nihil ad praesentem controversiam conferunt, ct dicendum has ordinationes vel factas fuisse divinitus mi-nisterio angelorum, ul narratur de conse-cratione Amphilochii episcopi Iconiensis,vel postea fuisse suppletos ritus ordinationum.

Insl. Civis potest invitus promoveri ad consulatum,ubi id exigit bonum commune: ergo catholicus Ecclesiæ subditus ad sacri ordinis gradum, ubi id poscit utilitas Eccle-siæ.

A. *N. conscq.* Disparitas potitur, 1° cx voluntate Christi quæ nobis constat cx definilionibus, praxi ct communi sensu Ecclcsiæ. 2' Promotio civis ad consulatum csl tantum denominatio extrinscea nihil ponens in promoto, cldeputatio ad exterius ministerium coactioni subjectum ; homo cnim hominem adactus externos cogere potest. At ordinatio sacra , gratiam, characterem , potestatem ecclesiasticam ponit inanima, ubi Ecclesia non habet potestatem cogendi, quam licet dare potuci it Christus, non dedisse tamen constat ex probationibus conclusionis. Potest ergo catholicus invitus deputari ministerio altaris, sicut civis regimini exteriori,el tenetur in necessitate consentire et acceptare, el hoc probat pari lasargumcnl i; alsi renuat peccat quidem, sed nil efficitur.

Hicq. 68. a. 7. ad I — *Repones.* Qui recipit alapam, invitus recipit, ct tamen recipil. ergo similiter dc sacramento.

R. N. conscq. Disparilas csl, quod receptio sacramenti sil passio voluntaria; rcccppio autem alapæ, passio coacta.

Obj. 2' Ecclesia approbat baptisma metu suppliciorum susceptum, ct sic baplizalos cogit ad mores Christianorum , *ut patet* ex concilio Toletano circa baptizatos tempoic regis Sisebuli. Ergo.

R. N. conscq. Quia quæ fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria, neque obstat voluntas contraria conditionala ; vellet quidem non suscipere baptismum, sed ne detrimentum patiatur vult simpliciter et absolute recipere: patetin mercatore projiciente merces in mare metu naufragii. Et quamvis sic metu adacti possent retinere intentionem internam suscipiendi rem ut in Ecclesia sacram: hoc ipso tamen quod ritum externum , ul fieri solet, suscipiunt sicut alii, Ecclesia quæ non judicat de internis, præsumit in loro exteriori voluisse susciperesacramenlum et esse vere baptizatos, el ideo cos c>g'ts'a:e religioni chrisliana> quam in baptismate perceperunt. Ila respondet Innocent. III, cap. cil. *Majores.*

Obj. 3° Ipse Innocentius, ibid, dicit : « Tunc ergo characterem sacramentalis im» primit operatio, cum obicem voluntatis » contrariæ non invenit. » Ergo saltem non requiritur in suscipiente consensus positivus , sed sufficit quod non sil in eo voluntas contraria el neutraliter se habeat. Earndem sententiam tonet Glossa. Ita Cajclanus.

R. N. conscq. Utrumque cnim requirii Innocentius, ct consensum positivum, cl non resistentiam cxtrinsccam. Delinit cnim dormientes ct amentes non recipere characterem , si antea habuerint contrarium propositum ct non retractaverint; c contra recipere, si habuerint antea propositum baptismi. Ergo requirit Innocentius non solum quod suscipiens non sil contrarius,sed etiam quod sit consentiens. Quando itaque statim concludit sic : « Tunc ergo characlaremsa» cramcnlalis imprimit operatio, cum obi» *ecm* voluntatis contraria: non invciiilob«sistentem : » per *obicem voluntatis tonfrarid!* intclligit non solum resistentiam posiCvarn, sed etiam dissensum negativum scu carentiam consensus, ila ul ex negatione, inlelligenda el supponenda sil affirmatio contraria, scilicet : cum obicem ioluntatis contraria: non invenit obsistentem, sed voluntatem in consensu perseverantem; alioquin ejus illatio non corresponderclulri que membro definitionis præcedentiscxqin elicitur. Glossam non moramur quia non est tantæ auctoritatis.

Obj. 4' cx S. Aug. 1° S. Docl. 1. 4 Confess. c. 4, narrat quod quidam amicus febribus laborans, *cum desperaretur, baplisatus et nesciens, mente atque sensu absen-Ussimus* zalqui is non habuerat intentionem suscipiendi baptismum , cum scribat S. Aug. quod cum deflexisset ad superstitiosas ct perniciosas fabellas : ergo. 2° Tract. 26 in Joan, dicit : *Accipere quisquam potat sacramentum nolens, credere non polal nisi volens.* Ergo.

R. ad primum, N. min. quamvi en ni S. Aug. eum deflexisset ad perniciosas I .-upcrliliosas fabellas, is tamen seramlidcm, licet *nondum germanitus ct penitus* tenebat, ut scribit S. Doctor, erat catechumenus baplismumque desideraverat : cumque S. Augustinus baptismum ejus irrideret : « Ita irridentem exhorruit ut inimicum, » admonuilquc mirabili el repentina libcr» talc, ul si amicus esse vellet, talia sibi » dicere desineret. » Quæ omnia ex ipso S. Augustino ibidem *probant /alsam esst minorem argumenti. Ad secundum.* S. Aug. loquitur dc susceptione eucharistia:, *ul pale/ exlextu ;* dicit enim : « hitrarc quisEc» elesiam potest nolens, accedere ad altare » potest nolens, accipere sacramentum pou lest nolens, credere non potest nisi vo-

b lens,» Quod si contendas S. Aug. loqui etiam de baptismo, dicam ipsum ita loqui respective ad infantes, aut ad adultos secundum quid tantum invitos.

Obj. 5° Concilium Florentinum definit tria tantum concurrere ad perfectionem sacramenti , materiam , formam cl intentionem ministri, nihil do intentione suscipientis. Ergo non requiritur.

/{. *N. conscq.* Quia concilium loquitur tantum de iis quæ sunt communia omnibus sacramentis : intentio autem suscipientis non csl necessaria omnibus sacramentis, scilicet susceptioni Eucharistiæ ct baptismo pro parvulis cl amentibus.

Inst. 1° Quod est necessarium in uno ad substantiam sacramenti, csl necessarium in omnibus. Ergo.

R. D. ani. Quod csl necessarium in quid essentiale, *C.* quod est necessarium ut dispositio subjecti tantum csl conditio sine qua non, *subdistinguo.* Si subjectum sil capax illius, *C.* si sit incapax, ul sunt pueri ct amentes, *N.*

Inst. 2° Quod non est essentiale uni sacramento , non csl essentiale alteri : atqui intentio subjecti non est essentialis alieni sacramento cx dictis ·. ergo nulli.

R. C. lotum. Non enim dicimus intentionem subjecti requiri essentialiter ad sacramentum , sed tantum ut conditionem cx parte subjecti

Inst. 3° Perfectio sacramenti tota est a ministro. Ergo.

R. D. ant. Tota est a ministro ul a causa efficiente, *C.* ut a conditione requisita, A'.

Inst. 4°. Non requiritur consensus hominis ut generetur : ergo nec ut regeneretur per sacramentum.

R. N. conscq. Disparitas est, quod generari sit quid naturale cujus subjectum necessarium est homo, incapax consensus vel dissensus, antequam sil genitus. At regenerari per sacramentum est quid morale, naturæsupcradditum clindcbilum,subjectum capax consensus ct dissensus sanctificans, constituens ministrum in foro interiori, graves inducens obligationes : hæc autem licri non conveniebat absque ejus consensu.

Inst. 5° Baptismus est institutus in remissionem peccati originalis : atqui peccatum originale sine intentione ct consensu contrahitur : ergo sine intentione ct consensu remittitur.

R. 1° baptismum non esse tantum institutum in remissionem peccati originalis, sed etiam actualis quod proprio consensu committitur. 2° *N. sonseq.* Ex hoc enim quod peccatum originale contrahatur sine consensu propriæ voluntatis, non sequitur quod sine consensu debeat dimitti, sed eo modo qui Deo placuerit. Placuit autem Deo quod adultis, qui sunt capaces consensus el dissensus, non dimitteretur sine proprio consensu, quatenus homo adultus sine motu propriæ voluntatis non justificatur dc lege ordinaria, ut dixi dum dc gratia loco supracitalo. Neque convenit ut sine proprio consensu induat novum statum el graves obligationes.

Pcles utrum fides requiratur in suscipiente ad valorem sacramenti?

Inf. q. f?S. a. S. o.— *R. negative,* excepta pœnilenlia. *Palel* cx usu et praxi Ecclesiæ quæ ratum habuit baptismum quem hærelici sub legitima forma receperant : cl ita expresse resolvit S. Aug. lib. 3 dc Bapt. c. 14. *Ralio est,* quia sacramentum non perficitur per justitiam hominis dantis vel suscipientis baptismum, sed pervii tutem Dei Excepi poenitentiam, quia, ul jam non semel dixi, ejus materia est actus pernitentis, scilicet actus contritionis scu attritionis qui non potest esse sine fide.

Si opponas Optat. Milevit. qui lib. 5 adversus Pannenalicil necessariam esse fidem suscipientis sicut invocationem Trinitatis, et S. Ambrosium qui lib. 1 de Spiritu sancto, c. 3, dicit sine fide Trinitatis vacuum esse sacramentum.

R. ad primum, juxta Optatum necessariam esse fidem suscipientis sicut invoca;?-nem Trinitatis, sed non in eodem gr.· invocatio namque Trinitatis nccessari; ad substantiam sacramenti, scu, ul · Optatus, *sine qua res non potcsl geri:* : autem suscipientis est necessaria ad effectum sacramenti; sicquc ly *sicut* non dicit omnimodam paritatem. .i*d secundum,* S. Ambrosius pariler loquitur dc effectu ; res enim quæ non obtinet offectum ad quem est instituta, recte dicilur vacua.

ARTICULUS II.'

Utrum liceat ministrare sacramenta peccatori ea pelcnli?

Infra q. SO. n. 6. o. et íη4. d. 9. q. 4. a, 5. q. 4. — Peccator vel csl publicus vel occu!·

tus. Publicus dicitur, vel evidentia juris, quando scilicet in judicio est criminis convictus aut confessus, vel evidentia facti quod nulla tergiversatione celari potest. Hoc ultimum non ita facile dignoscitur; non enim solum attendi debet numerus testium, sed qualitas delirii, loci, personarum quæcrimen noverunt, ita ul censeatur prudenter ad communem notitiam venisse, vel brevi perventurum. Peccator occultus diciturcui deest evidentia juris aut facti. Item peccator sive occultus sive publicus, vel publice petit, ut si cum aliis ad sacram mensam accedat; vel occulte, ut si privatim vel etiam palam sed solus petat, eljninislcr non paraius aut alio detentus, honeste prætcxit suas occupationes sine scandalo et diffamatione pclenlis.

Ibid. — *Dico.* Peccatori occulto occulte petenti, ct publico sive occulte sive publico petenti, extra periculum, mortis deneganda sunt sacramenta, excepta poenitentia, pI in aliquo casu matrimonium. Est communis.

Ita Rituale Romanum de eucharistia quoad utramque partem. Quantum ad primam, « Occultos vero peccatores, *inquit,* » si occulte petant, et non cos emendatos » noverit, repellat. » Quantum ad secundam, *a* Arcendi sunt, *inquit,* publice πιo digni, quales sunt excommunicati, inter« dicti, manifcsliquc infamos, ut merclrioces, concubinarii, fœneratores, magi, sor» tilegi, blasphcmi, et alii ejus generis puto hlici peccatores, nisi de coi um poenitentia » constet, ct publico scandalo prius satisfc» cerint. »

Notanda sunt bæc ultima verbo , *nisi de eorum poenitentia constet, ct publico scandalo prius satisfecerint.* Ex quibus *palet* quod non sufficiat emendatio sed ct requiratur reparatio scandali per conversionis notitiam. Si tamen occulte petat, ct ministro præsentibusque, si adsint, constet dc ejus conversione, sitque certum quod conversio simul cum perceptione sacramenti innotescet, videtur quod tunc non sil denegandum , cum nulla appareat amplius causa denegandi.

Ratio utriusque partis est, quia cx hoc quod sacramentum denegetur peccatori occulto occulte petenti, vel publico publice aut occulte petenti, nulla sequitur ejus diffamatio aut aliud inconveniens. Consequenter minister peccaret contra religionem dando sine urgente causa sanctum canibus, cum magna sacramenti irreverentia, abuteretur suo ministerio quod est illi datum ad ædiffcalionem et non ad destructionem, et concurreret absque necessitate peccato saltem externo alterius, internumquefoveret ; cl si esset publicum, magnum generaret scandalum.

Dixi 1 , *extra mortis periculum;* quicum sacramenta sint propter homines, in extremis extrema sunt lentanda, ct potius exponitur sacramentum irreverenti® quam privetur homo in tanta necessitate, sacramento quod prodesse potest. Debet tamen conari minister in quantum tempus permitlitet facultas adest, ut peccator morti proximus det eo modo quo potest signa pœnllentiæ, etiam publica si sil publicus.

Dixi 2°, *excepto sacramento poenitentia;* quia sacramentum pœnitcntiæ est omnibus peccatoribus *secunda post naufragium tahala*, ad quam ideo omnes peccatores etiam sceleratissimi, sive occulti sive publici, com fugere debent : idque probat praxis confessoriorum qui omnesadmittunlelsecunduni dispositionem cujusque absolvunt, differant aut remittunt : neque inde ullum inconveniens natum est sequi pro tama pœnilentis, aut tranquillitate reipublicæ.

Dixi 3°, *excepto etiam matrimonio* in *aliquo casu ;* quia in vicinia haereticorum, propter tranquillitatem reipublicæ, toleratur matrimonium cum parte hæretic?, eique consequenter peccatori publico ministratur sacramentum. Id autem ad alios casus non est extendendum , nisi cx gravi causa ab Ecclesia approbanda.

Multi etiam excipiunt casum quo minister non nisi cx confessione sciret crimen polentis sacramentum; quia nunquam licet uti scientia confessionis cum confusione cl rubore pœnitcnlis, cx quo redderetur sacramentum valde odiosum. Et ita videtur definivisse Eugenius papa, cap. *Si sacerdos,* de Officio judicis ordinarii, Extra lib. 1, tit 31, cap. 2. « Si sacerdos, inquit, sciat pro certo aliquem osse reum alicujus criminis, D vel si confessus fuerit ct emendare nolue)) rit... non nominatim potest eum remo» vere a communione... Quia non ut judex » scit, sed ut Deus. »

Equidem S. Th. junior in 4, d. 9, q. i, art. 5, q. 1 , videtur docere oppositum, secutus doctorcs sui temporie, Alensem,

Richardnm, elc. Sed interpretatur Sylvius, scilicet, si ex alia causa quam criminis auditi in confessione possit honeste se excusare. Alii dicunt S. Th. seniorem factum tacite retractasse in Summa quod junior docuerat in Sententias ; quia infra q. 80, a. G cit. ubi x professo quaerit utrum liceat denegare corpus Christi peccatori petenti, et ubi ideo opportunum fuisset hanc priorem suam opinionem insfere, omnino omittit.

iWd. — Z>ico2° Peccatori occulto publice petenti non estdenegandum sacramentum, ubi sine ejus diffamatione ct scandalo denegari non potest, ut si cum aliis accedat ad sacram mensam.

Est etiam communis et certa, et ita deHnitur in jure G, q. 2, cap. *Si tantum,* Extra 1.1, tit. 31, cap. *Si sacerdos* et cap. .Von *prohibeat* , de Consec. d. 2. Et ita semper observatum fuit in Ecclesia. « Nos, » inquit S. Aug. Hom. 351, olim 50, inter » 50, a communione prohibere quemquam » non possumus..... nisi aut sponte confes- »sum, aut in aliquo, sive saeculari sive » ecclesiastico judicio nominatum atque » convictum. » Et Rituale Romanum de eucharistia, « Occultos, inquit, peccatores, » si occulte petant, et non eos emendatos «agnoverit, repellat : non autem si pu- » blice petant, ct sine scandalo ipsos præ- » tcrire nequeat. »

Hujus conclusionis varii varias adferunt rationes, ut quod sacerdos sit minister publicus, idcoquc debeat uti scientia publica ; quod baptizalus habeat jus ad sacramenta, quibus non potest privari publice, nisi publice constet jus suum amisisse ; item quod habeat jus ne diffametur. His et aliis rationibus omissis, quæ graves et intricatas patiuntur objectiones.

Infra q. 81. o. 2. o. et ad 2. et in 4. d. 9 q. 1. a. 5. q. 1.—Arbitror juxta Auctorem, rationem fundamentalem conclusionis esse voluntatem Christi quæ ex ejus facto nobis innotescit, cum corpus suum non denegavit Judæ quem noverat peccatorem : quod factum Apostoli et Ecclesia apprehenderunt ut exemplum quod sequeremur ; et hinc præceplum in Ecclesia, ut ex ejus traditione et praxi constat.

Idquc meri to propter gravia inconvenientia quæ alioquin sequerentur. Vel enim minister teneretur probare crimen, vel non : si primum , onus foret ipsi intolerabile ct plerumque impossibile, cum vel ipse solns crimen nosceret, vel testes, ut plerumque accidit, recusarent ferre testimonium. Si secundum, datur ansa sacerdotibus quemlibet impune diffamandi : et hinc jurgia, lites, scandala, turbatio Ecclesiæ et rcipublicæ, dum minister justam .suscipiens injustam diceret rcpulsam: et alii judicarent prave vel de sacerdote, quod injuste repellat eum qui bene audit ; vel de suscipiente , quod gravi crimini subjaceat; vel etiam de Ecclesia, quod toleret sacerdotes, viros probos etintegræ famæ diffamantes.

Hæc mihi ministrat Angelicus Doctor , locis citatis in margine* *a* Quia, inquit q. » 81, art. 2 o , Christus nobis debuit esse » exemplum juslitiæ, non conveniebat ejus » magisterio, ut Judam occultum peccato- » rem sineaccusaloreetevidentiprobatione, » ab aliorum communione separaret, ne per » hoc daretur exemplum prælalis Ecclesiæ » similia faciendi. » El ad 2 : « Ideo Christus » Judam non repulita communione, ut da- » rct exemplum tales peccatores non esse » ab aliis sacerdotibus expellendos. » Et in 4 cit. aQuia alias daretur facultas malis sacerdotibus pro suo libito punirc maxima pm- » na quos vellent, d

Neque dicas Christum non dedisse Judæ suum corpus, sed simplicem panem : id enim falsum probàbimus cum Auctore ad q. 81 citatam.

S» *ulterius dicas* inde probari quod etiam peccatori non petenti liceat dare sacramentum, quia Judas non petebat: ft. Quod cum Judas inter alios discumberet, nec posset sine scandalo repelli, censendus sit tacite petiisse, quod omnibus parabatur.

Et hinc cvanescuntomnesobjeeliones.

Si enim objicias 1°, quod peccator per peccatum amiserit jus ad sacramentum ; 2* quod possum manifestare furem ut restituat ablatum, etiamsi inde infametur ; 3° quod profanatio sacramenti sit majus malum quam diffamatio indigne accedentis,' 4· quod nunquam liceat concurrere ad peccatum alienum ; 5° quod præceplum sit negativum , *Nolite dare sanctum canibus ;* 6° quod non possim reddere gladium volenti se vel alium occidere ; 7° quod possim aperirccrimcn volentis se occidere corporaliter, ul impediam , etiamsi inde diffametur ; 8’ quod non liceat ponere hostiam consecratam in loco sordido, neque dare petenti ad

magiam ; 9° quod sacerdos possit dare hostiam non consecratam :

Hæcomnia, inquam, ct alia hocuno verbosolvunlur , quod in his omnibus non habeamus voluntatem Christi, sicut habemus in rasu conclusionis ; quippe qui illam manifestavit suo facto in exemplum nostrum , cedens hac in parte juri suo non quidem in favorem peccatoris, qui ideo non excusatur, sed in favoiem ministrorum el pro tranquilliia e Ecclesiæ , cl forte proplcralias causas sibi nolas.

Ad singula lamcn succincte R. Ad primum. Peccator amiserit necne jus ad sacramentum ; sufficit quod ministro sit obligatio cx voluntate Christi illi ministrandi. *Ad secundum N. conseq.* Quia manifestationem peccalorisad sacramentum accedentis prohibuit Christus propter gravia inconvenientia, quæ non resultant ex manifestatione furis. *Ad tertium, D.* Profanatio est majus malum peccatori suscipienti, *C.* ipsi ministro, *N.* Ipse enim non peccat, ncc profanat, sed facitid adquod tenetur cx volunlalcChrisli. *Ad quartum.* Minister non concurrit positive ad peccatum alterius, sed permittit tantum ex justa causa; quod in pluribus aliis contingit. *Ad quintum.* Præccplum est negativum conditionatc, si Christus non dispensaverit cl juri suo non cesserit : vel non est dandum sanctum canibus sine causa, sicut non est occidendum sine causa. Insuper istud præccplum ad litteram est de non annuntiando Evangclioiisqui instar canum illud dilacci ant. *Ad sextum, N. ant.* Si subsit jusla causa, v. g. ad evitandam mortem mihi intentatam. Aliunde non adest ibi voluntas Christi. *Ad septimum.* Pariter id non prohibuit Christus sicut prohibuit manifestationem peccatoris occulti petentis publice sacramenta. Adde quod ex manifestatione volentis seipsum occidere non sint nata sequi inconvenientia sicut ex nostro casu;] tum quia est dc raro contingentibus ; tum quia facile potest probari luria aul amentia volentis seipsum occidere. *Ad octavum , Λ'. conseq.* Ulrumquc enim in casu ncc permisit nec præcepil Christus, sicut præccpil in casu conclusionis. Adde quod cx causa liceret eliam ponere in loco sordido, puta, ne conculcaretur ab infidelibus, Ad *ultimum , IV. ant.* Quia in sacramento veritatis non debet haberi ilelio ct mendacium lacto, neque licet dare scienter occasionem idololali ia.·, etiamsi materialis tantum. Aliunde ista ratio non currit pro sacramentis aliis ab eu. charistia.

DISSERTATIO VII.

DE NUMERO, ORDINE ET CÆREMOMIS SACRAMENTORUM, NECNON DE SACKAAIEV. TALIBUS·

D. Th. Q. 65.

ARTICULUS I.

Dc numero sacramentorum.

Hicq. q. 65. a. 4. o. — *Dico* Sacramenta novæ legis sunt septem, nec plura, nec pauciora : scilicet, baptismus, confirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo et matrimonium.

Est de fide contra Lulhcranos cl Calvinistes, qui duo vel tria tantum sacramenta agnoscunt; quidam enim baptismum elcœnam dunlaxat admittunt; alii addunt his duobus confirmationem, alii poenitentiam, alii ordinem : ila errantes inter se dividuntur.

Prob. 1° ex S. Scripturis, quæ de quolibet sacramento mentionem faciunt : loca retulimus disseri. 3, a. 4 ; require. Item referemus dum de singulis sacramentis.

Prob. 2° cx constanti Ecclesiæ praxi cl sensu. Ecclesia quovis tempore damnavit cos qui septenarium sacramentorum numerum temerabant : sic sæculo tertio damnavit Novilianos, qui neophytos non confirmabant; sæculo quarto, Manichæos, qui nuptias damnabant ; sæculo decimo quarto, Wiclcffislas, extremam unctionem rejicientes; sæculo decimosexto, Lulhcranos, Zuiiiglianos, Calvinislas, quorum alii duo, alii tria tantum sacramenta admittebant, ul dictum csl.

Confirmatur ex summo consensu Ecclesiæ Græcæ ct l.alinæ in statuendo septenario sacramentorum numero. Hunc probant ritualia Græca, edita a Jacobo Goar; (demonstrat Leo Allatius ; item Jeremias, patriarcha Conslanlinop. qui, in censura qua perstringit Augustanam Lulhcranorum Confessionem, testatur in ecclesia Graea septem sacramenta,ncc plura nec pauciora, recipi.

i'rob. 3° *cx conciliis.* Concilium Lnndonienseanno 1237, auctoritate OllomsS.Sc-

dis legati celebratum , numerat septem sacramenta assignata.

Concilium Florentinum, in decreto Unionis anno 1439, sic definit : σ Novæ legis » scplera'sunt sacramenta, videlicet ba|>- » tismus, confirmatio, eucharistia, pœni- ⁽ lenlia, extrema unctio, ordo el malrimo- ₍ nium ; » nullo Graecorum contradicente.

Concilium Tridcnlinum, sess. 7, can. 1, sic pronuntiat : « Si quis dixerit sacramenta « novæ legis non fuisse a Jcsu Christo Do- » mino nostro instituta ; aut esse plura vel s pauciora quam septem, videlicet baplis- u mum, confirmationem , eucharistiam , » poenitentiam , extremam unctionem, or- » dinem ct matrimonium; aul eliam ali- ₍ quod horum septem non esse vere el pro- » prie sacramentum : anathema sit. »

Prob. ex Patribus. Tertullianus antiquissimus scriptor, I. de Prescript. c. 40, meminit baptismi, confirmationis, eucharistiæ et summi pontificatus, id est, ordinis; pœnitentiæ lib. quem inscripsit de hoc sacramento; item ordinis, lib. ad Uxorem c. 7, ct de Prescript. c. 41, ubi addit ægrotorum curationem, id csl, extremam unctionem ; matrimonii, lib. 2ad Uxorem c. 8.

S. Aug. lib. 5 de Bapt. c. 20, memorat baptismum, eucharistiam cl oleum, id est, extremam unctionem ; item oleum, Epist. 119; confirmationem , 1. 2 contra Liti. Petiliam c. 104 ; ordinationem, 1. 2 coni. Epist. Parmeniani cap. 13, cl 1.1 de Baptis. c. 1 ; poenitentiam , in Psal. 146; matrimonium , 1. 1 de Nupt. cl Concupisc. c. 10. Alii vero Patres modo unius, modo alterius, prout occasio se oflcrcbat, memineruntt.

Hinc Magister Sententiarum , qui floruit circa medium sæculi duodecimi, septenarium sacramentorum numerum tanquam rem in Ecclesia constanter el communiter receptam adstruit, nemine redamante , quamvis in pluribus aliis mullos habuerit impugnalorcs. Deinde S. Th. ct omnes scholastici, excepto uno Durando qui matrimonium e numero sacramentorum expunxit.

Prob. 5° ratione congrua Auctoris, cx similitudine vitæ spiritualis cum corporali. Ad vitam corporalem tum privatam cum publicam septeni sunl necessaria. Γ Generandus est homo; 2° augendus cl roborandus; 3 ı nutriendus; 4° si infirmatur, sanandus ; 5° reliquiæ infirmitatum removendæ; 6» quia est animal sociale, constituendi superiores qui rempublicam et societatem regant; 7°quia csl mortalis, ne pereat societas, necessaria csl legitima maris et fœminæ conjunctio ad propagationem. Ila ad vitam spiritualem , quæ conformilatem aliquam habet cum corporali, septem sunl necessaria. 1· Per baptismum renascimur; 2° per confirmationem augemur ct roboramur in fide; 3° per eucharistiam spiritu nutrimur; 4° per poenitentiam sanamur; 5 · tolluntur reliquiæ peccatorum per extremam unctionem; 6° per ordinem constituuntur superiores qui Ecclesiæ societatem regant; 7° per matrimonium lit religiosa prolium propagatioelChristiana educatio; non enim est solum in officium nature, sed est etiam sacramentum graliæ.

Solvuntur ohjrctior.es.

OM. 1° Neque in S. Scriptura neque in Patribus invenitur septenarius sacramentorum numerus ordine cl expressis verbis definitus; imo quidam Patres duorum tantum , alii trium, alii quatuor meminerunt. S. Dionysius Areopagita , de Ecclesiasl. Hierarch, ubi prolixe tractat dc sacramentis c. 2, 3,4,5, baptismi, confessionis , eucharisliæ ct ordinis tantum mentionem facit; c. 7, obiter pœnitentiæ, sed nullatenus matrimonii et extremae unctionis. Justinus in Apologia baptismum et eucharistiam tantum nominat. S. Cyrillus in suis Catechesibus, cl S. Ambrosius I. dc Sacramentis, his addunt confirmationem dun- (axat.

R. N. conseq. Sufficit enim quod in S. Scriptura cl Patribus inveniantur res ex quibus colligitur numerus septenarius sacramentorum, quod ita esse probarimus. Neque ullus Patrum unquam asseruit esse tantum vel duo, vel tria sacramenta ; sed modo duorum, modo trium, modo plurium meminerunt, prout occasio fcrcbal et suo proposito conveniebat.

Sic S. Dionysius non meminit matrimonii clcxlrcmæ unctionis, quia ex professo non agebat de sacramentis, sed dc actibus hicrarchicis, seu officiis sacris quæ in Ecclesia solemniter cl cum quadam consccralione excrccniur. Ncc tamen omnino siluit de extrema unctione, dum cap. 4 loquitur de consecratione *sacri olei,* quo nomine

intelligitur non solum chrisma, aul oleum catechumenorum, sed etiam infirmorum. Juslinus agit dc baptismo ct eucharistia, quia intendebat retundere calumniam gentilium, qui dicebant christianos baptizari malefica superstitione, et cos apponere in sacra mensa carnes infantium trucidatorum. SS. Cyrillus cl Ambrosius ibi instruunt catechumenos, ct ideo loqucnlur dc baptismo, confirmatione cl eucharistia, quæ solebant tunc simul cis dari.

Inst. cx S. Aug. 1° S. Doctor, ispist. 118, nunc54, cl lib. 3 de Docl. Christiana cap. 9, numerat tantum duc sacramenta, baptismum scilicet cl eucharistiam. 2°Tract. 120 in Joan, dicit cx latere Christi fluxisse sacramenta Ecclesiæ, quod et alii Patres dicunt. 3 Consuetum erat antiquis religionis mysteria gentibus occultare. At juxta S. August, in Psal. 103, duo tantum, baptismuset eucharistia occultabantur : « Quid » est, inquit, quod occultum est ct non » publicum in Ecclesia? Sacramentum » baptismi, sacramentum eucharisliæ : » opera enim nostra vident pagani, sacrali menta vero occultantur illis. »

. *R. ad primum,* S. Augustinum alibi aliorum sacramentorum meminisse , ul probavimus : imo ct in iis ipsis locis objectis alia esse quam duo nominata aperte indicat; dicit enim primo loco : « Sicuti est » baptismus Trinitatis nomine consecratus » et communicatio corporis ct sanguinis j› Domini, etsi quid aliud in Scripturis d canonicis commendatur, *n* In secundo loco : *Siculi est baptismus el celebratio corporis Christi ;* quo loquendi modo manifeste palet hæc duo cx pluribus aliis proferri in exemplum.

Ad secundum. Sub duobus sacramentis cælera comprehenduntur, quia baptismus est janua aliorum sacramentorum, eucharistia finis et præslanlissimum omnium. Aliunde S. Aug. loquitur ibi de aedificatione Ecclesiæ ad quam concurrit *sanguis redemptionis,per quem* soluto pretio redempti sumus, ct baptismus, per quem regeneramur.

Ad tertium. Duo numerat, sed alia non excludit; imo alia asserit ibidem, dicit enim : « Munus sacramentorum in baplis- *t* mo, in eucharistia et in cætcris sanctis » sacramentis. » Insuper S. Basilius, de Spiritus sancio c. 2, dicit *olei unctionem* ctiam occultari. S. Chrysost. Horn. 18ini Corinth, inter secreta recenset ordinationem : si ergo valeat argumentum, debent hærclici agnoscere sacramenta extreme unctionis el ordinis.

Obj. 2° Lotio pedum est sacramentum : ergo sunt plusquam septem sacramenta. *Prob. ani.* 10 Est signum sensibile. 2° Est signum graliæ : Joan. 13, 8 : *Si non laven (c, non habebis pariem mecum;* v. 10· *Qui lotus est non indiget nisi ul pedes lavet , sed esi mundus lotus.* Quæ verba significant mundationem a peccatis venialibus quæ post gratiam baptismalcm committuntur ct significantur pulvere pedum. Ei v. 7 : *Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.* Quæ verba indicant significationem mysticam in ea lotione latitare. Esi signum a Chrislo insliluluin et præceplom, v. 14 : *Si ergo ego lavi pedes vcslros Dominus et magislcr, el vos debetis alter alterius lavare pedes ; exemplum enim dedi vobis, ul quemadmodum ego feci, ila el vos facialis.* Atqui hæc tria constituunt verum sacramentum. Ergo.

R. N. ant. Namque lotionem pedum non fuisse a Chrislo Domino institutam et praeceptam tanquam sacramentum , certo constat ex ipsa Ecclesia quæ septem tantum agnoscit sacramenta, et cujus disciplina veria et inconstans circa hanc pedum lotionem, evidenter probat eam nunquam habuisse ut sacramentum. S. Ambros. 1.3de Sacram, c. 1, tcslatur ecclesiam Romanam, omnium matrem , eam non observare. Ecclesia Hispaniarum , teste S. Isidoro, lib. 6 Elymolog. c. 7, non solum pedes, sed caput baptizandorum lavabat dominica Palmarum : unde hæc lotio dicta est *Capitilavium.* Eumdem morem servatum fuisse in Galliis refert Alcuinus, I. de Ecclesiasticis officiis. Deinde ecclesia Hispanica, in concilio Illibcr. can. 48, prohibuit lavari a sacerdotibus et clericis pedes eorum qui baptizabantur. De ecclesia Africana scribit S. Aug. ad Jan. Episl. 55, alias 119. c. 18 : « Ne ad ipsum sacramentum baptismi » videretur perlinere (lolio pedum), mulli » hoc in consuetudine recipere nolue- » nmt : nonnulli etiam dcconsuctudineau- » ferre non dubitarunt. » Ex quibus evidens est lotionem pedum nunquam habitam fuisse in Ecclesia ulsacramcnlum a Christo institutum ctpræceptum, sed in quibu*·

II

tlain ut caeremoniam ecclesiasticam. Insuper si lotio pedum esset sacramentum remissivum venialium, ut volunt, cur semel lanium u.zanno et non quotidie adhibetu»·, tum sint quotidiana peccata venialia? cur ante baptismum adhibebatur, cum peccata tenialia non dimittantur ante mortalia, quæ per solum baptismum diluuntur? Itaque-

Adprob' nego quod sit signum practicum gratiæ conferendæ vi istius lotionis, quod requiritur ad rationem veri sacramenti ; sed signum fuit humilitatis et charitatisa nobis cxcrcendæ pro remissione venialium, quarum virtutum per hanc lotionem Christus dedit nobis exemplum, juxta illius verba : *Exemplum dedi vobis, ul quemadmodum tgo feci*, etc. Hæc igitur verba, *Et vos debetis alter alterius lavare pedes*, metaphorice sunl inlelligenda de praecepto humilitatis et charitatis. Ista : Si *non lavero te,* non *habebis pariem mecum,* non significant graliæ promissionem per hanc actionem conferendæ , sed comminationem privandi Pcirum vel consortio et familiaritate Christi, vel sacra mensa quæ parabatur, vel regno coelorum ; non quod hæc ablutio ul talis esset absolute necessaria, sed obeiientia. Horum autem verborum, *Qui lous est non indiget nisi ut pedes lavet, sed nt mundus totus, sensus csl quod, sicut qui tel* lotus est lotus, id csl toto corpore, mundus, nec indiget alio lavacro, nisi quo pedes lavet, qui pavimenti pulvere, quod calcat, iterato infecti sunt ; sic vosqui baptismi lavacro estis toti mundi, solum leviori aliqua lotione indigeni pedes, id est, effectus enimi vestri, qui ex terrenarum rerum pulvere in quo versantur, subinde leves sordes contrahunt : recte enim per pedes significantur effectus ; quia sicut corpus pedibus, ita anima movelur affectibus. Hæc autem lotio perficitur contritione, sacramento pœnilentiæ, humilitate, charitate, etc., quomm hæc externa lolio symbolum fuit. Quod addit, *sed est mundus totus,* non significat eurn ex omni parte mundum esse, qui pedes adhuc immundos habet, sed quod per baptismum ita sil mundus, ut possit simpliciter dici mundus et justus, etiamsi una aliqua parte adhuc parum sil immundus. *Ex quo sequitur* contra sectarios , quod regenerati per baptismum, aut reconciliati per pœnitenliam, recta vocentur simpliciter et sint justi quamvis peccata venialia committant. Ila Estius et Ticinus postSS. Aug. Rupertum et Bemardum. Tandem horum verborum, *Tu nescis modo, scies autem postea,* sensus est : Tu non intelligis modo causam et mysterium hujus lotionis; *sies autem postea,* cum mysterium hoc vobis exposuero, v. 12 : *Scitis quid fecerim vobis*, etc.

Inst. S /i.nbros. lib. 3 de Sacramentis, cap. 1, dicit, ritum illum lavandi pedes non ad humilitatem , sed etiam ad sanctilificalionem institutum fuisse : « Ideo, inii quit, lavat pedes, ul in ea parte in qua » insidiatur est serpens, majus subsidium » sanctificationis accedat. » Et h'b. de Mysteriis, cap. 6 ? « Ideo, inquit, planta ejus » (Petr) abluitur, ut hæredilaria peccata u tollantur ; nostra enim prooria per bap» tismum relaxantur. »

S. Bernard. Serm. in cœna Domini, 1° annumerat sacramentis lotionem pedum, α Ad « hoc, inquit, *id est ad communicationem » gratiæ,* instituta omnia sacramenta , ad hoc eucharisliæ participatio , ad hoc pe» dum lotio, ad hoc denique ipse baplis- i) mus. » Deinde dicit pedum ablutionem esse revera sacramentum, significans remissionem peccatorum venialium : .Yarn inquit, *ul de remissione quotidianorum minime dubitemus, habemus ejus sacramentum, pedum ablutionem.* Denique probat ablutionem pedum fuisse factam non solum ad humilitatis exemplum, sed etiam ut sacramentum , ad venialium peccatorum expiationem. » Vis, inquit, nosse quod pro sali cramenio illud est, non pro solo exemplo s factum? Illud attende quod Petro dictum » est : *Si non lavero te, non habebis par» lem mecum....* Unde scimus quia ad di- υ luenda peccata quæ non sunt ad mortem υ et a quibus plene cavere non possumus » ante mortem , ablutio ista pertineat? Ex u eo plane quod offerenti manus et capui » pariter abluendum, responsum est : *Qui » lotus est, non indiget nisi ut lavet pedes. »* Ergo.

R. ex dictis, hos et alios Patres qui similiter loquuntur, sumere sacramentum latiori sensu pro omni signo gratiæ seu remissionis peccatorum, quamvis illam non efficiat : quod tamen requiritur ad rationem veri sacramenti novæ legis, quod estgratiæ signum non speculativum tantum, sed prac-

licum, id est, per se effectivum illius quod significat. *Neque* enim usquam dicunt islam pedum ablutionem habuisse perse vin» sanclilicandi aut peccata venialia remittendi.

linque ad S. Ambrosium. 1° Dicit illum ritum institutum fuisse non solum ad humilitatem, sed etiam ad sanctificationem, significandam scilicet, non tamen efficiendam, nisi per humilitatis ctcharitalis exercitium, cujus hæc lolio fuit symbolum cl exemplum.2° Perhæredilaria peccata, non intelligit peccatum originale quasi per baptismum non dilueretur, siquidem expresse dicat lib. citato deMysteriis, el 3 de Sacramentis, *In baptismo omnis culpa diluilur:* sed per hæredilaria peccala intelligit concupiscentiam qua ab Adamo hæredilarie el ex naturali nativitate contrahimus. quamque vocat peccatum, quia ex peccato csl clad peccatum inclinat. Ha scipsum explicat S. Doctor in Psal. 48, ubi quod lib. de Mysteriis vocaverat *hæredilaria peccata,* vocat *lubricum calcanei.* « Lavemusel pedes, in»quit, ut calcanei lubricum possimus ad ferro, quo fida statio possit esse virtutum, « ct ne paterno quis errore labatur qui suo » paratus est slaro proposito, ct non metuat » lubricum hæredilalis qui capit vestigium » tenere virfo'ts. » Sensus itaque S. Ambrosii in utroque loco csl quod, posl mundationem baplismalcm, requiratur adhuc alia qua hæredilariaconcupiscentia contineatur, ne effluat ad quotidiana peccata, el ipsa , si commissa sini, emundentur; quæ emundatio significatur quidem, sed non efficitur per lotionem pedum, nisi mediante exercitio virtutum quarum esi symbolum.

Ad S. *Hernardum.* 1° Annumerat lotionem pedum sacramentis, prout sacramentum late sumitur pro signo rei sacræ, quam tamen non efficit. 2° Eodem sensu dicit pedum ablutionem esse sacramentum remissionis peccatorum quotidianorum, quia illam significat, non quia illam cilicii; 3° denique non esse tantum institutam in exemplum , sed etiam ut sacramentum ad venialium peccatorum expiationem , quia illam peregil Christus non præcise ul ejus exemplo lavaremus pedes aliorum civiliter, ut olim fiebat in conviviis, sed cx humilitate cl charilate quibus diluerentur peccata venialia.

Obj. 3· Sunl leptetn ordine·, ct quilibet ex S. Th. est sacramentum · ergo sunl piu*. quam septem sacramenta.

R. D. ani. El omnes sunt sacramenta absoluta ab ordine ad unum principale cui deserviant ct quod participent, *N.* ordinata ad unum, scilicet sacerdotium cui deserviunt et quod participant, *C.* Ratione autem hujus ordinis ad unum principale, omne ordines dicuntur anum sacramentum. *Undt neganda csl conscquenlia.* Sed de hoc argumento alibi.

ARTICULUS II.

Dc comparatione sacramentorum ad invicem.

Hæc comparatio potest attendi tripliciter *t"* penes ordinem qui ipsis competit respective ad suos proprios fines; 2° quantum ad dignitatem ; 3‹* quantum ad necessitatem.

ç. 65. a. 2. o. — *Dico* 1" Sacramenta respective ad lines proprios, convenienter sic ordinantur : baptismus, confirmatio, eucharistia, pænitent;a, extrema unctio,srdo, matrimonium, ita Florent. elTridenl, art. præced. citata

Proô.Sacramenta qua* ordinanturad perfectionem un iis persome/naturaliterpræceduntca quæ ordinanturad perfectionem multitudinis : ununienim est priusquam multitudo:atqui quinque prima ordinanto ad pericclionem unius; duo ultima ad perlectionem multitudinis : ergo convenienter ultimo ponuntur ordo ct matrimonium; matrimonium tamen post ordinem, eo quod minus participat de ratione spiritualis vitæ ad quam ordinantur sacramenta, luter ea vero quæ ordinantur ad perfectionem unius personae, naturaliter sunl priora illa qu® per se ordinantur ad perfectionem vitæ spiritualis quam illa quæ ordinantur per accidens , scilicet, ad removendum accidens nocivum superveniens ; cujusmodi sunt poenitentia et extrema unctio : posterior tamen csl naturaliter extrema unctio, quæ consummat sanationem, quam poenitentia, quæ inchoat. Inter alia vero tria, manifestum est quod baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est prior; et deinde confirmatio, quæ ordinatur ad formalem perlectionem virtutis; cl poslmodum eucharistia, quæ ordinatur ad consecutionem linis et est cibus perfectorum cl quasi virorum, quales constituit confirmatio.

Diets 1° Eucharielio eil nutrimentum, ct

confinialio dat augmentum : atqui prius est nutrimentum quam augmentum. Ergo.

IbM. ad 3. — *R.* quod nutrimentum et præcedil augmentum sicut causa ejus, et subsequi turaugmentum sicut conservans hominem in perfecta quantitate cl virtute. El ideo eucharistia potest præmitti confirmationi, ut S. Dionysius lacii in lib. deEcclesiast. Hierarch, cl potest postponi sicut Magister fecit in 4, quem seculi sunl scholastici etconcil. Florent. ctTrident, nec immerito, quia eucharistia csl, ut dixi, cibus perfectorum ct quasi virorum quos constituit confirmatio.

Dices 2° Poenitentia præparat hominem ad eucharistiam : atqui præparatio præccdit perfectionem. Ergo.

Ibid, ad 4. — *R. D. ani.* Poenitentia præparat hominem ad eucharistiam per accidens, cx suppositione peccati, *C.* perse, *N.* Nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indueret poenitentia ad sumptionem Eucharistiae.

Ibid. n. 3. o. — *Dico* 2° Sacramentum eucliarisliæ est inter estera excellentius el dignius.

1° Quia in sacramento eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter, in aliis autem sacramentis continetur lanium quaedam virtus instrumcntalis, participata a Christo : atqui quod csl per essentiam, csl potius co quod csl per participationem. Ergo.

2° Quia omnia sacramenta ordinantur ad eucharistiam tanquam ad finem. Imprimis manifestum est quod ordo ordinetur ad ejus confectionem baptismus, ad ejus receptionem, item et confirmatio, qua quis perficitur in fide, quæ csl optima dispositio ad eucharistiam. Poenitentia clcxtrcma unctioetiam præparant ad eucharistiam cxoccasione peccati, tandem matrimonium, ratione suæ significationis, attingit hoc sacramentum , in quantum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, eucharistia perficit.

Circa extremam unctionem observandum est quod, quamvis verum sil per extremam unctionem quæ tollit reliquias peccatorum, hominem melius disponi ad eucharistiam ctejus effectum, ideoquesit licitum extremam unctionem viatico pnrmitlcre, ut non raro fiebat antiquitus, juxta cap. *Ab infirmo,* causa *W,* q. T.ubi dioRur · *Sacra olti unrlioni, secundum statuta SS. Patrum, communione viatici reficiantur :* quia tamen sæpe contingit quod ægrolantes in extremis non valeant recipere communionem, consuetudo obtinuit cos prius communicare quam ungere.

Ibid. n. 4. o. — *Dico* 3° Tria sacramenta sunt simpliciter necessaria, baptismus omnibus, poenitentia lapsis, ordo toti Ecclesiæ, quia ubi non est gubernator, populus corruet. Proverb. 11. Cælera vero sacramenta non sunt simpliciter necessaria, sed secundum quid lanium, id est, utilia ut convenientius et commodius finis habeatur.

De hac iterum materia dum de singulis sacramentis.

ARTICULUS IΠ.

De cœrcmoniis sacramentorum.

Cæremoniæ sacramentorum sunt actus exteriores religiosi : quædam sacramentis essentiales, ul sunt quæ viTsanlur circa materiam c» formam, intentionemel potestatem ministri, de quibus hucusque egimus ; alia? sunt accidentales, quæ ritum essentialem vel praecedunt, vel comitantur, vel subsequuntur, et sine quibus subsistit sacramentum. De his enci aliter consideratis hic agitur, de iis enim quæ quodlibet sacramentum in particulari spectant diccmussuis locis. Igitur de cæremoniis sacramentorum ut sic, quatuor quærimus : 1° quæ sint eorum utilitates? 2° utrum mysticam el symbolicam significationem contineant ? 3 › utrum sit in Ecclesia potestas eas instituendi? 4° utrum sil obligatio eas observandi? Unde.

Dico 1° Varia? sunt utilitates caeremoniarum in sacramentis a concilio Trident, el ejus Catcchismo designatae.

Concilium, sess. 22 dc Sacrificio Missae, cap. 5, sic habet : « ('.um natura hominum » ca sil, ut non facile queat sine adminiculis «exterioribusad rerum divinarum medila- » lionem sustolli, proplcreapia mater Ec- «clesia ritus quosdam, ul scilicet quædam » submissa voce, alia vero clariore in missa » pronuntiarentur, instituit. Cærcmonias » item adhibuit, ut mysticas benedictiones, » lumina, thyniiamcnla, vestes aliaque id « genus, mulla ex Apostohca disciplina et » traditione, quo cl majestas tanti sacrificii » commendaretur, cl mentis fidelium , per » hæc visibilia religioni· el pietati· signa, ad

e rerum altiseimarum quæ in hoc sacrificio d latent contemplationem excitarentur. »

Catecnismusz parte 2, num. 10 : « Ad mat oriam et formam, inquit, accedunt d cæremoniæ quæ tametsi prætcrmitti sine v peccato non possunt, nisi aliud facere ipsa » necessitas cogat, tamen si quando omit- ti lantur, quoniam rei naturam non attin- ugunt, nihil de vera sacramenti rationeim- » minui credendum est. Ac merito quidem na primis usque Ecclesiæ temporibus illud » semper servatum est, ut sacramenta so- li lemnibus quibusdam caeremoniis minis-)› trarentur. Primum enim maxime decuit d sacris mysteriis eum religionis cultum tri- » buere, ut sancta sancte tractare videre- » mur. Praeterea, quæ sacramento efficiun- d lur, cæremoniæ ipsae declarant, ac veluli nante oculos ponunt, et carum rerum j) sanctitatem in animos fidelium altius im- » primunt. Deinde vero mentes illorum qui d eas intuentur et diligenter observant, ad d sublimium rerum cogitationem erigunt, nfidcmque in eis et charilalcm excitant : d quo major diligentia adhibenda erit, ut d fideles vim caeremoniarum quibus singula d sacramenta conficiuntur , cognitam et υ perspectam habeant. »

Ex his habemus caeremonias valere, 1° ut dignitassacramcnlorum commendetur, cis- que reverentia concilietur; 2- ul ministri vi- deantur sancta sancte tractare; 3' ul eorum quæ in sacramentis peraguntur virtus, effi- cacia , mysterium magis innotescant, ct quasi ob oculos ponantur, et inde excitetur el nutriatur fides cl pietas fidelium, corum- que mentes ad contemplationem superna- luralium erigantur.

Falso itaque ct calumniose nobis impo- nunt hærctici, 1 nos in his caeremoniis præ- cipuas cultus divini partes reponere; 2" nos docere ab eis pendere essentiam sacramen- torum ; 3° nos cis tribuere vim sanctificandi sicut sacramentis. Hæc sibi fingunt monstra ut oppugnent. Pari jure calumniari possunt cærcmonias quas Christus adhibuit in insti- tutione eucharisti®, elevando oculos in coe- lum, benedicendo panem et frangendo; item in institutione sacramenti pœnitcnliæ, in- sufflando in discipulos, etc.

Dico 2® Cæremoniæ sacramentorum non sunt institut® ob solam decentiam cultus divini, neque ob solum commodum minis- ttomme* iuUmuiiunq imilnriuito>«ed otium ob symbolical» et mysticam significaboneis quam continent.

Ralio csl 1°, quia alioquin non esset ratio cur specialiter fidem ct charitatem fidelium excitarent ct augerent, eorumque mentes ad rerum sublimium contemplationem erige- rent, ut loquuntur Trid. el ejus Catéchis- ions, cum hæc non nisi ratione mystici significationis præstent. 2^ Omnes antiqua legis cæremoniæ erant symbolic® et futu- rorum significativæ. In nova lege insufflatio Christi in discipulos fuit symbolical Apocal. 8. incensum est symbolum orationis : el mulla alia. 3" Nemo est qui tot cæremonias in sacramentis adhiberi solitas, v. g. in bap- tismo, consecrationem aqu® cum chrismate, oblationem baptizandi ante fores ecclesiæ, signum crucis applicatum fronti, pedori, oculis, auribus el humeris, exorcismos, im- positionem manuum super caput baptizan- di, lactum narium et aurium cum saliva, degustationem salis, abrenuntialionemdia- bolo, unctionem pectoris elscapularum, etc. nemo est, inquam, qui tot cærcmoniasad solam decentiam , aut fortuito, autadsub- levamen ministrorum cl adstantium insti- tutas reputet, cum sint potius in corum cor- porale gravamen ; sed omnes iis aliquid su- blime el divinum significari apprehendunt.

Dices. Fsuscercorum primitus institutus fuit in subi evamen Christianorum qui noctu in locis subterraneis sacra peragere coge- bantur; similiter usus incensi, ut depelle- retur foelor qui ex his locis exhalabat. Ergo.

R. hos usus non ad illos solos fines fuisse institutos, sed etiam in iis mysticam signifi- cationem intendisse Ecclesiam. Juxta S. Hicron. adversus Jovin. accendebantur ce- rei . non solum ad dcpellandas tenebras, sed etiam in signum læliliæ cl fidei vivæ. Thus, juxta Auctorem, — Tnfra q. 8. a. 5. ad.2. — adhibetur non solum ad dcpcllandum pravum odorem in reverentiam sacramenti, sed cliam ad significandum eficctum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit, et a Christo derivatur in fideles officio minis- trorum; cl ideo undique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurifican- tur omnes per ordinem. Plurcs alias sacrifi- cii cærcmonias secundum mysticam signifi- cationem ibidem explicat S. Doctor, alias alibi. Deomnibus accurate secundum eunt- dem sensum discurrit Durandus, episcopus Mimnlensts, in *Rationali.*

Dico 3° Ecclesia habet potestatem instituendi caeremonia*.

Prob. 1 Juxta S. Aug. Epist. 54, alias \18, Apost. 1 Cor. It, hanc potestatem indicavit dicens : *Calera cum venero disponam* : et inter hæcquæ promittit Apostolus, agnoscit S. Augustinus cæremoniam seu legem de eucharistia jejune sumenda.

2° Quovis tempore hanc potestatem in se agnovil et usurpavit Ecclesia. Justinus, in (ine Apologiæ, memorat sacros conventus dici dominicæ, ordinem precum, benedictionem antistitum, diaconorum ministerium, aquæ vinique oblationes el rilum eucharistiæconsecrandæ; Terlull. lib. de Corona militis, abrcnunlialiones quæ fiunt in baptismo, genuflexiones, signum crucis Ironti impressum, consuetudinem standi in orationibus a Paschale ad Pcnlccosten. S. Cypr. Episl. ad Magnum, S Cyrillus Jerosolym. Serm. ad Catechumenos, laudant exorcismos baptismi; S. Basilius,de Spiritu wnclo, c. 27, cærcmonias in sacrificio missæ usurpari solitas. Idem probant antiquissima ecclesiæ tam Græcæquam Latins Ritualia ct Liturgiæ : unde concil. Trid. sess. 21, cap. 2, « declarat han., potestatem perii peluo m Ecclesia fuisse, ut in sacramcn« torum dispensatione, salva eorum subs«tantia, ea statueret vel mutaret quæsus«cipicntium utilitati, seu ipsorum sacrari mentorum venerationi, pro rerum, tem» porum ct locorum varietate, magis expe» dire judicaret.»

3° Ratio quam innuit Trid. aperte evincit. In omni republica bene ordinata, admittenda est potestas disponendi, ordinandi, statuendi quæ pro rerum, locorum et temporum varietate sunt necessaria vel utilia ad ejus conservationem, promotionem, ornatum et decentiam , civiumquc commodum cl salutem temporalem : ergo similis potestas non est Ecclesiæ deneganda in ordine spirituali. *Subsumo.* Atqui ad conservationem el promotionem religionis cl cultus divini, ad sacramentorum majestatem commendandam, cique reverentiam conciliandam , ad fidem pietatemque fidelium excitandam, fovendam, augendam conferunt cæremoniæ, ul dictum est. Ergo.

Diro 4 Ministri etiam, secluso scandalo aut coRlemplu, tenentur sub peccato servare cærcmonias sive ab Ecclesia unir«rsa, sive a sua particulari ecclesia præscriptas,in administralionesacramentorum.

Prob. 1° cx Trid. sess. 7, can. 13, his verbis : a Si quis dixerit receptos ‹ appro» batos Ecclesiæ calholicæ ritus, in solemn! » sacramentorum administratione adhiberi «consuetos, aut contemni, aulsine pecca« to a ministris pro libito omitti, aut in no‹os alios per quemeumque Ecclesiæ pasto» rem mutari posse : « 2° Tenemur sub peccato etiam, secluso scandalo aut contemptu, obedirc superiori legitime praecipienti, [3' Si cuilibet pastori privato liceret pro libitu cærcmonias sacramentorum mutare, receptas almlere, antiquatas innovare, aut novas inducere, forct in Ecclesiæ disciplina maxima confusio ct deformitas.

Hinc inferes, eum peccare mortaliter qui omittit aliquam cæremoniam notabilem, puta, si sine vestibus sacris aut lumine celebret ; vcnialilcr tantum, qui levem omittit

ARTICULUS IV.

De sarramentalibus.

Sacramenialia hic dicimus, non quod sint sacramentorum cæremoniæ aut ad sacramenta pertineant, sed propter aliquam similitudinem cum sacramentis, quatenus cum sacramenta causent gratiam justificantem , sacramcntalia causant remissionem peccatorum venialium.

Sex sacramcntalia communiter assignantur a rccentioribus theologis, hoc versu comprehend

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

Orans significat orationem Dominicam aul alias preces ab Ecclesia præscriptas, seu in Ecclesia solemniler recitatas. *Tindus* significat assumptionem seu aspersionem aquæ bencdiclæ. *Edrns*significat panem benedictum qui solebat olim dari catechumenis foco cucharistiæ, aul etiam baptizatis i& dic Paschalis, cl qui nunc adhuc datur in quibusdam ecclesiis diebus dominicis inter missarum solemnia. *Confessus* significat confessionem generalem quæ præinillituT missæ,autfitin Prima ctCompletorio. *Dans* significat eleemosynam ; *benedteens*, benedictionem episcoporum cl abbatum.

Verum cur largitio eleemosynae el oratio Dominica, nisi fiai nomine Ecclesiæ, aul in loco consecrato, recenseatur inter sacramenialia potiusquam quodvis aliud bonum

opus morale, non video. Neque c contra vi-1 dcocur inter sacramcntalia non numerentur aspersio cinerum , benedictio palmarum et candelarum, consecratio ecclesiarum ct plura alia.

Sed quidquid sit de numero sacramentalium, cum cis tribuatur a Patribus ct theologis vis remittendi peccata venialia, quæslio est quomodo illa remittant, an *exopere operato,* an *cx opere operantis.*

Dico. Sacramcntalia non remittunt, venialia *exopere operato,* sed *ex opere operantis* tantum et per modum impetrationis.

Prob. 1° Nullum est neque in S. Scriptura, neque in conciliis, neque in Patribus fundamentum tribuendi sacramcntalibus vim remittendi peccata venialia *ex opere operato.* 2° Nullibi legitur Christum dedisse Ecclesiae potestatem remittendi immediatevenialia : ergo nec instituendi sacramcntalia quæ vi propria illa remittant. 3° Quamvis Ecclesiæ tribuatur potestas relaxandi poenas temporales peccatorum per indulgentias, eo quod ista relaxatio consistat in sola condonatione exlrinscca; attamen peccatum veniale remitti non potest quin tollatur ejus macula in anima, in qua Ecclesia nullam habet potesLitcm.

Igitur sacramentana remittunt peccata venialia *ex opere operantis,* in quantum excitant motus detestationis illorum, aut reverenliæ in Dcumct ressacras,quibusmolibus oblinetur remissio venialium : hujusmodi autem motus excitant non solum objective sicut cruces, imagines, praedicationes, etc. sed etiam impetralorie, quatenus adhibentur nomine Ecclesiæquæ majorem habet vim impetrandi quam persona particularis : sæpe enim princeps concedit precibus totius communitatis quod denegat precibus unius particularis.

infra q. 87. a.8. o.— Ita colligimus ei Angelico Doctorc cujus sunt hæc verba: « Triplici ratione aliqua causant remissio-
v nem venialium : uno modo, in quantum
» in cis infunditur gratia, quia per infusio-
» nem gratiæ tolluntur venialia peccata, ut
» supra dictum csl ; et hoc modo per eucha-
» ristiam ct extremam unctionem in quibus
» confertur gratia, peccata venialia remil-
u tuntur ; 2° in quantum sunt cum aliquo
i) motu detestationis peccatorum ; ct hoc
m modo confessio generalis, tunsio pectoris
» ct oratio Dominica opcranlurad remissio-
» nem venialium peccatorum : 3° in quan-
» tum sunt cum aliquo motu revcrenliæ in
» Deum et ad res divinas ; ct hoc modo bc-
» nedictio episcopalis, aspersio aquæ bene-
» dictæ, quælibct sacramenialis unctio, ora-
» tioin ccclcsiadcdicala, etsi aliqua alia sunt
» hujusmodi, operantur ad remissionem vc*
» nialium peccatorum. »

TRACTATUS

DE BAPTISMO.

D. Th. a. Q. 66 ad 72.

SUMMA DOCTRINÆ CATHOLICÆ DÉ BAPTISMO.

EX CONCILIIS FLORENTINO ET TRIDENTINO.

Sub Eug. IV, an. 4439. S. Thom. Opus. 5. — *Decretum concilii Florentini pro instructione Armenorum.*

« Primum omnium sacramentorum Io-
v cum tenet sanctum baptisma , quod vitæ
v spiritualis janua est : per ipsum enim
υ membra Christi, ac de corpo?· efficimur
i) Ecclesiæ. El cum per primum hominem
« mors introierit in universos, nisi cx aqua
d et spiritu renascimur, non possumus, ut
» inquit Veritas, in regnum coelorum in-
ii troire. Materia hujus sacramenti est aqua
« vera et naturalis : nec refert frigida sit an
» calida.Forma autem est. *Egob> baptizo in*
» *nomine Patris* ct *Filii* ct *Spiritus sancti,*
v Non Limen negamus quin ct per illa ver-
» ba,—Baptizatur.—*Baptizetur talis scr-*
w vus *Christi in nomine Patris ct Filii ct*

Spiritus sancti, vel *Baptizatur manibus meis tatis , in nomine Patrie ct Filii ct Spiritus sancti,* verum perficiatur baptisma ; quoniam , cum principalis causa ex qua baptismus virtutem habet, sil sancta Trinitas, inslrumcntalis autem sit minister qui tradit exterius sacramentum, usi exprimitur actus qui per ipsum excrocelur ministrum, cum sanclæ Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum; minislcr hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, imo etiam paganus cl hærclicus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, el facere intendat quod facit Ecclesia, Hujus sacramenti effectus, est remissio omnisculpæ originalis el actualis; omnis quoque pœnæ pro quæ ipsa culpa debetur. Proplerca baptizatis nulla pro peccatis pratentis injungenda est satisfactio ; sed, morienles an lequam culpam aliquam coinmittant, slatim ad regnum cœlorum ct Dei visionem perveniunt. »

Canones concilii Tridentini de baptismo,

Sess. 7, 3 mart» 1547. sub Paulo III. —

I. «Si quis dixerit baptismum Joannis habuisscamdemvimcum baptismo Chrisli: anathema sit.

II. » Si quis dixerit aquam veram et naluralcm non esse de necessitate baptismi, «atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi · *Nisi quis renatus fuerit cx aqua ct Spiritu sancto,* ad metaphoram aliquam detorserit: anathema sit.

III. Si quis dixerit, in ecclesia Bornana , quæ omnium ecclesiarum mater est ct magistra, non esse veram de baptismi sacramento doctrinam : anathema sit.

IV. « Si quis dixerit baptismum qui etiam datur ab hærelicis in nomine Patris et Filii el Spiritus sancti, cum intentione laciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum : anathema sil.

V. » Si quis dixerit baptismum liberum osse , hoc est, non necessarium ad saluleni ; anathema sit.

VI » Si quis dixerit baplizatum non posse, etiamsi velit, graliam amittere, quantumcumquc peccet, nisi nolit credere: anathema sil.

VII. Si quis dixerit baptizatus perbaptismumipsnm solius tantum fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ : anathema sit.

VIII. » Si quis dixerit baplizalos liberes esse ab omnibus sanclæ Ecclesiæ præceptis quæ vel scripta vel tradita sunt; ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint :analhema sit.

IX. » Si quis dixerit ita revocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia quæ post baptismum fiunt, vi promissionis in baptismo ipso jam faclæ, irrita esse intelligant ; quasi per ea , ct fidei quam professi sunt detrahatur, et ct ipsi baptismo: anathema sit.

X. » Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum fiunt, sola recordatione ct fide suscepti baptismi vel dimitti, vel venialia fieri : anathema sit.

XI. »Si quis dixerit verum elrite collatum baptismum iterandum esse illi qui apud infideles fidem Chrisli negaverit ,cum ad poenitentiam convertitur : anathema sit.

XII. » Si quis dixerit neminem essebaptizandumnisi ea stale qua Christus baplizatus est, vel in ipso mortis articulo : anathema sit.

XIII. » Si quis dixerit parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse ; ac proplerea cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut præ* stare omitti eorum baptisma , quam cos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ; anathema sit

XIV. Si quis dixerit hujusmodi parvulos baplizatos, cum adoleverint, interrogandos an ratum habere velint quodpatrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt ; ct ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, ncc alia inierim pœna ad chrislianam xilam cogendos, nisi ut ab eucharisliæ aliorumque sacramentorum perceptione arccanturdo- ncc resipiscant: analhomasit »

Quæ baptismi sacramentum spectant, quatuor quæslionibus Auctor comprehendit. 1° Agitdc sacramento baptismi secundum sc; 2°dc ejus ministro; 3° do suscipientibus illud ; 4 dc ejus effectu : quæ nos totidem dissertationibus discutiemus. Addit alias duas quæstiones de preparatories ad baptismum, scilicet dccircumcisione, ca-

tcchismo et exorcismis : dc quibus etiam **dicemus.**

DISSERTATIO I.

DE sacramento baptismi secundum SE.

D. Th. Q. 66.

ARTICULUS I.

Quid sit baptismus.

Baptismus est voxgræca, idem grammaticaliter significans ac immersio vel intinctio: et quia quæ lavantur solent aquis immergi vel intingi, ideo apud Graecos et Hebræos baptismus usurpatur pro lotione seu ablutione. Judith 12: *Baptizabat se in fonte aquee.* Luc. 11 : *Quarc non baptizalus est ante prandium ?* Similiter lotiones legales Judæorum dicebantur baptismata, Marc. 19, el Ilcb. 9. Unde dictus baptismus Joannis, cl orta inter Judæos secta Hcmerobaptislarum, qui quotidie quovis tempore etiam hiemali se lavant: dc quibus Justinus, in Dialogo cum Tryphone.

Sensu melaphorico , baptismus significat afflictionem qua homo instar aquæ incrgilur cl absorbetur ; Luc. 12 : *Baptismo autem habeo baptizari:* ct inde baptismi nomen pœnitentiæet martyrio accommodatur; poenitentia enim dicitur baptismus flaminis , martyrium baptismus sanguinis. Item sensu melaphorico usurpatur etiam baptismus ad significandam remissionem peccatorum et gratiarum copiosam cfiusionem ; Act. 1 : *Vos baptizabimini Spiritu sancio* ;et Matth. 3: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancio et igne.* Tandem vox *baptismus* aliquando adhibeturad significandum diluvium gcnerale cl transitum maris Rubri; 1 Cor. 10 : *Omnes in Moyse baplizati sunt in nube et in mari.*

Prætcr vero has grammaticales el metaphoricas significationes, baptismus usu S. Scripturæet Ecclcsiæ significat primum ex septem sacramentis. Potest autem considerari vel physice pro composito artificiali ex materia et forma , vel metaphysice secundum quod constat genere et differentia.

ilH

ft

flic q. 66. a. 1. o. — *Dico* 1° Sacramentum baptismi physice consideratum recte definitur : *Ablutio corporis sub prcescripla verborum forma.* Quia sacramentum quod non consistit in re permanenti, sed in actione, ut est baptismus, ibi perficitur ubi perficitur sanctificatio : atqui non in aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem perficilur sanctificatio. Ergo.

Hanc conclusionem posuit S. Th. conln Hugoncm Victorin. qui lib. 2 dc Sacram. parte 6, c. 2, scribit quod ipsa aqua esset sacramentum, sic ipsum definiens : *Baptismus est aqua abluendis criminibus sancti, ficata.*

Observandum est, ablutionem hic nonsumi mere active, scu præcise pro actione abluentis, sed vel ut est motus includens simul actionem et passionem, vel, ut volunt Suto el Nugno, ul est passio tantum, prout scilicet recipitur in homine baptismi capace unde D. Th. dicit sacramentum perfici uh perficitur sanctificatio, id est, in suscipiente Et hinc est quod multiplicentur baptismata, quando multi sunt qui baptizantur ab eodem.

Dico 2° Baptismus metaphysice sumptus, recte definitur a Catcchismo Rom. *Sacramentum regenerationis per aquam inverto;* quidam addunt ad majorem explicationem, *expressivo sanctissima·, Trinitatis.* Sacramentum est genus, cæteræ particulæ differentia.

Variæ insuper circumferuntur appellationes ct definitiones baptismi secundum varias ejus considerationes, sive cx parte materiæ, sive ex parte formæ, sive exparte effectuum, sive comparate ad alia sacramenta. Sic, dicitur *sigillum,* quia imprimit characterem quo homo signatur et adoptatur in familiam Christi ; dicitur *sacramentum fidei,* quia in illo fit professio fidei; dicitur *illuminatio* , quia fides cujus est sacramentum, intellectum illuminat; dicitur *lavacrum regenerationis ct renovationis,* quia per illud homo acquirit primo essespiritualc ; dicitur *ablutio peccatorum, sepultura hominis cum Christo, circumcisio non manufacla,* ratione effectuum.

Observandum cum Auctore, in sacramento baptismi (idem dicendumdealiissacramentis præserlim quæ imprimunt chæ raclcrem) tria importari, scilicet sacramcn tum, rem tantum sacramenti, rem et sacramentum simul. Sacramentum tantum, csl ritus exterior qui significat et non significatur; res tantum, est gratia quæ significatur et non significat; res et sacramentum simul, est character qui per ritum exteriorem significatur et gratiam interiorem significat.

Ex diclis colliges 1°, male a sectariis baptismum reponi in hoc quod sit signum nudum graliæ susceptæ aut cooptationis in societatem fidelium ; pejus a Socino confundi cum doctrina evangelica.

Colliges 2 *, nostrum baptisma non duce- re originem a lustrationibus et baptismatibus Gentilium cl Ilcbræorum, ut volunt hærctici cl quidam catholici : quia baptismus est msli lutus a Christo ut sacramentum quo homines in Ecclesiam Christi cooptantur et illius familiæ adseribuntur ; lustrationes autem scu baptismata Paganorum inon erant initiationes quibus profanæ suæ Ircligioni nomen dabant, sed cæremoniæ Iquædam superstitiosæ quibus non solum Isua corpora, sed templa, simulacra ct victimas purificabant, quasi his ad sacra peragenda digniores redderentur, idque non semel, sed quoties sacra instituebant.

Similiter Hebraei non per lustrationes, sed per circumcisionem, quæ erat signum foederis, populo Dei adseribebantur; lustrationes autem frequentissime adhibebant ut purificationes communes, ob contractam immunditiam legalem, vel ob reverentiam sacrorum : el erant ita frequentes apud illos, ul qui conveniebant Joannem Baptistam, utique Hcbræi, non inquirerent de ipsa lustratione seu baptismate, quia noverant eas esse apud se frequentissimas, sed de auctoritate : *Quid ergo,* dicebant, *baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta ?* Nihil ergo commune præter aquam habet noster baptismus cum lustrationibus Paganorum aut Ilcbræorum.

ARTICULUS II.

De temnorc institutionisclobligationis baptismi.

Suppono ex dictis do sacramentis in communi, tanquam de fide certum, baptisma fuisse a Christo institutum. Hic quærimus (quando fuit institutum, ct quando cœpil obligare. Circa utrumque magna est inter Patres ct theologos opinionum diversitas.

Quantum ad primum, quidam volunt baptisma institutum fuisse duntaxat post Christi resurrectionem, quando ipse Christus dixit Apostolis , Matth. ull. *Euntes docete omnes gentes ; baptizantes eos* , ole. Alii volunt institutum fuisse ante Christi passionem ct resurrectionem ; sed quo præcise tempore, non conveniunt. Quidam dicunt fuisse institutum tunc cum Christus dixit Nicodemo, Joan. 3: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,* etc. Alii censent tunc fuisse institutum, cum Christus ibid, misitdiscipulos ad baptizandum ; alii tandem, quando a Joanne fuit baptizalus in Jordane.

Quantum ad secundum , quando nempe lex baptismi coepit obligare, non minor est sententiarum varietas. Quidam assignant tempus quo Christus de nocte Nicodcmum est allocutus, ul supra; alii, diem Pentecostes, cum lex evangelica fuit solemniter promulgata. Alii domum dicunt legem baptismi obligasse slatim post passionem et resurrectionem Christi. Utramque difficultatem duplici § expendemus. Unde sit

§ Γ. — *Qnandonam imUtutiiSfuerit baptitrruu* *

Hic q. 66. a. 2. o. — *Dico* Christus sacramentum baptismi instituit ante suam passionem, quando scilicet in Jordane fuit baptizalus.

Prob. prima pars. 1° Christus ante suam passionem baptizavit saltem per suos discipulos, juxta illud Joan. 3: *Post here venit Jesusel discipuli ejus in terram Judœam , ct illic demorabatur cum cis , et baptizabat.* El cap. 4: *Ul ergo cognovit Jésus quia audierunt Phariseei quod Jésus plurcs discipulos facit el baptizat tfuam Joannes, quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus, reliquit Judaam, et abiit iterum in Galilaam.* Atqui non Joannis baptismate, sed suo baptizabat: ergo ante passionem suum baptisma instituerat; usus enim sacramenti supponit ejus institutionem. *Prob min.i°* Ibi Christus dicitur baptizare per Apostolos : atqui si non suo, sed Joannis baptismate baptizaret, potius diceretur Joannes quam Christus per discipulos baptizare : ergo. UndeS. Aug. Epist. ad Seleucianum 265, alias 108. *Ipsius,* inquit, *erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat.* 2> Ibidem c. 3 cit. v. 25, legitur quod lacta si inter discipulos Joannis et Judæos quæslio, quæ purificatio an Joannis an Christi esset melior; ct quod conquesti fuerint discipuli, plures accedere ad baptismum Christi quam ad baptismum Joannis; atqui si Christus ct ejus discipuli baptismum Joannis conferrent, non erat locus quæslioni, nec querclæ, sed potius discipuli Joannis congratulati fuissent quod Christus, quem

Joannes paulo ante commendaverat ut Agnum Dei, Joannis baptisma probaret : ergo. 3 › Nullibi legitur baptizalos a Christo ct ejus discipulis fuisse rebaplizatos; legitur autem Aci. 19, baptizalos Joannis baptismate inisse rebaplizatos. Unde hoc? nisi quia illi cl non isti baptismo Christi erant baptizat i. *Dedit Judas baptismum,* inquit S. Aug. tract. 15 in Joan *clnonbaplizalum csl post Judam: dcdil Joannes, ct baptizalum csl poslJoanncm ; quia si datus est a Juda, baptismus Christi erat.*

Prob. 2° Baptismus est necessarius ad aliorumsacramentorum receptionem, utpote corumjanua: atqui Apostoli in ultima cœna receperunt eucharistiam, et secundum Trid. sess. 21, cap. 1, ordinem sacerdotalem : ergo erant baplizati. Idque pluribus rationibus probal S. Aug. Epist. 44, alias 163, ad Eleusium c. 5, maxime ratione jam facta; cl quia non decebat sponsum dare baptismum amici aut servi. El Epist. cit. ad Sclcucianum docet quod, quamvis non habeatur in S. Scripturis, credibile sit tamen Christum propriis manibus Apostolos baptizassc. Nicephorus vero, 1. 2 Hist. c. 3 , refert cx Evodio Antiocheno, Apostolorum successore, in suis commentariis, ct pr.ecipuein Epist. quam *Lumen* inscripsit, quod *Christus manibus ipse suis Petrum tantummodo baplizavil; Petrus vero Andrevam ct filios Zcbcdcci ; ii deinceps reliquos Apostolos: septuaginta autem illos Petrus el Joannes Theologus dictus baplizarunl.*

Neque dicas contra hanc probationem, Christum dispensasse Apostolos ut alia sacramenta possim recipere ante baptismum. Nam 1° obstant auctoritates allalæ. 2U Nullum sive in S. Scripturis sive in traditione fundamentum csl aut indicium, nullave ratio adferri polcsl hujus dispensationis : e conlra valde incongruum fuisset Apostolos prius Ecclesiæ prælatos exlitisscquam filios.

Ibid. — *Prob. secunda pars* 1° Tunc aliquod sacramentum censetur institui , quando accipit virtutem producendi gratiam ; sacramenta enim cx sui institutione habent quod conferant gratiam : atqui hanc virtutem accepit baptismus, quando Christus fuil in Jordane baptizatus. Ergo. *Prob. minor ex Patribus.* S. Aug. Scrm. 36 de Temp, dicit : « Ex quo Salvalor in aqua se « mersit, ex eo omnium gurgitum tractus p cunclorumque fontium venas mysterio « baptismatis consecravit. « S. Ambras. 1.2 in Luc c. ult. *a* Baplizalus csl ergo Doml- » nus, inquit, non mundari volens, sel » mundare aquas, ut ablulæ per camem «Christi, quæ peccatum non cognovit, » baptismatis jus haberent. « S. Hier, adversus Luciferian. « Dominus noster Jcsuv « Christus non tam mundatus csl in lava· « cro , quam lavacro suo universas aquas « mundavit. « S. Greg. Nazian. Orat. 3t), dicit. Christum accessisse ad baptismum, ut ipsum a quo baptizaretur alliceret sanctitate, et in aqua veterem Adam sepeliret. S. Maximus, Horn. 7 de Epiphan. « Quud « vero, inquit, linentis Jordanis baptizatur « Jesus, non sibi sed nobis baptizatur, non » ut purificetur aquis, sed ut aquas ipse « sanctificet : baptizatur novus homo ulno- » m baptismatis constituat sacramentum.; Ergo.

Et hinc refellitur responsio Estii el Gasparis Juenin, qui dicunt Christi baptismal· in Jordane aquas equidem fuisse sanctifiâtes el ordinatas ad regenerationem hominum , non tamen fuisse donatas virtuti· sanctificandi ct regenerandi. Enimvrm Christum sic aquas Jordanis perfecisse, ul jus baptismatis haberent, ul sanctitatem conferrent, ut veterem Adam sepelirent, ut novo baptismati consecrarentur, ul m vi baptismatis sacramentum constituerent: hæc, inquiam, sanctorum Patrum dici aperte significant aquas non solum i" sanctificatas, sed et ipsa virtute sancüiicandi luisse donatas.

Prob. 2° Tunc sacramentum instituitur, quando ejus materia consecratur, form, designatur, el effectus insinuatur : atqui quando Christus fuit in Jordane baplizalus nostri baptismi materia fuit consecrata, forma designata, cl effectus insinuatus. Erg··. *Prob. min.* Materia baptismi est aqua, que contactu carnis Christi fuit consecrata, ul *palet cx pracedcnti probatione :* forma est expressio SS. Trinitatis , quæ tunc fuit designata; tunc enim vox Patris intonuit, Filius in persona aderat, el Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit : tandem effectus fuit insinuatus, dum aperti sunt c<rli; apertio enim regni coelorum csl baptismi effectus.

Confirmatur. Antequam Christus baptizaretur in Jordane, non legitur in Evangelio ipsum aut discipulos baptizassc ; slalim

wro poet, ante incarcerationem Joannis el initio dominicæ praedicationis, legilur baptizassc, Joan. 3. Ergo congrue assignatur tempus institutionis baptismi in ipso Christi baptismate, siquidem antea non erat, el slalim post ministrabatur.

Solvimur objet Hones.

Obj. 1° *conlra primam pariem.* Baptismus sicut et cælera sacramenta novæ legis habcl suam efficaciam a passione Christi : unde Aposl. Rom. 6, ait: *Quicumque baptizati sumus in Christo Jcsu, in morlc ipsius baplizali sumus :* ergo baptismus non fuit institutus ante passionem Christi ; causa enim praecedit effectum.

2 66. e. 2. o. ad 1. — *R. N. conseq.* Alioquin nec eucharistia nec ordo instituta fuissent ante passionem Christi. Igitur ante passionem Christi, completam scilicet, haplismus habebat efficaciam ab ipsa passione, in quantum eam figurabat, aliter tamen quam sacramenta veleris legis; nam hæcerant tantum figuræ : baptismus autem virtutem intrinsecam habebat justificandi a Christo tunc cxistcnle, qui jam passionem acceptaverat cl inchoaverat mulla patiendo pro salulc nostra.

Insl. 1° Christusduntaxat post passionem el resurrectionem legem baptismi edixit Matth. ult. dicens : *Euntes docete omnes fcnles, baplizanles,* etc. Ergo.

Ibid, ad 2. — *R. N. conseq.* Quamvis enim baptismus esset institutus ante resurrectionem, non erat tamen in praecepto; quia tunc vigebant adhuclegalia, necdebcbant homines multiplicibus figuris arctari per Christum, qui venerat sua veritate figurasimpletas auferre : voluit ergo tunc solum Christus homines , præcipuc Judæos, ad baptismi exercitium libere assuefieri. Al vero post passionem clrcsurrcclionem, non solum Judaeis, sed etiam Gentilibus sub præceplo necessitatem baptismi posuit, dicens : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes* , etc. Eodem sensu intclligcndus est S. Ambros. dum 1.19 in Luc. dicil quod Christus Apostolis , post resurrectionem in Galilæa congregatis, *docendi el baptizandi tribuit potestatem* , id est, tribuit solcmnitcr potestatem cum intimatione præcepli baptizandi non solum Judæos, sed etiam Gentes.

Insl. 2° S. Leo Epist. ud episcopos per Siciliam congregatos, cap. 3, docet non solum potestatem, sed el formamybaptizand traditam fuisse Apostolis post resurrectionem tantum, et non ante. « Posteaquam » resurrexit a mortuis, inquit, discipulis «suis in quibus præsules omnes Ecclcsia- « rum docebantur, ct formam et potestatem «tradidit baptizandi, dicens ; *E untes er.* « *go,* etc. dc quo utique cos eliam ante pas- » sionem potuisset instruere, nisi proprie » voluisset intelligi regenerationis gratiam » ex sua resurrectione cœpisse.» Ergo.

R. ul anlc, hæc intelligenda essedo solemn! præcepta et intimatione baptismi sub tali forma conferendi, non solum Judaeis, ut antea tactum luerat, sed etiam Gentilibus, quod ante Passionem non fuerat; ul significaret per suam resurrectionem gratiam regenerationis coepisse palam fieri communem non solum Judæis, sed eliam Gentibus. Et nisi S. Doctorem sic intclligas, ipsum cum ipsomet conciliare non poteris; dicil enim ibid. cap. 6 : *Tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis el aqua baptismatis.* Porro si tunc in morte, quomodo post resurrectionem ! Dicendum itaque, ut omnia concilientur, Christum in Jordane baptismum instituisse , in cru consummasse et confirmasse, ante ascensi - nem lege lata præscripsisse. Quidam addunt sanctum Leonem per *formam* intclligerc modum, ritum et ordinem baptizandi.

Insl. 3° Ante Christi resurrectionem ct ascensionem nondum erat datus Spiritus sanctus, juxta Joan. 7 : *Nondum erat Spiritus dalus, quia Jesus nondum erat glorifleatus :* fuit autem glorificatus per resurrectionem ct ascensionem : ergo ncc institutus baptismus Christi, qui est in Spiritu sancio ct aqua. Ita ratiocinantur et censent Tcrlull. elS. Chrysost.

R. D.anl. Ante Christi resurrectionem cl ascensionem nondum erat dalus Spiritus sanctus visibiliter ct ea gratiarum ct donorum largitate, qua datus fuit dic Pentecostes, *C.* invisibiliter, A'. Quis enim dubitat Spiritum sanctum antea fuisse datum sanctissnnæ Dei Genetrici, Apostolis , Mariæ Magdalcnæ, imo cl pluribus sanclis cl patriarchis veleris Testamenti? Solutio est S. Aug. Semi. 62 inter S3. Ad Patres laudatos in contrarium, salva eorum reverentia, cos dimittimus, et S. Aug. pluribusquc aliis adhæremus : co magis qu< !, secundum is-

(ud illorum argumentum, nullum sacramentum ante Domini ascensionem institutum fuisset, habuissetve efficaciam.

Insl. 4° *cx* ipso S. Aug. qui, tract. 15 in Joan, docet cum pluribus aliis, dc latere Christi in crucc Ecclcsiæ sacramenta fluxisse. Ergo.

R. N. conscq. Alioquin dicendum foret quod etiam alia sacramenta, præsertim eucharistia tunc instituta fuisset. Sensus ergo est, quod latere Christi aperto, consummatum sit totum meritum el pretium redemptionis noslræ; ex quo baptismus cl alia sacramenta suam ultimam perfectionem haus runt: ante enim mortem Christi quamvis baptismus ex sua institutione vim gratiam producendi habuerit, nondum tamen aperi batjanuam regni cœlorum, quæ per so-'am Christi mortem aperta est.

Insl. 5° Ex Malth. 16, colligitur ante ‹ hristi passionem prohibitum fuisse publicare mysterium Trinitatis, el quod Christus esset Filius Dei : atqui id luisset publicatum ex frequentatione baptismi : ergo. Unde Optatus Milevit. lib. 5 contra Parmen, dicit Christum neminem per se baplizasse, scd per Apostolos millia hominum poenitentia ct remissione tincta esse peccatorum. « Scd, «inquit, nemo linctus fuerat in Trinitate, *n* nemo adhuc noverat Christum, nemo au» dieral esse Spiritum sanctum. At ubi venit » tempus plenitudinis, verto tempore dedit » leges baptismatis Filius Dei, et dedit viam » qua irelur ad regnum cœlorum : etiam » tunc præcepit, dicens : *Ite, docete,* etc. »

R. 1° *N. min.* Ex aliquorum enim baptismate non sequitur aperta ct publica Trinitatis annuntiatio. 2° *N. maj.* Malth. enim 16, non prohibetur annuntiari Trinitatem, scd tantum prædicare palam Christum esse Filium Dei; quia nempe inde redemptioni nostræ potuisset injici impedimentum, cl Apostoli tunc adhuc instabiles et infirmi, atque scandalum in passione passuri, illi mysterio palam prædiçando non erant idonei.

Ad Optatum. Sensus est, quod ante mandatum privatum baptizandi .Indicos Apostolis datum, nullus erat linctus in Trini tale, quod verum est. Cum autem addit, i tunc datum fuisse baptizandi præccplum, quandoChrfelus,Matlh. ult. dixit : *Euntes docete,* etc. inlclligit non dc mandato privalo respectu Judæorum lautum, scd dc mandato solenim baptizandi non solum Judæos, scd etiam Gentes; agnoscit enim ipse Optatus, lib. 5 contra Donat, in h-Christi verbis, *Qui lotus esi, non indiget nisi* « *pedes lavet,* ipsos Apostolos baptismo Christ? fuisse baptizatos.

Obj. 2° *contra secundam pariem conci.* Cum Christus baptizaretur in Jordane, non instituit baptismum neque inactu exercito, aliquem baptizando; neque in aclusignato, praescribendo ejus ritum aul formam proferendo. Ergo.

R. huic argumento variis occurri solutionibus. 1° Christus baptismum instituit in aclu signato, designando el consecrant materiam, et formam determinando tton verbis, sed in figura per præsenliam Trinitatis in signo visibili, ut dictum est. Sufficit autem ad institutionem sacramenti ulinateria determinetur el forma demonstretur, quibus suo tempore conferendum est.

2° Omnino credibile csl etiam tunc Christum instituisse baptismum inactu exercito baptizando Joannem : Joanni enim dicenti Matlh. 3, *Ego a te debeo baptizari,* respondit Christus : Sine *modo :* quasi diceret, Fac quod polo, baptiza me, postmodum baptizabo te. Ita S. Micron. in cap. 3 Malth. dicens : *Pulchre dixit, Sine modo, ul « tenderet Christum in aqua, Joannem a Christo in Spiritu baptizandum.*

3° Pariter probabile est Christum etiam suis discipulis formam baptismi tradidisse, ad quam comprobandam testimonium Patris et Columbæ species accessere : observandum enim hæc contigisse jam baptizato Christo et cum ascenderet dc aqua, Malth. 3 et Lue. 3, forte ut, dum baptizabat, Joannem aul discipulos dc ritu cl forma baptismi instrueret : unde S. Ambros. 1.l dc Sacram, c. 5, dicit Spiritum sanctum descendisse, *cum Dominus noster Jesus Christus formam baptismatis daret.*

Insl. 1° *contra primam sol.* Sola designatio malcriæ cl formæ non sufficit ad institutionem sacramenti. Ergo. *Prob. ont.* Luc. 9, materia el forma pœnitentiæ désignais fuerunt in muliere peccatrice, contrilio in lacrymis, satisfactio in operibus humilitatis, ct forma in Christi verbis, *Il'. mittuntur tibi peccata lua.* Alpii tamen tunc non fuit institutum sacramentum I*·γ-nitentiæ, scd juxta Trid. sess. 14, c. I, quando Christus, Joan. 22, insufflans in

discipulos (lixii : *Accipite Spiritum nane-Ium;quorum remiseritispcccàla, etc.* Ergo, /L 1u *l). ani.* Sola designatio materiæ ct formee,absque virtute eis tributa gratiam conferendi non suflic.il ad institutionem sacramenti, C. cum virtute cis tribula graliam conferendi, *N.* Christus autem in domo Pharisæi nulli tribuit vim remittendi pccala, scd ipse summa qua pollebat auctoritate remisit : at vero in Jordane, secundum SS. Patres prius laudatos, tribuit aquis vim peccata abluendi.

2° Inter sacramentum pœnitentiæctbaplismi hoc est discrimen, quod sacramentum pœnitcnliæ non exerceatur nisi a judice in subditos; secus sacramentum baptismi : Christus autem non in domo Pharisæi, sed Joan. 22, constituit Apostolos judices ad absolutionem peccatorum.

Insl. 2° Institutio sacramenti est opus legislatoris : atqui Christus in Jordane non gessit personam legislatoris, sed pœnilcnlis el peccatoris. Ergo.

ll. Omisso antecedente, N. min. Nihil enim obstat Christum in Jordane et legislatoris cl pœnilcnlis personam sustinuisse respective ad diversa : pœnilcnlis personam gessit recipiendo baptismum, legislatoris tribuendo aquis vim rcgencrativam ; sicut in cruce sustinuit personam pœnitenlis, factus pro nobis maledictum; simul et personam legislatoris, veterem legem abrogans ct novam condens.

Obj. 3° *contra camdem partem.* Probabilius videtur institutum luisse baptismum dum Joan. 3 Christus dixit Nicodcmo : .Yisi *quis renatus luerit,* etc., praesertim cum immediate post istud colloquium legatur Christum baplizasse, velut procedens, inquit Estius , ad excculionem institutionis factæ. Ergo.

/{. N. ani. Hæc enim verba significant quidem necessitatem baptismi in futurum, at non ejus institutionem : sicut hæc, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis,* etc., exprimunt necessitatem eucharistiæ, sed non c,us institutionem.

Si petas quare Christus vohiei it baptizari ? *ll.* Quia decebat ul qui omnem legem non Solvere, scd adimplere venerat, omnem ju - tiliam adimpleret. Ita ipse Christus Malth. 3.Pluresalias rationcsadfcrunlSS. Patres, quidam , ul contactu suæ carnis vim aquis mundandi conferret; quidam, ut auctoritate sua baptismum Joannis probaret; alii, ul suo exemplo ostenderet non negligendum esse baptismum, etiamsi ab inferiori conferalur.

$ li· — *Quandonarn baptiswri rupti obhçarr ?*

Q. 66. a. 2. o. — *Dico* 1° Baptismus non fuit in præcepto ante passionem el resurrectionem Christi.

Prob. 1° Lex nova, ad quam pertinet baptismus, non debuit obligare antequam lex vetus obligare desineret; non enim debebant simul obligare, et nova debebant succedere veteri tanquam lux umbræet veritas liguræ : atqui lex vetus ante passionem cl resurrectionem Christi non desiitobligare : ergo. *Prob. min.l0* Christus, Malth. 8,præcipit leproso mundato adire sacerdotem, ul secundum legem munus offerret. 2° Immolatio agni paschalis fuit in præcepto usque ad Christi passionem; Luc. 22 : *Venii dies Azymorum, in qua ncccsse erat occidi pascha. El misit Petrum ct Jacobum, dicens: Euntes parate nobis pascha, ul manducemus.* 3° Christus non venit *solvere legem , scd adimplere;* Malth. 5. Non fuit autem lex adæquatc impleta , nisi quando Christus in cruce dixit: *Consummatum est.* 4° Lex duravitquousqucsacerdoiium fuit translatum, Hcb. 7. Non fuit autem translatum sacerdotium nisi in cruce,cum Christus tanquam summus sacerdos semclipsum Deo hostiam obtulit. 5° Ita censent SS. Aug. et Hieron. in mutuis Epistolis. S. Augustinus distinguit tria tempora respectu legalium : primum ante passionem, in quo legalia nec mortifera nec mortua erant; secundum a passione ad Evangelii promulgationem, in quo legalia erant mortua, scd non mortifera ; tertium post Evangelii promulgationem, in quo legalia crant mortua ct mortifera. Et quamvis S. Ilicron.abco dissentiat quantum ad secundum, convenit tamen quantum ad primum. Ergo.

Ibid. — *Prob.* 2° Non debuit baptismus esse in præcepto antequam totam suam perfectionem consequeretur: atqui hanc solum obtinuit in passione et resurrectione Christi : ergo. *Prob. min.* Una ex perfectionibus baptismi est ut nos configuret morti cl resurrectioni Christi, Rom. G : atqui ante mortem et resurrectionem Christi neutri nos poterat configurare. Ergo.

Accedit auctoritas S. Bernardi, qui Epist.

77 ad nugonem ex professo tractat hanc quaestionem ct probat hæc Christi verba ad Nicodemum. *Nisi quis renatus fuerit,* etc., non importare legem pro tunc ; quia , inquit, « Durum austerurnque videtur, ut vi- » delicct verbum absconditum palam jam | » noceat, cl ante judex feriat quam mi- » netur. »

Observandum est hic quod, cum S. Th. dicit legalia cessasse in passione Christi, vc- rosimilius debeat intclligi non de passione præcisa a resurrectione, sed de passione com- pleta per resurrectionem ; ita ut, inquit Soto, triduum passionis simul ct resurrectionis habeatur pro uno puncto seu uno motu, cu- jus terminus *aquosit* mors seu passio, ctter- *minusad quem,* resurrectio, sicut justifica- tio nostra, propter quam Christus passus est et resurrexit, est unus motus duos terminos includens, scilicet recessum a peccato ul terminum *a quo,* ct accessum ad gratiam ul terminum *ad quem :* alioquin S. Doctor ex cessatione legalium male inferret legem bap- tismi obligasse *post passionem ct resurrec- tionem Christi;* sed debuisset tantum dicere, *post passionem Christi.* Et ita interpretan- tur plurcs Thomistæ. Unde ad utrumque ter- minum, scilicet passionis ct resurrectionis, referendum est quod Chi istusdixitin cruce: | *Consummatum est.* Similiter dicendum sa- | ccrdotium, quod fuit in morte translatum , non luisse consummatum et perfectum, nisi per resurrectionem , immortalitatem et in- defectibililatem reassumeret ; ct tunc so- lum adimpletam fuisse illam Davidis dc Christo prophetiam : *Tu es sacerdos in æternum.*

Ibid. — *Dico* 2° Videtur probabilius bap- tismum fuisse in præcepto slatim post passio- nem et resurrectionem Christi.

Ratio est, quia, ut probavimus, lex vetus, umbra et figura novæ, cessavit in morte ct passione Christi ; ea autem cessante, nova obligare coepit : non enim umbra recedit nisi adveniente luce, nec figura tollitur nisi per veritatem ct realitalem ; ita ut corrup- tio unius sit generatio alterius. Insuper non est verisimile Deum voluisse mundum di- mittere absque aliqua loge positiva : atqui fundamentum lotius legis novæ est baptis- mus, qui jam orat institutus cl in usu :crgo saltem quoad illum lex nova tunc obligare ecepit.

Soh'ttnini' objectionem

Obj. 1° contra primam conci- Joan.3, Christus ante passionem dixit Nicomedo : *Nisiquis renatus fuerit, vic. atqui* hæoprba videntur importare præceptum/Ergo.

Q. 66. a. 2. «d 3.— *R. I). min.* Hæc verba videntur importare præecptum pro futuro tempore, quando lex nova obligabit, C. pro præsenti tempore, *N.* Sic simili phrasi,dixit Christus Joan. G : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis ct biberitis ejus sanguinem,non habebitis vitam in vobis. Et* tamen certo constat, his verbis non importari præ- ceptum pro tunc, cum nondum esset insti- tutum sacramentum eucharisliæ, sed pro futuro tempore tantum.

Inst. 1° Non dixit Christus Nicodcmo, *Oportebit,* sed *Oportet vos nasci denuo:* at- qui *oportet* designat tempus præsens cl non futurum. Ergo.

R. D min. Oportet designat tempuspræ- sens quantum ad legem ex tunc incipientem ct obligantem, *N.* quantum ad conditionem legis fuluræ, *C.* Quasi dixisset : Oportet co- qui meam legem profitebuntur, dum obli- gabit nasci denuo.

Inst. 1° S. Aug. lib. de Fide ad Petrum, cap. 3, dicit: «Ex illo tempore quo dixit » Christus, Nisi quis renatus, etc., fit ul πο- υ mo possit sine baptismo introire in reg- » num Dei. » Ergo.

R. το ex illo tempore in sensu S. Augustini non significare ex illo momento quo Chris- tus hoc dixit Nicodcmo, sed ex illo Christi tempore : comparat enim illud tempus ad tempus legis veteris, cum illa cessavit et lex nova incepit in morte ct resurrectione Christi; quasi diceret : Ex eo tempore quo Christus legem antiquam abrogavit el no- vam condidit, nemo sine baptismo salvari potest

Inst. 3° Judaei tenebantur credere Christo ct amplecti ejus legem, ad quam praecipue perlinet baptismus. Ergo.

R. equidem Judæos teneri credere Christo; ›'d est, tenebantur credere Christum esse Messiam, et esse vera quæ prædicabat, non quidem ex aliquo praecepto legis novæ, sed veteris, Deui. 18, ct ex oraculis Propheta- rum. Item tenebantur amplecti ejus legem, sed pro co tempore quo voluit illam oblt- garo : non voluit autem illam obligare, nui cessanto veteri in. eua passione·

Insl. 4pLcx baptismi ante passionem obligat Gentiles : ergo a fortiori Judæos. *Prob. ani.* Gentilis qui tunc voluisset converti a gentilitate, debuisset baptizari. Ergo.

Ii N. ani. ad prob. N. ani. Gentilis enim tunc potuisset salvari profitendo vel legem naluræ vel legem scriptam ; sed casu quo neutrius remedium ad deletionem peccati adhibere voluisset, tunc debuisset baptizari.

Repones. Si tunc per baptismum poterat deleri peccatum : ergo non amplius obligabat circumcisio; ergo jam tuncextincta erat lex Mosaica; ergo obligabat lex nova cx didis.

R. D. primum illatum. Ergocx tunc jam non obligabat amplius circumcisio, ut erat remedium peccati, *C.* quantum ad hoc enim tunc currebant simul lex et Evangelium, ul docet Auctor 1, 2, q. 103, a. 3, ad 2 : non obligabat amplius ut erat professio legis Mosaic®, ad quam tenebantur omnes Judæi, *N.* Sicut si nunc aliquis per perfectam contritionem esset justificatus ante baptismum rc susceptum, teneretur nihilominus baptizari ul aggregaretur Ecclesiæ.

Dices. Juxta S. Th. hic, legalia cessarunt in passione Christi, quando dixit, *Consummalum est :* atqui, cx dictis, cessante lege veteri nova cœpil obligare : ergo slatim post passionem cl non solum post resurrectionem lex nova obligavit, ut S. Thomas et nos post ipsum diximus.

R. Cum S. Th. ct nos post ipsum dicimus legalia cessasse in passione Christi, debet intelligi non dc passione præcisa a resurrectione, sed de passione completa per resurrectionem . Vide *observationem post primam conclusionem.*

Obj. 2° *contra secundum conci.* Apostoli ipsi post mortem et resurrectionem Christi obsonarunt legalia. Ergo non erant mortua.

R. N. conseq. Erant quidem tunc mortua, sed non mortifera ; cl ideo quamvis nulla tunc amplius esset obligatio ea servandi, nondum crat Limen prohibita eorum observatio. El ita decebat, inquit S. Aug. tum ne lex antiqua crederetur mala et abominabilis, si slatim mortifera prohiberetur, sicut idolorum cultus; tum quia, sicut mortuos aliquamdiu servamus ut majori cum honore sepultura tradamus, ita decuit legem antiquam aliquandiu servari, ut mater Synagoga cum honore sepeliretur.

A nostoll non eolum obiervonml le· galia, sed ct observari jusscrunt, utabetinere a sanguine ct suffricato. Ergo.

R. Apostolos ad tempus ex œconomia id præcepissc, ne Judæi, qui sanguinem et suffocatum abominabantur, offenderetur, ct eorum unio cum Gentibus conversis impediretur. Al hæc obligatio non cx lege veteri, sed ex ipso Apostolorum præcepto oriebatur.

Obi. 3° Lex non obligat antequam promulgetur : atqui lex nova non fuit promulgata rusi die Pentecostes : ergo antea non obligabat.

R. N. min. Lex enim nova saltem quoad baptismum incepit aliquo modo publicari per suam institutionem, usum el frequentiam ; complete autem promulgata est quoad sufficientiam in cruce, quando Christus dixit *Consummatum est,* elmorlcsua confirmavit novum Testamentum, quod pridie in Cœna condiderat, evacuato veteri.

Distinguitur itaque duplex logis promulgatio : una quam dicunt essentialem, seu potius quæ est conditio necessario cl insupplebilitcr requisita ad rationem legis, ul quando princeps existenlibusin curia illam proponit el intimat; ct talis legis baptismi promulgatio facta csl inchoate ante passionem Christi, complete in passione, caquc sufficit ul lex vim obligativam habeat. Altera est solemnior et accidentalis, ad tollendam subditorum ignorantiam propius ordinata, ut quando lex per singulas civitates aut provincias a praecone promulgatur; et hæc novæ legis promulgatio facta est ab Apostolis Jcrosolymis die Pentecostes, ct deinceps per universum mundum : unde ante illam lex nova obligabat; qui Limen illam ignorabant defectu solemnioris promulgationis, excusabantur a peccato eam transgrediendo.

Insl. S. Bernadus,Epist. 77 ad Hug. probat legem baptismi non obligasse nisi post sufficientem clsolcmnem promulgationem, qua potuit pervenire ad subditorum notitiam. Ergo.

R. S. Bcrnardum nihil aliud velle quam quod ante solemnem ct diffusam hujus legis promulgationem non peccabat qui eam cx ignorantia transgrediebatur, α Ex eo lem- « porc tantum, inquit, cuique cœpil anli- « qua observatio non valere, ct non bapli- » zatus, quisque novi peccati reus existera d ex quo præceplum ipsum inexcusabili1er a ad ejus potuit pervenire notitiam. »

Infcres. Ergo a resurrectione Christi usque ad Pentecosten Deus reliquit pueros absque remedio peccati originalis; non enim tunc amplius valebat circumcisio , utpotc abrogata secundum nos; baptismus aulem erat incognitus : atqui id videtur repugnare divinæ bonitati : ergo.

R. 1° hoc argumentum esse solvendum ab objicientibus ; mulli enim etiam post Pentecosten ignorabant baptismum, el circumcisio tunc, fatenlibus adversariis, erat abrogata. Unde.

71.2°baptismum scientibus fuisse peccati orig. remedium, ignorantibus circumcisionem, non ul sacramentum veteris legis Christi præfiguralivum, sed ut remedium legis naturæ, in quantum erat fidei protestatio; el sub hac ratione arbitramur cum Solo, Medina, Capreolo, etc. valuisse usque ad sufficicnlem el diffusam legis novæ promulgationem. Et ita loqui debent adversarii.

Obj. S. Th. hic ad 2, dicit Christum *nonsolum Judæis, sed etiam Gentilibus imposuisse necessitatem baptismi sub præcepto, dicens: Euntes docete omnes gentes :* atqui hoc dixit Christus octavo lanium die post resurrectionem : ergo saltem tunc solum ct nonstalim post resurrectionem obligavit lex baptismi.

R. incertum esso quando Christus hæc verba protulerit. Quidam existimant protulisse ipsa dic resurrectionis vesperi, ul innuitur Marci ultimo; alii octava dic post resurrectionem, ul innuitur Maith, ultimo. Forte aulem S. Th. fuit in ea opinione quod hoc sil a Christo dictum ipsa dic resurrectionis; vel dicendum S. Ductorem tantum velle quod Christus mandaverit tunc Apostolis ut legem jam promulgatam et obligantern non restringerent ad Judæos, ul factum hucusquc fuerat, sed etiam Gentibus intimarent.

Obj. 5° Trident, sess. G, 4 , dicit, post *promulgatum Evangelium sine lavacro regenerationis aut ejus volo, justificationem fieri non posse* : ergo ante promulgatum Evangelium poterat sine lavacro regenerationis fieri justificatio; sicque tunc non obligabat lex baptismi.

R. 1° *N, conscq. quæ male infertur cx argumento negativo.* Ex eo enim quod concilium dicat post promulgatum Evangelium justificationem non fieri sine baptismo, non idcodicil quod ante promulgatum Evangelium fieret sine baptismo. 2° Sed, «Io M diceret etsupponeret, nihil indeconlranos: fatemur enim quod tunc temporis ante solemncm legis promulgationem faciam di» Pentecostes, licet baptismus obligaret, non tamen erat omnibus necessarius necessitate medii, sed qui illam legem ignorabant invincibiliter, salvari poterant, vel ipsa circumcisione ul erat protestatio fidei,sicut jam dictum est, vel remedio legis naturi. Idque admittere coguntur adversarii etiam post solemnem legis promulgationem factam die Pentecostes; cum tunc adhuc multi etiam intra fines Judææ, a fortiori inter gentes, legem hanc baptismi invincibiliter ignorarent. I nde textus concilii intclligi non debet de promulgatione facta die Pentecostes, sed de promulgatione poslmodum ubique facta per Apostolos, quorum sonus exivit in omnem terram.

ARTICULUS III.

Dc maleria baptismi.

In sacramentis quæ consistunt in usn rei sensibilis, duplex distinguitur maleria, scilicet remota el proxima. Remota est ipsa ra sensibilis, proxima est ipsius rei ususelapplicalio. Sic in baptismo aquam dicimus materiam remotam, applicationem aquæ ad corpus seu ablutionem, materiam proximam. De utraque per distinctos §§ agemus.

§ 1. — *Ulnirn aqua sit materia remota ὑηρΙίπιν*

Missis Gnoslicis, Archonlicis ct aliis ejusdem furfuris hærclicis, (pii negaverunt sacramenta sensibilia, fuerunt alii plures qui rejecerunt specialiter baptismum in aqua.

1<>Manichæi, ralia quam esse a malo principio, baptismum in ea collatum noxium dixerunt, S. Aug. Hæresi 46; similiter Sclouciani cl Hcrmiani, idem Hæresi 59, 2Ǫ Pauliciani dicebant baptismum sola prolatione horum verborum , Ego *sum aqua viva* , perfici; Eulhymius in 2 partePanopliætil. 21. 3 I.otherus in Symposiacis, id est, convivalibus colloquiis, cap. 7,dubitavit an non baptismus in vino collatus valeret : Lulheri dubium solvit Besa, docens baptismum in quovis liquore collatum, urgente necessitate et absente aqua, esse validum. Pro asserendo catholico dogmate.

Hic q. 66. a. 5. ctfl. o. — *Dico* 1> Omnis cl sola aqua vera et dementaris csl maleria remolabaptisiiH,

Prob. 1° ex S. Scripturis. Juxta sanctos Patres sequentia veleris Test, loca de baptismate figurative et prophetice sunt inlclligenda.Ps. 28: *Vox Domini super aquas, Dominus super aquas mtillas.* Cant. 4: *Grcges tonsarum, queo ascenderunt dcaqua,omnes gemellis foitibus.* Ezcch. 36 : *E/fundam super vos aquam mundam, cl mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris.* Ex novo Tesłam, sunt aperta testimonia. Joan. 3: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua el Spiritu sancio, non potest introire in regnum calorum.* Matlh. 28: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes r* etc. Ephes. 5: *Mundans luvacro aques in verbovilæ.* Act. 8, dc eunuchoCandacis reginæ : *Veneruntad quamdam aquam, et ait eunuchus: Ecce aqua , quid prohibet me baptizari ?* Act. 10 : *Numquid aquam quis prohibere potest, ul noix baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut cl nos?*

Prob. 2° ex Patribus. Justinus Apol. 2, de iis qui ad religionem nostram disponuntur, d cil: « Deinde eo adducuntur a nobis, d ubi est aqua.,. Nam in nomine cuncla- » rum rorum parentis ct Domini Dei ct scr- d vatoris nostri Jcsu Christi et Spiritus sanc- »ti,in aqua tum lavantur. » Tcrlul. lib. dc Bapl. quem his verbis inchoat: « Felix » sacramentum aquæ nojtræ, qua abluti dc- « liciis pristinae excitatis in vitam aeternam » liberamur, » S. Aug. tract. 15 in Joan. «Quid est baptismus? lavacrum aquæ in u verbo. Tolle aquam , non csl baptismus ; d tolle verbum, non est baptismus. » Innumeros omitto in re aperta.

Prob. 3°exdefinilionibuf Ecclesiæ. Grog. IX, apud Raynaldum ad annum 1241, de his quiin Norvegia baptizabantur cerevisia, rescribit ad arcbicpiscopum Nidrosicnsern : «Cum secundum doctrinam evangclicam » oporteat cx aqua cl Spiritu sancto renasci, v non debent reputari rite baptizali, qui in » cerevisia baptizantur. » Cone. Florent, in decreto Unionis: « Materia, inquit, hujus » sacramenti est aqua vera ct naturalis. » Trid.scss.7, can. 2: «Siquisdixerit aquam v veram ct naturalem non esse de nccessi- » tate baptismi, atque ideo verba illa Do- it mini Jcsu Christi, Nisi quis renatus » hicrit cx aqua ct Spiritu sancio, ad me- laphoram aliquam detorserit; anathema » sit. d

Ibid. α. 3. — Ratio a priori nulla est nisi voluntas Christi instituentis. Al variæsuut congruentix.

Prima convenientia petiturcx ipsius baptismi ratione, qui est generatio spiritualis , quod maxime congruit aquæ: unde et semina ex quibus generantur omnia viventia,. scilicet planta cl animalia, humida sunt ct aquam participant; propter quod Thales Milesius posuit aquam omnium rcrumprincipium.

Ibid.—Secunda convenientia sumitur ex effectibus baptismi, quibus aquæ proprietates conveniunt- 1° Aqua sua humiditate lavat, ex quo conveniens est ad significandam et causandam ablutionem peccatorum, quæ csleiTeclus baptismi ;2>sua frigiditate temperat superfluitatem caloris, cl ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam fomitis, quod est alter baptismi effectus ; 3' sua diaphancitale est luminis suscepliva, unde convenit baptismo, non quia baptismus active illuminat, sed quia est sacramentum fidei per quam illuminamur.

Ibid.—Tertia convenientia est ad significandum mysteria quæin baptismo celebrantur et quibus justificamur : ut enim dicit Apost. Rom. 6 etColoss. 2, *Consepelimur Chrislo in.baptismo*, in *quo cl resurreximus:* hæc autem significatio congruenter fieri non posset per terram propter suam densitatem, neque per aerem propter suam raritatem, ncc per ignem, quia nos combureret ; fit ergo commodissime per aquam baptismi, « in qua vcluli in sepulcro subii mergentibus nobis capita, vetus homo scii pelitur,el submersus deorsum occultatur, » et deinde rursus novus ascendit.» Ila S. Chrysostomus super illud Joan. *Nisi quis renatus.*

Ibid,—Quarta convenientia aquæ in baptismo est ratio suæ communitatis ct abun-· danliæ: cum enim baptismus sil generale sacramentum universis necessarium, debuit ejus maleria esse in promptu, ut absque ullo dispendio temporis, loci aut pretii, apnlicatu esset facillima.

Ibid.a. 4. —Dixi, *omnis el sola aqua vera cl dementaris.* Potest aulem aqua amittere suam veritatem ct simplicitatem dupliciter : 1° per mixtionem alterius corporis, ul cum pulvis miscetur aquæ, et magis abundat quam aqua, fit lutum ; 2° per alteralioncm, ul cum aqua convertitur in liquorem uvæ. El hoc ulrumque fieri potest,

vive per nataram, sive per artem. Igitur in qualibet aqua, qualitercumque transmutata, modo non solvatur species aquæ, potest fieri baptismus; si vero solvatur species aqoæ, non potest fieri baptismus. Intelligimus autem naturam el speciem aquæ magis secundum communem hominum usum et æstimationem, quam secundum rationes physicas : sicut, v. g. quamvis forte farina ex aqua subacta, vulgo *pdlé,* specie hysica non differat a pane; quia tamen se-
. dum communem hominum usum elæs-
. ationem non est panis, non potest esse
n cileria eucharisliæ. Similiter de aqua respectu baptismi, quia sicut Christus instituit panem usualem pro materia eucharisliæ, «ic instituit aquam usualem pro materia baptismi.

Ibid, ad 4.2. et 4. — *Hinc colliges* 1° baptismum valide fieri posse in aqua salsa maris, in pluviali, fontana, fluviali, minerali, sive turbida sit sive clara, sive frigida , sive calida, sive benedicta sive non; item in lixivio, in aqua decoctionis carnium, piscium , herbarum, modo non sil facta tanta resolutio corporum fixatorum in aqua, quod liquor plus habeat dc aliena substantia quam dc aqua, quod ex spissitudine perspici potest; item in aqua ex grandine, nive, glacie, ante ablutionem resoluta; item in sudore pavimenti vel parietum tempore pluvioso; similiter in aqua expressa cx luto : quia in his omnibus salvatur natura ctspccies aquæ, ila ut verum sit de illis dicere, juxta communem hominum usum cl æstimationem, Est aqua naturalis.

Ibid, ad 5. — *Colliges* 2° c contra invalidum esse baptismum collatum in luto, vino, cerevisia pingui, lacte, oleo, saliva, sudore, lacrymis, urina, glacie, nive, grandine nondum resolutis, neque, quidquid dicant aliqui , in aqua rosacea, aut alia cx arboribus, herbis aut floribus distillate; quia illa omnia non reputantur aqua naturalis ct usualis, sive inierim ab illa specie physica differant, sive non.

Aliqui dubitant de tonui cerevisia, ptisana, thea ct similibus decoctionibus herbarum, quia, inquiunt, juxta hominum æslimalioncm videntur polus ab aqua specie dislinclus : unde qui tenentur jejunare in pane et anua, non possunt uti illis potibus. Attamen eadem videtur ratio dc his ac dc aqua levi» decoctionis carnium, quam Auctor agnoscit sufficientem; *ei* quamvis m. seantur polus ab aqua distinctus respe m- ad jejunium , in quo intenditur mortificilio, non tamen censentur aqua specio di, tincta a naturali respective ad ablutionem, quæ intenditur in sacramento,

Majus dubium est dc aqua cx sale resoluta : quia ex una parte non videtur aquj naturalis cl usualis; cx altera videtur quod sit idem ac de aqua ex grandine vel gbcie ; hæc enim est aqua frigore condensato, ilia est aqua solis ardore condensata.

Cæterum in praxi, nunquam extra casum necessitatis est adhibenda aqua dubia, ubi certa haberi potest : in casu vero necessitatis licite adhiberi potest omne id de qu prudenter dici potest, forte est aqua; qui; tunc necessitas extrema salutis et conditi opposita abstergunt injuriam sacramenti, et satius csl exponere sacramentum nullilati quam hominem ælcrnæ damnationi; sacramenta enim sunl propler homines. Confer irac. de Sacram, in genere diss. 1, a.G,§2.

Q. 66. n. 3. ad 5. — *Dico* 2° Aqua baptismo sive privato sive solemni adhibenda, debet necessario, non necessitate sacramenti sed præcenti, esse consecrata seu sacro chrismate delibuta el benedicta illo anno, sabbato sancio aul vigilia Pentecostes, si haberi potest.

Hanc Ecclesiæ praxim et legem utend. aqua benedicta et consecrata in baptismo cx Apostolorum traditione descendere colligitur ex eo quod illius initium non invenitur. Hujus meminerunt auctor Conslil. Aposl. 1. 7 el 8; S. Basilius I. de Spiritu sanctoc. 27 ;S. Cyp. Ep. 70ad Januarium; S. Ambros· lib. 1 de Sacram, c. 5; S. Aug. Hom. 27 et 50, el alii : item eucologium quo a mille annis et amplius usi sunlGræci. Idem probant antiqua baptisteria, nonalia ratione constructa quem ul aqua solemni ritu consecrata el benedicta decentius servaretur, Baptisterii constructi a S. Piol, electo pontifice anno 142, alterius constructi a Constantino in Later, basilica, meminit S. Anastasias bibliolhccarius t. 1 Baptisteriorum quæ hæretici incenderunt, meminit S. Alhan. Episl. cncyclica ad episcopos. Unde mirum esi hanc antiquam ulriusquc ecclesiæ Græcæ ct Lalinæ legem cl consuc-sudinem a nostratibus hærelicis sugillari. I Hoc est dunlaxat discrimen inter Grtecvs

et Latinos, quod Latini bis tantum in anno aquam consecrent, Graeci vero quoties ministrandus csl baptismus.

Dixi, *baptismo sive privato sive solemni :* quidam negant dc baptismo privato; attamen, quamvis solemnilas specialiter requirat aquam consecratam et inde augeatur obligatio talem adhibendi, id etiam videtur exigere natura sacramenti : etenim tam in privato quam in solemni baptismores sancta peragitur, ct assumitur aqua non ad quemcumque usum, sed ad ablutionem spiritualem. Insuper, ul dicit Auctor loco cil. per aquæ benedictionem impeditur astutia daemonis ne impediat cilcclum baptismi, quod etiam convenit baptismo privato sicut solemni. Ilis autem dc causis lex posita est.

An gravis vel levis sil obligatio præfatam aquam adhibendi in baptismo, disputatur. Nobis videtur gravis, saltem pro baptismo solemni, idque salis indicant tum Ecclesiæ solemnitas in consecrando, tum cura in assonando.

Pro praxi nota verba sequentia rit. Rom. Si aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate: si vero corrupta fuerit aut cffiuxcril, aut quovis modo defecerit, parochus in fontem bene mundum ac nitidum, recentem aquam infundat, camque benedicat cx formula quæ infra præscribitur; sed si conglaciata sit, curetur ut liquefiat; sin autem ex parte congelata sil aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedicta calefacere ct admiscereaquæ baptismal! in vasculo ad id parato, ct ca tepefacta ad baptismum uti, ne noceat infantulo.

Solvuntur objectiones contra primam conclusionem.

Obj. 1° Hæc Christi verba Joan. 3: *Nisi quis renatus fuerit cx aqua ct Spiritu S.* etc. in quibus maxime vim facimus, non sunl inlelligcnda lillcralilcr de vera aqua, sed metaphorice de ipso Spiritu sancto, ita ul copula *ct* non sumatur copulative, sed explicative significans *id csl,* perinde ac si dixisset *in Spiritu aqueo,* seu in Spiritu mundanto instar aquæ: non enim inusitatum est S. Scripturam per duo unum exprimere, ut Act. 17 : *Vita cl inspiratio* idem estoc *inspiratio vita.* Coloss. 11 : *Pcrphilotophfam ct inaittm fallaciam,* Idem c»t net *per inanes fallacias philosophia :* ergo. i. . Calvinislæ.

R. nos non in hoc uno S. Scripturæ monio fundari, sed in pluribus aliis apertissimis , quæ sensum melaphoricum "'on admittunt, præscriim Act. 8 cl 10; item in traditione, definitionibus et praxi lotius Ecclesiæ ab incunabulis : unde tametsi hæc Calvinistarum interpretatio, quæ falsissima est, foret legitima, nihil oblineret argumentum contra nostram conclusionem.

R. 2° *N. assumptum :* hic enim duo omnino disparata exprimuntur; unum exterius, scilicet elementum aquæ; aliud interius, nimirum gratia Spiritus sancti: nec est vel unus Patrum in lota retro antiquitate, qui aliter intellexerit: reservatum erat hesternis hærelicis sensum mctaphoricum illis verbis affingere. Non negamus aliquando S. Scripturam per duo unum exprimere; al insanum foret dicere aut credere hunc esse ejus constantem in omnibus usum : nisi forte velis cum Sabellianis, ut intra subjectam materiam hæreamus, his nominibus *Patris el Filii ct Spiritus sancti,* unam cl camdem personam exprimi. Ul ergo legitimus verborum Christi sensus cognoscatur et an particula cl copulative vel explicative significet, perpendendæ sunl circumstantis loci ct temporis, subjecta materia, alia S. Scripturæ testimonia affinia, sensus Patrum et Ecclesiæ praxis. Porro in nostro casu cx circumstantiis loci et temporis, ex subjecta materia, ex collatis aliis S. Scripturæ locis colligitur hic aquam poni pro elemento naturali ctut quid distinctum a Spiritu : volebat enim Christus instruere Nicodcmuni dc regeneratione spirituali mcdianlcsacramentosensibili in aqua; unde stalim post istud colloquium, quasi explicaturus et confirmaturus quæ dixerat Nicodemo, legitur ibidem baplizasse cum discipulis, utique baptismo aquæ, quia, ulsubditur ibidem, indo commoli sunl Jvannis discipuli, quod ejus baptismum Christus usurparet; idque aperte confirmant alia S. Scripturæ testimonia in probationibus laudata. Idem colligitur cx traditione et perpetua praxi Ecclesiæ, qua nullus est certior S. Scripturæ interpres, imo nec nocent exempla allata : *'lenim inspiratio vïlæ, est vilain inspiratione sensibili collala, fallacia inanis philosophiæ, est latens in argutionibus philosophorum dcccplloi Ergo Spiritui tiqucui » **lilia** loqui liwau

Cil Spiritus vi occulta operans in aquis.

Inst. 1» Christus ibi exprobrat Nicodcmo quod quæ'dixerat ignoraret · *Tu es magister in Israel, el hac ignoras?* Atqui si de vera aqua loculus fuisset, non erat ratio cur Nicodemo ejus hac in re ignorantiam exprobraret : quomodo enim scire potuisset Nicodemus veram aquam esse necessariam ad renascendum ? Ergo.

Λ. 1° juxta S. Aug. tract. 12 in Joan. Christum hæc non dixisse exprobrando, sed docendo el Nicodemi superbiam sanando. 2° *N. min.* Manifestum est enim cx textu S. Scripluræ quod Christus loquebatur de regeneratione spirituali in aqua per Spiritum sanctum, quamvis Nicodemus intclligereldc iterata nativitate carnali. Cum autem Nicodemus esset legis doctor et S. Scripturas doceret, merito exprobrat illi Christus quod ignoraret Deum posse regenerare spiiilualiter homines per aquam aul per aliquid aliud sensibile, cum id pluries testelur S. Scriplura. Ezech. 36 : *Effundam super vos aquam mundam, el mundabimini*, etc. Ps. 50 : *Asperges me hyssopo, el mundabor: lavabis me, el super nivem dealbabor.* Item Ps. 103; Zachar. 13, etc. Insuper, Judæi proselytum qui ad eorum religionem convertcbalur baptizabant, ct eo baptismo junctis variis aliis purificationibus quasi novum hominem reputabant : ipsimet Pharisæi quotidianis suis purificationibus et baptismis se purificabant : ad hæc si attendisset Nicodemus, facile intellexisset, præserlim Christo explicante, Deum posse quo voluerit modo eliam per aquam regenerare hominem spiritualiler; ideoque merito illi fuit exprobratum quod cum esset magister in Israel, hæc ignoraret el tanquam extranea atque absurda reputaret.

Inst. 2° In his Christi verbis : *Nisi quis renatus fuerit* ***ei*** *aqua el Spiritu sancio,* Spiritus non inielligitur materia baptismi; ergo nec aqua.

/L insulsam prorsus esse hanc ratiocinationem. Ecquis, nisi mente captus, cogitabit unquam Spiritum sanctum posse esse materiam alicujus sacramenti? itaque secundum subjectam materiam per Spiritum sanctum inielligitur causa efficiens et quasi pater regenerationis; per aquam inlelligitur quasi mater seu materia sacramenti regenerationis. Ita SS. Paires.

Inst. 3° Quando Joan. bant. Mntth. 3, dixit : *Qui post me venturus est, forllor mt* ***est... ipse vos baptizabit in Spiritu santlo, et igni,*** per ignem non inielligitur littera, liter ignis dementaris, sed metaphorice Spiritus sanctus, qui instar ignis corda duritate inflammatctpeccata destruit: ergo ii. militer de aqua, Joan. 3.

Λ. *N. conseq.* Nemo enim unquam, exceptis llcrmianis et Sclcucianis ct forte quibusdam aliis ejusdem furfuris hæreticis, somniavit ignem esse baptismo adhibendum , cum e contra constet et Christum et Apostolos, cl omnem qua late patet Ecclesiam, semper adhibuisse aquam. Ex qua praxi tanquam cx regula certissima dicimus verba Joan. 3 intelligenda esse de aqua naturali, et verba Malth. 3, de igne metaphorice sumpto pro gratia et donis Spiritus sancti. Sunl quidam SS. Patres, qui illa verba Matlh. 5 intdligunt litleraliter de linguis igneis quæ apparuerunt supra capita Apostolorum die Pentecostes.

Inst. 4° Ipse S. Joan. Bapt. loco cit. Malth. distinguit suum baptisma a baptismate Christi in hoc quod suum sit in aqua, baptisma aulem Christi in Spiritu sancto. Ergo.

R. D. ant. Distinguit in hoc quod suum baptisma sit in aqua simpliciter, *N.* in hoc quod sil in aqua tantum sine collatione gratiæ Spiritus sancti, quam conferebat baptisma Christi, *C.* Quasi diceret, Ego baptizo vos aqua tantum et corpora solum lavo, inde indicans vobis poenitentiam cl ad cam vos exhortans; sed qui post me venit, non solum corpora, ut ego, aqua, verum etiam animos vestros cITuso Spiritu sancio purgabit, divinoque illo igne inOammabil. Unde discrimen inter hæc duo baptismata non est ex parle malcriæ, in utroque enim est aqua, sed ex parte virtutis el ellcclus.

Obj. 2° Slephanus, papa creatus anno 751, dum in Galliis versaretur, ct apud Carisiacum cum Pippino roge moraretur, ad varia capita dc quibus interrogatus fuerat, novemdecim responsa dedit monasterio Britannico (*de Ilrcligny*) quorum undecimum sic legitur torn. G Conc. Labb. colum. 1652 : « Si in vino quis, propterea quod
» aquam non inveniebat, omnino pericli-
» lantern infantem baplizavil, nulla inde
υ ei adscribilur culpa (infantes sic prrma·
» neant in baptismo); nam si aqua alluit
» præsens, ille presbyter excommunicetur

» et pœnitentiæ submittatur, quia contra p canonum sententiam agere praesumpsit. » Ergo.

R. hoc rescriptum esse spurium vel adulteratum. 1° Inverisimilc est summum pontificem ignorasse quæ neminem vel leviter theologum latere possunt. 2°Nullacanonum collectio, nullus scriptor hujus responsi meminit. 3° Cum interrogatio esset de uno infante, dicitur in responso in plurali nurnero, *Infantes sic permaneant in baptismo.* Unde nola marginalis in Conc. Labb. dicit : « Quod ansulis clausimus, glossema csl, b aut c margino in textum a librario temere d intensum , aul cx proximis canonibus per b incuriam translatum. » Natalis Alexand. sæc. 8, cap. 1, a. 6, sic restituit textum : *Nulla ei adscribalur culpa, si infantes sic permaneant in baptismo.*

Simile aut forte idem responsum duo codices a Tournclio laudati tribuunt Siricio papæ circa finem quarti saeculi conceptum his verbis : « Presbyter qui in vino baptizat b pro maxima necessitate, ut æger non b pcriclilclur, pro tali re nulla ei culpa b adscribalur : infans vero ille, si in sanc- B tissima Trinitate baptizalus est, in eo b baptismo permaneat. » Si sit idem responsum , ut probabile est, ipsa contradictio attributionum ct diversitas narrationum manifeste evincunt suppositionem. Si sit aliud simile, *II.* ut ante ; cum neque in ulla collatione canonum, neque in archivis Romanis inveniantur, neque haec opinio unquam in ecclesia Romana obtinuerit, aut dc illa etiam tempore Siricii auditum fuerit, jure asserimus esse aut supposititium aut interpolatum. Adde hæc non esse definitiones cx cathedra loti Ecclesiæ propositas tanquam dc fide tenendas, sed rescripta privata ad quosdam particulares.

Obj. 3" Joannes Moschus circa initium septimi sæculi in Prato spirit. 176, narrat quemdam Judæum, morbo periculoso correptum , in deserto baplizatum fuisse ab itineris comitibus arena 1er super ipsum projecta, et subito virtute hujus baptismi convaluisse : quod indicat ejus validitatem. Idem aul simile facium narrat Niccphorus lib. 5, cap. 37. Ergo.

R. N. conseq. Ex utraque enim narratione oppositum concluditur. Refert Moschus nunc Judæum ob ferventissimum baptismi desiderium sanitati fuisse redditum, ecd cum pervenissent Ascaloncm, « visum es' » B. Dionysio mittere fratrem illum ad n sanctum Jordanem, ibique baptizari. » Nicephoros pariter : « Postquam, inquit, » domum sunt reversi, rem eam ad Diony- » sium Alexandria; episcopum retulerunt. » ille vero admiratione stupens, ecclesiam » consuluit, cui visum est aqua insuper ad » cum modum initiatum juxta Ecclesiæ » traditionem abluendum esse. »

Obj. 4° In baptismo significatur ablutio : atqui multa alia sunt ablutiva quam aqua, ul vinum, oleum, ct hujusmodi alia: ergo non sola aqua est materia baptismi.

2-66. **a.** 3. ad 2.— *R. N. conseq.* 1° Vinum ct oleum non communiter assumuntur ad usum ablutionis, sicut aqua. 2° Non ita perfecte abluunt, quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, saltem quantum ad odorem; quod non contingit de aqua. 3° Illa etiam non ita communiter cl abundanter habentur, sicut aqua. 4° Finalilcr et præscrtiin, aquam elegit Christus et nou alios liquores.

Cælt?a argumenta vide in Auctoro.

§ IL — *De materia proxima baptismi.*

Certum est materiam proximam baptismi esse applicationem materiæ rcmolæ, scilicet aquæ, sou ablutionem corporalem : sed quæslio est 1° quomodo fieri debeat ista ablutio, an per immersionem, an per offusionem , aul aspersionem ; 2° utrum trina sive immersio, sive effusio, sive aspersio sil de necessitate sacramenti?

Suppono 1°duodecim primis Ecclesiæ sacculis baptisma communius administratum fuisse per immersionem. Id constat pro ecclesia Græca cxS. Justin, in Apol. 2 ; cx S. Basilio dc Spiritu sancto c. 27 ; ex Eucologio Græcorum edito a Goarlio cl aliis : pro ecclesia Latina, cx Tertull. de Corona militis ; cx S. Ambros. lib. 2de Sacram, cap. 6; S. llieron. advers. Lucif. cx S. Greg. lib. 1, Epist. 43, alias 41 ; cx his qui dc divinis officiis scripserunt, Alcuino, Amalario, Walafrido, ct pluribus aliis; tandem cx D. Th. qui hic a. 7, dicit tutius esse baptizare per immersionem, quia hoc habet u.susrowunu- *nior.* Obiit autem S. Doctor anno 1274, sell quamvis immersio communius adhiberetur in baptismo, aliquando tamen adhibita fuit effusio vel aspersio, ut mox dicam, ct patet cx modo loquendi D.Th.

Suppono pariter communius olim, sicut ct nunc, adhibitam fuisse trinam vel immersionem, vel effusionem, vel aspersionem. Constat cx auctoribus laudatis pro immersione, qu: plerumque etiam exprimunt Irinam immersionem. Unde Auctor hic a. 8 o, dicit quod qui trinam immersionem non servaret, *pcccarel graviter.....quasi ritum Ecclesiæ non observans.* Iste tamen ritus sæculo sexto, mutatus ct interruptus fuit apud Hispanos, ut mox dicemus. Ilis suppositis,

Ç. 66. a. 7. o.—*Dico* 1° Validum est baptisma collatum sive per immersionem , sive per infusionem, sive per aspersionem.

Est contra Graecos, qui post synodum Florentinam,auctoro MarcoEphcsino, inter alias separationis suæ causas prætcxcrunt quod ecclesia Romana , deserendo baptismum per immersionem, a vera lide defecisset.

Prob. 1° auctoritate et exemplis. 1° Ex prænuntiala baptismi institutione : Ezcch. *36 : Effundam super vos aquam mundam.* —ibid.— 2° Verisimile est Apostolos qui una die quinque hominum millia baplizarunt, effusionem aul aspersionem adhibuisse. 3° S. Cyprianus, concilium Anlissiodorenscan.578, can. 18; Malisconensell, anno 5S5, can. 5, ct alia, probaverunt baptismum per effusionem collatum clinicis, id est, decumbentibus in lecto. 4° Cum propter aliam necessitatem , puta propter persecutionem, aul opportunam cl inopinatam occasionem , in privatis domibus baptismus conferebatur , indubie effusio aut aspersio usurpabatur. Et ita Paulus in carccrc detentus Act. 1G, dubio procul, *custodem careen's cum omni domosua baptizavit.* Legitur in vita S. Laurentii ipsum baplizasse Romanum militem aqua ex urno effusa. Acta S. Gratilliani, S. Bacchi junioris, ctS. Liudgeri edita a P. Mai tene referunt baptismum effusione collatum. Ergo.

Ibid. — *Prob. ralione.* Aqua assumitur in baptismo ad usum ablutionis corporalis, perquam significatur interior ablutio peccatorum, ita ul ablutio quidem sil essentialis baptismo non modusablulionis: atqui ablutio per aquam potest ficri non solum immersione, sed etiam effusione cl aspersione. Ergo.

A saeculo autem decimo tortio usus baptizandi per effusionem ferme ubique invaluit, saltem apud Latinos : cl ita præscribunt varia ritualia, Loodicnso.RheinPnsF, Cameracense , Mcchliniensc , Alrcbatcnse, Iprense, el alia non pauca:—Ibid.—idqi? admodum convenienter propter variasra. lioncs, 1° quia quandoque est magna mu'· tiludo baptizandorum, ut Act. 2 et4;^aliquando non csl sufficiens aqua ad inirnr sioncin ; 3° propter debilitatem ministri, qui non potest sustentare baptizandum : 4" propter debilitatem baptizandi, cui p · set imminere periculum mortis ex immtt I stone. Ilis adde propter decentiam, nimirum ul considatur pudori mulierum et ot· curratur periculo ministrorum.

Dixi in hac observatione, *ferme ubiqu·,* quia ritus immersionis non oinnino eliminatus csl ab ecclesia Latina: palet ex ritual Romano Pauli V, ubi lit. de Forma bapl sic legitur : « Baptismus licel fieri pessi » aul per infusionem aquæ, aulper immei- » sioncin, aut per aspersionem ; primus la- » men vel secundus modus, qui magissun! » in usu, pro ecclesiarum consuetudiner · » tineantur. » Patet item ex Actis ecckf Mediolanensis, in qua servatur ritus immersionis, ct ex synodo Beneventana an 1G93, sub cardinali Ursini, postea Benedicto XIII, qui propria manu parvulos in baptisterio mergebat.

Dixi item, *apud Lalinos ;* quia licet Græci contra nos insurgant quod per infusionem baptizemus, ut dictum est, ipsi tamen infusionem non separant ab immersione, ilaut super baptizandi, a parteinferiori immorsi, caput aquam infundant,ul patet cx responso Grcgorii Protosyncelliai Marcum Ephcsinum, cl cx neophyto Rhodino in sua vernacula Synopsi apudGoarliuin in suis ad Eucologium Græcorumnolis : unde cl ipsi ab antiquo immersionis ritu etiam recesserunt; antiquitus enim totum corpus mergebatur, nidicam infra.

Cum autem dicimus baptismum poss' fieri per aspersionem . non inlclligimusaspersionem qualis fit in ecclesiis, dum populus aspergitur aqua benedicta, qua ploro sæpenon tanguntur, nisi forte in vestibus, sed quæsingulis adhibeatur, uni perunum, alteri per alterum. Ita apposite observat doctiss. Sylvius.

Dices 1° Cornelius papa cum synodo Romana dubitavil de baptismo per infusionem collate Novatianoin ledo decumbenti: sic cnim de eo scribit ad Fabianum Anliocbe-

nnni apud Euscb. 1. 6 Hist. c. 43 : *in ipso in quo jacebat lectulo profusus baptismum mscepit, si tamen hujusmodi baptismum suscepisse dicendus est.* Deinde invehit in fjusordinationem, *eo quod non Iiceret quemcumquc er iis qui urgente vi morbi in lectulo, perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi.* Similiter Ma. nus cum quibusdam aliis apud S. Cyprianum Epist. 70, dubitat an clerici *habendi sint legitimi chriftinni quia aqua salutari non sunt loti, sed perfusi.*

R. ad primum, Cornelium cum synodo non dubitasse de validitate baptismi Novatiani, alioquin propositum fuisset an esset rebaptizandus, quod nusquam facium est; sed dubitavit dc effectu sacramenti, quia Novatianus nulla tide, nulla interitione recta baptizatus fuerat, neque su.-ccplis postea, ut inoris erat, sacramentis confirmationis elcucharistiæ. Ilis ergo dc causis Cornelius carpit baptismum Novatiani. Et quia sic baptizanti in infirmitate, non tam proprio motu quam metu mortis initiabantur, ct insufficicnler instructi mysteria fidei tradere ct exponere, atque cælera sacerdotii officia implere non posse videbantur, ideo irregulares censebantur cl ordinari prohibebantur; quibus dc causis pariter improbat Cornelius Novatiani ordinationem. Hæc constant cx laudata Epistola Cornelii ad Fabianum.

Ad secundum. Incertum est dc quo dubitaverit Magnus, an de valore, an de effectu baptismi per infusionem collali. Sed quidquid sit, ejus dubium expunxit S. Cyprianus, non solum respondendo, sed etiam orobando hujusmodi baptismum valere.

Inst. S. Cyprianus permittit cuique dc hac re sentire quid vellet, ct permittit iis qui judicant nullum hunc baptismum, sic haplizatos rebaptizare. Ergo.

71. modcsliæS. Cypriani tribuendum csse, quod rem nondum solemni Ecclesiæ judicio eliquatam, uniuscujusque judicio permiserit, consequenter quod dixerit cos qui judicant talem baptismum esse nullum, debere rebaptizare; qui cnim judicat aliquem baptismum esse nullum, si sibi constare velit, debet iterare.

Dices 2° In baptismo consepelimur Christo: atquiscpulturanonpoteslsignificari nisi per immersionem. Ergo.

2- 66. ·. 7. o «6 2. —77. *N. min.* Equidem per immersionem expressius repraesentatur sepultura Christi, sed in aliis modi, etiam repræsentalur, cLsi non ita expresse; nam quocumque modo liat ablutio, corpm hominis vel aliqua pars ejus, aquæ supponitur; sicut corpus Christi fuit sub terra po-4'um.

Ibîd. a. S o. —7)ico 2° Trina siveimmeriv, sive infu io, sive aspersio, non est de necessitate sacramenti, sed præcepti tantum.

Ibid, in n. s. c. — ProM'Cum in Hispania Ariani Trinitatem dividerent, Iresque naturas distinctas assererent, et ideo trina immersione baptizarent; item et Donatislæ ba; ti mum a catholicis collatum iterarent : nonnulli Hispaniarum episcopi in detestationem uti iusque erroris unicam immersionem contra antiquum morem decreverunt; qua dc re cum esset mota quæslio, Leander epi c. ipus Hispalensis consultavit S. Grcgoriurn, qui 1.1, Epist. 43, alias 41, sic respondet : « De trina mersione baptismatis » nihil responderi verius potest quam quod » ipsi sensistis: quia in una lide nihil officit » sanclæ Ecclesiæ consuetudo diversa.... » Reprehensibile esse nullatenus potest in- » faniem in baptismate vel ter ct semel im- » mergere, quandocl in Iribus mersionibus » personarum trinitas, ct in una poles! » Divinitatis singularitas designari.»

line S. Gregorii responsum, suum fecit -one. ToletanumIV, anno G33,cap. fi, ubi postquam lau lata verba S. Greg. retuli!, hæc addit : « Propior vitandum schismatis » scandalum, vel hærclici dogmatis usum, » simplam teneamus baptismi mersionem. » Similiter conc. Wormaticnsean.SfiS', can. 5.

Itaqueinfundate prorsus AlcuinusEp. 70 negat hanc epistolam esse S. Gregorii, cum ab utroque concilio exscribatur. Item eam ut S. Gregorii laudant S.Isidorus Leandri frater in Catalogo Viror, illust. S. Idelfonsus Tolct. epise. in suo Catalogo, cl Joannes diaconus in vita sancti Gregorii.

Ibid, o—*Prob.* 2° Ad baptismum per so requiritur ablutio aquæ, quæ estde necessitate baptismi ; modus autem ablutionis per immersionem vel infusionem, ut dictum csl conclusione praecedenti, per accidens sc habet ad sacramentum : ergo *a fortiori* quod tervcl semel fiat.

Ibid.—*Confirmatur* cx ralione S. Gregorii. Sicut per Irinam immersionem signi-

ficaltir triduum sepulluræ Christi cl trinitas personarum , ita per miam significatur unitas moi tisCIn isti cl unitas Deitatis : non csl autem de necessitate sacramenti quod significet triduum sepulluræ Christi ; non enim ad hujus tridui significationem fuit institutum, sed in signum graliæ; equidem juxta Apostolum Horn. 6 , per baptismum sepelimur Christo, at id significatur pe. simplam immersionem , sicut resurrectio per immersionem. Quantum vero ad trinitatem personarum in unitate subslanliæ , significatur per formam ;cum enim dicitur in *nomine,* s g.ii:'icatur unitas Deila.is: cum dicitur *Patris et Filii cl Spiritus sancti,* significatur Trinitas personarum. — Ibid, ad 1.—Neque csl nccessequod in usu materia) hæc significatio habeat r, quia cum trinitas sitagms principalcin bap ismo, similitudo autem agentis perveniat ad cfleclum secundum formam ct non secundum materiam, ideo signifi alio Trinitatis convenienter fit per verba formæ, nec requiritur significatio per usum materiæ, nisi ad majorem expressionem, quæ non csl necessaria sacramento.

ibid. o. — Quia tamen cessante causa unius immersionis iterum antiquus usus invaluit, ct nunc communiter usurpatur trina immersio vel infusio, peccaret graviter aliter baptizans, utpole ritum Ecclesiæ non obsonans in r gravi. *Et csl secunda pars conclusionis.*

Dices. Trina immersio est ex præceplo Chrisli : atqui quod csl a Chi isto præceplnm in hac ma era, est indubie de necessitate sacramenti: ergo. *Prob. ani.* Pelagius II , qui obiit an. 590 , in rescripto ad Gaudentium episcopum,dicit: « Evangclicum præ- » cepium , ipso Domino Deo salvatore nos- » Iro Jesu Christo tradente, nos admonet » in nomine Trinitatis trina immersionem n sanctum baptisma unicuique tribuere. » Refertur de Cone. d. 4, cap. *Mulli,* 182. Similiter Tortui. SS. Hieron. Bas. etc. dicunt hunc ritum trime irino s onis originem ducere cx mandato Christi. Erg

Ibid.—*II.* in tola S. Scriptura nullibi · x- | stare præccptum Chrisli dc una vel trina | immersione. Itaque laudati Patres intelligent mandatum Christi de trina immersione in suo simili, in hoc scilicet quod Christus præccpcrilbaplizari in nomine Patris ct Filii cl Spiritus sancti : unde volunt solum | quod evangclicum præccptum in illud r> dat, quod baptismus fiat in nomineTrinta lis; quodaulem subdunt dcIrina immenione, congruentia estduntaxal, quæ cxdido præcepto colligi ur. Palcl ex ipso Pelagio, qui post verba laudata immediate subjung I: « Dicente Domino discipulis suis : Ik, » baptizate omnes gentes in nomine Paint » el Filii et Spiritus sancti, non dicit am- » piius, *cl in trina immersione.* » Item ia eodem Rescripto diserte pronuntia!. «Sia » vero apud dilectionem luam eorum qui » converti volunt, manifesta confessione di- » ruerit quod in nomine Trinitatis fuerim » baplizali, sola reconciliationis impensa » gralia, catholicæsociare fidei maturabis.. Ubi iterum solam invocationem Trinitatis, I non trinam immersionem requirit. Refertur ibid, de Cons. d. 4, cap. Si *revera* 30.

Inst. Saltem ritus trinæ immersionis est ex Aposlolica traditione: unde can.49eorum qui dicuntur Aposlolici, deponitur qui aliter quam per trinam immersionem baptizavcril; et cone. Constantinop. 1,can.7, jubet rebaptizari Eunomianos , quia non servabant Irinam immersionem : atqui traditiones Aposlolicæ sunl necessario sen andæ. Ergo.

R. 1° hoc argumentum , si quid probet, probaro ad summum trinam immersionem essede necessitate præcepti, non sacramenti; non enim Apostoli instituerant sacramenta. 2° *D. min.* Traditiones Aposlolicæ circa fidem ct mor s, sunl necessario scrvandæ,C. circa disciplinam, *N.* Multa enim circa disciplinam statuerunt Apostoli quæ amplius non servantur, ut dc abstinentia a sanguine ct suffocato, dc ebrioso , bigamo, neophyto non promovendo ad ordinem, non flectere genua in orationibus a Paschale ad Pentecosten , ct plura alia. Semel autem vel ler mergere, perlinet ad disciplinam , *ul paid cx* diverso Ecclesiæ usu in diversis occasionibus ct temporibus.

Ad canon. Aposl. Eliam qui soluin violat Ecclesiædisciplinam, potest jure pleclipcena depositionis. Sed neque iste canon, neque cone. Conslanlinop. agunt dc illis qui soluin trinam immersionem omittebant, sed etiam qui formam violabant, non baptizantes in nomine Trinitatis, sed in morte Chrisli : paid ex ipso textu Canonis, ubi subditur: Λοη *enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate ; scu, Euntes docclc omnes gentu,*

baptisantes cos tn nomine Patris, etc. Similiter Eunoniiani, qui erant Ariani, in odium Trinitatis baptizabant in morte Christi et in una immersione.

$III. — ⁊ζλγ'« *querttiuncutir circa utramque bajtismt utalci tarn breviter resolvuntur.*

Petrs 1« quæ quantitas aquæ requiratur ad validitatem baptismi?

R. eam requiri aquæ quantitatem qua quis possit dici moraliter ablutus; quia aqua requiritur ad ablutionem. Hinc quidam volunt non sufficere unam vel alteram guttam. Alii dicunt sufficere , modo tamen fluat ; quia corpus, saltem ea parte quam illa gutta fluendo tangit, dicitur ablutum. Id quidem mihi videtur probabile; sed quia alii contradicunt, cl res non csl ccrla, sic baplizalus in necessitate, sub conditionecsl rebaptizandus, si supervixerit. Dixi,./nodo *tamen fluat :* ct hinc

Petes 20 quomodo aqua debeat tangere corpus?

R. quod debeat tangere successive, mediante actione ministri, sive successio oriatur ex motu locali aquæ ad corpus, sive corporis ad aquam ; quia si aquæ contactus non sit successivus, puta si gutta aquæ immote maneat in fronte, non potest dicit hemo moraliter ablutus: talis autem requiritur abhiliocxinslilulioncsacramenti, qua homo dicatur moraliter ablutus. Non est tamen neccssc quod revera abstergat sordes; hoc enim non obstante est vera ablutio corporis. Addidi hunc motum successivum debere fieri a ministro seu mediante ejus actione ; alioquin non posset vere dicere, *Ego te baptizo.* Unde

Colliges quod si, videns puerum cadentem aut ab alio projectum in flumen, vel aspersum aut infusum , proferam verba formæ, nullum sil sacramentum; quia ego vere non abluo. Probabile est valere, si infantem submittam aquæ e tecto defluenti proferendo formam. At valde dubium, si baplizclurnivevel glacie, a ministro quidem applicata , sed in corpore baplizali tantum resoluta; quia videtur quod isteaquæ motus non sil a baptizante, sed a baptizato, mediante ejus corporis calore. Posset forte dici quod sil etiam ab applicante, quia si non applicaret, non resolveretur : sed, ut dixi, id valde dubium csl.

Pelts 3o in qua parte corporis fieri debeat ablutio?

Q. 66.n. 7. ad 3. et infra q.68 a. 'H. ad 'I. — *R.* debere fieri in capite, ita ul si fiat in alia parte, baptisma sil dubium , et iterandum sub conditione; quia caput est præcipua sedes animæ, el in eo omnes sensus fundantur et maxime vigent.

Et hæc est communis Ecclesiæ praxis, quam ritualia præscribunt, præsertim Romanum , tit. de Baptizandis parvulis, his verbis: « Nemo in utero matrum clausus » baptizari debet; sed si infans caput emi- o s: ril, cl periculum mortis immineat, bap- » lizr tur in capite; nec postea, si vivus eva- » serit, erit iterum baptizandus. » (Quidam i lem censent, si ablutio fiat in pectore vel scapulis; quia sunt partes notabiles : sed id non est certum, neque præsenli rituali salis COnf« rme.) « Alsi aliud membrum emiserit »quod vitalem indicat motum, in illo, si » periculum impendat, baptizetur; et tunc » si natus vixerit, erit sub conditione bapli- » zandus : si ver) ita baplizalus deinde mor- » tuus prodierit cx utero, debet in loco sacro «sepeliri. » Hæc videntur quasi exscripta cx Auctore secundo loc. cit. in margine, ubi plura dicam de infante ex utero matris nondum egresso.

Petes 4" an aqua debeat immediate tangere corpus ?

R. affirmative : quia alioquin non censetur homo vere ablui.

Hinc *inferes* non valere baptismum si aqua tantum tangat vestes, aut etiam pelliculam quamvocantgaleam nativitatis;quia hæc, juxta plures, non est pars, sed jiotius involucrum corporis: unde debet dividi ut aqua pertingat ad corpus ; id salt?m est tutius.

Utrum vero valeret, si aqua tantum tangeret capillos aul ungues, res est valde dubia: si enim dubium sil de digito vel pede, a fortiori dcunguibus cl capillis, qui, licet anima lotius vivant, videntur tamen potius exci ementa vel ornamenta corporis quam ejus partes; neque qui in unguibus sui capillis lanium ablueretur , dicorciur moraliter ablutus. Idcoquc probabilius existimo non valere.

*Pelee*5° utrum valide conferatur baptismus per ablutionem occisivam?

R. Duplex distingui debet ablutio oce.siva : una occisiva ratione materia?, puta s

baptizaretur infans aqua ferventi aul venenata ; altera cx sc occisiva, ut si quis infantem monentem projiciat in altum puteum cum prolatione formæ cl intentione baptizandi.

De primo casu non est difficultas : omnes enim conveniunt validum esse baptisma, quia calor aut venenum non impedit quin maneat vera species aquæ el fiat vera ablutio etiam moraliter; sicut panis venenatus non desinit esse verus panis el vere manducari. Neque obstat quod Christus non instituerit pro materia sacramenti actionem malam : hæc enim, licet ut occisiva sit mala , attamen ut ablutio præcise non est mala, et sub hac ratione Deus illam instituit pro materia sacramenti, ad eamquesub eadem ratione concurrit ; sicut concurreret ad sacrilegam consecrationem, non ul est sacrilega, sed ut est actio a Chrislo instituta.

De secundo ergo casu est difficultas. Scoluscum suis,S. Antoninus, Sylvester, Soto cl plures alii negant in eo casu validum esse sacramentum,quia Christus pro materia proxima baptismi instituit non quamcumque ablutionem, sed ablutionem usualem et moralem, seu quæ sit cl dicatur ablutio secundum humanum ct communem sensum; sicut pro materia cucharistiæ instituit panem usualem , non farinam aqua subactam, vulgo *pâté, licet a* pane physice non distinguatur : atqui, inquiunt, qui projicit infantem in puteum, ex quo non potest emergi, secundum communem ct humanum sensum non dicilur velle abluere, sed occidere. Non quidem quod emersio sit necessario requisita ad ablutionem ; potest enim quis sub aquis detentus vere et moraliter ablui, etiam si suffocetur ;scd cmcrgibililas; dum enim, addunt, quis e ponte projicit in fluvium canem mortuum sordidum, non dicitur velle ipsum abluere, quia non csl cmcrgibilis; diceretur autem velle abluere , si canis *esset* vivus, quia esset cmcrgibilis; licet forte per accidens suffocetur.

Ad id quod reponit contraria sententia , hanc projectionem in casu determinari cx circumstantiis, ut sit ct dicatur moraliter ablutio, quia nempe puer vel sic est bapl·-zandus, vel damnandus; unde videntes piam matrem projicientem in puteum prolem morientem , quam sciunt non esse baptizatam defectu aquæ, censebunt et dicent illam pro licere prolem suam ul lavet et baptizet ; ad hanc, inquam , solulioucm *respondent* Christum pro materia proxima baptismi instituisse ablutionem quæ sit humana el moralis, non per circumstantia6 ipsius baptismi , sed quæcommunitercl uioraliterdicebaturablulioante baptismi institutionem; et cum hæc projectio non sit ablutio moraliter, seclusa institutione baptismi, non est instituta a Christo pro materia baptismi.

Aliam viam init recens scriptor Gislenus Daelrnan : censet hunc baptismum esse invalidum, quia, inquit, minister debethab re vel aquam vel baptizandum in sua potestate; alioquin forma, *Ego Icbaptizo,* esset falsa: in casu autem minister nec aquam nec baptizandum habet in sua potestate. Hæc pro prima sententia.

Altera sententia, quæ est Panor., Gabrielis, Nugno, Ledesma, Suarcs, Layman, Bonae, cx rccenlioribus Gonet, Boudart, Bcrli, etc. tenet baptismum in casu esse validum; quia adsunt omnia requisita ad ejus valorem , materia, forma cl intentio ministri: contendunt enim per hanc projectionem infantem vere ablui, ct quia revera abluitur, projiciens dicitur cliam secundum humanum sensum velle abluere, sicut quia occiditur, dicilur velle occidere; ulrumqueenim vult, quia utrumque facit, quod nemo *sponte* aliquid faciat quod non vult facere.

Ad exemplum canis mortui projecti in aquas, cliam volunt quod vere lavetur, ct ideo posse dici de projiciente quod velit lavare, quia de facto lavat. Insuper discrimen estquodprojectio infantis censeatur ulterius moralis cx circumstantiis, ut dictum est: neque concedunt Christum requisivisse ablutionem quæ ante baptismi institutionem esset moralis, sed quæ tunc erat, aul postea foret moralis.

Ad fundamentum docloris Daelrnan, *respondetur* videri falsum: quia, si minister super infantem, primo fune suspensum ut possit in puteo mergi et emergi, sed fracto fune immersum, formam cum intentione baptizandi proferat, infans est ablutus el baptizatus, licet tunc nec baptizandus nec aqua sil in potestate baptizantis. Similiter qui dcponteprojicil canem vivumin aquas, ipsum lavat, cl lavare moraliter dicitur ; quamvis tamen tunc nec *canisncc* aqua sint in ejus potestate. Sufficere ergo videtur, ul quis abluere dicatur, quod penes ipsum luerit projicere vel nou projicere in aquas.

Quamvis prima sententia propter primam rationem videatur mihi tantillum probabilior,censeo tamen casum valdedubium.Sed, quidquid sit dc validitate hujus baptismi, cirium est nunquam licere sic baptizare infantem, etiamsi sine baplismo moriturum : quia hoc esset occidere innocentem, nunquam aulem licet facere mala ut eveniant bona.

Petes C›° dum baptismus sub trina immersione aut effusione confertur, quandonam habeatur essentia sacramenti?

A. Quando minister baptizat secundum intentionem Ecclesiæ, tunc habetur essentia baptismi quando, posita aliqua immersione aul effusione, linitur forma; quia tunchabentur omnia essentialiter requisita. Unde, si infans moriatur post primam ablutionem etintegre pronuntiatam formam, est vere baptizatus. Si aulem baptizans non intenderet facere sacramentum nisi linitis tribus ablutionibus, nonnisi tunc esset sacramentum ratione intentionis.

Cælcrum, pro praxi cl ad vitandum omnem scrupulum, observandum est quod praescribit Rituale Rom. scilicet, ut ad primam ablutionem dicatur *innomine Patris,* ad secundam *ct Filii,* ad tertiam *ct Spiritus sancti.*

Petes'!0 qui ritus oliin observabantur in trina immersione?

/I. T' Erant baptisteria intra ipsam ecclesiam , vel ad ejus fores ad instar balnei vel piscinæ, cum multis gradibus, profunda cl ampla pluribus simul continendis apta.

2·Baptizandi, sive infantes sive adulti, tam masculi quam fœminæ, omnino nudabantur; quam nuditatem antiqui comparant nuditati in qua creatus est Adam, caque significabatur baptizandum prorsus exuere veterem hominem. Multis tamen modis pudori mulierum consulebatur, ct ministrorum periculo occurrebatur : primis Ecclesiæ sæculis erant diaconissae, qua· mulieribus nudandis ct induendis aderant; mulieres seorsim a viris, sivein distincto baptisterio, sive diverso tempore baptizabantur. In aliquibus locis velum circa baptisterium cxtendebatur, ita ul minister accederet ad baptizandum potius cum audiret quam cum videret esse aliquem in aqua. Alibi aliter.

3‹› Baptizandi et baplizandæ erant toto corpore redi in aqua, excepto capite: minister autem mergebat, vel inclinandocaput in aquas, vel deprimendo, manu apposita super humerum aul inter scapulas, vel elevatos iterum deprimendo, totocnirn corpore immergebantur. Et cum erant ponderosiora corpora, palrinusaut malrina ministrum juvabant.

4° Post trinam immersione'·„ sub invocatione Trinitatis, baptizat' exibant c sacro fonte, cl suscipiebantur cum velamine, viri a diaconis aut palrinis, mulieres a diaconissis aut piis mulieribus vel matrinis.

5« Tandem vestiti confirmabantur ab epicopo, et sacra eucharistia reficiebantur.

ARTICULUS IV.

Deforma baptismi.

Circa formam baptismi erraverunt plures hærctici.

1° Quidam baptizabant in morte Chrisli, ut constat ex can. 49 vel 50 eorum qui dicuntur Apostolici. 2·. Gnoslici, qui el dicti Marcosiani a quodam Marco, baptizabant *in nomine ignoti Patris universorum , in Veritate matre omnium, in eo qui in Jesum descendit, in unione et redemptione cl communione virtutum :* itaS. Irenæus lib. 1 , c. 22, ct Euscb. lib. 4 Hist. Eccl. c. 11.3. Manichæi, dicti Cataphryges eo quod conventus suos agerent in Phrygia, baptizabant *in Patrem et Filium el Montanum seu Priscillam.* 4« Paulianistas formam adultcrasse patel cx canone 19 primi concilii generalis Nicæni, ubi jubentur rebaptizari. Idem de Sabcllianis constat ex can. 7 concilii 1 generalis Conslantinop. 5.› Ariani tempore conc. Nicæni non ridentur formam baptismi corrupisse, cum in eo non jubeantur rebaptizari ut Paulianistæ. Unde quod S. Athanasius orat. 3 et S. Hieron. adv. Lucifer, dicunt Arianos baptizare in Creatorem ct creaturam, non intclligendum est de prolatione formæ, sed de mente cl sententia proferentium. Poslmodum vero fuisse quosdam Arianos qui non servabant formam, scribit Theodorus Lector 1. 2 Colcclaneorum, ubi dicit Deuterium, episcopum Arianum , baptizassc quemdam nomine *Barbam* sub his verbis : *Baptizatur Barbas innomine Patris per Filium* in *Spiritu sancio.* Idem liquet cx eo quod Brunichildis seu Bruna, Athanagikh Gothorum regis filia , a Gothis Arianis baplizata, Gallias adveniens ut Sigiberto regi nuberet, fuerit rebaptizate, ut refert Ai-

monius, monachus Floriacensis lib. 3 Hist. Francorum c. 4. G" Eunomianos Arianorum germen, formam temerasse constat cx can. 7 Conc 1 generalis Conslantinop. el ex *Theodorcto* I. 4 Hæret. Fab. c. 3. Idem dc Bonosiacis aliquibus, ex S. Greg. Magn. lib. 9. Epist. G1, nunc lib. 11, Ep. 67; ct Pelagio II, in suo ad Gaudentium responso : non tamen omnes Bonosiacos formam adulterasse habemus ex conc. 2 Arelat. can. *17,* Item quosdam Afros formam non servasse constat ex 1 concil. Arelat. can. 8. Tandem hodierni hæretici, quamvis formam legitimam in baptizando adhibeant, cam tamen non reputant necessariam, quia existimant non vi sacramenti, sed sola fide suscipientis justificationem habere : unde Lulhcrus, de Caplivit. Babyl. c. dc Bapt. el Zuinglius lib. de Vera ct Falsa Rclig. scribunt baptismum sub quacumque forma collatum esse validum.

His præmissis, *quierimus* 1° quæ sil legitima forma baptismi? 2· quæ sint in ea verba essentialia? 3° utrum aliquando ab Apostolis collatum fuerit in nomine Chrisli? 4° Leviores quæslioncs proponentur. Unde sit.

§ I. — Qf/α *sit forma tegit ma baptismi ?*

Apud Latinos forma baptismi est hæc : *Ego te baptizo in nomine Patris, el Filii, el Spiritus sancti. Ista apud Græcos : Bap-j lizatur* vel *baptizetur servus Chrisli N. in nomine Patris, ct Filii, ct Spiritus sancti.*

Dixi baptizatur vel *baptizetur;* quia antiqui scholarum magistri, inter quos S. Th. hic a. 5. o, exponunt formam Græcorum imperative vel deprecative per *baptizetur :* plures vero rcccnliores, Juenin , Tournely, Bcrti et alii, contendunt eam esse enimlialivam per verbum *baptizatur,*idqueprobant cx antiquis Græcorum cucologiis ab Arcadio et a nostro Goarlio editis, in quibus forma affertur enuntiative per verbum *baptizatur :* sed quovis modo dica*tur, non* multum interest, ut *dicemus* modo.

Q. 6^ ‹/. n. 5. o. — *Dico 1° Hæc Lati*riorum forma : *Ego (e baptizo in nomine Patris,* etc. est legitima.

Prob. ex conc. Florent, in decreto Unionisjex Trid. sess. 7, can. 4; ex Rituali Rom. ct aliis, quæ illam formam *prxscri-* bunt; ex praxi totius ecclesiæ Occidcnla- lis, quæ illam servat et semper servavit. Colligi ur autem ex cap. ult Mattii, ubi Christus tradens ritum bapusmi dixilapiij. Io is : *Euntes docete omnes gentes, baj-ti. zantes cos in nomine Patris . el Filii,* q *Spiritus sancti.* Et quamvis Christus non dixerit hæc verba esse pronuntianda, sic la. men semper intellexit Ecclesia, quæits! fidelis ct infallibilis verborum Chrisli interpres.

Ibid. — *Ratio a priori* nulla est præter voluntatem Chrisli sic instituentis, quæ vo lunlas, ul dictum est, nobis innotescit ex praxi, doctrina et definitionibus Ecclesiæ,

Ratio congrua. Convenit in sacramento baptismi exprimere causam illius inslrumentalem per quam perficitur exterius sacra iienlum, ct principalem a qua lota virtus sacramenti derivatur : atqui per hæc verba, *Ego te baptizo,* tangitur causa instrumentalis, et per ista, *in nomine Palus,* etc., causa principalis. Ergo

Neque refert quod in formis aliorum sacramentorum non exprimatur eorum causa, hinc quidem bene sequitur quod hæc expressio non sit necessaria, non sequitur tamen quod non sil conveniens, si liat. Insuper sunt rationes speciales pro sacramento baptismi : 1 -quia est professio et sacramentum fidei, cujus objectum est Trinitas personarum in unitate substantiae, quam ideo convenienter exprimit; 2· quia est sacramentum regenerationis, et ideo conveniebat exprimi ejus causam; 3°est initium nostræ justificationis cui congruebat exprimere nostrum ultimum finem et objectum nostræ beatiludinis.

Ibid, ad d. — *Dico* 2" *Hæc Græcorum* forma : *Baptizatur* vel *baptizetur servus vel serva ChrisliN. in nomine Patris, ct Filii, ct Spiritus sancti,* est etiam legitima ct valida.

Prob. in ex Eugenio IV, m instructione Armcnorum, ubi postquam dixit formam baptismi esse hanc : *Ego te baptizo, etc., subjungit : a Non* tamen *negamus quin* ct » *per* illa verba, *baptizetur vel baptizatur* » *manibus meis talis servus* vel *serva Dei,* » *in nomine Patris*, etc., verum *perficiatur* » baptisma. » Idem postea definierunt Leo N, bulla *Accepimus nuper, data* an. 1521 ; et Clemens VII, *bulla Provisionis nostra,* 1526.

2 ı Ecclesia Latina baplizalos a Græcis non rebaptizat : el quoties ulriusque ecclesiæ unio lentata est et perfecta, nunquam Latini liac de re Græcis litem moverunt.

} Hæc forma non differi substanlialitei a nostra : utraque enim exprimit actionem baptizandielinvocationem distinctam sanclissiinæ Trinitatis.

Dices i Græcorum forma non exprimit personam baptizantem, sicut forma Latinorum. Ergo.

It. 1" quod, cum baptizans sit tantum causa inslrumcnlalis, non videtur necessc | eam exprimere.

2' *I). ant.* Forma Græcorum non exprimit personam baptizantem in actu signato, sicut forma Latinorum, *C.* in actu exercito, seu saltem non subinlclligitur, *N.* Si enim enuntiative dicatur, *Baptizatur,* subinlelligilur a me, ul ex confessione Simonis Thessalonicensis referunt Arcadius elGoartius laudati ; cl sic perinde est ac Ego hap(izo. Si dicatur, *Baptizetur,* ct inlelligatur imperative, subinlclligitur pariter a me; imo attentis circumstantiis exprimitur in actu exercito persona baptizans : sicut si porrigendo librum amico dicam, Hic liber sit litus, perinde est ac si dicerem, Dono libi hunc librum. Si vero *Baptizetur* intelligatur deprecative, neque etiam excluditur persona baptizans; non enim est sensus, Baptizetur a solo Deo el non per meum ministerium; sic namque nihil efficeret, quia ageret contra institutionem Chrisli, qui voluit baptismum conferri ministerio hominum : sed est sensus, Baptizetur a Deo servus Chrisli hoc actu seu ministerio meo; vel, Exhibeo sacramentum baptismi, suscipiat illud servus Chrisli a Deo per meum ministerium. Ha ut *Baptizetur* sil deprecatorium tantum respectu effectus interioris sacramenti, imperativum autem respectu actionis externæ.

Nota. Cum dicimus hic *το baptizetur* sumi imperative, non intelligimus imperium proprie dictum , quod est ad alium inferiorem, sed late et improprie, quatenus minister hoc modo loquendi vult exprimere efficacem suam voluntatem efficiendi minislerialiler sacramentum et effectum sacramenti ; s'cut in exemplo prius allato, cum dico imperative, Iste liber sit tuus, nihil aliud intendo quam donare librum sou exprimere intentionem efficacem donandi Ii- brucn.

Repones. Græci utuntur hac forma ne videantur sibi attribuere baptismum . ergo non subintelhgunt a me, sed a solo Deo. Et ideo S. Th. hica. 5, ad 1, dicit Græcos *non attribuere ministris eidum baptismi.* Ergo.

R. I). ant. Ne videantur sibi ul causæ principali attribuere baptismum, *C.* ul causæ instrumental!, N. Contrarium enim expresse tradunt Arcudiusel Goartius jam laudati; ct alias si intenderent excludere suum ministerium , nihil edicerent, ul dictum est. *Ad D. Th.* Inlelligit Græcos non tribuere ministris in actu signato actum baptismi, sicut tribuunt Latini ; at non neqat tribui in actu exercito, aut saltem ita subinlelligi.

Dices 2° Alexander III, 3 Decret, tit. de Bapt. cap. 1, dicit : « Si quis puerum 1er «inaqua immerserit in nomine Patris, et Filii, el Spiritus sancti, et non dixerit, » Ego baptizo le, non est puer baptizatus.» Ergo.

R. summum pontificem nihil aliud voluisse, quam actum baptizandi esse in forma exprimendum, ul dicam § seq. id autem definiendo usus est forma Latinorum, quia alloquebatur Latinos, cl quia hæc forma est clarior et magis correspondel Chrisli verbis . *baptizantes cos.*

Ilanc autem Græcorum formam esse perantiquam probant Eucologia a mille et amplius annis scripta, quæ illam continent.

§ II. — Qua *vciba sini cs‹enliali in ferma buytismi ?*

Difficultas est potissimum in hoc § tie duobus, nimirum de expressione actus baptizandi hox verbo *Baptizo* vel *Baptizatur,* el de expressione distincta trium personarum in Trinitate his verbis, *in nomine Patri* , etc. Leviores alias difficultates expediemus § subsequent!.

Q. GG. a. 5. ad 2. — *Dico* 1° Hæc verba, *Te baptizo,* vel, *Baptizatur sennes Chrisli,* \cl æquivalentia , quibus exprimatur actus baptismi, sunt omnino necessaria ad valorem sacramenti; ita ul baptisma collatum sine illis, dicendo simpliciter *in nomine Patris,* etc , sit nullum.

Prob. t» ex Alexandro III, immediate ante hunc § citato, qui rem expresse definil. Hoc autem rescriptum Alex. Ill datum Iuit Petro Pontio ex abbate Ciaran alien i episcopo Claromonlano, qui cum hac de re

Mamilium episcopumParisicnscmet S.Stc phanum episcopum Tornaccnscm convenisset, videretque illos dissentientes; Mauritius enim rejiciebat baptismum sine his verbis *Ego le baptizo* collatum , Stcphanus admittebat; summum pontificem consultavit, a quo praelatum re-criplum accepit. Ita Annales Cislercienses ad annum 1176.

Definitionem Alexandri III confirmavit Alexander VII, damnando anno 1690 hanc propositionem : *Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus, In nomine Patris, cl Filii, ct Spiritus sancti, preetermissis ipsis : Ego tc baptizo.* Est inter plurcs alias 27.

Prob. 2° ex constanti et perpetuo usu eccleriæ Græcæ et Latinæ quæ semper adhibuit verba actum baptizandi exprimentia, dicendo *Baptizo,* vel *Baptizatur.*

Ibid. — *Prob.* 3U *ratione.* Cum ablutio hominis in aqua propter multa fieri possit, puta propter refrigerationem, sanitatem, ludum, etc., oportet quod determinetur in verbis formæ ad quid fiat; hoc autem non fit per hoc quod dicitur *in nomine Patris, el Filii, el Spiritus sancti;* quia omnia in tali nomine facere debemus, ut habetur Coloss. 3. Ergo si in forma non exprimatur actus baptismi, vel per modum nostrum, vel per modum Græcoium, non perficitur sacramentum.

Hæc D. Th. argumentatio videtur ineffi- cax Laurentio Berti ; quia, ul opinatur, ad sacramentum confirmat onis non requiritur verbum exprimens actum, ut palet, inquit, ex forma Græcorum, quæ est, *Signaculum donationis Spiritus sancti:* at non a Sertit doctissimus vir in forma confirmationi·. Græcorum implicite importari actionem confirmandi ; cum enim dicitur : *Signaculum doni sancti Spiritus* , subintelligilui *tibi datur* vel *libi do* signaculum, etc., ut dicam infra. Si autem nihil aliud in forma I aplismi diceretur quam *in nomine Patris,* etc., actio baptizandi ncc etiam implicite exprimeretur. Insuper per hanc formam, *Signaculum Spiritus sancti,* determinatur materia scu chrismatio ad esse sacramenti.

Ofrj. E«c hoc quod Christus dixit, Docete omnes gentes, non bene colligitur neeessiias pronuntiandi inter docendum, *Ego vos docto* liem cum jussii Dominus Moysi proji* c«ra virgam ut iicret jerpena , Mtiyem ·>v·i I debuit dicere, *Ego projicio virgam.* Simi· liler cum Elias jussit famulo suo ponere baculum super faciem pueri suscitandi, non debuit dicere famulus, *Pono baculum super faciem tuam.* Ergo ex illis verbis *baplizanlescos,* etc., male colligitur necessitas dicendi inter baptizandum : *Ego te* tap- *lizo.*

B. 1° *D. consequens.* Ergo cx illis verbis male colligitur, etc. indepcndenler a tradi- tione,praxi el definitionibus Ecclcsiæ, *transeat;* accedente traditione, praxi eldefinitionibus Ecclcsiæ , *N.* Hæc enim, ul jam dixi, est certa ct infallibilis in terprcsS. Scrip, lurarum , ct nisi in ca pedem immobiliter figamus, nulla ratione polcrit evinci hæc verba *in nomine Patris*, elc., esse pronuntianda; non enim Christus magis jussii ut baptizantes dicerent *in nomine Patris, elc.* quam jussit ut dicerent *Ego te baptizo.*

ibid. —2° Disparitasest, quod docereseu explicare mysteria fidei, sil de se determinatumad instructionem; actio autem abluendi non estdc se determinata ad baptismum scu ablutionem spiritualem. Ad alia duoexempla disparitas est, quod non sint in resacramentaria, quæ per aliquam formam consecrari debet ; sed in patratione miraculorum, ad quam elementa certis verbis non consecrantur.

Insl. 1° Traditio bis verbis *Tc baptizo* formæ baptismi inserendis non favet : ergo. *Prob. ant.* 1° Quinque primis sæculis nulla ejus habetur mentio : primus illius meminit S. Gregorius Magnus sæc. sexto in suoSacramentario ; deinde Ordo Rom. ct venerabilis Beda lib. Variarum Quæsl. q. 14: nec multo magis csl antiquior forma Græcorum. 2» Quando in prioribus sæculis agebatur de forma baptismi,solliciti quam maxime erant SS. Patres de istis verbis, *in nomine Patris, elc.,* non dc aliis. Ergo.

B. N. ant. Ad primam probat. N. conseq Quamvis enim quinque primis sæculis nulla hujus formæ habeatur mentio, quia scilicet nulla circa illam mola erat quæstio, qui tamen sexto sæculo illius meminerunt, non eam referunt ul recenter inductam, sed ut antiquam et a majoribus communi usuob* ervalam. *Ad secundam probat. N. pariter conseq.* Patres enim erant solliciti dc verbis circa quæ movebantur coniroversiæ et quæ hæretici adulterabant, ut erant hæc, *in* no- I mine *Pith ia* dci do hli autem, Wj/o *(t Vap**

fixe, nullam legimus ortam controversiam ante saeculum duodecimum, quam Alexander 111 a Pontio Claromonlano episcopo consultus diremit decretali laudata.

Insl. 2' Post datam hanc decretalem plurcs insignes theologi, Potius Cantor, Praepositivus ct alii adhuc tenuerunt oppositam sententiam. Ergo.

ll. cos enasse. A contumacia tamcusum excusandi, cum hanc decretalem tunc ignoravcrinl; non enim facta est publici juris ex auctoritate pontificia, nisi tempore Grcgorii IX, in Collectione S. Raymundi circa modium decimi tertii sæculi.

Dico 2°.—Q. 6G.a. 5. ct6. o—Baptisma, etiamsi in nomine Christi collatum, nullum cslsine expressione distincta trium personarum SS. Trinilalis.

Prob. 1° cx Matlh. ull. ubi Christus præ-'cribens Apostolis ritum baptizandi, jubet cos baptizare *in nomine Pnlris, cl Filii, cl Spiritus sancti.* Apost. Ephes. 5, dicil quod Christus Ecclesiam sanctificavil mundans *lavacro in verbo vitæ :* super quæ verba S. Chrysoslomus Horn. 20 in hunc locum, ait : *In verbo dixit ; quonam ? In nomine Patris, cl Filii, ct Spiritus sancti.*

Prob. 2° ex perpetuo usu et definitionibus iteratis Ecclcsiæ. Canon. Apost. 49 damnai cum qui baptizat in morte Christi et non in nomine Patris, etc. Conc. Nicænum 1 genc-ralejubet rebaptizari Paulianistas, non Calliaros seu Novalianos, *quia,* inquit Innoc. 1, Epist. 2, torn. 2 Conc. *Paulianistæ in nom ine Patris, cl Filii, ct Spiritus sancli minime baptizabant, ct Novatiani iisdem tremendis venerandisqueverbis baptizabant.* Eamdcm rationem adferunt S. Aug. lib. de Hærcs. n. 44, ct Greg. Mag. 1.11, Epist. 67. Propter eamdcm rationem conc. I.aodicænum jubet rebaptizari Montanislas;conc. Arelat. 2, Pholinianos ; Constanlinop. 1, Eunomianos, Monlanistas el Sabellianos. Pelagius papa scxlo sæc. mandat Gaudenliæ cpiscopo ul rebaptizet cos qui baptizati sunt solummodo in nomino Domini, non eos qui baptizati sunt in nomine Trinitatis. Refertur de Consccr. d. 4, c. *Si revera* 30. Idem ibid. c. *Mulli* <82, damnat eos qui baptizant in solo nomine Christi, cl dicil esse præceptum a Christo Matlh. ultim. baptizandi in nomine Trinitatis. S. Greg. I. 9, Epist. 6, Quirino jubet rebaptizari cos qui in nomine Trinitatis non sunt baptizati, ut sunt Batto* siani et Cataphryges. Zacharias papa,an.748, scribit Bonifacio episcopo non esse rebaptizandos qui fuerint baptizati in nomine Patris , elc., secus baptizatos hac forma non servata. His el aliis adde conc. Flor elTrid.

Prob. 3° unanimi.Patrum ulriusque ccclesiæ Græcæ ct Lalinæ consensu. Ne longior sim, cx innumeris paucos sequentes accipc. inter Latinos Tcrlull. 1. dc Bapl. c. 13; S. Cyprian. Epist. ad Jubajan. S. llicron. I. 4 Comment, in Matlh. S. Ane. I. 3 deBap. c. 15,1.6, c. 25, ct alibi. S. Ambros. I. de Mysteriis c. 4. de catechumeno dicit : « Nisi baptizalus fuerit in nomine Patris, et » Filii, et Spiritus sancti, remissionem non » potest accipere peccatorum. » Hujus verba specialiter refero, quia cilatur in contrarium, ut videbimus. Inter Græcos, S. Justinus, Apolog. 2 pro Christianis; S. Basilius, lib. de Spiritu sancto cap. 12; S. Athanas. Orat. 2 contra Arian, el Epist. 3 ad Serapionem; S. Cyrillus vero Jerosol. Catechesi 16; Damasc. lib. 4 Orlhod. Fidei cap. 10; Thcophilactus in Matlh. Didsinus lib. 2 de Spiritu sancio, tradunt hanc formam a Christo fuisse praescriptam Matlh. ull.

Ib. a. 6. o. — *Prob.* 4' ratione.Sacramenta , ut superius dictum est, habent efficaciam ab institutione Christi, et ideo si praetermittatur aliquid eorum quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret et csl nullum, nisi ex speciati dispensatione ejus qui virtutem suam sacramentis non alligavit : atqui Christus instituit sacramentum baptismi dari cum invocatione Trinitatis, ut probavimus ex traditione, perpetuo usu et definitionibus Ecclcsiæ : ergo, quidquid desit ad plenam invocationem Trinitatis, tollit integritatem baptismi.

Ibid.— Ncc obstat quod in nomine unius person® inlclligatur alia, sicut in nomine 1'atris inlclligitur Filius; aut quod ille qui nominat unam solam personam, potest habore rectam fidem do Iribus : quia sicut a l sacramentum requiritur materia sensibilis, Et ideo non sufficit intellectus vel tides Trinilalis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis Trinitas exprimatur. Undo ct in baptismo Christi, ubi fuit origo sanctificalionis nostri baptismi, affuit Trinitas in sensibilibus signis, scilicet Paler in voce, Filius in natura humana, Spiritus sanctus in columba»

11 IbipliKtita in numiitu trhiillilU»

est baptizare in virtute et tide Trinitatis; sicut ejiceredaunonia in nomine Dei, est ilia ejicere in virtute Dei : ergo quemadmodum ex bis verbis Marci 16, *In nomine meodtemonia ejicient ,* non colligitur necessitas pronuntiandi nomen Dei ejiciendo dæmonia, ita ncc cx his, *baptizantes cos in nomine Patris* , etc. colligitur necessitas ca verba pronuntiandi baptizando.

Jam responsum est supra ad simile arg. Scripturam sacram inlelligendam esse non secundum privatum cujusque ingenium , sed secundum traditionem et Ecclesiæ communem usum ac definitiones : traditione autem et Ecclesiæ communi usu atque definitionibus docemur his verbis Malth. ull. non solum fidem el virtutem Trinitatis designari, sedet proscriptam formam pronuntiandam in baptismo. Aliunde, ut etiam dixi, patratio miraculorum non debet consecra'i ct determinari per ceria verba, sicut materia sacramentorum. Deinde baptismus est sacramentum fidei ct religionis Chris'i initiativum, qua fide ct religione profitemur Trinitatem personarum in unitate substanliæ : debet ergo Trinitatis fidos m co exprimi. Aliquin si simpliciter abluas au' simplici er dicas, Te baptizo, incertum <ril quam fidem ct religionem profitearis; omissis enim his verbis *in nomine Patris,* etc. perinde poteris hoc ritu profiteri religionem ethnicam vel judaicam, sicut Christianam; sicque baptismus non erit signum sensibile quo religioni christianæ cooptamur.

Obj. 2° S. Slcphanus papa, teste S. Cypr. Epist. 73 ad Jubajan. agnovit validum esse baptisma collatum in solo nomine Christi. Similiter Nicolaus I, in Responso ad consulta Bulgarorum c. 104 : « Ilis profecto, inwquil, si in nomine sanclissimæ Trinitatis, v vel tantum in nomine Christi, sicut in Acutis Aposl. legimus, baplizati sunt (unum » quippe idemque est, ut S. exponit Amo brosius), constat cos non esse denuo bap» lizandos. » Ergo.

R. ad primum. Primo incertum est an S. Cyprianus loquatur dc S. Slephano; dicil enim, *quidam dicunt.* 2° *Esto* dc ~ Slephano loquatur, disputationis æslu abreptus mentem ejus non attigit; de quo vide plura quæ dixi in tract, dc Sacramentis in genero digress, hist. sect. 5.

Ad secundum, R. cum Soto, Bellarm. cl communiter, Nicolaum hæc dixisse non definiendo, sed ex propria et privata sententia; non enim de forma baptismi interrogatus fuerat, sed tantum dc ministro, an r ilicei baptisma a judæo vel pagano collatum sil validum, ad quod definitive respondet quod sic: quod autem de forma suo rescripto inseruit, privatam sententiam proposuit, quam putavit esse S. Ambrosii : quando enim pontifices suis rescriptis obiter permiscent quæ non spectant ea dc quibus interrogantur, et citant auctores, non censentur loqui ex cathedra , sed ul privati doctor®; nec majorem volunt sibi adhiberi lidcrn quam auctoribus quos citant

Insl. S. Ambros. I. 1 de Spiritu sancto c. 3,dicitquod, sicut baptisma collatum eunucho Camracis reginæin solo Christo colitum validum est , ita ct collatum insolo Spiritu sancto: « Si unum, inquit, in sermo » ne comprehendas , aut Patrem , aut li» lium, aut Spiritum sanctum, fide au» tern nec Patrem nec Filium nec Spiritum «sanctum abneges, plenum est fideisacra» mentum. » El rationem subdit: «Quia » qui unum dixerit, Trinitatem significavit: » si Christum dicas, et Deum Palremaquo » unclusest filius , et ipsum qui unciuscsl *n* Filius, ct Spiritum sanctum quo uncius » est, designasti. » Ita eliam loquitur Brda in cap. 10 Act. Difficultatem præ se ferrt non diffiteor hunc S. Ambrosii textum,quo decepti Mag. Sent, et Cajet, in sententiam oppositam abierunt. Huic autem duplex adhiberi solet responsio.

Prima responsio, quæ est Estii, Sylvii, Natal. Alex. Juenin, etc. dicitS. Ambrosium non agere ibi de forma sacramenti, sed de ejus effectu ; vullque hunc effectum, quamvis in S. Scripturis uni tantum personæ tribuatur, quia tamen est opus ad extra, loti Trinitati convenire. Patet cx scopo S. Doctoris; ibi enim contendit probareconlra Macedonianos divinitatem Spiritus sancti: ct cum objicerent dictum esse ab Apostolo, 1 Cor. 8: *Ex Patre sunt omnia , et per l'ilium omnia,* ubi nihil dc Spiritu sancto; ct inde inferrent Spiritum sanctum non esse Deum, respondet : « Ubi operatio aliqua di» vina aut Palriset Filii, aut Spiritus sancti » designatur, non solum ad Spiritum sane» tum, sed etiam ad Patrem refertur el Fi » lium; ncc solum ad Patrem, sedetiainail *n* Filium refertur ac Spiritum. » Ad hoc au

tem probandum inducit exemplum baptismi, cujus effectus tribuitur modo Spiritui sancto, ul 1 Cor. 12; modo Christo, ul Aci. 19; non tamen aliis personis exclusis, sed subintellectis.

Altera responsio , quæ est iterum Nat. Alex. Ilarduini, Habert, Tournely, etc. dicil S. Ambrosium agere non solum de operatione SS. Trinitatis, sedeliam delidesuscipientium baptisma, et velleduntaxat quod catechumeni, quamvis de una tantum Trinitatis persona interrogentur, si tamen rectam lidem de lota Trinitate teneant, verum clintegrum recipiant sacramentum. « Ple»num est, inquit, *fidei sacramentum,*siPaulrcm cl Filium Spiritumque fateris; si annum neges, totum subrues: «faleri autem est credere, quod spectat suscipientem. Prosequitur: « Et quemadmodum si unum b in sermone comprehendas, aut Patrem , b aut Filium , aut Spiritum sanctum, fide b autem ncc Patrem ncc Filium , ncc Spi» ritum sanctum abneges, plenum est fidei b sacramentum. » Id est, si in professione sincera fidei comprehendas unam personam , totam Trinitatem profiteris. Et tandem: «Ita, quamvis Patrem clFilium,ct d Spiritum sanctum dicas, ct aut Patris et d Filii, aut Spiritus sancti minuas potesla- d lem ; vacuum est omne mysterium. » Et hæc iterum verba intelligi non possunt de forma baptismi, alioquin baptisma collatum ab hærctico errante circaTiinilalem nullum esset: ergo de fide suscipientium accipienda sunt. Sensus itaque verborum in objectione laudatorum est: qui ante baptismum interrogatus de fide , ut moris erat, ct rite instructus, confessus fuit unam personam , v. g.Credo in Dominum Jesum Christum , ut eunuchus Candacis reginæ qui respondit simpliciter, *Credo Filium Dei esse Christum,* totam Trinitatem profitetur el designat , modo corde nullam personam neget aut minuat. Elhoc sufficit ad suscipiendum sacramentum, non tamen ad conferendum, quia forma sacramenti debet exprimi verbis a Christo institutis.

Utraque responsio est probabilis, ct forte utraque vera; non enim sibi contradicunt, sed potius sese mutuo juvant. Cælcrum alterutram esse veram certo *constat :* Iuquia alioquindicendum foret, juxta S. Ambrosiam, valuissccl valere baptismum collatum insolo Spiritu sancto, quod nemo unquam dixit: 2 quiaS. Ambrosius 1. de Mysteriis diserte requirit invocationem distinctam Trinitatis, ul patet ex probationibus. Videri etiam potest 1. 2 de Sacram, c. 3, 4, 5 et7.

Ad Bedam eodern modo respondendum est, siquidem ibi exscribat duntaxat verba S. Ambrosii. At in lib. Variarum Quæst. q. 14, dicil : « Si quis baptizans dicit : *Eg* » te baptizo in Christo Jcsu,* ct non dicat, *in » nomine Patris, et Filii, cl Spiritus sancti,* » non est verus baptismus. »

Urgebis. S. Bernardus Epist. 403, alias 404, ad Henricum archidiaconum Aurelianensem, interrogatus an ratus esset baptismus infanti periclitanti collatus sub hac forma, *Baptizo (c in nomine Dei ct sancta cl verai Crucis,* respondit sic : « Ego vere » hunc baptismum puto, ncc sonum vocis « veritati fidei cl pietati intentionis præju» dicare potuisse.« Addit: « Legimus sane » in Actibus Apostolorum non modo in no» mine Patris, cl Filii, cl Spiritus santi, vc» rum ct in nomine Domini Jesu Christi « aliquos baptizalos. » Ergo.

R. 1° Verisimile est hanc Epist. non esse S. Bernardi. 1° Quia, ul advcrtil Michael Baius in Opusc. de forma Baptismi, c. 4, una csl cx triginta quæ posterius sunt edi– tæ, et quas incertum est esse S. Bernardi. 2o Quia ipse P. Mabillon, qui vult esse genuinam , in præf. ad S. Bernardi opera falelur eam « in paucis manuscriptis inveniri, » ncc in ullo alio prætcrquam in Sorbonico » exemplari valde mutilo, a sc repertam. » 3> Quia non est probabile S. Bcrnardum probasse baptismum, præsertim quia collatum *in nomine sancta} el verer Crucis,* qualem nemo unquam somniavit : hanc enim rationem formæ prolalæ maxime attendit auctor hujus Epislolæ, dicens: «In co quod « addit, *sanci π cl vera Crucis,* manifeste «commendavit Dominicam passionem.»

2<> *Esto* hanc Epistolam esso sancti Bernardi. *R.* S. doctorem aliis detentum ct re minus attente considerata, obilcr ct probabiliter tantum hæc dixisse, non certo asseruisse : α Breviter, inquit, vobis de proposita » questione respondemus, sine præjudicio » tamen sanius sapientis. »

Obj. 3o In pluribus locis Act. Apost. legimus Apostolos contulisse baptismum in nomine Christi : ergo.

Q. 66. a. 6. ad. 4. *R.* supposita veritati' facti, Apostolos cx speciali Christi reveh-

lione et dispensatione in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizassc, ut nomen Christi, quod erat odiosum Judæis et Gentilibus, honorabile redderetur per hoc quod ad ejus invocationem Spiritus sanctus dabatur in baptismo. Cessante autem nunc causa dispensationis, cessat dispensatio; neque ab Apostolorum tempore ullam Ecclesia agnovit vel admisit.

Hæc Auctoris responsio, *ut patet,* est hypothetica , ct cx suppositione facti quod non discussit : et ita sæpe respondet in factis quæ sibi objicit ; quia, cum esset scholastic® methodo intentus, ejus instituti non erat facta discutere , quæ prolixiorem tractationem exigunt, et a subjecta quæslionc sæpe divertunt. Hoc ergo facto supposito, docet quid J sit respondendum. At controversia nunc est inter eruditos de ipso facto, clan revera Apostolis aliquando baplizaverint in solo nomine Christi? Pro quo sit

J IIL — *An /fpostoli aliquando ex divina dispensatione baplizurennt in solo nomine Christi?*

Pro sententia affirmativa citantur Albertus Mag. Anlissiodor. Alensis, Scotus cum cotislis, Richardus,Paludanus, Durandus, Sylvester, Turrecremata, Lyranus, Valentia, Tolctus, Gonct. etc. pro sententia nugeliva, Eslius, Suares, Vasques, Sylvius, plerique rcccntiores, Natalis Alex. Jucnin, Tournely, Berli, etc.

Rico. Ulraquc sententia , tam negans quam affirmans, est probabilis.

MOMENTA SENTENTIÆ AFFIRMANTIS.

Proponuntur cum responsis adversa partis.

Primum momentum cx S. Scriptura, quæ refert mullos fuisse baplizatos in nomine Jesu. Act. 2 : *Pœnitcntiam agite, el baptizetur unusquisque vestrum innomine Jesu Christi.* Cap. 8 : *In nomine Jesu Christi baptizabantur viriae mulieres.* Ib. *Baplizali tantum erant in nomine Domini Jesu.* Cap. 10: Petrus *jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi.* Cap. 19 : baplizali baptismo Joannis jussi sunt baptizari i *innomine Domini Jesu.* His verbis demonsiralur forma qua Apostoli cx dispensatione a'iquando baptizabant; sicut istis , *baptizante»* in *nomine Patris,* clc. demonstratur orina qua praescriptum erat ordinarie cl seclusa dispensatione baptizare : non enim est ratio cur in uno loco designetur fonni baptismi et non in alio. Ergo.

Respondent quidam adversæ partis patroni , 1'» equidem Apostolos baplizasse in nomine Christi, sed non in solo nomine Christi exclusis aliis personis; neque contrarium evincitur cx laudatis S. Scripturis: sicut enim, inquiunt, cx hoc quod Aci. 2 ct 8 legitur Apostolos prædicasse Jcsum Chrislum; item ex hoc quod Malth.3ell Cor. 1 dicamur baptizati in Spiritu sancto, non sequitur Apostolos solum Chrislum prædicasse et non alias personas, nec ipsos baptizassc in solo Spiritu sancto exclusis aliis personis; ita neque ex hoc quod dicantur baplizasse in nomine Christi, sequitur quod in solo ejus nomine, aliis exclusis, baplizaverint.

Respondent 2θ alii, baptizari in nomine Christi significare vel baptizari merito cl virtute Christi, sicut dicitur Marci ull. In *nomine meo,* id est, virtute mea,*dœmonia ejicient ;* vel baptizari baptismo a Jinsto instituto ; vel tandem initiari ct consecrari in Christi cultum.

Secundum momentum petitur cx Patribus. S. Cyprianus, Epist. 73 ad Jubajanum, dicit Apostolos baplizasse Judæos in nomine Jesu, Gentiles autem in nomine Patris, el Filii et Spiritus sancti. « Alia enim, inquit, » fuit Judæorum sub Apostolis ratio, alia » est Gentilium conditio. Illi qui jam legis » et Moysis antiquissimum baptisma fuc- » rant adepti, in nomine quoque Jesu » Christi erant baptizandi, secundum quod » in Actibus Apostolorum Petrus loquitur » et dicit, Poenitemini ct baptizetur unus- » quisque vestrum in nomine Domini Jc- » su.....Denique, ubi post resurrectionem » Domini Apostoli ad Gentes mittuntur, in » nomine Patris cl Filii ct Spiritus sancti » baptizari Gentiles jubentur. gS. Hilarius, lib. de Synodis : « Ne postremo Apostoli, » inquit, rcperianlur in crimine, qui ba- » ptizare in nomine Pairis et Filii ct Spiritus » sancti, jussi tantum in nomine Jesu ba- » plizarunt. » Thcophylactus in cap. ult Lucæ, postquam petiit quomodo baptisma in nomine solius Christi fieri intelligamus, respondet : *Quia Christi nomen in se continet el Patrem ingenitum,* etc. Ferrandus diaconus, sæc. sexto, Epist. ad Anatolium scribit : « In nomine Domini Jesu Apostoli » baptizabant : numquid quia Patrem il

oSpiritum sanctum tacebant, ideo negau bant? »

Ad *primum*, respondet Tournely S. Cyprianum loqui non de forma baptismi, sed 'e professione publica fidei illius qui baptizandus eral : at non videtur hæc responsio ;atis conformis textui. Forte illi minus repugnanter respondetur S. Cyprianum dixisse Apostolos baptizassc in nomine Christi non excludendo alias personas ; addit enim ibid. S. Cyprianus : « Jesu d Christi mentionem fecft Petrus , non p quasi Paler omitteretur, sed ut Patri » quoque Filius adjungeretur. »

Ad secundum, respondent sensum S. Hilarii esse, non esse tollendas has voces quibus dicitur Apostolos baptizassc in nomine Jesu propter pravam aliquorum interpretationem, quia non contradicunt his verbis, *baptizantes in nomine Patris,* etc. *Patet,* quia scopus Hilarii est probare non deserendum esse hoc vocabulum *iμ^η/,ν, quia vitiose a nonnullis solet inlclligi :* in cujus probationem affert id quod dictum est in S. Scriptura dc baptismo qui collatus est in nomine Jesu quasi contra mandatum baptizandi in nomine Trinitatis; ita ut apud S. Hilarium , ™ *tantum in nomine Jesu baptizabant,* idem sit ac *tantum innomine Jesu baplizasse leguntur.*

Ad tertium, respondet Theophylaclum non solum id quod objicitur dicere, sed etiam quod « Quando dicimus baptisma fie» ri in nomine Christi, non dicimus quod » oporteat in solius Christi nomine fieri. »

Ad *quartum*, Laurentius Berli, senlcnliæ negativa? acerrimus vindex, ingenue fatetur Ferrandum stare pro sententia affirmativa ; de ipso enim dicit : α Nequeunt hæc » verba, *Fcrrandi,* in sententiam nostram u trahi, nisi per vim ct violentiam. »

Tertium momentum petitur ex causa legitima , qua? tunc aderat, dispensandi in forma communi, scilicet, uldiximuscx Auctore, ul nomen Christi, quod erat odiosum Judæis, honorabile redderetur per hoc quod ad ejus invocationem Spiritus sanctus dabaturin baptismo, ct inde convincerentur Je‘iim Nazarenum esse verum Messiam, quod negabant.

Respondent alii, salis honori Christi consultum esse si ejus nomen pronuntietur in forma baptismi cum nominibus Patris el Spiritus sancti.

MOMENTA SENTENTJÆ NEGATIVM.

Cum responsis adverse partis.

Primum momentum fundatur in hoc quod Christus Matth. ult. præcepit Apostolis ut baptizarent *in nomine Patris,* etc. Ergo non est credibile cos hanc legern slatim violasse baptizando in solo nomine Christi. Si recurratur ad dispensationem, contra est, quod nullum in tota sacra Scriptura exstat hujus dispensationis vestigium, et quod nulla esset ratio dispensandi : quod enim dicitur ideo dispensatum fuisse ut nomen Christi, prius odiosum Judæis, honorabile et amabile redderetur, futile est, 1°quia maxima erat Christo gloria associari in forma baptismi Patri summo Deo; 2° quia nomen Trinitatis erat pariter Gentibus et Judæis odiosum; 3° quia inde sequeretur quod etiam nunc deberet conferri baptisma in nomine Christi, cum Judæi etiam nunc sicut olim sint Christi hostes infensissimi.

Respondent prioris senlentiæ vindices, equidem Apostolispræceplum fuisse uleommuniter ct ordinarie baptizarent in nomine Trinitatis ; at id non obstat quominus cum ipsis sit dispensatum ut certis de causis ad tempus baptizarent in nomine Christi, si non universaliter, saltem in iis circumstantiis in quibus id exigebat honor Christi.

Ad primam prob. in contrarium respondent dispensationem legi in S. Scriptura, non quidem in actu signato, sed in actu exercito : hoc ipso enim quo legitur Apostolos baplizasse in nomine Christi, salis constat id fecisse ex dispensatione divina; cum certum sit ipsos non slatim violasse legem sibi a Christo datam.

Ad secundam prob. N. ant. Ad primam rationem, R. magis esse honorabile Christo si ejus nomen solum ponatur, quia tunc magis ad Illud ct ad ejus virtutem attenditur. Adde quod illud conjungendo aliis Judæi causali fuissent non in ejus, sed aliorum quibus jungebatur nomine Spiritum sanctum el gratiam conferri. *Ad secundam.* Nomen Trinitatis apud Judæos magis erat ignotum quam odiosum; at ita Chrislum oderant ut ipsum crucifixerint. *Adtertiam, N. sequelam.* Quia nunc, Christi nomine per universum orbem prædicatoct exaltato, non subsistit amplius ratio recedendi a præcepto communi ; sicut nunc, plantata et firmata fide, cessat frequentia miraculorum, qua?

fidei seminandæ el firmandæ necessaria erant.

Secundum momentum habetur Act. 19 , ubi cum Paulus incidisset in quosdam qui scChristianos dicebant cl tamen ignorabant Spiritum sanctum, interrogat illos : *In quo ergo baplizali cslis?* Atqui hæc interrogatio inepta fuisset si in solo Christi nomine, non appellato Spiritu sancio, potuissent baptizari. Ergo.

Respondetur cx adversa parte *negando min.* Quia moris erat ul Apostoli neminem tingerent, nisi prius ipsum docuissent mysteria fidei, praesertim Trinitatis, ejusque virtute baptismum operari : unde, quamvis baplizali fuissent in solo nomine Christi, debcbanlscireSpiritum sanctum etejusvirtute fuisse baplizatos;sicque merito interroget Apostolus : *In quo ergo,* id est, in cujus virtute, *baplizali cslis?*

Tertium momentum petitur ex Patribus. S. Cyp. Epist. laudata ad Jubajanum , expJhans hæc verba Petri Act. 2 : *Raplizelur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi,* dicit : « Jesu Christi mentio-B nem facit Petrus, non quasi Pater omillc-» retur, sed ul Patri quoque Filiusadjunge-» relnr. » S. Aug. adversus Maximinum Arianum I. 3, cap. 17 , loquens dc iis quos Petrus jusseral baptizari in nomine Domini Jesu, dicit : « Si autem non nominatis Pa-» tre cl Spiritu sancio, in nomine Jesu » Christi jussi sunt baptizari, non tamen in-» telliguritur baptizari nisi in nomine Patris » et Filii el Spiritus sancti. »

Respondent alii *ad primum,* sensum S. Cypriani esse, quod tunc non omissus fuerit Paler quoad virtutem, licet quoad nomen ; alias Judæi baplizali fuissent in nomine Patris, etc., sicut Gentiles : quod tamen negat ibid. S. Cyprianus, *ul constat ex probationibus prioris sententia.*

Ad secundum, similiter respondent sensum S. Augustini esse, quod non intclligantur baplizali nisi in nomine, id est, nisi in virtute Patris et Filii cl Spiritus sancti : quiaS. Aug. vult ibi probare contra Maximinum , negantem Spiritum sanctum esse creatorem, quod, quamvis hæc verba, *Omnia per ipsum facta sunt,* sint tantum dicta de Filio, omnia tamen censeantur etiam esse facta per Spiritum sanctum , quia una est ulriusque virtus; sicut, licet dicatur baptismus collatus in solo Christi nomine , intclligitur tamen collatus in nomine,LI est, in virtute Spiritus sancti.

Reponi! Berli, cui hæc responsio dbplicet, quod si Maximinus negabat oninia ûcü esse per Spiritum sanctum , negabit quoque eamdem esse virtutem Filii ct Spintus sancti; consequenter negabat in baptismo, non nominato Spiritu sancto, Spiritum sanctum inlclligi ex hoc quod Filii et Spii itus sancti sit eadem virtus.

Sed contra, **S.** Aug. arguit contra Maximinum, supposita forma baptismi, quæio· Ia tunc erat in usu, scilicet cum expressione Patris ct Filii ct Spiritus sancti, quam negare non poterat Maximinus, juxta quam formam manifestum est Spiritum sanctum sua virtute cum aliis concurrere ad baptiy murn. In hac ergo hypolhcsi bene arguit **S.** Aug. quod, sicut licet in baptismo collate ab Apostolis non fuerit nominatus Spiritus, ct tamen, ut constabat cx forn»'» communi baptismi, inlelligebatur Spiritus sanctus; ita,quamvis in his verbis, *Omniaperipsum facta sunt* non nominetur Spiritus sanctus, est tamen intclligendus.

Si quidam alii Patres proponantur qui videntur sensisse Apostolos nunquam Iwptizasse in solo nomine Christi, iis, inquiunt, opponendi sunt alii patres laudati pro prima sententia cl scholarum magistri.

Quartum momentum est impugnatio fundamenti oppositi. Equidem, inquiunt, in Aci. Apost. dicuntur Apostoli baplizassein nomine Christi, at non solius Christi: vel nomine Christi intclligitur merito et virtute Christi vel baptismo Christi ul dictum est prius. /t

Respondent alii quoi?, sicut hæc verba Malth. ult. *in nomine Patris,* etc. inlelliguntur simpliciter *invocato nomine Putri»,* etc. Ita hæcni *nomine Jesu* inlclligi dclienl *invocato nomine Jesu.* Nec aliis S. Scriptura usa fuisset, si voluisset ut baptizaretur *in nomine Christi,* sicut baptizatur in nomine *Patris.*

Quintum momentum est ab inconvenienti. Juxta fidem est unum baptisma in Eclesia : atqui si aliquando valuisset baptisma in nomine Christi, forent diversa baptismata, quia nempe forent diversæ forms, ideoque diversa composita. Ergo.

Respondent baptisma diciunum , l"quia semel susceptum iterari non potest;2 quia, licet plures ministri baptizent, unus esita-

mon Christus qui principaliter baptizat ; 3l» quia, seclusa speciali dispensatione ad tempus, aliud non admittitur.

J JV. — *Leviores qua tam difficultates circaformatn baptismi breviter expediuntur.*

Petar l"quid sit censendum de baptismo collato in nomine Geni loris , el Geniti, cl Procedentis ab utroque?

Q. 6(5. a. 5· ad. 7. 1. p. q. 40. a. 2. et in 4. d. 3. 5.1. a 2. q. 2. <*1 5. — Λ. probabilius esse nullum. Ita cum S. Th. ct Thomislis, ScotuscumScolislis, Estius, Sylvius, Snares cl communiter theologi, contra Cajet, ct paucos alios, inter quos novissime Bcrti.

Ibid. I.p.ctin4. — 1°Quia hæcnomina non ^equivalent nominibus Patris ct Filii el Spiritus sancti : hæccnim nomina , Pater el Filius, formalilcr significant relationes paternitatis el filiationis , quibus consliluunlurdivin® person®.sicciue. formalitersignificanl personas subsistentes: al Genitor et Genitus significant formalilcr actus nationales , qui sunt fundamenta relationum : unde, quamvis idem significent materialiter ct quoad rem , non tamen idem significant formalilcr el eodem modo , sicquc non equivalent el non sunt proprie synonyma.

Ibid. hic. 2o Sicut cx parte materi® aqua sumitur ad baptismum, quia ejus usus est communior ad abluendum, ita ad significandum 1res Personas in forma baptismi assumuntur illa nomina quibus communius consueverunt nominari Person® in illa lingua: atqui nomina quibus communius significantur divin® Person®, sunt Paler, Filius et Spiritus sanctus, non Genitor, el Genitus, et Procedens ab utroque: ergo.

Dices. Ecclesia laudat et invocat Trinitatem sun nominibus Genitoris, Geniti et Procedentis ab utroque, ut patet in hymno festi Corporis Christi, aS. Th. edito: ergo.

R. N. conseq. Licet enim extra sacramentum possit laudari vel invocari Trinitas istis nominibus, eo quod materialiterct quoad rem idem significent ac Paler, Filius, etc. non tamen in sacramento a Christo determinate instituto, quia idem nonsignificant formaliter el eodem modo, sicquc non sunt synonyma.

Petes 2« utrum valeat baptisma collatum sub hac forma : *Ego le baptizo in notnincSS. Trinitatis* , vel, *in nomine trium personarum SS. Trinitatis,* vel, *in nomine Dei unius cl trini,* vel , in *nomine prima, secunda) et lerliæ Persona?*

It. negative; quia, ut promimus §2conc, 2, debet fieri distincta expressio trium personarum, Patris, Filii, el Spiritus sancti. Insuper ista non idem significant ac Paler, Filius ct Spiritus sanctus ; potest enim esse Trinitas, possunt esse tres person®, prima, secunda et tertia, absque Patre ct Filio et Spiritu sancio.

Petes 3° utrum valeat baptisma collatum sub hac forma: *Baptizo,* aut, *Baptizatur in nomine Patris,* etc. absque expressione baptizandi?

B. *negative. l* , Personam baptizandi esse exprimendam colligitur exilio Math. *Baptizantes cos.* 2* Forma debclsignificariidquod in sacramento peragitur: in sacramento autem applicatur materia subjecto determinato , quod non significatur diccndosiinpliciler Baptizo aul Baptizatur: atque ideo debet significari determinatum subjectum perte, aut aliquid simile. 3° Debet exprimi distinctio inter baptizantem ct baptizalum, sicut inter generantem ct genitum; est enim baptismus sacramentum regenerationis: untie Innoc. III , Extra de Bapt. cap. *Debitum,* declarat neminem posse seipsumbaptizare : ista autem distinctio non significa- | tur, nisi exprimatur persona baptizanda.

Neque refert quod hæc distinctio significetur per ipsam applicationem materi® ad alterum; quia, ut dictum est, forma debet significare id quod agitur: non enim in sola materia, sed maxime in forma consistit significatio sacramenti.

Si dicas Stcphanum III in rescriptis Carisiacis nullam designare personam in forma baptismi, ct Eugcnium IV in decreto Unionis declarasse perfici sacramentum, *si exprimatur actus qui per ipsum exercetur cum sanctissima) Trinitatis invocatione.*

II. ad primum, rescripta Carisiaca supposililia aut adulterata reputari ab eruditis, ul vidimus supra. *Ad secundum.* Eugenius prius descripserat formam Latinorum et Gr®corum,quibusexprimiturpcrsona baptizali: undedum dicit perfici sacramentum, *si exprimatur actus,* intclligil actum determinatum , ut exprimitur in forma Latinorum per *te,* cl in forma Græcorum perrj *servus Christi,*

Utrum vero debeat exprimi persona baptizandi determinate per nomen ejus pro-

priem, vel per pronomen sccundæ vel tertiæ persona? vel *istum?* id quidem requirit Eugenius IV in laudato decreto, dicens in forma Graecorum, BaptizclurChristi sen us (talis); attamen nulla ratione videtur id esse de necessitalesacramcnti : unde qui diceret, *Baptizo servum Christi,* vel, *Baptizatur servus Christi,* meo judicio subsisteret sacramentum.

Sed quid, si quis honoris causa dicat, *Baptizo vos ;* vel assuctus loqui in plurali numero dicat: *Nos te baptizamus?* Resolvit Sylvester post Cajetam, in simili verbo, *Absolutio,* quod valeret, quia non variaret substantiam formæ. Ejusmodi tamen vanitates sunl fugiendæ.

*Petes*4° utrum, si ministerdicatin*nominibus* loco *in nomine,* valeat baptismus!

R. negative. Quia non dixit Christus, *baptizantes in nominibus* , sed *in nomine ;* super quæ verba S. Ambros. lib. 1 dc Spiritu S. cap. 44, ait : » In nomine dixit, » non in nominibus : non ergo aliud nomen » Patris,aliud nomen Filii, aliud nomen » Spiritus sancti, quia unus Deus. » Idem S. Ilieron. in cap. 4 ad Ephes., et S. Aug. lib. 2 adv. Maximinum cap. 22, et tract. 6 in Joan. *Ratio csl,* quia *in nomine* significat substantiam, virtutem, auctoritatem, potestatem, quæ una est in tribusPersonis; unde dicendo *in nominibus falsum* significalur.

Non sequitur tamen fore irritum baptisma si, replicato *nomine,* quis dicat, Baptizo te in nomine Patris, in nomine Filii, ct in nomine Spiritus sancti; quia, ut dictum est, *'i in nomine* significat substantiam, virtutem, majestatem divinam; nomen autem essentiale potest repeti sine pluralitate : sicut dicimus in symbolo S. Allianasii, *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, non (amem tres Dii;* similiter in *exorcismo* baptizandorum antequam accedant ad baptisterium : *Exorcizo te, omnis Spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Jcsu Christi Filii ejus et judicis nostri, ct in virtute Spiritus sancti.*

Quantumad præpositionem *in, non csl dc* essentia formæ, quia illa omissa remanet sensus substantialis; similiter particula *cl ,* proptercamdcm rationem ; nisi forte omittatur in sensu Sabclliano ad significandum *hæc tria* nomina esse unam clcamdcm personam tribus facultatibus instructam. – *O.* 00. o. r». «<l 4. — Idem dicendum à pronomine *Ego,* quia, uldictum csl, nor est ncccssequod signate exnrimalurpcrsoii baptizantis, ul palet in tonna Græcorum, et aliunde sufficienter exprimitur per ; *Baptizo.* Tandem pariterconslat particular *Amen* non esse de substantia formæ, « esse tantum sacramenti jam perfecti accla malioncm et approbationem ; unde in pluribus ritualibus omittitur.

Plura circa præscnlcm materiam habesiti tract, de Sacramentis in communi, diss. 1, a. G, § 1 : sedulo confer.

ARTICULUS V.

Utrum baptismus possit iterari?

Marcionistæ, leste S. Epiphanie hærrsi 42, ter baptizabant, semel in infantia, c! bis in adulta ætate, ad imitationem Christi, qui baptismo Joannis ct suo sanguine fuit baptizatus. Anabaplislæ nostri temporis rebaptizant baptizatusin infantia, et quidam exiliis eos qui post susceptum semel baptismum a fide deficiunt. Notum esta superioribus S. Cyprianum cum pluribus aliis equidem rêbaplizasse baptizatos ah hæreticis, sed quia invalidum reputabant eorum baptisma, quibus constanter restitit S. Stephanus papa. Pariter notum estDonatistas eadem ratione rebaptizassc baptizato? a catholicis, quos pluribus libris exagitat S. Aug. Quæstio est dc baptismo valido susccpto, utrum possit iterari? Pro assertione dogmatis catholici,

O. 66. *a.* 9. o. — *Diro in* Baptismus validus ncc licite ncc valide iteratur.

Prob. in ex illo *Heb. G -.Impossibile esi cos quisemel sunl illuminati,... ct prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnilcnliam, rursum crucifigentes sibimrlipsis Filium Dei.* Atqui hæc verba in felligi non possunt de poenitentia sacramentali, quæ est *iler:.·* bilis : ergo *de* baptismo, quemadmodum SS. Ambros. Chrysos!. August, et aliicontra *paucos inlelligunt, et ul* ostendemus infra dc sacramento pœnitentiæ.

Prob. 2 , *ct procipue* ex traditione ab A[lostolis accepta, quæ nobis constat unanimi Patrum consensu, constanti ct perpetua consuetudine atque definitionibus iteratis Ecclesiæ. fta *dc* Conscr. *d.* 4, *cap. Non lia t, i* 07, can. 47 inter cos qui *dicun-*

tur Apostolici; conc. Nicaenum 1, conc. Conslanlinop. 1, conc. Arelat. *i* , Florent, in decreto Unionis. Trid. sess. 7, dc Sacrem. in 'jencre, can. 9 : « Si quis dixerit b in tribus wcramcntis, baptismo scilicet, d confirmatione ct ordine, non imprimi » characterem in anima, hoc est, signum b quoddam spirituale cl indelebile, unde n iterari non possunt; anathema sit. » El ibid.de Bapt. can. 11 : « Si quis dixerit vcd rum ct rite collatum baptismum iterab dum esse illi qui apud infideles fidem » Christi negavit, cum ad poenitentiam » convertitur; anathema sil. »

Ibid.—*Prob.* 3° quatuor rationibus Auctoris, *Prima.* Baptismus est quædam regeneratio spiritualis ; Joan. 3 : *Nisi quis renabis,* etc., atqui unius non est nisi una generatio: unde S. Aug. tract. 11 in Joan, stiper illud Joan. « Quomodo, inquit, non α potest uterus repeti, ila ncc baptismus. » *Secunda.* In similitudinem mortis Christi baptizamur, per baptismum enim morimur peccato el resurgimus in novitatem vitæ: atqui Christus semel mortuus est : ergo semel tantum baptismus eidem conferendus est. *Tertia.* Baptismus imprimit characterem qui est indelebilis, et cum quadam consecratione datur : atqui aliæ consecrationes non iterantur in Ecclesia ; sic, v. g. calices elalia vasa sacra nonnisi semel consecrantur: ergo ncc baptismus. *Quarta.* Baptismus principaliter datur contra peccatum originale: atqui peccatum originale non iteratur: ergo ncc baptismus.

Ilæ rationes, ut palet, non sunt simplicis congruentia', sed cx ipsa natura sacramenti petuntur, ideoque probanlnon solum rebaplismumcssc illicitum,sed eliam invalidum, adeoque subjectum baptismi esse hominem non baplizatum, sicut materia consecrationis csl panis non consecratus. Harum rationum defensionem contra impugnationes Scoti videre potest curiosus lector apud Dorn. Sool in 4,d. 3, q. unica a. 9.

Dices. Si baptisma iteratum sit nullum, ergo rcbaptizalio non est peccatum.

R. N. sequelam. Imoob id csl peccatum el gravissimum, quod iterari tentetur id quod non csl iterabile : id enim cedit in gravem injuriam et irrisionem sacramenti· dum contra ejus institutionem tentaturadhiberi subjecto incapaci, cl quasi semel datum non sufficeret; veluli si quis uxore vivente alteram duceret, aut hostiam consecratam consecraret.

Dico 2° Si sit dubium fundatum an aliquis sit baptizatus, sive sit dubium jnrv, puta, utrum materia vel forma adhibita sit legitima ; sive facti, puta , an de facto sit collatus baptismus; debet baptismus, non dico iterari, sed conferri sub conditione, dicendo: .Si *cs baptizatus, non te baptizo; Si nones baptizatus, te baptizo in nomine Patris,* etc. Ita definivit Alexander III, Extra, lib. 3, til. 42, cap. *De quibus 2. Ratio csl,* quia in hoc casu subvenitur proximo in re maxime necessaria, cum sine baptismo re suscepto alia sacramenta valide non recipiat, et si non sit adultus salvari nequeat. jlæc aulem necessitas juncta conditione abstergit irreverentiam sacramenti.

Neque potest in iterationis crimen s entre quod omnino factum nescitur, inquit S Leo cap. *Cum itaque* cit. in *prima conci.*

Si vero dubium sit infundatum, levis suspicio vel scrupulus, non potest baptizari etiam sub conditione: tum quia, ul alibi dixi, quando dubium non csl fundatum, conditio imposita habetur pro non apposita; deficiente enim ratione probabili dubitandi, vix serio potest dici, Si non es baptizatus, te baptizo ; sed potius videtur dici, She sis baptizatussive non, te baptizo;sicquedisjunctive intenditur nullitas sacramenti· tum quia iteratio sacramenti facta cx inani dubio est quædam ipsius irrisio.

Ex his inferes i° non esse Iwptizandum sub conditione adultum qui, inter Christianos natus et educatus, dubitat an sit baptizatus, forte quia non exstat amplius regestum ,aul in eo omissus est; vel quia parentes sunt mortui, aut minister erat senex, etc. Quia, ul dicit Innoc. Ill , cap. *Veniens* de Presbytero non baptizato, « De » illo qui natus de Christianis parentibus, » et inter christianos est fideliter conversa» tus , tam violenter præsumilur quod » fuerit baptizatus, ut ha**praesumptio pro » certitudine sit habenda , donec fortissimis » forsan argumentis contrarium probetur.» Idem dicendum dc illo qui audit scab obstetrice fuisse baplizatum ; quia supponere debet quod parochus provio examine baptismum validum judicaverit, aul in dubio repetierit,

Inferes 2° non etiam baptizandum sub conditione illum cujus baptismum attesta·

tur unus testis oculatus omni exceptione major; quia hujusmodi testimonium , seclusis indiciis in contrarium, moralem certitudinem facit.

Inferes 3° e contra baptizandos esse sub conditione eos qui ante baptismum a parentibus sunt avulsi, aut inter fideles nati, et non est aliquis fide dignus qui eos esse baplizatos testatur; tunc enim csl fundatum dubium an sint baplizati. Et ila resolvit cone. Carlhag. 5, cap. 6.

Inferes 4° etiam sub conditione baptizandos infantes qui reperiuntur expositi ad valvas ecclesiæ vel alibi sine schedula vel testimonio sui baptismi; quia consuetum est ut, dum sunt baplizati, habeant aliquod hujusmodi testimonium.

CASUS DUBtr,

Primus. An infans inter catholicos ad valvas templi aut alibi expositus cum schedula aut aliquo alio testimonio sui baptismi, debeat nihilominus baptizari sub conditione ?

Negant plurimi auctores. Numerat viginti et octo Franciscus a Jcsu Maria : quorum ratiocsl, quia non est credibile parentes aut tutores , qui præsumunlur catholici, cum inter catholicos reperiatur expositus, voluisse fraude aut mendacio filium suum tam necessario sacramento privare.

Affirmant diam plurcs. Numerat viginli laudatus scriptor, quibus subscribo: quia, quamvis inter catholicos, non constat tamen a quo ista schedula fuit scripta, forte a malefica muliere, a viro iniquo, a judæo, ab atheo, etc. El, «loqui scripsit fuerit vir catholicus, probus cl sincerus, qui nollet fallere in re tam gravi; sed nihil forte scripsit quam quod audivit ab aliqua fœmina aut laico, qui vel cx turbatione aut ignorantia potuit aliquid essentiale omittere. Et ideo statutum est in synodo 2 Camerae, cl Mediolanensi sub S. Carolo Borromæo, hos esse sub conditione baptizandos.

Secundus casus dubius csl de infante baptizato domi ab obstetrice vel allero laico. Si parochus, diligenti inquisitione facta, certo moraliter judicet omnia essentialia esscadhibita, extra controversiam est non posse repeti baptismum. At, nisi testis gravis c/ oculatus asserat omnia essentialia esse servata, vix aut nc vix, meo judicio, id certo constare potest : experientia namque notum csl multas mulieres, sive ex ignorantia, sive cx turbatione, in materia vel forma errare; item, sæpe referre aliter quam fe. cerint aut dixerint; item, semel aut iterum deprehensas quod bene fecerint, deinceps malitiose errare, et tamen asserere se more solito baplizasse: unde, excepto cas· testis, ul dictum est, qui raro contingit, existimo non esse damnandum qui sic baplizalum baptizaret sub conditione. Ita, contradicentibus multis, censent Sylvius, Molanw et alii; sicque statuunt Pastorale Mechltniense el synodus Iprensis sub Martino Rithovio, til. 2, cap. 5.

Tertius casus dubius est de baplizalo ab hærelicis. Equidem fide certum est baplizalum ab hærelico qui omnia essentialia observavit, esse valide baplizatum, nec ullatenus esse baptizandum sub conditione. Quia tamen experientia constat hodiernos hærelicos sæpe vel aquam rosaceam honoris causa adhibere, vel, ulostendant verba esseconcionaloriaetnon consecratoria, unum infundere aquam, el alterum proferre verba, vel ratione frigoris solas vcslcs aspergere, vel plebeios ignaros sacramentum conferre, vel tandem in odium catholicorum aliquo alio modo illud temerare; nisi, ut in priori casu dictum est, adsit testis catholicus, gravisel oculatus, qui asserat omnia essentialia rite fuisse servata, pariter censeo non esse culpandum qui sic baptizatos regulariter baptizaret sub conditione. Et ila statuit synodus Mechlinicnsis anno 1707, tit. 3, cap. 6, a Paulo Vannoscq. approbata.

Observandum adultos qui sub conditione baptizantur, teneri post sic susceptum baptismum confiteri peccata post primum baptismum commissa, ne forte, si primus baptismus valuerit, secundus, utpote irritus, nihil cilicia'

Petes quæ sint pœnæ rebaptizantium?

II. Jure civili, *Cod. Ne sanctum baptisma reiteretur* l. 1, damnantur poena mortis. Hæc lex lata fuit occasione Donalistarum. Jure ecclesiastico incurrunt irregularitatem, cap. *Ex Litterarum^,* Extra, de Apostatis I. 5, ex Alexandro III. Equidem pontifex exprimit tantum acolythum qui adfuerat respondens rebaptizanti : el quia *secundum* regulam communem irregularitas non incurritur, nisi sit in jure expressa, posset videri rebaptizantem eam non incurrcre;attamen consuetudo, quæ esi optima legum interpres, hanc decretalem sic intelligit, ul etiam rebaptizans sil irregularis : ct ila tenent communiter casuistæ ct jurisperiti.

Similiter ii qui se rebaptizari faciunt aut patiuntur, incurrunt irregularitatem, cap. *Confirmandum* d. 5, cap. *Qui in qualibet* causa 1 ,q.7 ; eleap. *Eos* de Consecrat, d. 4.

Est tamen Aiscrimen interirregularitatcm rebaptizantia et rebaptizati, quod irregularitas rcbaptizati sit completa, impediens ipsum el promoveri ad ulteriores ordines, et in susceptis ministrare ; irregularitas autem rebaptizantis impedit tantum promoveri ad alliorcsordincs, non in susceptis ministrare. Imo, hærendo litteræ decretalis *Ex litterarum,* videtur quod nec ista irregularitas incompleta rebaptizantis incurratur, nisi crimen sil publicum ; subjungitur enim. *Si crimen sit occultum, poterit promoveri.* Sed, inquit Sylvius, ob receptam in Ecclesia consuetudinem, verius videtur hanc diminutam irregularitatem etiam incurri quando crimen est occultum.

Utrum vero qui nihil vel leviter dubitans de valore baptismi baptizat sub conditione, incurrat hanc irregularitatem ?Videlur probabilius quod non : quia hæc irregularitas non est neque in jure neque in consuetudine; jura enim loquuntur de rebaptizantibus absolute, iste autem non intendit rebaptizare, imo nec baptizare, nisi supposito quod baptismus sil invalidus : aliunde pœnæ sunt restringenda?. Idem videtur probabiliter dicendum de his qui metu coacti rebaptizant aut rebaptizantur, si sine intentione baptismum dandi vel recipiendi, sed tantum ritum externum exhibendi vel recipiendi, id agant vel patiantur ; quia non intendunt iterationem baptismi : sicut non excommunicatur, licet graviter peccet, qui fidem corde retentam exterius abnegat. Neque obstat quod Ecclesia punit actus externos, cos enim punit ut procedentes ab interiori. Ita Sylvius

ARTICULUS VI.

Utrum convenienter assignentur tria baptismata, scilicet fluminis, flaminis et sanguinis?

Nola 1" Baptismus fluminis dicitur perfecta cordis contritio seu quilibet actus perfect® charilatis, includens saltem virtualité·· et implicito votum baptismi aquæ : dicitur flammis a Flamine seu Spiritu sancio, movente cor ad diligendum Deum el pœniterr dum de peccatis. Baptismus sanguinis es» martyrium pro Christo toleratum antecedens baptismum aquæ : dicitur sanguinis ab ejus effusione, quæ contingit ordinarie in martyrio. De baptismo aquæ hucusque diximus.

Nota 2' hanc Irium baptismatum distinctionem esse frequentem non solum apud scholasticos, sed etiam apud SS. Patres, Ambros. in Ps. 118; Grcg. Nazianz. Orat. 39 , in sancta Lumina ; Hieron. super illud Ephes. 4, *Una fides, unum baptisma ;* Aug. I. 4 de Bapl. c. 21 ; Bernard. Epist. 77 ad Hug. Vici. Idque cum fundamento in SS. Scripturis, quæ nomen baptismi cbaritali et martyrio tribuunt : sic quantum ad charilatem Malth. 3 dicitur : *Ille baptizabit vos Spiritu;* et Act. 1 : *Baptizabimini Spiritu sancto,* id est, charitate diffusa per Spiritum sanctum. Quantum ad martyrium, Marci 10 : *Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari?* Luc. 12 : *Baptismo habeo baptizari.*

2.66. a. 14. o. — *Nota* 3° baptismata flaminis et sanguinis in tantum dici baptismata in quantum supplent vices baptismi aquæ quoad principalem ejus effectum, scilicet gratiam el remissionem peccatorum ; ideoque non esse sacramenta, nec proprie et univoce baptismata, sed improprie tantum el analogice.

Si dicas quemlibet actum perfect® charitalis supplere etiam vices aliorum sacramentorum, confirmationis, eucharisliæ, pœnitentiæ, quoad principalem eorum effectum , scilicet gratiam, ct tamen non dici confirmationem, eucharistiam, poenitentiam, etc.

R. actum perfect® charilatis non supplere vices aliorum sacramentorum tam insigniter quam baptismi : cum enim baptismus sit necessarius ad peccati orig. deletionem, juxta illud Joan. 3, *Nisi quis renatus,* etc., et inde quidam dicerent nominem sineba|>tismo aquæ re suscepto posse consequi remissionem peccati originalis ef sahari, SS. Patres, ul cx una parte non negarent contra Evangelium necessitatem baptismi, el ?x altera salutem impossibilem redderent, prudenter dixerunt actus remissivos peccati originalis esse baptismata, eo quod vicem baptismi quantum ad hoc supplerent : id-

que cum fundamento in S. Scriptura, ut dictum est.

Quæstio est igitur an perfecta contritio seu quilibet actus perfeelæ charilalis ct martyrium, suppleant vices baptismi aquæ ad oblinendam gratiam sanctificantem, ct hac ratione possint dici baptismata? Duplicem quæslioncm duplici § resolvemus.

SI. — *Utrum baptismus flaminis suppleat vices baptismi aquay quantum ad gratia; collationem?*

Ibid. — *Dico,* Baptisma flaminis seu perfecta contritio, el quilibet aclus charilalis perfeelæ cum voto baptismi aquæ, supplet ejus vices quoad effectum primarium, scilicet gratiam remissivam peccatorum.

Prob. 1° ex S. Scriptura, quæ pœnitentibus, credentibus, Deum diligentibus ct invocantibus salutem promittit. Ezcch. 18: *Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis... vita vivet, ct non morietur.* Ibid. *Convertimini cl agile poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas,* Ps. 50 : *Cor contritum cl humiliatum non despicies.* Joan. 14 : *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, ct ego diligam eum.* Rom. 10 : *Omnis qui credit in illum, non confundetur.* Ibid. *Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Idem Is. 4 et 28, Act. 2 et alibi. Item Aci.10. Cornelius ct alii leguntur accepisse Spiritum sanctum antequam baptizarentur

Prob. 2° ex definitionibus Ecclesiæ. Cone. Trid. sess. fi, cap. 4, declarat post promulgatum Evangelium nunquam fieri translationem a statu veteris Adam ad statum gratiæ, *sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, sicut scriptum csl, Nisi quis renatus fuerit.* Idem definit sess. 7, cari. 4, de Saeram. in genere; item sess. 14, cap. 4, de Sacramento pœnit. his aperte significans justificationem posse haberi non solum per baptismum re susceptum, sed etiam per ejus votum ; scnlenliamqiie Christi generalem inlclligendam esse de baptismo aquæ in re vel in voto.

Innoc. III, electus pontifex anno 1190, lib. 3 Decret., lit.de Bapt. 42, cap. *Debitum* 4, ɗ‹* Jih l.t o qui scipsum baplizaverat, dicit nullum quidem esse baptismum, allamen « si continuo decessisset, ad Patriam » protinus ɕvolassct propter sacramenti fidem, ebi non propter fidei sacramcn-» tum. » Idem ibid tit. 43, cap. .Ipojrfo. *licam,* dc presbytero non baptizato qui $« credebat baptizatum , sic decernit. « Si in » sanctæ matris Ecclesiæ et Christi nominis «confessione perseveraverit, ab originali « peccato solutum et cœlcslis patrie gau» dium esse adeptum asserimus incunc» tanter » : idque probat auctoritate SS, Ambros. et Aug. Tum monet episcopum Cremonensem ad quem rescribit, «ulso· » pilis quæstionibus doctorum, sanctorum » Patrum sententias teneat, ct in ccloia » sua juges preces hostiasque Deo offerri » jubeat pro presbytero memorato. »

S. Pius V et Greg. XIII hanc 31 propositionem inter Baianas proscripserunt -*Claritas perfecta quæ est cx corde puro el conscientia bona ct fide non ficta, in catechumenis ct pernitentibus, potest esse sin remissione peccatorum.*

Prob. 3° c.x Patribus. S. Cyprian. Episl. 77 ad Jubajan. de his quos putabat decessisse sine vero baptismo, dicit *Deum cx sua indulgentia cl misericordia eorum volunln (em supplere posse.*

S. Ambrosius in orat, funebri dc obitu Valentiniani imperatoris : « Audio, inquit, » vos dolore quod non acceperit sacramenta » baptismatis : dicite mihi, quid aliud in » nobis csl nisi voluntas, nisi petitio? atqui » etiam dudum hoc votum habuit, ut ante» quam in Italiam venisset, initiaretur, cl » proxime baptizari se a me velle significa» vit, et ideo pra» cælcris causis me accer» seridum putavit: non habet ergo gratiam » quam desideravit? non habet quam ρo· ή poscit? Certeqnia poposcit, accepit.))

S. Aug. I. 4 de Bap. c. 22 : « Invenio, in» quit, non tantum passionem pro nomine » Christi id quod cx baptismo deerat, sup» plere posse, sed etiam fidem, conversio » neasqst cordis, si forte ad celebrandam » mysterium baptismi in angustiis tempo» rum succurri non possit.» El infra dicit sine visibili sacramento impleri invisibiliter quod ad Rom. 10 inquit Apostolis : « Corde creditur ad justitiam, oreaulem » confessio lit ad salutem, quando mysle» rium baptismatis non contemptus reli» gionis, sed articulis necessitatis excludit.» Similiter scribit ibid. cap. 25; et hæc refo run tur in Ju re, ea p. *Baptismi,* de Cons. d. i.

S Bernard. Epist. 77 ad Ifug, Vjet, es professo impugnat sententiam coniranam,

nostramque variis momentis probal, el pro-1 ductis SS. Ambros. el Aug. testimoniis sic, ait : o Ab hisduabus columnis difficile avel» lor : cum bis, inquam, me errareaut sait pece fateor, credens ct ipse sola tide ho» nifncm posse salvari cum desiderio perci» piendisacramenti,si tamen pioadimplcnu didesiderio, morsanlicipans,scualiaqua> d cumque vis invincibilis obviaverit. »

Ilis omnibus innixa sacra Facultas Pari-1 siensisan. 15G0, judicio doctrinali declaravit hærcticam banc propositionem : *Per contritionem perfectam, non adhibito rcalitcr sacramento baptismi vel pœnilcntiæ, non dimittitur crimen extra casum martyrii el necessitatis.*

Prob.b0 ratione. Quia actus perfeelæ charitalis est inseparabiliter conjunctus cum gratia sanctificante, sive anleccdenlcr, sive concomitante!', sive consequenter; ulconstat ex bis quæ dixi in tract, de Grat. dissert. 7, a. 4, cl constabit ex dicendis de pernitentia; patetque cx locis S. Scripturae in *prima prob.* citatis, ct omnibus aliis in quibus asseritur Deum diligere diligentes se.

Solvuntur objectionts·

Obj. 1° Lex ista, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,* est generalis, neminem excipiens. Ergo.

R. N.conscq. Quia qui dixit generaliter, *Nisi quis renatus fuerit,* etc. non minus generaliter dixit : *Omnis qui credit in illum, non confundetur; Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit; Qui diligit me, diligetur a Patre meo;* ct alia quæ protulimus in *prima probatione.* Et ideo Ecclesia merito intclligit hanc generalem Christi sententiam, *Nisi quis renatus,* dc baptismo aquæ in re vel in voto.

Insl. Hæc lex, *Nisi quis renatus,* cie. est posterior: ergoderogal prioribus; sunt enim omnes positivæ.

R. Ip .V. *ant.* Post enim legem datam de bapt. Joan. 3, dictum csl : *Omnis qui credit,* etc. *Quicumque invocaverit,* ole. *Qui iiligit me,* etc. 2° *Dato gratis ant. N.conscq.Quia* leges dimittendi peccata pernitentibus, sic sunt positivas ut tamen habeant aequitatem cx lege naturæ, dictante congruum esse ul detur venia pœnitcnli, gratia el salus ex corde petenti : lex aulem baptismi csl mere positiva, sicquc non csl tantae dignitatis ac priores, neque consequenter illis derogat.

*Obj.*2° Act. 22, AnaniasdicitPauIocontrito ct pœnilenli : *Baptizare, et ablue peccata tua :* ergo contritio Pauli quantumvis intensa , non deleverat ejus pcccala.

R. N.conscq. Quannis enim peccata Pauli essent deleta per contritionem, poluit illi dicere Ananias, *Baptizare, cl ablue peccata tua ;* 1° quia ignotum erat Ananix an contritio Pauli talis esset quæ deleret ejus peccata; soli Deo enim cor hominis patet. Cude, quando agitur de sacramento baptismi aut pœnilcntiæ suscipiendo, neque suscipiens neque minister debent præsumere tantam esse contritionem ul peccata deleat, cum hæc contritio non sit ita frequens, ncc tam facilis; sed suscipiens debet humilité: petere, minister diligenter administrare, quasi suscipiens indigereirevera sacramento ad deletionem peccatorum : sic agunt religiosi ct prudentes ministri, cl sic egit Ananias; 2° quia per contritionem etsi perfcctam non dimittitur regulariter peccatum quoad lotam poenam, quæ certo dimittitur per baptismum ; 3 ' quia, cum aclus contritionis non justificet nisi quatenus includit votum baptismi, merito tribuitur baptismo justificatio et a peccatis et a poenis peccalorum: siculdocctTrid.desacram.Poenilcnl. sess. 14, cap. 4.

Obj. 3° cx SS. Patribus. Ambros. lib. dc Myslcriisc.4,dicil:« Credit catechumenus. » sed nisi baplizatus fuerit in nomine Pa» Iris, ct Filii, ct Spiritus sancti, remissio« nem non potest accipere peccatorum , ncc » spiritualis gratiæ munusliaurire. » Et lib. de Adamo cap. 11, ubi recitata Evang. sententia, Nisi *qui renatus fuerit,* etc, dicit : « Nullum excipit, utique non infantem, » non aliqua prævcntum necessitate.» Ergo.

Ad primum , respondent quidam S. Ambrosium loqui de baptismo in revel in voto, qui ad justificationem sola fides non sufficit : alii, et communius, respondent ipsum loqui dc catechumenis qui, cum sibi justi videantur, ncgligunl vel contemnunt sacramentum.

Ad secundum, R. S. Ambrosium loqui dc infantibus qui, excepto casu martyrii, salvari non possunt absque baptismo in re suscepto.

Obj. 4° varios S Aug. textus. Tract, in Joan, loquens dc catechumenis, dicit;

» Omnia peccata super illos sunt, el nisi » venerint ad salutarem baptismum, ubi » peccata solvuntur,cumomnisua excel- » lentia non possunt intrare in regnum » cœlorum. « Et tract. 13 : » Quantum- » cumque catechumenis proficiat, adhuc » tamen sarcinam suæ iniquitatis portat; » non illi dimittitur, nisi cum venerit ad » baptismum. » Ergo.

R. ad utrumque textum, ut ante ad S. Ambros. S. Augustinum loqui dc illis catechumenis qui, superbia elati, seque justos cl meliores baptizatis existimantes, baptismum negligunt aut contemnunt. *Palel* cx ipsis verbis objectis, si bene perpendantur, sed aperte cx his quæ præmillil S. Doctor ibid, tract. 13: « Quare, inquit, oportebat » ut Dominus baptizaretur? Quia mulli con- » tcmpluri erant baptismum,eo quod majo- D re gratia prædili viderentur quam videren t » alios fideles : v. g. jam continenter vivens n catechumenus contemneret conjugatum , » et dicerct se meliorem quam ille sit iidc- « lis. Ille catechumenus posset dicere in » corde suo : Quid mihi opus est accipere » baptismum , ul hoc habeam quod est isle, » quo jam melior sum ? »

Inst. 1° Idem lib. 2 dc Peccatorum Mentis cap. 2G, dicit : « Sanctificatio catechu- « meni, si non fuerit baptizatus, non ei va- » let ad intrandum in regnum cœlorum. » Ergo.

R. S. Aug. non loqui ibide sanctificatione perfecla, quæ est per veram cordis conversionem, sed de sanctificatione imperfecta, qua catechumeni praeparabanturad baptismum, ut signo crucis, oratione, manuum impositione, etc. vult enim ibi probare illud Apostoli 1 Cor. 7, *Sanctificalus csl vir infidelis per mulierem fidelem,* etc. non debere mlelfigi dc sanctificatione perfecta, quæ est per gratiam; ad quod declarandum adducit exemplum catechumenorum, quos dicit modis præfatis sanctificari, cl tamen non perfecte justificari.

Insl. 2,'Idem I. de Origine animæ c. 9 : « Nemo, inquit, fil membrum Christi, nisi » aut baptismate in Christo, aul morlc pro » Christo. » Ergo.

R. S. Aug. ibi loqui expresse de parvulis. Sed, *esto* loqueretur de adultis, id adhuc j esset verum dc baptismate in re vel in volo.

Insl. 3 'S. Aug. lib. de Unitate Ecclesiæ :. 22 : « Utruinquc, inquit, necessarium est | » ad regnum Dei adipiscendum, etbaplh. » mus cl justitia. » Idem dicit lib. 4 contra Donat, cap. 21.

Λ. S. Aug. in utroque loco loqui de eo quod fit ordinarie et extra casum necessitatis : ordinarie enim et extra casum necessitatis nemo salvatur nisi sh justus el bapiizatus : quia , quamvis per veram et perfectam cordis contritionem cum voto baptismi homo justificetur, si tamen extra casum necessitatis non recipiat baptismum dum potest, sed negligal aut contemnat, a justitia decidit; ctideo ordinarie clin hac hypothesi utrumque est necessarium ad adipiscendum regnum cœlorum. Hanc esse mentem S. Aug. palel ex ultimo loco cil. « Si enim, in- » quit, Cornelius , etiam Spiritu sancio jam » accepto, baptizari noluisset, contempti » lanii sacramenti reus fieret» Et cap.25: a Conversio cordis potest quidem inesse, » non percepto sacramento, sed eo con- » templo non potest. »

EI, *ul praeoccupetur instantia,* hoc etiam sensu inlelligendus est S. Aug. dum in probationibus conclusionis cl alibi dicit : contritionem cum voto baptismatis sufficere in necessitate; non enim est sensus quod extra casum necessitatis nemo per contritionem perfectam sit juslus : sed quia si extra casum necessitatis et opportunitate oblata, dum potest et debet recipere baptismum ipsum, nulla excusante causa non recipiat, fit reus baptismi neglecti aulcontempti, ct sic desinit esse juslus.

Inst. 4° S. Aug. ul refertur de Consecr. d. 4, cap. 37, dicit : « Catechumenum, » quamvis in bonis operibus defunctum, » vitam æternam habere non credimus, ex- » ccplo martyrio. » Ergo.

Opusc. 42. a. *11.*—*R.* hunc textum male a Gratiano citari cx S. Augustino ; csl enim depromptus ex I. de Dogmatibus Ecclesiasticis cap. 74, qui liber est Gennadii Massiliensis, cujus, utpote sectatoris Semi-Pelagianorum, auctoritas nullius est ponderis.

Cælcrum de mente S. Augustini sicutel S. Ambrosii, post expressa eorum testimonia tn *probationibus* laudata, nullatenus videtur dubitandum , nisi velimus palpabilibus contradictionibus ipsos implicare.

Difficilius est quosdam aiios Patres explicare. S. Greg. Nazianz. Orat. 10 in sanctum baptisma , dicit cos qui baptizari cupiunt ct non possunt, excludi a gloria. Similia docent S. Rasilius, Nyssenus, Fulgentius Epist. 12 ad Ferrandutn diaconum, et lib. de Fide ad Petrum.

Respondent quidam Nazionzenum loqui ile iis quiuus dceslcontritio perfecta : alii, ipsum velle quod non habeant nisi infimum locum in bcalitudine, scilicet per modum hæreditalis tantum, sicut parvuli, non per modum mercedis; quia pariter dicitbaplizalos in fine vitæ, « si post baptismum ni- » bil boni egerint, ignis quidem supplicium » a se excludere, praemium tamen seuglo- d riain non consequi : » quod catholice intolligi non potest, nisi quod non consequantur gloriam ul praemium, sed ul hærcdilalem tantum, sicquc infimum gradum, ul parvuli. *Ad alios Paires* prima solulio po- (est adhiberi ; verum alii ingenue fatcnlur laudatos Patres vix posse adduci in sententiam nostram, et ideo, iis cum reverentia dimissis, adhaerendum esse aliis Patribus, communi sensui et definitionibus Ecclesia'.

Obj. 5° Ecclesia quinque prioribus sæculis pro catechumenis qui sine baptismo re suscepto mortui essent, nec preces fundebat, nec sacrificia offerebat. De ecclesia Rom. testes sunt S. Leo Epist. 82, alias 91 ; et Gclasius I in cone. Rom. De ecclesia Hispanica constat ex secundo cone. Braccarensi an.5G3, cap. 17. Ergo.

R. 1° hunc disciplinam non fuisse uniformem in omnibus ecclesiis : contraria enim observabatur in ecclesia Mediolanensi, teste S. Ambros. in Orat, dc obitu Valenliani; item in ecclesia Carthaginensi, toste cone. 4 Carthag. cl in ecclesia Arelal. tesleconc ibid. 2. El ipsa Romana ecclesia suam hac in re disciplinam mutavit sæculo sexto.

R. 2° *N. conscq.* Causa enim cur quadam ecclesiæ sic egerint cum catechumenis sine baptismo defunctis, non fuit quod cicderenl eos non esse justos et salvos, sed ul Imrrigore acuerent quorumdam ignaviam, qui, vel laboribus calcchinnenalu·; terrili, vel ul liberius vitiis indulgcrcnl, suum baptismum urocraslinabant.

§ II — *Utrum baptismus sanguinis seu martyrum suppleat vices baptismi agues et quomodo?*

Quid sit martyrum.cujus virtutisaclus, quæ conditiones requirantur ut sil verum et '.Putare, pleraque alia illud spectant a . rinde explicui in tract.de Foriiludiue, u.ssert. 1, a 2. Illuc recurrat lector; hæc cnim pro his didis supponimus, et qusrimus duntaxat nunc an martyrium suppleat vices baptismi aquæ quoad remissionem culpæ cl pœnæ, et quomodo, an cx opere operato, vel cx opere operantis tantum?

Primum admittitur ab omnibus catholicis : inter haereticos pauci negant. Valentinus, teste Tertull. lib. Scorpiaco cap. 1, impatienter ferens aliquem martyrem sibi in episcopatu prælalurn fuisse, adversus martyrium debacchatus est, contendens nullum meritum, nullam virtutem ei inesse, sed esse *vanitatem, imo dcmenlaim pro Dcg mori.* Hunc secuti sunt Valentiniani el Talianus, teste eodem Tertull. lib. de Prescript, cap. 52. Contra quos scripserunt Jusinus, Irenæuscl alii. *Secundum* conlroverlilur inter catholicos.

Q.6G. a. 11. o.— *Dico* Ie Martyrium supplet vicem baptismi aquæ quoad remissionem totius culpæ et pœnæ, tam in infantibus quam in adultis.

Prob. Ie exS.Scriptura. Matth. 10 dicit Christus : *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor ct ego cum coram Patre meo... Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Similiter Matth. 16, Marcis, Luca*. 9 el 17. II.icautem sententia est generalis, comprehendens parvulos el adultos etiam non baplizalos. UndeS. Aug. lib. 13 de Civit. Dei, cap. 7 ª « Qui dixi, .Viri » *quis renatus fuerit,* etc., non minus geno » raliler dixil, *Qui mc confessus fuerit,* etc.» Infantes autem confitentur Christum non loquendo, sed moriendo, ul canit Ecclesia deSS. Innocentibus.

Pro'). 2" cx sensu el praxi tutius Ecclesiæ, ne colit ut saucios infantes pro Christo occisos jussu Herodis. Neque diei potest omnes fuisse circumcisos, cl ideo coli ut sanctos : non enim Ecclesia colit ul sanctos infantes potest baptismum moricnles. Aliunde Ecclesia rnlil illos non solum ul regenera- los, sed etiam ut mari)res.

Quantum ad adultos. Ecclesia pariter pro cis non offert preces el sacrificia, sed eorum . pern apud Deum implorat,certa quod ælerna bcalitudine donati, suffragiis nostris non indigeant, sed suo nos patrocinio juvare possint. Unde illud Innocent. III, C. *Cum Martha·,* de Celebrat. Miss. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre.* Quod desumptum est cx S. Aug. tract. Si in Joan, ubi ail : *Aon sic cos* (marlyres) *commemora-*

mus.... ut procis oremus, sed magisul ipsi pro nobis.

Prob. 3ш cx unanimi Patrum consensu, qui id asserunt modo de parvulis, modo de adultis, modo generaliter de omnibus. Tertull. lib. dc Bapt. cap. 16; S. Cyprian.Epist. 73; S. Chrysostom. Hom. in varios Maith, locos; S. August, lib. 13 de Civit, c. 7;idem lib. dc Anima el ejus orig. c. 9; et alii, quorum aliquos textus infra referemus.

Ibid. —4° *Ratio* suadet. Baptismus aquæ habet efficaciam ex passione Chrisli, quatenus fit in similitudinem mortis ejus : atqui martyrium non solum in figura, sed rcali imibilione refert mortem Christi : ergo non debent martyres ejus fructu privari.

Dices. Martyrium est actus fortitudinis : atqui infantes non sunl illius capaces. Ergo.

R. D. ant. Martyrium sumplum pro voluntaria mortis acceptatione propter Christum, est actus fortitudinis, *C.* sumptum pro ipsa morte propter Christum tolerata, *subdislinguo.* Est actus fortitudinis formaliter, *N.* objective, *C.* Et hoc sensu infantes sunt martyres. Martyrio autem ultimo sensu sumpto, ut est scilicet realis imitatio mortis Christi cl actus fortitudinis objective, annexum est privilegium conferendi gratiam ex opere operato, ul modo dicam, cum sub prima consideratione, ut est scilicet voluntaria acceptatio mortis el formaliter actus fortitudinis, concurrat tantum ad gratiam ex opere operantis ut actus aliarum virtutum.

Zhco2* Martyrium supplet vicem baptismi aqme quantum ad remissionem culpæ et poena» tam in adultis quam infantibus ex opere operato, non active ct physice, sed passive el moraliter.

Ex dictis dc Sacramentis in genere, diss. 3, a. 2, probatione 3, ex D. Th. habemus gratiam conferri cx opere operato, duplicilerintclligi : 1° active, quatenus opus per \irtutem physicam sibi transeunter communicatam, gratiam confert ultra meritum suscipientis ct conferentis; 2° passive, quatenus ad positionem operis Deus confert gratiam independentera merito suscipientis et conferentis, tanquam a causa efficiente, licet non tanquam a dispositione pro iis qui sunt dispositionis capaces. IIoc secundo modo, non primo,inlclligimus martyrium conferre gratiam cx opere operato : 1° quia martyrium non videtur a Deo institutum ut instrumentum physicum graliæ, cum hujus inslitulioms nullum in S. Scriptura aut Patribus habeatur vestigium; 2> quia videtur quod martyrium non aliter nunc conferti gratiam, quâm in antiqua lege Machabæis, qui coluntur ut martyres, ct aliis; tunc autem non causabant gratiam active physici, id enim proprium csl sacramentis no\ælegis. Hac explicatione præmissa,

Conclusio quantum ad parvulos *non patitur difficultatem.* Cum enim hi sint menti cl propriæ dispositionis incapaces, si per martyrium consequantur gratiam, *ul probavimus in praccdenli conci,* consequens est quod consequantur ratione operis operati, el non ratione operis operantis. Ad inde

Uro&.concfujroquantum ad adultos. Martyrium justificat infantes cx opere operato? ergo et adultos. Urob. *consequentia 1°« pari: in* utrisque enim est æqualilcr martyrium, nec csl ratio cur dicatur parvulos justificare cx opere operato, et non adultos modo scilicet non ponant obicem, cl adierant dispositiones quarum sunt capaces, et non parvuli. 2° Non aliunde quam ex S. Scri[>turis cl Patribus colligimus martyrium justificare parvulos cx opere operato : atqui S. Scripluræ et Patres non distinguunt inter parvulos ct adultos, sed generaliter omnibus pro Christo moricnlibusasseruntgraliam cl salutem. Mallh. 10: *Qui confitebitur me,* etc. *Qui perdiderit animam suam*, etc. ul supra Similiter SS. Paires, ul jam dicturus sum. Erg·

Prob. 2° ex Patribus. SS. Patres vim justificandi tribuunt martyriosicul baptismo: atqui si non justificaret cx opere operato, sed operantis, non ipsi martyrio, sed contritioni ct perfectae dilectioni esset tribuenda : ergo. *Minor palet: prob. major.* Terlull. in Apologetico :« Omnia, delicia,in»quit, huic operi (martyrio) donantur, n S. Cyprianus lib. de Orat. Demi. « Quale » defictum est quod nec baptismo sanguinis a potest ablui? a El Epist. 73 ad Jubajan. paulo post medium : « Numquid polesl vis » baptismi major esse aul polior quampas-wsio, ut quis coram hominibus Christum » confiteatur *ct* sanguine suo baptizetur? » S. Aug. lib. 13 de Civit, cap. 7 · *« Murs* » pro Christo tantum cis valet ad dimillen» da peccata, quantums! abluerentur fonte » baptismatis. » El lib. 1 de Anima cl ejus oiig. «Nemo fit membrum Christi, nisi

eut baptismate in Christo, aut morte pro p Christo, d

Prob. 3° auctoritate et rationibus D.Th. qui citatur in contrarium. 1° S. Doctor in hac parte infra q. 87, art. 1 ad 2, dicit, α dormienti dimitti peccata mortalia el vconialia ratione mortis illalæ pro Christo, amodo non inveniat voluntatem peccato p actu adhærentem. » Ergo manifestum csl ipsum censere peccata dimitti in martyrio, vi operis, et non vi operantis.

2° In 4, d. 4, q. 3, a. 3, q. 3, postquam dixit: «Sicul in baptismo aquæ liberatur » homo ab omni culpa præccdente etpœna, d ita in baptismo sanguinis, win resp. ad 1 subjungit : « Baptismus sanguinis non ha- d bet hoc tantum ex opere operantis; neque d quantum ad poenam, qua aliquis marlycrium explet, quam contingit non esse » sufficientem ad satisfaciendum pro pee» cato ; neque quantum ad devotionem jus» læ voluntatis, quia contingit quod volun» tale majori charilate informata aliquis usine martyrio non potest ab omni pœna » liberari : sed hoc habet ex imitatione pas» sionisChrisli. »

His verbis S. Th. non solum conclusionem nostram manifeste asserit, sed ejus rationem inconcussam tradit. Inde enim sic arguo : Ecclesiæ fides est malyribus totam culpam et pœnam remitti, juxta illud, Innocent. Ill jam laudatum :« Injuriam facit » martyri, qui orat pro martyre. » Atqui id non obtinet neque vi charilalis neque vi pœnæ:ergo vi operis. Non vi charilalis, quia incertum est au martyr talem cbaritalis actum eliciat, ul adæqucl lotam pœnam peccatis multiplicatis el enormibus debitam ; ct potest contingere, ut, ait S. Doctor, quod in viris sanctis intensior reperiatur charitas quam in martyribus, quæ tamen non sufficit toti prenæ dclcndæ. Nec obstant verba Joan. 15: *Majorem hac dilectionem nemo habet,* etc., *ul patebit cx solui, arg.* Non vi pœnæ quam patitur martyr, quia quandoque est pœna levis longe inferior pœna quæ debetur innumeris el gravissimis sccle?ibus. Ergo·

3° Hic art. 12 scq. dicit quod passio Chrisli operatur in baptismo flaminis per quamdam allectionem, in baptismo vero sanguinis per imitationem : atqui si baplis- l mus sanguinis non justificaret ex opere ope-l rato, sed ex opere operantis lanium, non aliter operaretur quam per piam affcclionem. Ergo.

Confir. tsia ratio. Baptismus sanguinis nori csl baptismus flaminis ; juxta enim SS. Patres cl omnes theologos, sunl tria baptismata inter se distincta : atqui, si baptismus sanguinis martyres justificat ex opere operantis tantum, scilicet merito conlritionis cl charilalis, erit baptismus flaminis: ergo. Vide iterum S. Th. 2,2, q. 124, a. 1, ad 1.

Ex Itis inferes contritionem charhatcperfcclam non esse dispositionem necessario requisitam ad martyrium, sed sufficere attritionem, qualis requiritur ad baptismum el poenitentiam, sicque accedentem ad martyrium cx attrito fieri contritum. Vide loco citato de Fortitudine.

Solvuntur objectiones,

Obj. 1° Martyrium est actus perfectissima· charilalis, juxta illud Christi Joan. 13: *Majorem hac dilectionem nemo habet, ul ammamsuam ponatquis pro amicis suis :* ergo ex opere operantis justificat.

R. N. ant. Nisi intelligatur dc actu charilalis, non formaliler, sed objective, ul jam dictum est et iterum mox dicetur. Quantum ad verba Christi, non est illorum sensus quod ipsa mortis perpessio pro Christo semper ncccssarioinvolvat charilatcm, ut patet exilio 1 Corinth. 13: Si *tradidero corpm meum ita ut ardtam, charilatcm autem non habuero, nihil mihi prodest:* neque quodeharitas sit semper major in martyre quam in alio; constat enim B. Virginem omnes martyres in charilate superasee: sed sensus est quod int r humanos actus nullus est quo magis demonstrari possit perfectio charilalis, quando habetur, quam martyrio; quasi diceret: Majorem dilectionis probationem nemo habet, quam dare animam pro amicis. Vide hanc s lotionem fusiusexplicatam loco citato de Fortitudine, *arg.* 1 *contra secundam conclusionem.*

Inst. 1° cx ipso textu laudato Apostoli : *Si Iradidero corpus meum,* etc. Ergo martyrium saltem salutare de quo agitur, supponit charilatcm, quæ opere operantis justificat.

R. N. conscq. Hæc enim Apostoli verb i non sunt necessario intclligcndadecharitate habituali præccdentemartyrium, qua homo constituitur amicus ct filius Dei, icd ..

charitale vel habituali vel actuali, hoc est sincero Dei amore benevolo, qui dicitur late charitas, qualis esse solet in catechumenis et pœnitentibus : hæc est enim dispositio necessariaad martyrium, ul dixi loco citato de Forth. qui autem cum hac dispositione amoris benevoli accedit ad martyrium, habet in termino charitatem habitualem cum gratia justificante, quam producit martyrium cx opere operato.

7rut.2°S. Th. hic art. seq. 12, ad 2, dicit: « Effusio sanguinis non habet rationem bap« tismi, si sit sine charitatc. Ex quo patet » quod baptismus sanguinis includilbaptis» mum flaminis ct non e converso. » Atqui baptismus flaminis importat charitatem perfectam : ergo.

R. eadem solutione, quod baptismus sanguinis non csl sine charitate præcedente actuali , quisilamor Dei benevolus, clin termino non est sine charitatc habituali comitante, idcoque includit baptismum flaminis.

Dtsi.3oS. Th. hic a. 11 o, dicit quod martyrium causet gratiam *per potenlissimum charilalis fervorem :* ergo.

R. S. Th. intelligcndum esse de fervore seu actu charitatis non formaliter ct per modum actus interni, sed materialiter elobjcclive, co modo quo fuit in parvulis pro Christo occisis.

Insl. 4°S. Bernard. Epist. 77 ad Hug. Vici, paulo antemedium dicit: « Cum non » aliunde martyrium nisi cx fidei merito ilii Jam obtinuerit praerogativam, ulsingula» rilcr vice baptismi secure suscipiatur, non » video cur non ipsa æque et sine martyrio » apud Deum tantumdem possit. » Ergo juxta S. Bcrnardum, martyrium ex opere operantis, scilicet merito fidei, sicut baptismus flammis justificat.

R. N. conseq. Intendit enim S. Bernardus ibi probare baptismum flaminis, seu fidem per dilectionem operantem, supplere vices baptismi aquæ, ad quod probandum dicit quod martyrium habeat a fide, scilicet, lanquam a dispositione necessaria, quod suppleat vices baptismi aquæ; *Nam absque ipsa,* inquit, *quid csl martyrium , nisipoena ?* Ex quo infert quod ipsa , si tamen sil formata, sola sine martyrio possit supplere vices baptismi aquæ: unde cx hoc textu S. Bernardi sequitur quod fides sil dispositio necessaria ad martyrium , at non Riodin martyrio conferatur gratia violin rito 'Ilius fidei, et non vi opens.

06/. 2° Quilibet homo tenetur in articulo mortis elicere actum charilalis perfecU·: liac aulem chari talejustificabitur, antequam subeat martyrium: ergo.

*R.*1°, juxta quosdam, quod quamvispr» cepium charitatis secundum se obliget in articulo morlis, per accidens tamen el in hoc casu particulari martyrii non obliget; quia sicut martyrium propter opus externum praestantissimae charilalis supplel baptismum aquæ, ita ct actum perfcclæ contritionis.

R. 2°, secundum alios, quod quamvis per se loquendo et attenta martyrii natura, peccator adultus non teneatur ad actum perfcclæ contritionis, sed sufficiat attritio; attamen attento articulo morlis, in quo maxime urget praeceptum charilalis, tenetur in quantum potest elicere aclurn contritionis perfect®, saltem existimatam talem, qui si rcipsa non sit, nihilominus justificabitur per martyrium. Et hæc sententia esi nobis probabilior alque tutior et in praxi tenenda. Similiter existimamus ipsum teneri baptizari, si non sit baptizatus, ct baptizatus confiteri, si ulriusquc facultas adsit,quia non constat quod martyrium a præceptis communibus eximat, dum possunt adimpleri.

Obj. 3° Non potest assignari tempus in quo martyrium conferat gratiam ex opere operato : non instans morlis, quia cum res permanentes, dum corrumpuntur ad generationem alterius, secundum philosophos, desinant per primum sui non esse, tunc homo non est amplius : non ante illud instans, quia tunc nondum est martyrium, ulpotc consistens in morte; et aliunde posse* tunc homo adhuc peccare et amittere gratiam martyrii, sicque non constaret martyres esse salvos. Ergo.

R. martyrium gratiam conferre in illo agonis Christiani instanti, in quo etsi nondum physice adsit mors, ob tamen inevitabilem morlis impendentis necessitatem, cursus vitæ cl martyrium censentur inoralilrr consummata : in quo instanti vel homo sic csl viribus cl sensibus destitutus ul amplius peccare non possit, vel a Deo sic regitur ut non peccet. Hoc autem instans licet a nobis designari non possit, siiilicit quod Deo sit notum.

Sed quid, si in illo instanti aul post illud miraculose sanaretur, esselne martyr?

R. idem posse inquiri, si Deus ipsum jam mortuum ressuscitaret. Dicendum itaque, fore in hoc casu vere martyrem, modo tamen non peccaret mortaliter. An autem essel in gratia confirmatus? quidam asserunt ut congruum divinæProvidentiæ; sed cum id non sit ullibi revelatum, incertum est.

Insl. Si martyrium causet gratiam *cx opere operato,* erit sacramentum.

R. N. sequelam. 1° Quia non estcæremoniasacra a Deo instituta, qua ordinarie uti debeant homines ad gratiam consequendam. 2' Quia non constat rebus el verbis. 3° Quia non est signum vi sua active causans gratiam : quæ omnia requiruntur ad sacramenla novæ legis.

Petes utrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata ?

Q. 66. a. 12. o. — *R.* esse potissimum ratione effectus, scilicet gratiæ, quem in eo operatur passio Christi. Etenim in baptismo aquæ passio Christi operatur per quamdam figuraient repræsentalionem; in baptismo sanguinis, per imitationem rcalcm operis. —in/ι. d. ά. q. 3.a.3. q 4. — Insuper gratia in baptismo sanguinis magis quam in baplismo aquæ augetur habenti, et amplior datur non habenti, si impedimentum non adsit : ct remissio peccatorum, quamvis non sil picnior, quia uterque omnem pœnam ct culpam tollit, tamen est in baplismo sanguinis cflicacior ct fructuosior, quia secundis maculis non inquinatur, ut dicunt Damasc. ct S. Greg. Naz. Orat. 39 in Sancta Lumina.

Dixi, *ratione effectus scilicet gratia? ;* quia baptismus aquæ præstal, 1°in ratione sacramenti ; martyrium enim, ul dictum est, noncstsacramcnium. 2°In modo causandi, quia baptismus aquæ causai *ex opere operato* active physice, martyrium aulem passive tantum ct moraliter. 3° Baptismus aquæ imprimit characterem, non martyrium.

Omittimus art. 10 S. Th. de ritibus baptismi, quia redibit infra.

DISSERTATIO II.

DE MINISTRO BAPTISMI.

Duplex distinguitur minister baptismi: unus ordinarius et ex officio, alter extraordinarius el cx delegatione.

Mulierculis facultatem baptizandi solemniter concessisse Marcionistas, Pcpusianos, el Collyridanos, testatur Epiphan. Ilæres. 42 el79, quarum petulantiam redarguunt Teri. l.dcPræscrip.c.4,cll. deBapl.c.7, et conc. Carlhag. 4, can. 100.

E contra Calvinus, lib. 4 Instil, c. 15, §2° et seq. fatetur « Mullis quidem ab hinc sæ» culis, adeoque ab ipso fere Ecclesiæ exor» dio usu receptum, ul in periculo morlis p laid baptizarent ; » sed negat id posse sustineri. Utrum consuerit baptismum a laicis collatum esse irritum aul tantum illicitum, non constat: ct ideo ejus sectatores in hoc sunt divisi. Eumdcm errorem tribuit quibusdam Graecis rccentioribus Arcadius, 1.1 dc Bapt.

Inter veteres qui censebant nullum esse baptismum collatum ab haereticis, verisimile csl eos idem censuissc de baplismo collato a laicis non baptizatis; quia pro utrisque currebat palmare eorum principium : *Nemo dat quod non habet.*

ARTICULUS I.

tjutssil minister solemnilatis in baptismo?

Hic q. 67. a. 1. ct 2. o.— *Dico.* Omnis ct solus sacerdos vi suæ ordinationis est ordinarius minister solemnilatis in baptismo; diaconus vero est tantum minister extraordinarius , ct cx delegatione episcopi vel presbyteri.

Prob. 1° *ab auctoritate.* Lib. 3 ConsliL Apost. c. 1 i, Clemens papa sic loquitur : « Neque reliquis clericis potestatem bapti» zandi facimus, ul lectoribus, cantoribus, » janitoribus, aut ministris, nisi tantum «episcopis ct presbysteris, ministrantibus «diaconis. «Gelasius, in Epist. ad Episc. per Lucaniam, refertur d. 93, cap. *Diaconos* 9, dicit: « Diaconos propriam consliluii» mus observare mensuram. *S* El infra: » Absque episcopo vel presbytero baptizare » non audeant, nisi, praedictis ordinibus » fortasse longius constitutis, necessitas cx» trema compellat. » Dist. 25, cap. *Perlee-*

its .'«Ad diaconum pertinet assistere saccr-» dotibus ct ministrare in omnibus quæ » aguntur sacramentis Chrisli, in baptismo, uin chrismate, patena ct calice. » Cap. *Constat* de Consccr. dist. i : « Constat bap-» tisma solis sacerdotibus esse tradendum, » ejusque ministerium ncc ipsis diaconis cx-» plere est licitum, nisi, his procul absenti-» bus, ultima languoris necessitas cogat.» Conc. Florent, in decreto Unionis : « Minis-» ter hujus sacramenti est sacerdos, cui ex » officio competit baptizare. » Item Calechismus Rom. p. 2 de Bapt. n. 18.

Ibidem a. 2. — *Prob.* 2° *ratione.* Ad sacerdotem pertinet eucharistiam conficere: eucharistia autem est sacramentum unitatis ct pacis, juxta illud 1 Cor. 10 : *Unus panis el unum corpus mulli sumus, qui de uno pane ct uno calice participamus.* Atqui per baptismum homo fit particeps ccclesiasticæ unitatis, accipitquc jus ad mensam Domini : ergo, sicut perlinet ad sacerdotem ex officio eucharistiam consecrare, proprium ejus officium est baptizare; quia ejusdem est causæ totum facere, cl paries ad ipsum totum ordinare.

Confirmatur. Ii soli cooptare possunt fidc-'cs in Ecclesiam seu in corpus Christi mysticum, quod fit per baptismum, qui habent potestatem in illud : atqui soli sacerdotes el non diaconi habent potestatem in corpus Christi mysticum : ergo. *Prob. minor.* Potestas in corpus Chrisli mysticum derivatur cx potestate in corpus ejus naturale : atqui soli sacerdotes ctnon diaconi habent potestatem in corpus ejus naturale: ergo.— ibid.a, 1 o. —Adde quod vox græca *diaconus* idem sic ac latine *minister :* unde dist. 93, cap. 17, dicitur cx conc. Carthag. 4 : « Diaconi ilasc » presbyteri sicut episcopi ministros cssecо-» gnoscant. »

Quod autem diaconi possint ex delegatione episcopi vel sacerdotis baptizare solemniter, *patet* 1° cx juribus cil. C. *Diaconos* elC. *Constat*;2°cx Tcrtull. l. de Bapt. c. 17, et S. Ilieron. adv. Lucifer, qui expresse id asserunt; 3° exemplo S. Philippi diaconi, qui baplizavit Shnonem Magum, Act. 8, ct eunuchum Candacis reginæ, ibid. 4° ex Ordine Romano, juxta quem episcopus diaconis dum ordinantur dicit : «Cogitate ma-» grwpcre ad quantum gradum Ecclesia-» ascenditis; diaconum enim oportet mini-› Share ad altare, baptizare et prædicarc. »

Quod sic iiitclligilur, ut diaconus vi ordinationis suæ habeat quod possit delegari ad baptizandum solemniter, ct sic delegatus agat cx officio.

Dixi in conclusione, *vi ordinationis,κά* jure divino; quia jure ecclesiastico effectum csl 1° ul prioribus Ecclesiæsæculis, præscrlim cum bis tanlum in anno baptismus $o-Icmnis conferretur, episcopi sibi reservarent munus baptizandi, ut constat cx Tcrtull. el S. Ilieron. citatis; ita ul tunc sacerdotes non possent licite baptizare sine licentia episcopi : ct hoc tum ob majorem ordinis episcopalis commendationem, tum ob celebritatem festivitatis Paschæ cl Pentecostes, quibus diebus tantum solebat baptismus solemniter administrari ; tum etiam quia tunc non erant baptisteria nisi in cathcdralibus ct majoribus ecclesiis.

El hic præoccupantur instartiæ quorumdam , qui volunt episcopos primo loco, presbyteros autem secundo loco lanium ct ex licentia episcopi esse ministros ordinarios baptismi. Id quidem verum fuit jure ecclesiastico pro tunc, non autem jure divino ct vi ordinis, *ul patet cx probationibus conclusionis ,* præserlim cx Conslil. Aposl. conc. Flor, ct Catcchismo Rom. item cx Innoc. I, Epist. ad Decentium, cap. 3, tom. 2 Conc. ubi de presbyteris dicit : « Sive extra epi-» scopum, seu præsen te episcopo baptizant.» Imo ipse Paulus 1 Cor. 1 dicebat : Aon *int misit Christus baptizare, scdcvangclizarc.* Et nunc vix reperiuntur episcopi qui baptizent; sed soli sacerdotes, nulla requisita licentia, hoc munus obeunt.

2° Jure ecclesiastico sancitum est ut, quamvis omnis sacerdos vi sui ordinis habeat potestatem baptizandi, ea tamen suspensa maneret, ncc posset ea licite uti, etiamsi privalim c'-.Ga casum necessitatis, msi haberet jurisdictionem ordinariam vel delegatam. Ita colligitur ex cap. *Interdicimus,* causa 16, q. 1; cx Rit. Rom. ubi legimus baptismi ministrum *esse parochum vel alium sacerdotem a parocho vel ab ordinario loci delegatum;* ct cx communi praxi Ecclesiæ. Neque tamen sequitur quod baptismus ab alio quam a parocho collatus sil irritus, sicut absolutio collata sine jurisdictione est irrita; non enim hæc jurisdictio requiritur ad valide, sed ad licite baptizandum; neque baptizare est actus jurisdictionis in subditum sicut absolutio, sed csl actw

habendis jurisdictionem ad licite agendum qtiod agit, ut acute observat Sylvius.

Hinc inferes, graviter peccare sacerdotem qui, extra casum necessitatis, baptizat sive solemniter sive privalim infantem absque licentia proprii parochi ; quia violat præceptum Ecclesiæ el usurpat jus alterius. Quapropter nec parentibus licet suos infantes baptizandos alieno parocho offerre. Nulla tamen legitur in jurc irregularitas statuta in sacerdotes sic baptizantes; secus de diaconis, ul mox dicam.

Dices. Per baptismum annumeratur quis populo chrisliano, ul dictum est, quod quidem videtur ad solius principis officium pertinere : atqui principatum tenent in Ecclesia episcopi. Ergo.

Ibid, ad 2. — It. quod in qualibet republica, ea quæ sunt minora pertinent ad minores officiales, majora vero majoribus reservantur: unde ad minores civitatis principes pertinet disponere dc minore populo, el ad summos principes perlinet disponere ea quæ perlinent ad majores civitatis : per baptismum autem non adipiscitur aliquis nisi infimum gradum in populo chrisliano · el ideo pertinet ad minores principes Ecclesiæ, id est, ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta discipulorum.

Petes 1° utrum etiam subdiaconi vel inferiores clerici possint delegari saltem a papa ad baptizandum solemniter?

R. Id nunquam facium legitur. *Sed esto* summum pontificem posse dispensare cum suhdiacono ul adhiberet solemnitales solitas; id enim implicare non videtur, cum sint ex institutione Ecclesiæ; non posset tamen dici simpliciter baptizare solemniter, quiarà *solemniter* significat etiam baptizare cx officio : et in hoc differret subdiaconus a diacono delegato, qui supposita delegatione baptizat ex officio, quatenus habet visui ordinis ul possit ad hoc delegari, sicut dictum csl.

Petes *2° utrum diaconussinc commissione episcopi aut sacerdotis, fiaptizansin extrema necessitate, possit baptizaresolemniter ?

71. *probabilius affirmative.* Quia plus videtur illi a jure concedi quam laicis, qui possunt in necessitate baptizare sine solemnilatc : aliunde commissio facta a jure potest censeri tacita commissio episcopi. El ita significat Glossa m can. cil. *Diaconos,* (livens quod, *Ubi necessitas exigit,el presbyter est absens, potc.it diaconus jure suo baplitare ;* h;e enim parliculæ jure *suo,* respiciunt solcmnilalem baptismi, ad quam diaconus vi ordinis sui potest delegari.

Petes 3' utrum diaconus possit sine, necessitate delegari ad baptizandum solemniter?

R. negative. Quia vi sui ordinis non habet jus ordinarium sic baptizandi, sed tantum extraordinarium, idcoquein necessitate tantum usurpandum ex commissione. Secus dicendum de sacerdote non habente jurisdictionem ; cum enim ille vi sui ordinis habeat jus ordinarium baptizandi solemniter, et tantum usus juris prohibeatur, quando deesl consensus parochi, eo consensu accedente , potest in quocumque casu sine causa baptizare. Porro necessitas committendi diaconum non videtur debere esse extrema, sed sufficit rationabilis, puta, notabilis utilitas Ecclesiæ vel proximi.

Petes 4° utrum diaconus extra necessitatem baptizans solemniter sine commissione episcopi vel sacerdotis, incurrat irregularitatem?

R. cum communiori scntcnliaaffirmative, ex cap. St *quis* 1, Extra, lib. 5, lit. 28, ubi sic legitur : a Si quis baplizavcril, aut ali-» quod divinum officium exercuerit, non » ordinatus, propter temeritatem, dc Ecclc-» sia abjiciatur et nunquam ordinetur. » Atqui diaconus vi suæ ordinationis non habet quod possitjure ordinario baptizare solemniler, sed tantum quod possit ad id delegari in necessitate.

Idem u *fortiori* dicendum de subdiacono el inferioribus clericis, imo et probabilius saltem dc laicis qui solemniter baptizant ; quia, quamvis titulus canonis sit de *Clerico non ordinato,* ipsa tamen Decretalis est generalis, lam laicum quam clericum comprehendens; dicit enim :Si *quis non ordinatus:* est autem præfercnda titulo qui, a quo sit adjectus, ignoratur. Adde in antiquis codicibus haberi pro titulo, *De* non *ordinato ministrante,* ul fert notatio Gregoriana.

Dixi, *baptizans solemniter;* quia , cum baptismus privatus non sit actus ordinis, non subjicitur præsentis Decretalis irregularitati.

ARTICULUS II.

Quis si/ minister necessitas in baptismo

Dico. Quilibet homo, sivo presbytersivo

vir sive mulier, sive catholicus sive haereticus, sive fidelis sive in fidelis, adhibitis essentialibus, materia, forma cl intentione, semper valide baptizat, ct in necessitate licite.

Hæc conclusio præcipua ex parte probata manci ex his quæ sal prolixe deduximus de sacramentis ingcncrc, tumdiss. 5, a. 3, ubi probavimus per ministros malos, hærelicos rt infideles sacramenta valide administrari ; turn in digress, hislor. de dissidio inter S. Stephanum papam et Rebaptizantes, in calce ejusdem diss. Ilis hic suppositis et a studioso lectore relegendis,

Prob. prima pars Terlull. lib. dc Bapt. c. 17 . *a* Baptismus, inquit, æque Dei cento sus ab omnibus exerceri potest. »

S. Aug. l. 7 de Bapt. c. 53 : « Non dubi» tarera, inquit, habere cos baptismum, qui » ubicumque et a quibuscumque illum ver» bis cvangelicis consecratum , sine sua si» mulationcctcum aliqua fide suscepissent.»

Cone. Lai. 4 cap. *Firmiler,* definit « sa» cramcntum baptismi a quocumque rite » collatum, proficere ad salutem. »

Gap. *Romanus,* de Conscc. dist. 4, dicitur ex Isidoro : « Romanus pontifex non D hominem judicat qui baptizat, sed Spiri» tum Dei subministrare gratiam baptismi » licet paganus sit qui baptizat. »

Nicolaus I in Rescripto ad consulta Rulgarorum, c. 104, relatus eadem dist. cap. *A quodam,* dicit : « A quodam Judiro, nes» ciris utrum Christiano an pagano, multos » in patria vestra baptizatosasscritis, et quid d *de* istis sit agendum consulitis. Ili pro» fccto, si in nomine saneiæ Trinitatis bap» tizati fuerint, constat cos non esse bapti» zandos. *n*

In causa S. Cypriani et aliorum rebaptizantium, Ecclesia pluries definivit baptisma collatum ab hæreticis esse validum, illudque iterari prohibuit. Vide locis citatis de sacramentis in genere.

Ilis adde, baptismum fuisse valide collatum nb Apostolis, dum erant adhuc laici, n Juda apostata, ab Anania , ut constat cx S. Scriptura ; item a pucroS. Athanasio cl ab aliis pueris, ut vidimus eadem diss. de sacram, in genere a. 6, § 1.

Ratio a priori, est voluntas Christi instituentis, quæ ex traditione, praxi cl definitionibus Ecclesiæ nobis innotescit.

Insuper, ut arguebamus loco cit. contra rebaprizanlcs, minister baptismi operatur ul instrumentum : atqui instrumentumnon agil secundum propriam formam aut virtutem, sed secundum virtutem principalis agentis a quo movetur ; et ideo accidentarium est instrumento qualcmcumque formam habeat præter id quod exigitur ad rationem ins'rumcnti ·. sicut per accidens csl quod corpus medici, quod est instrumentum animæ habentis artem, sit sanum vel infirmum : ergo quiciimquc sit minister baptismi , modo essentialia adhibeat, valide baptizat.

Item. Baptismus a quocumque collatus in necessitate, est licitus, ut mox dicam, consequenter validus : ergo eliam extra necessitatem est validus. *Patel conseq.* quia necessitas rerum essentias nec potestatem ministerialem mutat, nisi forte ubi requiritur jurisdictio in subditum, sicut in sacramento pœnitenliæ; qualis non requiritur in baptismo.

Prob. secunda pars conclusionis. Cone. Illibcritanum,can. 38, approbat baptismum a fideli laico collatum in extrema necessitate.

S. Aug. lib. 2contra Epist. Parmen, cap. 13 : « Etsi laicus, inquit, baptismum pe» rcunti dederit necessitate compulsus.... » nescio an pie quisquam dixerit repclcn» dum esse. Nulla etenim cogente necessi» tatesi fiat, alieni muneris usurpatio est; » si autem necessitas urgeat, aut nullum aut » veniale delicium est : sed, etsi nulla usur» petur necessitate, cl a quolibet cuilibet » detur, quod datum fuerit non potest dici » non datum, quamvis recte dici possit illi» cite datum. » Quibus verbis S. Aug. utramque pariem conclusionis asserit.

Urbanus papa II, in Epist. ad Vitalem, cap. *Super quibus,* causa 30, q. 4, ail : <rSu» per quibus consuluit nos tua Dilectio, hoc » videtur nobis cx sententia respondendum, » ut ct baptismus sit si, instante necessitate, » fœmina puerum in nomine Trinitatis bap» tizavcrit.o

Cone. Flor, in decreto Unionis : e In cau» sa necessitatis, inquit, non solum sacerdos » el diaconus, sed eliam raicus mulier, imo » etiam paganus et hærcticus baptizare po» test, dummodo formam Ecclesiæ servet ct » facere intendat quod facit Ecclesia. »

Hic q. 67. n. 3. — Ratio congrua volimblis Christi sic instituentis, *est maxima hujus* sacramenti necessitas, sine quon_c pueri salvari possunt t ncc adulti consequi regula-

Hier remissionem totius pœnæ. Ad misericordiam enim Dei qui *vult omnes homines talvos fieri,* perlinet ut in his quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inveniat. Ergo, sicut institutum est ut materia naptismi sit communis, scilicet aqua,quæ facile a quolibet haberi potest, ila cl minister sil quilibet homo.

Totam hanc hujus ctpræcedcntis articuli doctrinam luculenter exponit cl asserit Catcchismus Rom. p. 2, n. 18 ; legatur.

Solvuntor objectiones·

Obj. 1° cum Calvino conlra baptismum collatum a laicis. Nullibi legimus in S. Scripturis laicos baptizasse. Ergo.

R. Iu Ar. *ant.* Legimus enim Joan. 3, Apostolos, post institutum baptismum, dum erant adhuc laici, baptizasse. 2° *Dato ant. N. conseq.* Deficiente enim S. Scriptura, sufficit nobis traditio. Sic non legimus in S. Scriptura infantes esse baptizandos, ct tamen admittunt Calvinistæ eos esse baptizandos.

Inst. 1° Christus, Malth. ult. solis Apostolis dixit : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos :* ergo cos solos cl eorum successores cousliluil baptismi sicut verbi ministros.

R. 1" Christum loco cit. non instituisse ministros necessarios baptismi, sed iis jam institutis antequam essent sacerdotes, praeceptum dedisse prædicandi ct baptizandi. 2 *II. conseq.* Eos solos instituit ministros solemnilalis baptismi el verbi, *C.* ministros necessitatis, *N.* Sicut enim laicus imo et mulier potest privalim docere, ita ct privalim baptizare.

Inst. 2'Auctor Constil. Apost. l. 3, c. 10, sic habet : *a* Sed neque laicos concedimus » aliquod sacerdotale mutius exercere, voti Iuli sacrificium, baptismum, manuum v impositionem, » Ergo.

R. S. Clementem 'oqui de baptismo solemni ct extra necessitatem ; perstringit enim ibi laicos qui, exemplo Coro el Osi.e, munia sacerdotalia temere usurpabant.

Insl. 3" Majus est baptizare quam solemnitates baptismi adhibere : atqui cx dictis laici non possunt solemnitates baptismi adhibere : ergo nec baptizare.

Il I). maj. Majus est cl simul magis nefrcs-' ii ' quam solemnitates ad-1 bibero, *C.* cl non magis necessarium, N. Unde *concessa min. N. conseq.* Admittuntur enim laici ad baptismum privalim ministrandum , non propter majorem aut minorem ejus dignitatem, sed propter ejus necessitatem.

Inst. S. Basilius, in Epist. ad Amphiloch. cap. 1, reprobans baptisma hærelicorum, dicil ab his baptizalos *esse rebap·lizandos vetula laicis baptizalos.* Ergo supponebat nullum esse baptismum a laicis collatum.

R. S. Rasilium circa utcumque baptisma cumaliis Rebaptizantibus errasse, quorum errorem Ecclesia proscripsit.

Insl. 5° Ecclesia quidem prohibuit baptizalos ab hærclicis rebaptizari, sed nor baptizalos a laicis; neque enim legitur tunc fuisse disputatum inter Rebaptizantes el S. Stephanum dc baptismo laicorum, quamvis illud rebaptizantes pro principio assumerent; arguebant enim sic : Baptizali a laicis sunt rebaptizandi › atqui baptizali ab hærclicis sunt baptizali a laicis : ergo baptizari ab hærclicis sunt rebaptizandi. Majorem , inquam , propositionem hujus argu menti non videtur in disputationem ve nisse, ncc a S. Slephano et aliis orthodoxis negatam. Ergo.

R. equidem cx professo non fuisse tunc disputatum dc baptismolaicorum, quia tota disputatio fervebat circa baptismum hærclicorum. Attamen Ecclesia , reprobando opinionem Rebaptizantium, ejus simul fundamentum reprobavit, quod ct apertius postea præslitif.

Insl. 6° S. Ilieron. in Dialogo adversus Lucifcrianos, hoc principium , *Baptismus collatus a laicis csl nullus,* supponit ul verum. Ergo. *Prob. ant.* Ex hoc principio prohat contra Lucifcrianos qui episcopos Arianos reputabant laicos, eos vel debere rejicere baptisma Arianorum quod admittebant, vel admittere eorum ordinationes quas rejiciebant.

R. /N. ant. Ad prob. dico S. Ilieron. non cx propria, sed adversariorum sententia argumentari ad hominem , quasi dixisset. Vos rejicitis baptisma laicorum, et admittitis baptisma Arianorum : ergo sacerdotes Arioni secundum vos non sunt laici : ergo vel eorum ordinationem admittere debetis, aut eorum baptisma rejicere,

Inst. 7 <*\ historia ecclesiastica. Clerus

Edissenus, Epist. ad Pholium, quæ exstat iu Aciisconc. Chalced. act. 10, rogat ut, imminente festivitate paschali, remittatur episcopus Ibas, *propter calcchismos ct propter cos (pii digni sunt sancto baptismale.* S. Greg. Epist. 32, nunc 33, lib. l ad Romanum , Italiæ cxarchum, ipsum horiatur ne detineat in civitate Ravennate Blandum , episcopum Hortensem , quia eo absente populus quasi grex sine pastore diffluit, et *infantes sine baptismo* moriuntur. Atqui si possint baptizare laici, utquid urgere praesentiam episcorum? Ergo.

R. hoc argumento probari nequidem sacerdotes posse baptizare etiam ex commissione episcopi ; pariter *emvnsubsumam.* Atqui si possint baptizare sacerdotes saltem ex licentia episcopi, utquid ugerc praesentiam episcoporum? Dicendum itaque, requiri el exoptari praesentiam episcoporum in suis ecclesiis, non ideo praecise quia nulli erant præler ipsos qui privatim saltem possent baptizare, sed quia 1° episcopi tunc temporis sibi reservaverant munus baptizandi solemniter in festivitate Paschæ et Pentecostes, ut diximus ; 2° quia iis absentibus negligcbanlur catcchismi cl morum correctiones; populus, quasi grex sine pastore, errori, ignorantiæ, vitiis indulgebat, et parentes suorum infantium sanitati confidentes, eorum baptisma differebant · unde plurcs sine baptismate moriebantur.

Obj. 2° contra baptismum a non baptizatis collatum. Conc. Illibcritanum videtur decernere quod, qui non est baptizalus, item qui est bigamus, non possit baptizare. Ergo.

II. sensum concilii esse, quod, ubi sunt plurcs, inter quos rcpcriunlur baptizaliaut non bigami , ii prius assumendi sint ad baptizandum quam non baptizalus aut bigamus.

Inst. 1° Cap. *Si quis* 1, q. 1, ex S. Isidoro , decernitur baptizalus a non baptizato debere denuo baptizari. Idem delinit Greg. III, in Epist. ad Bonifac. relata dc Conc. di.sl. 4, cap. *Quos a paganis.* Ergo.

It. ad primum, hæc verba non esse S. I idori, el mendum irrepsisse in textu Gratiani, siquidem contrarium ibidem expresse definiatur; additur enim, *sed Romanus pontifex,* etc., ut retulimus in probationibus conclusionis. *Sed esto* id dixerit S. Isidorus, ad ipsum respondemus sicut ad S. Gregorium, ipsos loqui dc paganis φὺ non servant formam evangelicani.

Insl. 2 ' *cx Patribus,* imprimis ex Tcrlull. qui, I. de Bapl. c. 17, laicum non posse baptizare, quia, inquit, *quodrra/ accipitur, cx æquo dari potest :* quæ verto cliam exscribit S. Hieron. adv. Lucifer. Ergo supponit quod qui baptismum non accepi, illum dare non possit.

R. N. conseq. Sensus enim islorum verborum , *quod ex æquo,* etc., non est, baptismum possedunlaxat dari abeo qui suscepit, sed omnino contrarius, hic scilicet: *quod ex æquo,* id csl indiscrirninalim, ab omnibus *accipitur,* ita *ex æquo,* id csl indiscriminalim, ab omnihusin necessitatem *dari potest;* addit enim ibidem Teri. *Æqui Dei census ab omnibus exerceri potest.*

Insl. 3° SS. Paires qui contra Cyprianum el Donatislas decertarunt, probanth·· rclicos valide baptizare , quia cum baptismum quem acceperunt non amiserint, cliam jus illum conferendi non amiserunt: sic inter alios arguit S. Aug. lib. l deBapl. c. 1. Ergo supponunt eos posse lanium baptizare qui sunl baplizali.

R. Paires arguere contra Rebaptizantes cx eorum principio, quod tamen non admittebant. Vulgatum erat apud Rclmplizantes principium , *Nemo dat quod non habet :* subsumebanl : Atqui hærclici non habent baptismum : ergo non conferunt illum. Patres, dato gratis hoc principio, subsuincbanl e contra : Atqui hærclici non amiserunt baptismum, quem acceperunt in Ecclesia : ergo ncc jus illum conferendi.

Insl. 4° S. Hieron. contra Lucifer, dicit· .Vovam *rem asseris, ul Christianus quisquam factus sil ab eo qui non fuit Christianus.* Ergo.

R. S. Hieron. illic intelligcre Christianum, non qui csl baptizalus, sed qui habet tidem ebristianam, scilicet veram ct catholicam ; subjungilenim immediato : *Accedens ad Arianos in qua fide baptizalus csl?* scilicet, in tide Arianorum. Vult ergo S. l). probare quod, qui sciens baptizatur ab Arianis, quibus consentit, non sil vere Christianus, id est, non habeat veram cl Christianam tidem, sed Arianam , et ideo dicit, *Novam rem asseris,* etc.

Insl. 50 Saltem negari non potest quin S. Aug. lib. 7 de Bapt. c. 53, dubitaverit de \a loro baptismi a naganocollali. Ergo.

R.S. Aug pro sua modestia nihil hac dc re affirmare voluisse ; quia, ul ipse dicit, nonthim erat in Ecclesia definita. Addit tamen ibidem se esse sic affectum, ul « non d dubitareleos habere baptismum, qui ubi» cumque, cl a quibuscumque illum verbis d cvangelicis consecratum, sine sua simup lationect cum aliqua fide, suscepissent.»

Urgebis tandem celebre dictum Rebaptizantium: *Nemo dat quod,* non *habet:* atqui paganus non habet baptismum : ergo.

Hic. q. 64. a. 5. ad. 1. *R. D.maj.* Nemo dat quod non habet neque aciu, neque virtute, *C.* quod non habet actu, habet tamen virtute, IV. Quilibet autem homo habclbaplismum virtute, quatenus Deus potest illo uti ul instrumento ad efficiendum sacramentum.

Olj. 3° contra bapl. datum a mulieribus. Tcrlullian. SS. Epiphan. Chrysost. redarguunt petulantiam mulierum quæ usurpabant ministerium baptizandi; ct conc. Carthag. 4, anno 398, can. 100, sic decernit: *Mulier baptizare nonprasumat.* Gratianus equidem addit, *nisi necessitate cogente, sed* gratis; id enim non legitur in textu concilii, ul constal ex collect. Labbei, torn. 2, pag. 1207. Ergo.

Hic q. 07. a. 4. adi. R. in his omnibus testimoniis sermonem esse dc baptismo solemni, ul cx eorum Icclionc patet, a quo excluduntur mulieres, quibus tamen quidam haeretici, ut dixi in prænolaminibus, facultatem illum conferendi concedebant. Quantum ad canonem conc. Carthag. verum csl additionem Gratiani in eo canone non reperiri, sed colligitur ex præccdcntc 99, in quo dicitur: *Mulier quamvisdocta ,* in *conventu docere non prasumat.* In sequenti ergo canone pariter inlclligi debet: In contentu *mulicrbaptizarcnonprccsumat,* id est, solemniter cl sine necessitate; quia in conventu seu in ecclesia baptizatur solciuniler cl adsunt sacerdotes ct viri qui baptizaro possunt, sicquc non csl necessitas compellens mulierem ad baptizandum.

Obj. ufltmo.Conc.Flor, assignanslaicum, paganum, mulierem pro ministro baptismi, exprimit casum necessitatis: ergo supponit extra casum necessitatis præfalos non esse ministros. Item absolution quolibet sacerdote collata in casu ncccssilaliscst valida, extra casum necessitatis csl invalida. Ergo similiter baptismus.

R. ad primum, nos pluribus aliis auctoritatibus et rationibus probasse baptisma collatum etiam extra casum ncccssi-alis esse validum ; imo ct quia in necessitate csl calidus, cliam extra necessitatem esse validum, quia necessitas non mutat essentias rerum, ul dictum est. Quando ergo conc. Florent, dicit quod in casu ncccssitalisquilibelhomo possit baptizare , inlclligit quod possit baptizare licite ; quia extra casum necessitatis, licet valide, non tamen licite baptizat.

Ad *secundum N. conseq.* Quia , ul jam dixi, ad absolutionem , cum sit per modum judicii, requiritur juridisdictio proprio dicta in subditum , quam Ecclesia cuilibet sacerdoti non concedit nisi in casu necessitatis ; hujusmodi autem jurisdictio non requiritur ad baptismum, siquidem ille qui baptizatur sit extra Ecclesiam.

ARTICULUS III.

Leviores quædam difficultates circa ministrum baptismi succincte resolvuntur.

Petes 1°utrum et quis ordo servandus, s plurcs adsint puero periclitanti baptizando ?

Q. 67. α. 4.0. R. Per se loquendo, mulier non debet baptizare præsente viro; laicus, præscnlc clerico; clericus minor, præsente subdiacono; subdiaconus, præsente diacono; diaconus, præsente sacerdote; sacerdos alienus, præsente proprio.

Ratio hujus ordinis petitur ex dignitate el jurisdictione inter personas servanda: vir enim est caput mulieris, i Cor. 11 ; clericus charactere insignitus præslal laico in ordine ad munia ecclesiastica; clericus major minori, præsertim diaconusinferior bus clericis, quia diaconus vi suæ ordinationis habet quod possit delegari ad baptizandum solemniter, et α *fortiori* sacerdos diacono, quia proprium sacerdotis officium est baptizare; tandem proprius sacerdos alieno, quia cx ordinatione Ecclesiæ hoc jus ilh competit.

Ila post Auctorem docet Calcchismus Rom.p. 2 dcBapt.n. 18, ct statuit Ril.Rom. de ministro Bapl. l›'S verbis : «Sed si adsit » sacerdos, diacono praeferatur; diaconus «subdiacono; clericus laico; nisi pudoris » graliadeceat fœminam potius quam virum » baptizare infantem non omnino editum , » vel nisi melius fœmina sciret formam ct » modum baptizandi. »

Propter has cl alias exceptiones, dixi in

resp. *per se loquendo;* videtur enim quod etiam debeat excipi, si sacerdos nollet nisi mediante pretio baptizare, aut crederetur in malo statu ; tunc enim diaconus, aut clericus minor, aut etiam laicus posset baptizare : etiam, ul videtur, posset mulier fidelis , praesente pagano aut hærelico, propter periculum perversae intentionis ct reverentiam sacramenti.

An autem posset obstetrix aut alter laicus præsentc sacerdote excommunicato? Arbitramur probabilius cum Sylvestre, Navarro, Suares ct aliis, quod posset el deberet ; quia cxcommunicatus, c. *Per venerabilem,* § *Sunl autem,* Extra, lib. 4, lit. 17, traditus estsatanæ, el voluti mortuus a communione fidelium separatur : præfcrenda autem videtur mulier viro ab Ecclesia separato, quoad rem Ecclesiæ. Neque obstat quod, baptizare sine solemnitate in necessitate, non sit actus ordinis; non enim in hoc facimus vim, sed in hoc quod sit separatus ab Ecclesia , ideoque in ofiicio Ecclesiæ quod per utrumque potest perfici, sit postponendus laico in Ecclesia exislenti.

Petes 2° quale sit ncccalum ordinem statutum sine causa invertere?

R. cum communiori sententia quod, prætermittere sacerdotem etiam consentientem, sil peccatum mortale, quia sacerdos vi suæ ordinationis est minister cx ofiicio, ct ideo jus illius ortum cx potestate ordinis læditur in re gravi, nec potest sacerdos huic juri renuntiare sine injuria ordinis cl sacramenti.

Idem multi probabiliter existimant, si prætermiltatur diaconus; quia diaconus, ut dictum est, vi ordinis potest ex commissione conferre baptismum etiam solemniter, ex quo acquiritur ipsi jus speciale, licet incompletum el medelum , ad baptismi collationem : unde videtur gravis injuria illi ordini et sacramento illata, si istud jus ab alio usurpetur. Neque tamen improbabilem censeo sententiam aliorum, qui volunt quod violatio juris remoti ct indirecti non sit tam gravis ut constituat peccatum mortale ; quod non debet asseri sine gravi fundamento.

Probabilius est autem quod, si prætcrmittalur subdiaconus.a *fortiori* clericus minor, aut vir laicus, non sit nisi peccatum veniale, Cum enim nulli horum competat etiam remole ct inoireolc baptizare ex ofiicio , nec ideo ullus sit proprius baptismi minister, nullius jus videtur violari, saltem gravi*1er,* nec nisi levis irreverentia sacramenti.

Petes 8° utrum aliquis possit baptizare scipsum ?

Hic q. 66. a. 5. ad 4.—*R. negative.* 1°Quia dicendo, *Baptizo me,* mutaretur essentialiter forma. 2° Quia baptismus est quædam regeneratio spiritualis; sicut ergo nemo potest generare seipsum, ita nec seipsum baptizare. 3° Quia esset contra institutionem Christi, qui ministrum ct subjectum baptismi aperte distinxit, dum dixit, *baptizantes cos* : unde ipse voluit baptizari a Joanne. Et ita definivit Tnnoc. III, cap. *Debitum,* Extra, lib. 3, tit. 42. Neque obstat quod quis etiam laicus possit se communicare, ul olim factum legitur apud S. Cyrilluin Jcros. Catcch. 5. Aliud enim nutriri, aliud gigni ; potest quisquis scipsum nutrire, non potest seipsum gignere.

Petes 4° utrum plures valide possint simul unum baptizare? Pono *valide;* licite enim non posse certum est, cum hoc sil contra morem Ecclesiæ ct institutionem Christi, qui cum sit unus, voluit per unum ministrari sacramentum, ut mox dicam.

R. unum posse a pluribus baptizari triplici modo, ct secundum diversum modum, quandoque baptismum esse ratum, quandoque irritum. Igitur

Hic q. 67. o. 6. o. —Vel plures simul effundunt aquam ct dicunt, *Nos te baptizamus,* intelligendo *baptizamus* conjunclim, ita ut concurrant tanquam causæ partiales ab invicem depenocites ; sicut si plures trahentes navim dicerent, *Trahimus navim.* Hoc modo non valet baptismus, quia videtur esse contra rationem ministerii ; homo enim non baptizat nisi ut minister Christi : unde sicut Christus est unus, ita oportet esse unum ministrum qui Christum repræsentet, el sua actione totali, *ul patet* cx usu Ecclesiæ, tanquam minister integer faciat totum quod significant verba formæ, *Ego te baptizo.* Et ideo intentio contraria videtur cxeludere baptismi sacramentum. Si tamen intelligercnl το *baptizamus* divisim , ila ut singuli intenderent baptizare totaliter et independentor ab invicem, valeret baptismus; quia tunc adesset materia, forma et ministerio, perinde ac si unusquisque diceret, Ego *te baptizo,* sicut in modo sequenti. Unde

Ibid. — 2° Vel singuli offundentes aquam dicunt, *Ego te baptizo,* tanquam causæ totales et ab invicem independent, quod

posset contingere in casu quo singuli contentiose aliquem baptizare conarentur : hoc modo valet baptismus, quia singuli exprimunt suam intentionem, clquasi singulariter baptismum conferunt. sic tame'.i, ut qui prius verba proferret daret sacramentum, alius vero nihil faceret; etsi verba pronuntiare præsumeret, esse puniendus tanquam rebaptizator. Si autem omnino simul aquam effunderent ct verba proferrent, essent puniendi de inordinato modo baptizandi , sed non dc iteratione baptismi ; quia singuli intenderent non baplizalum baptizare, cl uterque quantum in se est baptizaret : nec traderent aliud ctaliud sacramentum, sed Christus qui est unus interius baptizans, unum sacramentum per utrumque conferret.

Neque repugnat quod unus effectus procedat ab una causa principali per plura instrumenta, praesertim quando effectus csl supcrnaluralis, ul in casu. Aliunde formæ et materiæ hic multiplicantur materialiter tantum cl in esse naturæ, non formaliter ct in ratione formæ et materiæ sacramenti; quia ab agente principali, qui est Christus, diriguntur ad unum, cl recipiuntur in uno subjecto, quod non est capax nisi unius baplismi. Unde, quando Auctor supra q. 66, a. 5, ad 4, dicit quod Actus *multiplicatur secundum multiplicationem agentium,* si *perfecte ab unoquoque agatur,* inlelligendus virtute alterius, sed dc agentibus virtute propria; cl ideo dicimus ablutiones multiplicari in esse naluræ.

Ibid, ad 3 ct q. 66. α. 5. ad 4. — 3° Vel tandem sic plures baptizant, ul unus effundat aquam, cl aller formam proférai, ut si unus esse mulus, cl alter brachiis truncatus ; hoc modo non valet; quia integritas baptismi consistit in forma verborum el in usu materiæ : el ideo neque qui tantum aquam effundit, baplizat, quia non profert formam ; neque ille qui lanium verba profert, quia non applicat materiam, ct falsa est forma, dum dicil, Ego *te baptizo,* cum ipse non abluat, ncc conseauentcr baptizet. Neque etiam dici potest, *Nos tc baptizamus,* cum neuter baptizet; neque polesl adhiberi forma Græcorum, *Baptizatur servus Christi,* quia subinlelligitur a nie scu meo actu.

Petes 5° utrum non urgento necessitate liceat baptizare cxlra ecclesiam in qua sunl fontes baptismales?

R. cum Navarro, in Man. c. 22, n. 7 et pluribus aliis *negative,* nisi agatur de filiis rogum aut prineipum. Ita statuit conc. Vien. sub Clemente V, an. 1311, et refertur Clementina *Præsenli,* l. 3, tit. 15, his verbis: « Præscnli prohibemus edicto, ne » quis de cælcro in aulis vel cameris, aut » aliis privatis domibus, sed duntaxatineo » clesiis in quibus sunl ad hoc fontes specia» liter deputati, aliquos (nisi regum vel ροπ» cipum, quibus valeat in hoc casu deferri, » liberi cxlilerinl, aut talis necessitas emer» serit, propter quam nequeat ad ecclesiam » absque periculo propler hoc accessus ha» heri), audeat baptizare : qui autem secus » presumpserit, aut suam in hoc præsen» liam exhibuerit, taliter per episcopum » suum castigetur, quod alii attentare simi» lia non præsumant. » Idem jam prohibuerat conc. Mcldense, an. 845, c. 48. Unde Rituale Pii V sic habet : « Itaque, neccssi» tale excepta, in privatis locis nemo bapli» zari debet, nisi fortcsinl regum aut ma» gnorum prineipum filii, id ipsis ita de» poscentibus, dummodo id fiat in eorum » capellis seu oratoriis, el in aqua baptis» mali dc more benedicta, »

Hinc graviter sunt culpandi parochi qui, honoris causa vel alio simili motivo humano, nobilium infantes baptizant domi, etiamsi in sacello domestico; aut qui, ut exspectent palrinum absentem, baptizant privation , seu, ul communiter dicitur, assecurant domi infantem, suppleturi post adventum palrini rituum solemnilatcm in ecclesia.

ARTICULUS IV.

Dc susceptoribus baptizandorum scu patrinis, per varias quæsliunculas.

Quamvis hæc materia proprie pertineat ad caeremonias baptismi, dc illa tamen hic agit Auctor ; quia patrimis se habcl ad instar ministri in baptismo solemni.

Petes 1° utrum in baptismosolemni requiralur susccplor scupalrinus?

Hic.q. 67. a. 7. o. — *It. a;)innatiw.* Prob. ex S. Dionys., cap. 2 Cœlesl. Hierarch, ubi dicit quod *Sacerdotes* assumentes baplùa(um,tradunt funi *ad educationem susceptori cl duci* ;c\ Tertull., lib. deBapl. ubi susceploros vocat sponsores;ex S. Bas. Episl. 12S; ex S. Chrysosl. Horn. 72 in c. 4,1 Cor. ex S. Aug. serm. 116 de Temp, ex usu Ecclesia'

ubique recepto et vetustissimo, cujus post Apostolorum tempora institutio non invenitur, er quam idco constat esse traditionis Apostolicæ, ul expresse affirmat idem S. Dionys., cap. 7 ibid. Unde esset peccatum mortale baptizare solemniler sine susceptore.

Ibid. — Ralic hujus institutionis congrua est, quia spiritualis generatio quæ fit per baptismum, assimilatur quodammodo generationi caniali : unde dicitur, 1 Petri 2, *Sicut modo geniti infantes,* etc. Atqui in generationi carnali infans recenter natus indiget nutrice et pædagogo : ergo ct in spirituali generatione requiritur aliquis qui fungatur vice nutricis cl pædagogi, informando baptizatum quasi novilium dc his quæ perlinent ad fidem ct vitam Christianam, ad quod prælali vacare non possunt, circa communem populi curam occupati ; parvuli enim et novitii indigent speciali cura prætcr communem.

Dixi, *in baptismo solemni ;* quia, ul jam dictum est, susceptor perlinet ad solcmnitalem cl non necessitatem sacramenti : neque jura loquuntur aut intclligunlur nisi dc baptismo solemni. Et *ratio est,* quia in baptismo privato propter necessitatem collatu, si puer slatim moriatur, non indiget susceptore; si supervivat, designabitur susceptor dum solcmnitatcs adhibebuntur.

Utrum, si nihilominus adhibeatur patrinus in baptismo privato, sit vere palrinus, ct contrahat cognationem spiritualem? *Affirmant* plurcs, *negant* alii, el ul videtur probabilius ; quia institutio patrini est cx præscripto Apostolorum seu Ecclcsiæ; Ecclesia autem de baptismo privato nihil ordinavit quoad palrinus. Sed dc hoc latius dum dc impedimentis malrim.

Petes 2° ad quid teneantur patrini el maIrinæ?

Ibid. a. S. o. — *Ii.* cos teneri sub gravi peccato susceptos imbuere fide, religione el moribus; quia hoc perlinet ad ollicium pædagogi, quod susceperunt. El ita statuitur rap. *Vos ante,* de Cons. d. 4, cx S. Aug. Hæc autem obligatio maxime exurget eo tempore el loco in quo baptizati inter infideles et haereticos nutriuntur; quia si nutriuntur inter Christianos catholicos, possunt patrini ab hac cura eximi, pr.csumendo quod a suis parentibus diligenter instruuntur. Si tamen quocumque modo cognoscerent contrarium, tenerentur secundum modum saluti spiritualium liliorum curam impendere. Insuper contrahunt cognationem spiritualem cum baptizato, ejus patre et matre. De qua alibi. Vide Catechismum Rom. p. 2 de Bapt. n. 22.

Petes 3° quæ conditiones requirantur ul quis sit palrinus?

B. 1° Debet habere animum munus patrini suscipiendi; si enim cx ignorantia aul ex necessitate, v. g. ul cadenti succurrat, infantem dum baptizatur tangeret, aut licet designatus non habeat intentionem suscipiendi id muneris, non esset vere palrinus; quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. 2° Debet esse designatus a parentibus aut in eorum defectu a parocho; ita ut qui se ingererent non designati , non essent patrini. Ita statuit conc. Trid. sess. 24 de Reform, mat. cap. 2. 3° Probabilius debet tangere baptizatum, non quidem necessario immediate, sed mediantibus, vel vestibus, vel linteo, vel disco, ut probavimus dum de impedimentis matrimonii, ubi ista fusius discutiuntur ratione cognationis spiritualis quam contrahit verus patrinus.

Sed quid de illo qui, post baptismum domi valide collatum , adhibetur palrinus dum supplentur cæremoniæ in ecclesia? Tenetur quidem ad officium patrini quoad instructionem, cum illud sponte subeat; non tamen contrahit cognationem spiritualem ; quia, ut dicil Auctor. — Supp. q. 56. a. 2. — *Spiritualis cognatio non contrahitur nisi per aliquod sacramentum.*

Petes 4°quando quis suscipit infantem per procuratorem , quis sit palrinus, an ipse committens, vel commissarms?

B. quod sit committens, quia ipse csl designatus , ct se offert, suscipilque infantem per alium vices ejus gerentem : quod autem facit quis per alium , censetur facere per seipsum.

Petes 5° utrum possint esse plurcs susceptores ejusdem infantis?

B. Trid. sess. 24 cit. cap. 5, « statuit ut » unus tantum sive vir sive mulier, juxta » sacrorum canonum instituta , vcladsum- » mumunusct una baptizatum de baptismo » suscipiant. »

Petes G« utrum omnes indiscriminalim possint admitti ad hoc munus?

B. Nullus debet admitti oui non sil ido-

netis ad suum officium implendum, filiolum doctrina fidei et Christianis moribus informando. *Patet ex se.*

Hinc excludendi sunt 1' infideles, hæretici, excommuncati, interdicti,criminosi, infames, mente capti. Itallit. Rom.2° Qui nesciunt saltem Symbolum fidei, Oratio nem Dominicam el Salutationem Angelicam. Ita secunda synodus Mediolan. decreto 10, sub S. Carolo Boit. 3° Impuberes clnon confirmati, juxta idem Rit. Rom. Usus tamen invaluit saltem in his parlibus, ut si impuberes judicio parochi sint sufficienter instructi, etiamsi non confirmati, admittantur.

Petes 1° ulrum regulares possint esse patrini?

U. negative. Id enim eis prohibetur cap. *Non licet* 103, de Consec. dist. 4, his verbis : « Non licet abbati vel monacho de b baptismo suscipere filios, nec commatres » habere. »El in Rit. Rom. : « Ad hoc niu- » nus admitti non debent monachi vel sanc- « limoniales, neque alii cujuscumque or- » dinis regulares a sæculo segregati. » Excipiuntur autem juxta Glossam in cap. *Statutum* , causa 19, q.1, regulares facti episcopi , et cx usu contrario abbates, saltem in cortis locis.

Petes 8° ulrum parentes possint suscipere propriam prolem ?

R. id graviter ipsis prohiberi cap. *Pervenit ad nos,* causa 30 , q. 1. *Ratio est,* quia adhibentur patrini ul in defectu parentum curenl infantis : ergo ipsi parentes non possunt esse patrini. Adde quod suscipiens contraheret cognationem spiritualem cum sua compacte.

Confer quæ dicam dc cognatione spiriluali in tract, de matrim.

DISSERTATIO HI.

DE SUSCIPIENTIBUS BAPTISMUM.

D. Th. Q. 58.

AKTICULUS T.

Utrum baptismus sil omnibus necessarius ad salutem ?

Fræter Manichaeos, Paulicianos, Seleueianos et llermianos, qui rejecerunt baptismum in aqua, Quintiliani ct Caiani secundo sæculo, teste Tcrlull. Hb. de Baut. cap. 1 , dixerunt, baptismum non osse ad salutem necessarium , sed fidem sufficere.

Quinio sæculo Pclagiani, negantes peccatum originale, negabant Iwptismum osse necessarium ad ejus deletionem ; sed S. Augustino urgente illud J<»an.3, *Nisi (piis renatus fuerit ex aqua cl Spiritu sancto, non potest introire in regnum cadorum,* admiserunt baptismum esse necessarium ad consequendum regnum cœlorum , non tamen ad vitam aeternam consequendam , quam a regno cœlorum distinguebant.

Wicleffus, Zuinglius et Bucerus dixerunt, baptismum non esse necessarium infantibus praedestinatis. Calvinus, lib. i Instil. agnoscit baptismum esse necessarium ex præcepto, sed negat osso necessarium ad delendum peccatum originale, maximo in infantibus fidelium , quos contendit in utero matrum esse sanclificalos.

Sociniani, de stirpe Cahinistamm orti, præceptum Christi, Matlh. ult. *Euntes docete,* interpretantur dcdoctrina scu instructione ; aul si sit intelligcndum dc baptismo, dicunt non esse præceptum universale et perpetuum, sed pro certis personis ct ad tempus : denique baptismum nihil aliud osse quam exterius signum professionis christianæ, nihil graliæconferens, proinde esse ritum liberum cl indifferentem.

Gerson, Cajetarfis et quidam alii catholici arbitrali sunt, ad salutem parvulorum sufficere votum baptismi a parentibus scu aliis conceptum : addit Cajctanus, cum si--no exteriori seu benedictione sub invocaione SS. Trinitatis. Quam opinionem ut singularem et fidei minus consonam S. **Pius V ex Cajetani commentariis in D. Th.** jussit expungi,

Dupliciter dicitur aliquid necessarium ad salutem, scilicet necessitate medii ct pra> cepli Illud est necessarium necessitate medii , quod independentcrab omni præcepto ita est necessarium, ut, illo sive culpabiliter sive inculpabiliter omisso, salus haberi non possit; necessarium necessitate præcepti dicitur, quod præceptum est, ct ideo observandum, ita ut, si voluntarie omittatur, committitur peccatum, per quod impeditur salus.

Distinximus supra triplicem baptismum, fluminis,(laminis,clsanguinis. Baptismus (luminis est baptismus aquæ; baptismus (laminis est perfecta contritio cum >oto bap-

tismi, el dicitur baptismus in volo; baptismus sanguinis est martyrium. Ilis prænolatis,

Hïc q. 68. a, Ï. et2. o. — *Dico* 1° Extra casum martyrii, baptismus aquæ est omnibus necessarius necessitate medii ad salutem, adultis in re vol in voto, infantibus in re.

Ibid, ia *a.s.o.*— *Prob.* 1° ex lege generali a Christo lata, Joan. 3 : *Nisi quis renatus,* etc. Hunc textum a falsis interpretationibus Calvinistarum, qui illum ad sensum mctaphoricum detorquent, vindicavimus diss. 1, a. 3, § 1. Inlelligendum aulem esse de baptismo in re vel in voto pro adultis, probavimus ibid. a. 6, §1. Pro infantibus vero, qui voti sunt incapaces, patet esse inlelligendum de baptismo in re.

Ibid. o. — *Prob.* 2° argumento deducto cx S. Scripturis. Nemo potest salvari nisi per Christum, sic, ut illi incorporetur ct fiat ejus membrum : atqui homo per b«i|>-tismum Chrislo incorporatur et fitejus membrum, juxta illud Galat. 3 : *Quicumquc in Christo baplizali estis, Christum induistis;* el 1 Corinth. 12 : *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baplizali sumus.* Ergo.

Si dicas hominem Christo incorporari per fidem, juxta illud Ephes. 3 : *Habitare Christum per fidem in cordibus nostris.*

Ibid. adi. — /L Christum habitare quidem in nobis per fidem, sed signo visibili baptismi exhibitam et assertam ; voluit enim Deus quod omni tempore fidem nostram in ipsum per aliquod signum visibile protestaremur, in lege naturæ per sacrificiorum oblationem, in lege scripta per circumcisionem , in lege nova per baptismum.

Item. Nemo potest salvari sine eo cui annexa sunt spiritualis regeneratio, renovatio, mundatio, remissio peccatorum, denique salus : atqui hæc sunt baptismo annexa. Til. 3 : *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis cl renovationis Spiritus sancti.* Ephes. 5 : *Mundans lavacro aquæ tn verbo vilæ.* Act. 2 : *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* 1 Petri 3, dicimur salvari per baptismum, sicut pauci salvi facti sunt per arcam Noe. Ergo.

Prob. 3° *cx Patribus.* Tertull. lib. dc Bapt. c. 13, adversus Quintilianos etCaianos qui dicebant baptismum non esso necessarium , sed fidem sufficere, idque probabant exemplo Abrahæqui *nullius aqua, nisi fidei sacramento Deo placuit,* sic arguit : « Fuerit salus retro per fidem nudam » ante Domini passionem et resurrectio » nem ; at ubi fides aucta est credendi in na» tivitalem, passionem, resurrectioncnique u ejus, addita csl ampliatio sacramento,ob» signatio baptismi, vestimentum quodam. » modo fidei, quæ retro erat nuda, necpo » test jam sine sua lege. Lex enim tingendi » imposita csl ct forma præscripla : *ht* » inquit, *docete nationes, lingentes eas* m « *nomine Patris cl Filii ct Spiritus sancti.* » Huic legi collala definitio illa : *Nisi quit* » *renatus fuerit cx aqua cl Spiritu, non* in« *(rabit in regnum cadorum*, obstrinxit fl» dem ad baptismi necessitatem. Itaqueom» nes exinde credentes tingebantur; luncel « Paulus ubi credidit, tinctus est. » His verbis Tertull. aperte asserit baptismum esse necessarium non solum necessitate medii, ut dicimus in præsenli conclusione, sed etiam necessitate præcepti, ul dicemus in sequenti.

Origencs, Horn. 14 in Lucam : «Quia, *n* inquit, per baptismi sacramentum nali« xitatis sordes deponuntur, propterea bap» tizantur parvuli : *Nisi* enim *quis renatus » fuerit,* etc. » Similiter Horn. 8 in Levit, el lib. 5 in cap. 6 ad Rom»

S. Cyrillus Jcrosol. Catechesi 3 : «Si quis » non baptizatur, salutem non habet, præ» ler solos martyres qui sine aqua regno cœ» lesti potiuntur. » Mitto Justinum, in Apolog. S. Ircnæum lib. 2, cap. 22 et 27, et plures alios quatuor priorum saeculorum, quibus constat non SS. Ambrosium ct Augustinum primo induxisse necessitatem sacramenti pro parvulis, ul fingunt novatores.

S. Ambros. J. de Mysteriis, cap. i·, ait: «Credit catechumenus... sed nisi baplizatus fuerit in nomine Patris, et Filii, el » Spiritus sancti, remissionem non potest » accipere peccatorum , nec spiritualis gra» liæ munus haurire. » Lib 2 de Abraham, cap. 11 : *Utique nullum excipii, non infantem, non aliqua prævenlum necessitate.*

DeS. Aug. dubitari non polesl, cum ubique ex necessitate baptismi probet contra Pclagianos peccatum originale. Quosdam textus mox referam. Fulgentius, ejus discipulus, l. de Fide ad Petrum c. 27 . « Fir« missime lene et nullatenus dubites non

d solum homines jam ratione utentes, vcd rum etiam parvulos, qui sive in uteris d matrum vivere incipiunt ct ibi moriun» tur, sive cum de matribus nati sine saDcramenlo sancti baptismatis, quod datur » in nomine Patris, etc. de hoc sæculo tranoseunt, ignis ælcrni sempiterno supplicio d puniendos. » Quid intelligat per ignem sternum, explicuimus dum de peccato originali.

Prob. 4° *ex conciliis.* Cone. Carthag. 4, apud S. Aug. Episl. 90, nunc 175, nomine concilii ad Innoc. papam missa, sic delinit : « Quicumquc negat parvulos per bap» tibinum Chi isti a perditione liberari ct sali lutem percipere aeternam : anathema » sil. »

Idem decrevit concil. Milcvit. teste eodem S. Aug. Episl. 92, nunc 17G ; cui concilio respondens idem Innoc. Epist. seq. dicit : « Quoad eos (Pclagianos), vestra fra» tcrnilas asserit nr.edicare parvulosælernæ »vitæ præmii sine baptismatis gratia posse » donari, pcrfaiuum est. »

Trident, sess. G, cap. 4, docet quod justificatio « post Evangelium promulgatum, usine lavacro regenerationis aut ejus voto » fieri non potest, sicut scriptum est. Nisi *n quis renatus fuerit cx aqua,* etc.» El sess. 7, can. 5 dc Bapt. « Si quis dixerit » baptismum liberum esse, hoc est, non «necessarium ad salutem : anathema sit. »

Proh. 5° cx communi sensu cl perpetua Ecclesiæ praxi. Hanc diserte testatur S. Aug. Epist. 28, nunc 1GG ad S. Hieron. «Quisquis, inquit, dixerit quod in Christo » vivificabuntur etiam parvuli, qui sine saBcramcnti ejus participationcde vi la exeunt, «hic profecto et contra apostolicam prædica» lionem venit, cl totam condemnat Eccle-Dsiam , ubi propterea cum baptizandis par» vulis festinatur cl curritur, quia sine dull bio creditur aliter cos in Christo omnino » vivificari non posse. » El I. de Orig. Animæ, c. 9: « Noli credere, noli dicere, noli d docere infantes antequam baptizentur «morte prævcnlos, pervenire posse ad oriBginalium indulgentiam peccatorum, si «vis esse catholicus. » El ita constabat hæc perpetua ct inconcussa Ecclesiæ praxis, ut ncc ipsi Pclagiani qui negabant peccatum originale, ausi fuerint eam inficiari, el ideo baptizabant parvulos, non quidem ad vitam a tornam, sed ad regnum coelorum.

Dico 2° Baptismus est adultis necessarius etiam necessitate præcepti.

Hæc conclusio sequitur cx præccdenli. Nam si baptismus sit omnibus necessarius necessitate medii ad salutem, manifestum csl quod omnes præcepti capaces ad illum teneantur : 1° jure naturali quo quisque debet suæ saluti consulere; 2° jure divino: est enim regula generalis, quod omne medium, sive ex natura sua, sive ex institutione divina, absolute necessarium ad salutem , si subsit arbitrio nostro, cadat sub præcepto divino: siquidem nihil magis a Deo potuit præcipi quam id sine quo non potest haberi salus, modo sil in potestate nostra. Neque Christus legislator sat providisset bono et perfectioni sui regiminis ac suæ reipublicæ, si non imposuisset præceptum speciale circa id quod ad finis illius consecutionem constituit ul medium absolute necessarium ; sicut deficeret princeps sæcularis, si non praeciperet quæ sunt ad bonum commune absolute necessaria.

Hoc aulem præceplum divinum habemus Matlh. 28: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes cos* tu *nomine Patris,* etc. Quo enim præcepto compelluntur Apostoli baptizare omnes gentes, eodem obligantur omnes gentes baptizari ; sunt enim correlaliva: sicut quia præceptum est Apostolis docere gentes, ita præceptum est gentibus doceri. Item Marci 1G : *Euntes in mundum universum , predicate Evangelium omni creatura! : qui crediderit el baplizatus fuerit, salvus erit.* Accedit præceplum ecclesiaslicumquod colligiturex traditione et constanti praxi Ecclesiæ, *ut in prima conclusione ostensum est.*

Mulla proferunt Sociniani quibus probare contendunt, hoc Christi præceptum. Matt, 28, non esse de baptismo, sed de doctrina et instructione; aut si sit de baptismo, non esse universale proomnibus ncc perpetuum, sed ad tempus. Eorum rationes ac interpretationes seu potius fictione,, prolixe ct erudite insequitur Honoratus Tourncly, sed adeo frigida* et contorts nobis videntur, ut carum refutatio cuivis sensato ex ipsis textibus pervia esse possit : ideo non immoramur.

Observandum est autem hic quod, quamvis hoc divinum præceplum post Evangelium sufficienter promulgatum omnes obliget, qui tamen illud cx ignorantia invinci-

bili transgrediuntur, non peccant, ncc propter illius transgressionem damnabuntur, sed propter peccatum originale vel peccata actualia, quæ sine baptismo in re vel in volo non remittuntur

Solvuntur objectiones·

Obj. 1° Ex his verbis Christi, Joan. G, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis*, non probalur eucharistiam esse omnibus necessariam necessitate medii ad salutem : ergo cx his, *Nisi quis renatus fuerit,* etc., non probalur baptismum esse omnibus necessarium necessitate medii.

R. N. conseq. Prima ratio disparitalis csl voluntas Christi. Constatcnim cx traditione, definitionibus et praxi Ecclesiæ, Christum voluisse baptismum esse omnibus nccessasariurn necessitate medii; non ita eucharistiam. Secunda disparitas est, quod baptismus sit institutus ut rcnascccniia spiritualis ; renasci autem ad novam vitam est omnibus omnino necessarium : at eucharistia est instituta ul cibus spiritualis; cibus autem est illis solis necessarius in quibus aliquid de viribus deperditur, quo repareniur et vita conservetur : hæc autem deperdilio non habet locum in parvulis, qui aclualitcr peccare non possunt. Tertia tandem disparitas est, quod hæc verba, *Nisi manaveaverilis,* in secunda persona, dirigantur ad adultos præccpli capaces; ista vero, *Nisi quis renatus fuerit,* in tertia persona, dicuntur generaliter dc omnibus.

Obj. 2° Filii fidelium nascuntur justi cl filii Dei : ergo non indigent baptismo. *Prob. ant.* Filii fidelium sunt semen Abrahæ, Rom. 4 et 11, cl Galal. 3 : atqui Deus, Genes. 17, promisit Abrahæ sc luturum Deum ipsius et seminis ejus. Ergo.

R. N. ant. Ad prob. Ü. maj. Filii fidelium sunt semen Abrahæ secundum carnem, *transeat;* semer Abrahæ secundum spiritum, *N.* Similiter *D. min.* Deus promisit sc futurum Deum ipsius et seminis ejus secundum carnem, 7V. seminis ejus secundum spiritum, id est, eorum qui haberent fidem Abrahæ, *C.* Hanc aulem fidem olim habebant,habilualiler scilicet, infantes per circumcisionem , nunc habent per baptismum. Solutio est Apostoli, Rom. 9 · *Non enim,* inquit, *omnes qui ex Israel sunl, u sunl Israeliiu; neque qui semen* ixnl *Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur libi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii, sed qui filii sunt promissionis. Sunl* aulem lilii promissionis, qui habent patrem Abraham, quatenus est *paler credentium,* ut loquitur Apost. Rem 4.

Insl. 1° Corinl. 7, Apostolus vocat filios fidelium sanctos. Ergo.

R. filios fidelium vocari ab Apostolo sanctos, non quod sint de facto et ex ortu tales, sed quia ope ct diligentia parentum fidelium destinantur et ordinantur ad sanctilotem per baptismi susceptionem et Christianam educationem. Non loquitur ergo ibi Apostolus dc perfecta sanctitate, sed de dispositione ad illam : sicut cum ibidem dicit quod *Fir infidelis sanctificabilur per mulierem fidelem,* sensus est, quod mulier fidelis exemplo bonæ conversationis, adhortationibus et instructionibus possit virum infidelem perducere ad fidem et veram sanctificationem.

Obj. 3° Neque B. Virgo, neque Apostoli Jeguntur fuisse baptizali, cl ila censent Tertull. lib. dc Bapt. cap. 12, cl S. Chrysos. Horn. 10 in Acta Apost. ergo baptismus non est necessarius necessitate medi ad salutem.

R. 1° longe probabilius esse B. Virginem ct Apostolos fuisse baplizatos. Ita censent S. Aug. Epist. 108; Evodius, S. Petri in sede Antiochena successor, apud Nicephorum, lib. 2, cap. 3; Clemens Alex, apud Sophronum, in Prato spirituali, c. 176; Eulhymius, in cap. 3 Joan. S. Th. in hac parte q. 38, a. G, ad 2; idque mullis probat Soto in 4, d. 5, q. unica, a. 2.

R. 2° *Dato ant. N. conseq.* Potuit enim Deus cx singulari privilegio B. M. Virgini cl Apostolis, independenter a baptismo, conterre omnem ejus effectum : nostra autem conclusio csl intclligenda delego ordinaria, secundum quam dicimus quod in lege nova jam plene cl complete instituta, baptismus sil omnibus necessarius in rc vd in voto.

Insl. 1° Viri quidam sancti diu baptismum distulerunt : Constantinus Magnus, teste Eusebio in ejus vita c. 62, distulit usque ad mortem. S. Ambrosius erat tantum catechumenus, quando fuit electus episcopus. S. Marlinus, ul legitur in ejus vita, vixit octo annis in calcchuinenatu : ergo non

existimabant baptismum esse tantae necessitatis.

R. N. conseq. Sed existimabant sufficere votum baptismi, ubi adessent rationes illam differendi, prout præsumimus habuisse illos viros sanctos, forte cx humilitate et ut maturius per opera pietatis se ad illum disjonctent; quod si sine causa tandiu dislulerinl, non sunt in hoc laudandi. Unde S. Ambrosius, apud Baron, ad annum 377, de sua dilatione doluit, ct ne alii sic different curavit. Similiter S. Aug. l. 1 Conf, c. 11, improbat quod in se factum fuit, mullique Patres acrit-w invehunt in diuturniorem dilationem ·. sed de hoc iterum infra.

Inst. 2° S. Cyprianus cum Africanis et Occidentalibus qui contendebant contra S. Slcphanum, nullum esse baptisma hæreticorum , et baplizatos ab illis esse rebaptizandos, hanc controversiam non ad fidem, sed ad disciplinam pertinere existimaverunt, ut diximus superius, et ideo permittebant cuiquam senlire quid vellet, ct aliquando ipsimet œconomiæ causa baptizalos ab hæreticis non rebaptizabant, ul eliam ibidem diximus, quamvis tamen nullum reputarent hujusmodi baptismum : ergo non existimabant baptismum esse necessarium necessitate medii ad salutem.

R. ut ante, *N. conseq.* Ex toto enim antecedente sequitur tantum quod existimaverint sufficere aliquando baptismum in voto. Referebant aulem controversiam de validitate baptismi hæreticorum ad disciplinam et non ad fidem, non quia credebant baptismum non esse necessarium, sed quia ista quæslio de validitate aut inraliditale baptismi hæreticorum , et consequenter de rebaptizandis baptizatis ab illis, non erat eliquata ct aliquo solemni Ecclcsiæ decreto definita ; idcoquc permittebant cuiquam senlire ct facere quid vellet, servala unitate ct pace.

Obj. 4° cum Gcrsone, Cajetano, ctc. Virlus fidei in nova lego non est imminuta : atqui in loge naturæ et in lege scripta ante octavum diem fides parentum sufficiebat ad salutem parvulorum î ergo nunc similiter.

R. 1° Secundum ea quæ diximus in tract, le Sacramentis in genere, neque in lege naturæ neque in lege scripta ante octavum diem sufficiebat sola fides parentum sine aliquo signo visibili hujus fidei protestativo, 2° Sed *esto* fidem parentum tunc suffecisse, ut videtur innuere Tertull. supra laudatus, et nunc non sufficiat, id non contingit ex eo quod virtus fidei sil imminuta, sed quia adjunctum est baptismi mandatum, ut dicit ibidem Tertull. Sicut, licet observatio mandatorum sufficiat ad salutem, ei tamen qui religionem profitetur non sufficit, sed necessaria est observatio consiliorum, non quia csl imminuta virlus observationis mandatorum, sed ratione adjuncti.

Inferes. Ergo saltem via salutis facta est nunc ardior, el infantes sunl nunc pejoris conditionis quam tunc ; quod est absurdum. *Prob. illatio.* Tunc salvabantur infantes vel perGêlam fidem parentum, vel adjuncto signo sensibili ad eorum libitum ; nunc vero restringuntur ad solum baptismum. Ergo

R. N. illal. Ad prob. N. conseq. 1° Quia tunc rarior erat fides supernaluralis, nunc aulem baptismus, licet in certis casibus difficilis, communiter tamen es* omnibus pervius, nec a fide el probitate ministri pendit, sicque facilius adhibetur quam remedium legis naturæ. 2° Quia in lege scripta circumcisio non polecat conferri ante octavum diem , baptismus aulem a quocumque potest conferri ab instanti nativitatis. 3 Per baptismum habetur abundanlior gratia cum jure slalim ingrediendi regnum coelorum, quod antiquis erat occlusum : sicque nec facta est arctior via salutis, nec infantes sunt pejoris conditionis, sed e contra.

Inst. Peccatum alienum, scilicet Adæ, nocet infantibus ad damnationem, quidni prodesset fides aliena ad salutem ? Item salvalur infans in utero per martyrium matris, quidni per ejus fidem?

R. 1° ad ulrumque, sic placuisse Christo. Deinde ad *primum :* disparitas esi, quod peccatum Adæ non sit infantibus alienum et extrinsecutn , sed unicuique proprium, quatenus in Adamo, qui erat caput lotius generis humani, peccante,omnes peccaverunt , indicium est de peccato originali; at (idos parentum est omnino cxlrinscca parvulis. *Ad secundum.* Puer non salvatur per martyrium matris, sed per proprium martyrium, quando cum matre occiditur.

Inferes. Ergo demeritum Adæ est effieacius ad damnationem quam meritum Cbnsti ad salutem.

R. D. illatum. Demeritum Adæ est efficacius ad damnationem secundum quid , quatenus scilicet extenditur ad plures , *C.* neque id negari potest in ulla sententia : est efficacius absolute, ;Y. Quia meritum Christi efficax est non solum ad delendum peccatum originale quod ex Adamo contrahimus, yd etiam ad delenda peccata actualia. Item efficax est ad procuranda nobis majora bona quam quæ perdidimus per peccatum Adæ, ampliores scilicet et cfficaciores gratias, quibusinnurneras naluræinlirmæctcorruptæ lenlalioncs superemus, el in finem usque perseverantes salutem consequamur.

Urgebis. S. Aug. Epist. 23 , nunc 98 ad Bonifac. ct Bernard. Epist. 77, docent parentum fidem prodesse parvulis ad salutem. Ergo.

/?. D. ant. Docet fidem parentum parvulis prodesse ad salutem , quatenus parentes fide moventur ad cos offerendos baptismo, *C. Cum offertur consecrandus,* inquit S. Aug. quatenus per eam sine baptismo justificantur, *N.*

Repones. Voluntas patris reputatur voluntas filii. Ergo.

R. *D. ani.* In iis in quibus paler est caput familiæ cl consequenter filii, *C.* in iis in quibus csl privata persona, *N.* In iis autem quæ spectant justificationem filii, cum sint allions ordinis quam potestas patria, pater non csl caput filii, scd privata persona.

Inferes cx hac doclrina. Ergo infantes morientes in uleris maternis, et alii nati quibus non potest conferri baptismus, carent mediis sufficientibus ad salutem, sicque Deus non vult omnes salvos fieri, ncc Christus est pro omnibus.

R. N.illationem. Deus enim instituendo baptismum pro omnibus, providet media sufficientia parvulis secundum corum conditionem : neque tenetur ut provisor universalis intercipere miraculose causarum Secundarum cursum , ne præmalurc moriantur. Insuper non incongrue dicilurconferri parentibus auxilia sufficientia quibus, si bene uterentur, de facto suæ proles pervenirent ad baptismum. Hanc gravem difficultatem uberius explanatam vide in tract, dc Deo, diss. 7, a. 8, obj. 7 ct 8.

Obj. 5° Hoc ipso quo ponimus votum oaptismi in contritione perfecta inclusum sufficere , baptismus non est magis necessarius necessitate medii quam observatio aliorum præccplorum, puta, jejunandi vel audiendi missam ; quia pariter sine aliis præceptis aut eorum volo nemo potestjustificariergo vel votum baptismi non sufficit, vel baptismus non est necessarius necessitate medii.

R. N. sequelam Aliterz'nimel alilerconcurrunt votum baptisn» et votum aliorum præccplorum; cum enim baptismus sita Christo institutus ut medium ad consequendam remissionem peccatorum el justificationem, justificatio dicit intrinsecum respectum ad illum ct dependentiam ab illo, cl ideo contritio cum volo baptismi concurrit ad justificationem ul gerens vices baptismi. At vero cum alia præccpla non sint instituta ul media ad consequendam justificationem, sed propter alios fines, justificatio non dicit intrinsecum ordinem ad illa, neque eorum observatio positive concurrit ad illam sicut baptismus, scd negative tantum tanquam removens peccatum quod illam impediret. Unde contritio, quantumvis includat votum aliorum præccplorum, puta jejunii, non concurrit ad justificationem ut vicesgcrensjejunii.

Insl. 1° Quod est necessarium necessitate medii ad salutem, non potest per aliud suppleri , ut patet in fide ct gratia : atqui ex dictis baptismus suppleri potest per ejus votum et per martyrium. Ergo.

R. D. maj. Quod est necessarium necessitate medii ex sua natura ul fides ct gratia, non potest suppleri per aliud , *C.* quod est necessarium ex institutione divina, IV. Sic enim Christus justificationem annexuit baptismo, ul tamen illi suam virtutem non alii gaverit, volucritquc illum suppleri posse per ejus votum cl per martyrium, ul antea probavimus.

Inst. 2° In eo quod est necessarium necessitate medii, ignorantia invincibilis non excusat: atqui excusat in baptismo ; qui enim nihil unquam audivit de baptismo, nog peccat illum non suscipiendo. Ergo.

R. D. min. Ignorantia invincibilis excusat in baptismo y ut præccptum est, *C.* ul est medium necessarium ad justificationem, iY. Non ergo peccat qui illum ex ignorantia invincibili omittit, ncc propter hanc omissionem damnabitur ; sed propior peccatum originale et peccata actualia, quæ remitti non p<vssunt sine baptismo aut eius volo extra cksum martyrii, *ul jam dixi.*

Petes 1·~juale votum baptismi requiralor?

Hio q. 69. c. 4. nd 2.— *Respondet* Auctor, requiri cxplicitum vel implicitum : scilicet, requiritur cxplicitum in eo cui innotescit baptismus et ejus necessitas; sufficit autem illi qui, de aliis articulis fidei instructus, nihil adhuc de baptismo audivit · si enim ille intendat observare totam legem Christi, ·! adhibere omnia ab eo instituta ad consequendam salutem, in hac intentione haJict ratum implicitum baptismi, quod contrilioni perfect® conjunctum sufficit non solum ad justificationem , ul quidam volunt, sed etiam ad vitam æternam.

Petes 2° an qui esset sanctificatus in utero, aut via non seminali natus absque peccato originali, deberet baptizari ?

R. affirmative : 1° ut fieret membrum Ecclcsiæ, atque fidelibus, sicut in una fide, ita in uno signo visibili adunaretur, juxta illud, una *fides, unum baptisma;* 2° ul configuraretur Christo per characterem; 3° ul esset idoneus aliis sacramentis suscipiendis; ad hæc enim omnia est institutus baptismus, et non solum ad remissionem peccatorum. Etideo Paulus, Nicodemus, eunuchus Candacis reginæ et alii plures, Act. 10, qui jam acceperant Spiritum sanctum, baptizali sunt.

Neque ideo falsa est circa illos forma baptismi, *Te baptizo,* quia sensus est : Confero libi gratiam peccati ablulivam ; sicut sensus formæ sacramenti pœnilentiæ, *Absolvo te,* est : Confero tibi gratiam peccatorum remissivam: quæ ideo non reddilur falsa, dum profertur supra peccata jam confessa ct remissa, aut super eos qui perfecta contritione sunt prius justificati.

Petes 3° utrum baptismus re susceptus necessario præsupponaturad validam aliorum sacramentorum perceptionem?

R. affirmative , excepta eucharistia.

In supp. q. 35. a. 3.— Est expressa sententia D. Th. cit. quam tripliciter probat : Ie in Arg. s. c. quia, juxta communem sensum Ecclcsiæ, SS. Patrum ct theologorum, baptismus re susceptus , et non solum in voto, est janua et fundamentum aliorum sacramentorum : atqui sine janua non intratur, ct sine fundamento non superædifiratur, ul discurrit Innoc. mox citandus. Ergo.

ibid.o.—*Probat* 2°m corporcart. Quia nihil potest aliquis recipere, cujus potentiam receptivam non habet; atqui per characterem baplismalcm efficitur homo receptivus aliorum sacramentorum , ut alibi diximus: crgoquicharactcrcm baplismalcm non habet, nullum alterum sacramentum recipere potest.

Ibid, ad 3.—*Probat* 3° ex jure canonico, cap. *Si quis* 1, Extra. 1. 3, tit.42, ex conc. Compendiensi, ubi sic decernitur: *Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizalum, baptizetur et iterum ordinetur.* Non præciperetur autem iterum ordinari si valeret ordinatio ante baptismum. Eadem est ratio de aliis sacramentis. Idem definit Innoc. III, cap. *Veniens* ibid.

Neque obstat quod ibidem dicat hunc casum dubitabilem, ex quo sequitur quod sententia contraria sil etiam probabilis : postquam enim rationes pro et contra expendit, dicit: *Nos in hoc casu dubitabili, quod tutius eslsequenlcs, mandamus,* etc. Non obstat, inquam, quia verisimile est dubitationem referre ad baptismum hujus presbyteri, non ad ordinem sine baptismo collatum ; tum quia immediate ante resolvit ex concilio Compendiensi hujusmodi ordinationem esse nullam ; tum quia alioquin non fuisset tutius ipsum rcordinare, scd ab ordinum cxeculione suspendere ; tum tandem quia in fine innuit rationem dubitandi de baptismo præfati presbyteri, eo quod scilicet esset natus et conversatus inter fideles. Unde sensus hujus decretalis est: Nos in hoc dubitabili casu de baptismo, tutius sequentes jubendo præfatum rebaptizari, mandamus qaatenus ipsum per singulos ordines usque ad sacerdotium promoveri cures. Ceterum neque conc. Compendiense, neque S. Thomas, neque ullus SS. Patrum aul antiquorum theologorum de validitate hujusmodi ordinis sic unquam dubitavit, ut probabilem crediderit. Insignis autem et damnanda» temeritatis forel a communi sensu Eeclcsiæ, Patrum ct theologorum recedere sine gravissimis fundamentis, quæ hic deficiunt.

ARTICULUS II.

Utrum pueri sint baptizandi?

Posito ex art. præccdcnti, quod baptismus sitomnibus necessarius necessitate medii ad salutem, scquilur quod omnes omnino homines etiam pavuli sint baptizandi ; hi enim possunt et debent salvari non rai-

nns quam adulti. Quia tamen de illis est aliqua difficultas, el plures hærctici illos baptismi incapaces dixerunt, quaestionem hanc cum Auctore instituimus.

Itaque infantes baptismi incapaces dixerunt Valdenses, delrobruissiani, contra quos scripsit Petrus, abbas Cluniacensis ; Anabaptistæ qui pueros in infantia bapliwlos rebaptizant, eo quod eorum baptismum nullum credant. Terlull. I. de Bapt. c. 18, censet nem esse conferendum baptismum parvuiiv, nisi ad adultam aetatem pervenerint; quia, inquit, sponsores exponuntur periculo ne infantes promissiones quas pro ipsis fecerunt irrita faciant. Erasmus , Epist. quæ præcedit ejus paraphrasim in Matth* vult parvulos , « postquam adoleverunt, interrogandos esse an ratas habeant » promissiones porcorum sponsores factas ! a quod si recusaverint eas confirmare, pro prio arbitrio illos esse relinquendos, nec » ad Christianam vitam cogendos, d

Hic q. 08. a. 9. o. — *Dico,* Parvuli sunt capaces baptismi, eosque nedum convenit, sed et neccsse est baptizare.

Prob. 1°ex S. Scriptura. 1° Est lex generalis , Joan. 3 , *Nini quis renatus ,* etc. Atqui infantes sunt capaces regni cœlestis , ut testatur Christus, Matlh. 19, Marci 10 , Lucæ 18. Ergo.

Neque dicas per infantes ct parvulos in his locis inlclligi jam ratione utentes, eo quod dicuntur *venire ;* vel parvulos non aetate, sed humilitate : nam vox græca apud Lucam significat infantem recentem cx utero, cl ibidem dicuntur *allati* ad Christum. Christus dicilur illos *complecti, super illos manus imponere, eis benedicere ;* declarat eorum esse regnum coelorum : quæ omnia indicant esse infantes nondum ratione utentes , nccmalitiæ capaces: unde *venire* ibi significat *accedere ,* sive per se, sive per alium. Intelligentia autem de humilitate non est litteralis, sed moralis.

2° Act. 10, et 1 Cor. 1, legimus integras familias fuisse baptizabis, in quibus verisimile e_st fuisse parvulos.

3° Infantes in antiqua loge circumcidebantur : ergo in nova lege sunt baptizandi. *Palet conseq.* 1° quia baptismus circumcisioni subrogatus est, Coloss. 2; 2°quia eadem csl utriusque necessitas ct idem finis, scilicet deletio peccati originalis et cooptatio in veram religionem et Ecclesiam; 3°quia gratia non est minor, imo abundantfor est in nova quam in veteri lege.

Prob. 2"cr *traditione.* S. Dionys. c. ull Ecclesiast. Hierarc. «Divini nostri duces, » inquit, probaverunt infantes recipi ad bip· » tismum.nS.Clemens,lib.OConstil.Apost. c. 15 : «Baptizate vestros pueros atque ros » educate in disciplinact monitis Dei. wOrig» in cap. 6 Epist. Rom. « Ecclesia traditionem » ab Apostolis suscepit etiam parvulis dare « baptismum. «S. Aug.Semi. 10dc Verbis \post. nunc 17(1, dc baplismo infantium dicit : « Hoc Ecclesia semper habuit, semper « tenuit, hoc a majorum fide suscepit,hoc » usque in finem perseveranter custodit, o Consule *probationem quintam pritnaicond.* art. præcedentis.

Eamdem traditionem confirmant S. Cyp. Epist. 59 ad Eidum ; S. Greg. Nazian. Orat. 40 in S. Raplisma; S. Chrysosl. Ilom. ad Neoph. S. Ambros. I. 2 de Abraham, c. *ll ;* S. Hicron. I. 3 contra Pclagianos in fine,et Epist. ad Lætam, ubi arguit sceleris qui baptismum infantibus denegant.

Prob. 3° *ex conciliis.* Gone. Carlhag. sub S. Cypr. an. 253 , rejecit opinionem Fidi episcopi, qui volebat infantes non esse baptizandos nisi post octavum diem : palet ex Epist. cil. S. Cyprian, ad ipsum Fidum.

Conc. Milevitanum, cui interfuit S. Aug. anno 410, can. 2, sic definit : «Quicumque *n* parvulos recentes ab uteris matrum bap- » lizandos negat, aut dicit in remissionem *n* quidem peccatorum eos baptizari, sed ni- » hil ex Adam trahere originalis peccati, *n* quod regenerationis lavacro expietur : » anathema sit. υ

Idem definiunt conc. Gcrundense, anno 517, can. 5; Bracarensc 3, an. 572; Scnonensc an. 1528; Biluricense 1584; Aqucnse 1585. Idem cap. *Parvuli* 74, de Conscc. d. 4, et cap. *majores* 3, Extra. I. 3, tit. 42, cx Innoc. III, damnantur qui asserunt baptismum parvulis inutiliter conferri.

Tandem conc. Trid. sess. 7, can. 13dc Bapt. α Si quis dixerit parvulos, eo quod ac- » tum credendi non habent, suscepto bap- » tismo inter fideles computandos non esse, » ac propterea , cum ad annos discretionis » pervenerint, esse rebaptizandos; aut præ- » stare omittere eorum baptisma,quam ens, » non actu proprio credentes , baptizari in » sola fide Ecclesiæ : anathema sit. « can. 14, perstringens opinionem Eia $m

σ Si quis dixerit hujusmodi parvulos bapti- d zatos, cum adoleverint, interrogandos esse d an ratum habere velint quod patrini eo- D min nomine,dum baptizarentur, polliciti b sunl; ct ubi se nolle responderint, suo d esse arbitrio relinquendos, nec alia inte- » rim ocena ad chrislianam vitam cogendos, » nisi ul ab cucharistiæ aliorumque sacrali nientorum perceptione arceantur : ana- » thema sit. »

Prob. 4° rationibus theologicis jam partim insinuatis. 1° Parvuli nascuntur in peccato, capaces sunt ætcrnæ salutis : baptismus est ipsis unicum medium ad deletionem peccati cl ætcrnæ salutis consecutionem , sunt in continuo repenlinæ morlis periculo : ergo sunl baptizandi. 2° Christus esisalvator non minus parvulorum quam adultorum : salvari non possunt sine baplismo. ergo idem quod prius. 3° Baptismus habet vim *ex opere operato:* ergo polesl in parvulis habere suum effectum. 4U Qui a pueritia est fidei el religioni duistianæ assuetus, firmius illi inhaeret : ergo congruit parvulos baptizari. 5° Per baptismum a servitute diaboli liberantur, el minus ab illo impetuntur: ergo idem.

Solvuntur objectiones.

Obj. Baptizandi debent prius : 1° doceri ; Mallll. ull. E*untes doceteom nes gentes, baptizantis eos,* etc. 2° credere; Marci ult. *Qui crediderit, cl baptizatus fuerit:* 3" poenitere; Act. 2 : *Pernitentium agite, et baptizetur unusquisque vestrum.* Atqui infantes sunl horum incapaces. Ergo.

Lutherus, ul ab hoc Anabaplislarum argumento se expediret, finxit infantibus pro instanti baptismi miraculoseaccelerari usum rationis. At figmentum derident ipsimet Lutheran]'.

/L hos S. Scriptura; textus, quoad actus præfalos, spectaro adultos et non infantes. Nam, Matlh.el Marci ult. mittuntur Apostoli ad gentes idololatrae,quas nece-seei.it instrui; el Aci. 2, Petrus alloquebatur eos qui dicebant: *Quid faciemus, viri fratres,* etc. Ilis ergo textibus jubentur adulti instrui, credere, poenitere, piiusquam baptizentur; at liismfantcs, horumactuum incapaces, nullaicnus prohibentur baptizari. Quinimo congruum est ut, qui solum peccatum origir.alc cx aliena voluntate contraxerunt, per voluntatem alienam remedium accipiant ; juxta illud S. Aug. Semi, t î de Verbis Apost. nunc 294. *a* Ad verba aliena » salvatur, quia ad factum alienum vulnc- » ratur. » Habemus exemplum in circumcisione quæ erat figura baptismi : Abraham jussus circumcidero omnes masculos, procul dubio adultos dc hac caeremonia el Dei præcepto instruxit ; infantes vero octo diorum non instruxit, quos tamen circumcidit.

Insl. 1° Canon 6 Næoccsariensisdicit, fastum in utero matris prægnantis non posse baptizari cum illa, « quod proprium unius- » cujusqueinstitutumacpropositum incon- » fes ione ostendatur. » Ergo requiritur voluntas ct actus proprius in baptizando, non sufficit alienus.

R. verbis laudatis immediate præmitti : « Neque enim ea quæ parit, cum fœtu qui »parilur,ca in re habclaliquid commune :o sensus est ergo, quod puer in utero matris non possit salvari neque matris baptismo, quia illi non applicatur; neque ejus fido, quia fides est unicuique propria, el illam non profitetur infans.

Insl. 2° Infantes non admittuntur ad eucharistiam: ergo non debent admitti ad baptismum.

R. 1° prioribu»<eæculis infantes admissos fuisse ad eucharistiam, sed cum id pertineat ad disciplinam, Ecclesia propter graves rationes eos amplius non admittit, 2 A', *conseq.* Disparitas csl 1°, quod baptismus sit absolutae necessitatis , non eucharistia ; 2- quia , ut dicitTrid.sess.21, c.4,« Infantes *n* per baptismi lavacrum regenerati et Chris- » to incorporali, adeptam jam filiorum Dei » graliam in illa ælate amittere non pos- » sunt. » Eucharistia autem est cibus ad repat anclas vires spirituales quæ per quotidiana peccata deperduntur.

Inst. 3 Christus non fuit baptizatus nisi anno ælatis trigesimo. Ergo nec homines , nisi hunc annum attigerint, sunl baptizandi.

R. N. conseq. Disparitas est, quod Christus non indigeret naptismo, homines aulem indigent. « Cum Deum dixislU inquit S. » Greg. Naz. Orat. 40, quæstio a te soluta » est; nam illo purgatio ipsamel erat, nec «purgatione indigebat, verum tua causa » purgabatur. »

Inst. VTcrtull. 1. de Bapt. c. 18, censet non esse baptizandos parvulos, ni-i saltem ad adultam ælalcm pervenerint. Ergo,

A. hancsingularemTertulliani opinionem ab omnibus rejici, utpote traditioni et unanimi Patrum sensui contrariam, ac levibus rationibus nixam.

Inst. 5° Per baptismum infantes graves incurrunt obligationes: atqui iniquum videtur non consentientibus jugum tam grave imponere. Ergo tel parvuli uon sunt baptizandi ante adultam ætatero, vel tunc interrogandi an stent promissis pro se factis a susceptoribus; quod si renuant, liberi sunt dimittendi. Ita Erasmus.

R. N.min. Tum quiajugum Christi non est grave, sed leve cl suave; tum quia est inevitabileomni volenlisalvari, neque adulti possunt illud subterfugere sub pœna damnationis æternæ; unde baptizando infantes, nulla iit ipsis injuria, sed magna confertur gratia: et semel facti per baptismum Ecclesiæ subditi, possunt ct dcbcnladigi ut Christiane vivant. Paritatem habemus in circumcisione; qui enim illam infantes acceperant, non censebantur passi injuriam, nec liberi ab observatione totius legis.

Petes 1° uirum spurii et filii excommunicatorum sintbaptizandi?

Λ. *affirmative.* Quia baptismus, ut dictum est, nccessariusestomnibuset proomnibusinstitutus, neque pœnaspirituali punitur quisquam nisi propter proprium peccatum, juxta illud Ezech. 18 : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Adde quod a parentum sanctitate non pendeal virtus sacramenti·

Quantum vero ad baptismum spuriorum, observandum est quod parochus debeat inquirere dc veris parentibus el eorum nomina inquirere, et in registre baptismal! scribere, ut in posterum dignosci possint impedimenta malrimonii.Si tamen ignorentur, aul si cognita matre pater nesciatur, puta, quia mater non vult indicare, ne forte vel ipsa, vel pater, aut proles infametur; videtur quod parochus non debeat ideo baptismum denegare aut differre, nec cogere matrem ut revelet quæ forte ex charitateet justitia debet tacere. Quod si ex solo matris testimonio noverit patrem, non debet ita mulieri fidere, ut illum absolute scribat in registre baptismal! tanquam verum patrem, sed sub hac clausula, *ul materail.*

Pelts utrum cl quomodo monstra debeant baptizari?

/t 1°Si monstrum speciem humanam referat, debet baptizari, alias non. Si dubitetur , dubium.est mature discutiendum, et eo manente debet baptizari sub hac conditione, si *tu es homo.* Ita Rituale Rom. Judicium autem est sumendum praesertim m capite, quod est rationis et sensuum sedes unde si caput est humanum, et reliqua membra ferina, censendus est homo, el baptizandus absolute; si vero caput est ferinum, et reliqua membra humana, dubium est, et baptizandus sub conditione.

2° Quando est monstrum ex multiplicatione membrorum, si sit certum informar duabus animabus, seu esse duos homines, debent separatim baptizari, nisi ila urgeal necessitas, ut non suppetat tempus utrumque sejunctim baptizandi, quo casu minister infundendo aquam super utrumque, dicat, *Egovos baptizo.* Si autem sil dubium an sint duo vel unus, debet unus absolute baptizari, ct alter sub hac conditione, *ii non es baptizatus.* Ita Rit. Rom.

Certum autem videtur esse duos homines, si sint simul duo capita et duo pectora, quamvis alia membra non sint duplicata; o contra esse unum, si sub uno capite ctunu pectore alia membra dup/icantur.

Si vero sint duo capita cum uno pectore, vel duo pectora sub uno capite, quibusdam \idctur tunc etiam esse .tuos homines; alid non videtur ex omni patte certum aliis, qui dicunt nihil obstare quominus una el eadem anima informet duo pectora sub uno eapite, nec quominus duæ animæ sub duplici capite informent duo corda in eodem pectore : unde existimant, nec male, magis esse attendendum ad diversitatem operationum.

ARTICULUS TIΓ.

Utrum pueri in uteris maternis positi sint baptizandi ?

Suppono1°ox dictis art. 1 contra Gerson, et Cajet, votum baptismi a parentibus conceptum, pueris in utero clausis non sufficere, sive adhibeatur aliqua benedictio aliudve signum sensibile, sive non.

Q. 68. n. 11. o.— *Suppono* 2° infantem in nlero non baptizari baptismo matris, si forte contingat eam tunc baptizari; tum quia anima pueri ad cujus sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris; tum quia corpus pueri animali jam est formatum, et ideo a corpore matris diMinctum : unde baptismus quo mater baptizatur, non redundat in infantem. Aliunde , ut arguit S. Aug. lib. 6 contra Jul. cap. 5, si baptismo matris baptizaretur puer in ejus utero existons, non baptizaretur iterum, dum editur in lucem : cum ergo tunc baptizetur, manifestum est quod ad maternum corpus, dum esset in utero, non pertinebat, nec ejus baptismo sit baptizatus. Et ila definitur in jure, cap. *Siad matris* 114, de Consec. d. 4.

ibid— *Suppono* 3° quod si corpus pueri sit ita in utero clausum, ut aqua tangi non possit, inutiliter et illicite tenletur baptisma; quia ablutio aquæ eat de necessitate sacramenti : in casu autena non abluitur, nec ablui potest.

Sed quæslio est utrum si, inchoato puerperio et aperto ostio uteri, puer possit manu vel *syringia* aliove instrumento aqua perfundi, sive scissa secundina juxta quosdam, qui volunt eam non esse partem cor-» poris, sed ejus involucrum tantum ; sive ea integra mauente juxta alios, qui dic>*.ithanc pellem esse partem infantis pro hoc statu, eo quod secundum medicos eit illi congenita et non solum ad tegumen'um, sed etiam ad ejus nutrilionemordinata : quæslio est, inquam, utrum infans m hoc statu possit licite ct valide bap.tzari ?

Dico 1° nrobabilius videtur in casu posito infanlcm nec licite nec valide posse baptizari. Est omnium antiquorum, et ex recentioribus Natalis Alcxand. Verani, Juenin, Habert, l'IIerminier, Gotti, Toumely, Berti, etc., contra quosdam alios reconliores.

Prob. 1° *cx S. Scriptura* , S. Augustino interprete. Christus, Joan. 3 , v. 3 , dicit Nicodemo : *Nisi quis renatus fuerit denuo,* ttc., el v. 7 : *Oportet vos nasci denuo:quæ* ibidem explicantur de renascentia ex aqua rt Spiritu sancto. Atqui nemo potest nasci denuo, scu renasci, nisi prius fuerit natus, ut per se notum est : ergo. Unde S. Aug. Epist. 57, nunc 157 ad Dardanum , dicit : α Non renasci quisquam potest, antequam » natus sit. » Infra : α Non video quomodo » ædificentur hommes in domum Dei, ad « habendum in se inhabitantem Deum, nisi u cum fuerint renali, quod non possunt » esse antequam nati. » Item : *a* Illa sanc- d lificalio qua efficimur et singuli templa »Dci, el in unum omnes templum Dei,

» non est nisi renatorum, quod nisi nat< » homines essent, esse non possunt. » Eamdem rationem ct auctoritatem adhibet Auolor hic art. 11, in arg. s. c.

Respondent 1° , S. Script, et S. Aug. intelligi debere de nativitate non ex utero, qualis exprimitur Matth. 1, *Quod in ea* notum *est.*

Sed contra. Hanc interpretationem ex professo impugnat S. Aug. ibidem his verbis : « Quod si quis dicit, jam natum esse » hominem etiam cum adhuc est in utero ip malris, lestimoniumque adhibet ex Evan- » gelio, quia dictum est ad Joseph de praeii gnanlc Virgine, Domini matre, *Quod in » ea natum est, dcSpiritu sancto es',* num- » quidnam huic nativitati accedit secunda d nativitas ?Alioquin non erit jam secunda, » sed tertia. Dominus autem cum hinc Iou querclur. *Nisi quis,* inquit, *rcnalus fucu rii,* eam scilicet computans primam naP uvitatem quæ fit matre paviente, non » concipiente atque prægnanle, quæ fil ex » ea, non quæfit in ea.Neque enim renatum » dicimus hominem quem mater peperil, » tanquam iterum natus sit, qui jam semel » natus fuerat in utero; sedilia nativitate d non computata quæ gravidam facit, natus » dicitur homo partu, ut possit renasci ex » aqua ct Spiritu sancto '. secundum quam » ex Matre nativitatem etiam ipse Domii) nus, *inBelhleem Judæ dicitur natus.* Si *a* igitur homo regenerari per gratiam SpiD ritus in utero potest, quoniam restat illi u adhuc nasci : renascitur ergo antequam » nascitur, quod fieri nullo modo potest, d

Hanc ergo adversariorum responsionem non solum improbat S. Aug. sed etiam rationibus impugnat : 1° quia si verba Christi inlelligantur de nativitate in utero, regeneratio per baptismum non erit secunda, sed tertia nativitas; 2° cl maxime, quia homo in utero generatus, non dicilur simpliciter proprie natus, sed in matre natus: unde illud, *Quod in ea natum csl.* Simpliciter autem et proprie dicitur homo natus *parlu,* seu qui ex utero prodiit, *ul palel* cx S. Scriptura, Matth. 2 : *Cum natus esscl Jesus in Bethlcem Judæ;* et: *Ubi est qui natus csl rex Judæorum?* Genes. 4 : *Sclh natus est filius;* et alibi.

Inferunt. Ergo homo exsectus, seu eductus ex utero per operationem quam cæsaream appellant, csl incapax baptismi, quia

non est proprie natus, unde dictus S. Raymundus *nonnatus.*

R. N. illationem. Quia nasci ct in lucem edi sunt synonyma : unde proprie dicitur natus, qui ex utero quovis modo prodiit : dictus autem S. Raymundus *nonnatus,* non esset proprie et simpliciter natus, sed quia non erat natus ut solent alii, enitente matre. Cætorum nostra quæstio est de infantibus in utero.

Respondet 2° Aurelius Piette quoad S. Aug. ipsum tantum velle quod infans in utero matris existons, non possit baptizari baptizata matre ; quia lib. 1 de Peccat. Meritis , c. 26 , ex eodem principio quo usus est in Epist. ad Dardan. scilicet, a Qui nazi Ius non fuerit, renasci non potest, » concludit : « Ex quo conficitur, neminem in o suo parente renasci non potuisse non navtum,» id est, baptizato parente simul baptizari infantem.

Sed contra. 1° Nihil horum legimus inS. Aug. lib. 1 de Peccat. Merit, c. 26. 2« *Eslo* alicubi ista haberet S. Aug. male concludit adversarius : nam ri *in parente* non magis significat baptizari baptismo parentis, quam baptizari in ejus ulero; imo hoc ultimum magis obvie significat. 3° et præcipue, *Esto* item S. Augustinus alicubi ex hoc suo principio, *Nemo renascitur nisi natus,* intulerit infantem in utero matris non possebaptizari baptismo matris, quæ illatio est legitinia ! at in Epist. ad Dardanum quam versamus, non hic sistit, sed ex eodem principio concludit generaliter quod infans in ulero matris de lege ordinaria nullo modo possit regenerari et baptizari : *« Non video,* » inquit, quomodo ædiflcentur homines in » domum Dei ad habendum in se inhabi- » tantem Deum, nisi cum fuerint renati, «quod non possunt esse antequam nati. » Id autem profecto vidisset, si credidisset infantem in ulero existentem posse proprio baptismo baptizari. Item ibid. *a* Si homo » regenerari per gratiam Spiritus in utero p potest, quoniam restai illi adhuc nasci, » renascitur ergo antequam nascitur; quod » fieri nullo modo potest. » Ergo nec suo nec matris baptismate.

Prob. 2° ab auctoritate et praxi Ecclesiæ. Cap. *Qui in maternis* 115, de Conscc. d. 4 dicitur : *a* Qui in maternis uteris sunt - P matre baptizari non possunt, quia qui n natus adhuc secundum Adam non csl, » renasci secundum Christum non potest; » neque enim dici regeneratio in eo potuit, *o* quem generatio non præcessit. u Que latioexcluditnon solum baptismum matris, sed etiam proprium.

Rituale Rom. Iit. de Baptizandis Parvulis, prohibet infantem in ulero matris baptizari, iLsi caput aut aliud membrum extra emiserit : *Nemo in utera matrum baptizari debet; sed si caput emiserit,* clc. ut infra. Idem facramentale Ambrosianum, editum jussu S.Caroli; Pastoraleecclesiæ Alcchliniensis; RitualcBononicnse; RilualcGreg. XIII,cl plura alia ; ncc forte unum proferri poterit quod aliter loquatur. Idem S. Th. Iiicadi.

Respondent Ecclesiam et S.Thomamliaec dixisse in hypolhcsi quod puer non possit in ulero matris ablui : sed cum nunc ex observationibus hodiernorum medicorum constet posse ablui, ct manu tangi, horum definitionibus non adslringimur.

Sed contra, 1° Jus canonicum, ritualia et S. Th. non solum in hoc fundantur, quod puer non possit ablui in utero, sed etiam cum S. Aug. quem citat S. Th. in arg. s.c. in hoc quod nondum natus non possit renasci : sive autem possit ablui, sive non, quandiu est totaliter in utero, non potes! dici natus secundum ullaaisui partem, cum nasci sit extra prodire cl in lucem edi.

2" Uterum in partu aperiri, ideoqueinfantem posse tangi, non recenLioresmodo, s.d antiquissimi medici dixerunt, dixit i so Hippocrates do nativitate puerorum; i l ergo non latebat Ecclesiam et S. Thomam, neque in hac hypothesi loculi sunt,

3° Si in bâc solum suppositions non possit baptizari infans, igitur, ex quo contrarium constat, debuisset Ecclesia in re tanti momenti antiqua sua decreta rescindere, ct novis editis jubere baptizari infantes in ulcro matris, etiamsi nullam sui pariem extra emiserint; quod tamen hucusque non fecit,

Prob. 3° *ratione.* Homo per baptismum cooptatur inter membra visibilia corpori' Chrisli mystici seu Ecclesiæ visibilis; sunl enim sacramenta signa sensibilia quibus homines in unum religionis visibilis nomen coadunantur, ut alibi diximus ex S. Aug atqui infans in nulla sui parte cx ulero *egressus, non* polesl cooptari inter membra risibilia Ecclesiæ, nec coadunari in unum religionis visibilis nomon. Ergo.

Q. 68. o. 14. ad 4.—*Dico* 2· cum Rituali Rom. et S. Th. citatis. *Si infans caput emittril, et periculum mortis immineat, baplidur in capite; nec postea, si vivus evaserit, iterum esc baptizandus ;* quia caput est præcipua pars corporis, in qua vigent omnes sensus. *At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendat, baptizetur;* quia secundum aliquam sui pariem est natus. *Et (une si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus ;* quia non est certum an valeat baptismus in alia corporis parte quam in capite collatus. *Si vero ita baplizalus , deinceps mortuus prodierit ex ulero, debet* in *loco sacro sepeliri;* quia id pendet ex institutione Ecclesiæ, el in his favorabilia sunt amplianda. Hæc Ritualis verba videntur quasi exscripta ex Aulore, loco cil. in margine.

Obj. contra primam conclus. Infans in ulero materno inclusus est homo viator, capax graliæ; et indigus remedii, cum sit peccato originali obnoxius : si ergo remedium quod Christus instituit ad cum pervenire possit, illum sanabit.

R. D. ani. Est homo viator capax graliæ, el indigus remedii, et hujus remedii capax, A'. el hujus remedii incapax, *C.* Debet enim prius nasci quam renasci.

Inst. 1° Baptismus est ablutio exterior aquæ : ergo qui polesl externe ablui, potest baptizari.

II. I). ant. Baptismus est ablutio exterior aquæ in subjecto capaci, *C.* in subjecto incapaci, A. Ablue lapidem, non erit baptismus. Infans autem in ulero ex nulla sui parte natus, non est baptismi capax, ul dictum est.

*Insl.*2' Adsunt omnia requisita ad essentiam baptismi, scilicet, materia , forma el intentio ministri, nec plura requirit cone. Flor. Ergo.

R. I). ant. Adsunt omnia requisita, supponendo subjecti capacitatem. C. secus *N.*

Insl. 3° Puer in utero matris estsuilicientei natus, ut inficiatur peccato originali. Ergo est etiam sufficienter natus, ut ab eo mundetur.

R. N. conseq. Disparitas est, quod peccatum originale contrahatur carnali generatione, proindeque slalim ac animatur fœtus ; at non diluitur nisi sacramento regenerationis visibili, cujus csl incapax nisi prius natus.

Inst. & Infans de quo est quaestio, est sufficienter natus corporaliter, ulsi lenelhim ejus caput læsuin fuerit in utero, possit apposito ab obstetrice emplastro juvari et forte sanari: ergo est etiam sufficienter natus ut possit baptismo spirilualiler juvari et sanari.

R. N. conseq. Disparitas est, quod ut curetur corporaliter non requiratur quod sil natus ; at ut curelur spirilualiler sacramento visibili regenerationis, debet prius esse natus. Adde quod si medici prohiberent applicari emplastrum , non deberet applicari ; ita quia Ecclesia prohibet in casu adhiberi baptismum , non est adhibendus,

Insl. 5° Si puer in ipsa effusione uteri solum manum extenderit, potest baptizariseeundum nos ; quidni si ipsa manus, aul forte aliqua pars polior eodem liquore intra uterum baptizetur?

R. disparilatcm esse, quod in secundo casu nullo modo possit dici natus, in primo autem casu potest dici natus secundum aliquam sui partem : neque tamen dicimus hujusmodi baptismum in manu aul pede sic esse certum , ul non debeat repoli sub conditione , si infans perfecte nascatur.

Inst. 6" Infans de quo agitur, est inchoative natus. Ergo.

R. N. ant. Est quidem in dispositione ul nascatur , sed nemo dicitur natus, nisi in lucem exterius emissus.

Cælerum quoad praxim . cum ista sententia non omni carcat probabilitate, cl in extremis extrema sint lentanda, non videtur damnandus qui in hoc casu baptismum sub conditione lentaret.

Petes utrum mater prægnans, a medicis desperata, possit aperiri ut puer extractus valeat baptizari ?

R. negative. Quia nunquam licet occidere quemquam etiam periclitantem, ut altori subveniatur. Sed exspectanda csl mors matris, ct, ea slalim aperta , extrahendus inlahs et baptizandus. Quidam excipiunt casum quo mater est damnata ad mortem; sed satius est differre supplicium , imo ct nolilicalionem suæ condemnationis usquequo pepcrcrit.

ARTICULUS IV.

Utrum pueri Judaorum vel aliorum infidelium sint invitis parentibus baptizandi?

Hucusque dixi dc pueris baptizandis, attenta corum ætatc,ct spectato statu ante

nativitatem. Nunc dicendum de ipsis, attenta eorum parentum voluntate repugnante. Quantum ad pueros fidelium non csl difficultas, quia cum parentes sint Ecclesiæ subditi, possunt cogi ul offerant infantes suos baptismo ; consequenter *et a fortiori* possunt infantes iis invitis baptizari.

Inter infideles, quidam subjiciuntur principibus Christianis, quidam non. Ex primis quidam subjiciuntur politice tantum, ut cives ; quidam serviliter , ut mancipia. Item quidam a fide suscepta aposlataverunt, ut haeretici ; quidam nunquam fidem susceperunt, ul judæi, pagani, mahumetani. Ut certa ab incertis distinguamus,

Suppono 1° baptismum infantibus quorumcumque infidelium, etiam ipsis parentibus invitis, collatum esse validum ; quia adsunt, ul supponitur, omnia essentialia, materia, forma, intentio ministri et subjectum capax : neque voluntas seu intentio parentum offerentium perlinet ad essentiam, sed lanium ad solemnitalem sacramenti. « Non enim scriptum est, inquit » S. Aug. Epist. 23 ad Bonifac. Nisi quis ʊ renatus fuerit cx parentum voluntate, sed, » Nisi quis renatus fuerit cx aqua et Spiritu d sancio. » Unde solum est quæslio an licite baptizari possint?

2. 68. a. 40. o. — *Suppono* 2° filios quorumcumque infidelium adultos posse licite, si consentiant, baptizari; quia in his quæ sunt juris naturalis vel divini, incipiunt esse suæ potestatis.

Suppono 3° filios hærclicorum posse licite parentibus invitis baptizari;quia, sicut modo dicebam de pueris fidelium, ct ipsi parentes ratione baptismatis suscepti, el ipsi infantes ratione nativitatis ex parentibus baptizatis, sunt subditi Ecclesiæ. Supperesi ergo difficultas dc filiis non adultis infidelium simpliciter.

Ibid, et 2. q. 1U. *a.* 12. etquodlibct 2. 2. a. 7. — *Dico 1°* Pueri infidelium qui principibus Christianis non subjiciuntur, vel cis subjiciuntur politice tantum, non possunt licite baptizari invitis parentibus, *exceptis* ccrliscasibus infra referendis. Et communior cum Auctore contra *Scotum el Scotistas.*

Ibid. — *Prob.* 1° Si pueri infidelium qui principibus Christianis non subjiciuntur aut civiliter tantum subjiciuntur, invitis parentibus baptizarentur, vel apud iosos parentes infideles relinquerentur, vel ab ipsis eriperentur et separarentur : atqui neutrum licet. Non primum, propter evidentissimum periculum perversionis et apostasiæ in gravem injuriam fidei el sacramenti: extra dubium est enim parvulos parentibus addictos, el eorum pravis moribus ac ritibus imbutos, cum ad adultam ælalcm pervenerint, baptismo quem nescientes susceperunt, renuntiaturos el parentum religionem secuturos. Non secundum, quia eri pere pueros nondum adultos a potestate parentum, csl contra justitiam naturalem, jure enim naturali lilii, quandiu carent usi rationis, sunt sub potestate et cura parentum, non minus quam eorum boves étonnée magis licet illos ab cis auferre quan. cæleras eorum possessiones. Ergo.

Pro cujus intelligenlia, diligenter observandum est cum Cajet, et Solo quod, cum Deus sit auctor utriusque juris, scilicetnaluralis paterni, ct divini de baptismo, non sil instituenda comparatio inter ipsum Deum et parentes, tanquam inter duas potestates, sed inter Deum ut auctorem naturæ el ipsum ul auctorem fidei el legis baptismi. Potuit ergo Deus duplici modo instituere legem baptizandi omnes : 1° ut impleretur non obstante jure naturali; 2°ut impleretur sonato jure naturali. Si primo modo illam instituisset, nulla foret difficultas, ct pueri infidelium possent invitis parentibus baptizari : at non hoc primo modo, sed secundo legem hanc instituisse existimamus; idque colligimus cx pluribus. 1°Quia ipsemet jus naturale condidit, lex autem fidei et gratiæ naturam non destruit, sed perficit ; disponit enim Deus omnia suaviter. 2° Non legimus in S. Scripturis omnes esse baptizandos, derogando juri naturali parentum, sed simpliciter, omnes esse baptizandos, quod debet inlelligi salvo jure naturali. *Sicul enim si princeps mandaret* ul omnes concurrerent ad constructionem arcis, non obstantibus *quibuscumque privilegiis, equidem tunc etiam nobiles tenerentur concurrere ; sed si mandaret simpliciter ul omnes concurrerent, tunc non censeretur derogare juri el priv ilegiis nobilium : ita similiter.* 3° *Lex baptismi non tollit alia jura naturalia; v. g. non licet furari, aut occidere* matrem ul baptizetur infans quem habet in utero : ergo ncc tollit jus paternum. 4° Noluit Deus per legem baptismi

dirogar juri naturali quod habent adulti, ul libere de se et suis actibus disponant, ct idemon possunt vi cogi ad baptismum: ci go ncc juri parentum in filios. 5° Denique l ai:ccs,e Dei ct Chrisli voluntatem collegium e x constanti Ecclesiæ usu, ut jam sum dici.urus. Unde

ibid. 2.2. cit. — *Prob.* 2" Maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est æmulanda, quiact ipsa doctrina catholicorum doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet . unde magis standum est auctoritati Ecclesiæ quam auctoritati vel S. Augusrini vel S. Hieronymi, vel cujuscumque doctoris. Atqui nunquam fuit usus seu consuetudino Ecclesiæ quod Judæorum filii el aliorum infidelium, civiliter tantum el politice principibus christianis subditorum, invitis parentibus baptizarentur : ergo *Prob. minor.* Quamvis retroactis temporibus fuerint mulli catholici principes potcnlissimi, ut Constantinus el Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ul Sylvester Constantino, S. Ambrosius Theodosio, nunquam tamen id attentaverunt. Et certe isti praesules zelosissimi non prætcrmisisscnl a piis illis imperatoribus impetrare ul baptizarent istos parvulos,si hoc esset consonum rationi. El ideo periculosum videtur hanc assertionem de novo inducere, ut, præler consuetudinem in Ecclesia hactenus observatam, Judæorum, invitis parentibus, filii baptizentur. Hæc in terminis S. Th. Exempla quæ adversarii proferunt in contrarium, non sunt ad rem, *ut patebit cx sol. obj.*

Confirmatur i° Non est assigrahilis potestas per quam possint baptizari pueri infidelium, reluctantibus parentibus : non civilis, quia hæc spectat duntaxat regimen populi secundum præscripta juris naturalis vel humani; non ecclesiastica, nihil enim adeam spectat dc his qui foris sunt judicare, ut (licit Aposl. 1 Cor. 5 : non utraque simul, non enim plus possunt conjunclim quam scparalim. Ergo.

Confirmatur 2° Non licuit Judæis circumcidere alienigenas aut eorum filios po-i lilice tantum ipsi subjectos, nisi consensissent, sed tantum vernaculos et emplilios; Gcn. 17, Exodi 12, Joseph lib. 13 Antiquil. c. 8 el 11. Ergo similiter de baptismo.

Confirmatur 3° Canone *cx litteris,* Extra, dc Corners, infidel, decernitur quod, | patre ad fidem converso consentiente in baptismum filii, licet repugnet mater , baptizandus sit filius : ergo a contrario sensu, si amlx> infideles repugnent, non est baptizandus.

Quod dixi de jure parentum, idem dic dc avo cui, amoto patre, incumbit cura nepotum, ct jus paternum in cos competit. Quidam idem censent de tutoribus, qui sunt loco parentum ; sed verius videtur non esse lanium eorum jus sicut parentum, nec tantam eis injuriam irrogari ac parentibus, præscrlim in terris principum catholicorum, quorum auctoritate constituuntur tutores.

Dixi in conclusione, *exceptis certis casibus.* Tn'S communiter assignantur.

Primus casus est. Si puer sit ita morti proximus, ut nulla spes vitae moraliter remaneat , potest secreio baptizari, inconsultis parentibus ; quia tunc neque puer, moraliter loquendo, exponitur periculo aposlasiæ; neque minister, sed ipsa mors illum a parentibus eripit: neque injuri quæ in tali casu videtur irrogari parentibus, csl tam gravis, ncc tam superstitiose intelligcnda, s^d secundum prudenlum judicium, inquit Soto. El ita solent se gerere missionarii apud Indos, ut legimus de S. Franc. Xaverio, in Epist. ad Franciscum Hcnricum, infra citanda , et de S. Ludovico Bertrando, in ejus vita.

Secundus casus. Si puer, sive juste, sive injuste, sitita a parentum custodia abstractus, ut nulla sil spes reditus ad illos, potest baptizari ; quia tunc parentes censentur mortui parvulis, ct amisisse si non ipsum jus, saltem usum juris paterni, quo uti non possunt. Et sic solent baptizari qui c longinquis regionibus, sive pʃ r mercatores, sive fortuna belli ad nos deferuntur. Si tamen furto sublatus puer, non ita distaret a parentibus, quin posset ad illos remitti, aut ii possent consuli, alterutrum esset faciendum ; quia per furtum non amittunt jus paternum.

Tertius casus. Si alteruter parentum a l fidem conversus, in baptismum prolis consentiat allero repugnante, potest baptizar< proles : ita definivit Grog. IX , cap. */ x litteris ,* Ex Ira. de Corners. inlid. item cone. Tolet. 3, anno 589, cap. l î. et conc. lol. . 4, an. 633 , can. 63. *Ratio est,* quia lune consensus daturab eo qui habet jus naturale in puerum; cl quamvis aller repugnet.

praevalere debet consensus illius qui cedit in favorem religionis et in utilitatem pueri. Neque est periculum aposlasiæ, quia puer præsumilur instruendus a conjuge fideli : si tamen contrarium fundate timeretur, esset abstrahendus a parentibus, *utpalcbil ex infra dicendis in fine articuli.* Quod dixi de consensu unius conjugis, idem dicendum si avus, mortuo patre, consentiat, reclamante matre, quia avus habet etiam curam nepotum. Et ita statuisse Gregorium XIII refert Sylvius.

-D1CO2PFilii infidelium mancipiorum possunt invitis parentibus baptizari.

Est communis conlra paucos. Etquamvis Auctor hunc casum non expresserit, innuit tamen tum hic ad 2, tum 2, 2 cit. ubi dicit pueros Judaeorum non posse invitis parentibus baptizari, quia Judaei subduntur principibus chrislianisservitute civili. per quod innuit quod, qui subduntur serviliter ut mancipia, possint baptizari.

Kalio csl, quia dominus jure gentium habet dominium reale in servos eteorum filios, non minus quam in boves et oves, ita ut possit illos donare, vendere et ab invicem separare, sinccujusquam injuria : pueri autem sic separati baptizari possunt invitis parentibus, quia tunc respectu illorum cessat periculum apostasiae. Unde, quamvis dominium quod quis habet in servos, non det illi jus directum cl immediatum in ordine ad supcrnaluralia, dat tamen indirectum etmediatum,quiadaljusadscparationcm filiorum a parentibus, qua posita separatione, nihil obstat quominus possint baptizari pueri.

Si dicas jus paternum esse naturale, consequenter parentes non posse eo privari per jus gentium.

/L dici naturale non hoc sensu quod quasi jus naturale obliget, sed quia originem habet a na tura, sicut libcrtasdicitur naturalis : unde , sicut jure gentium possunt libertate privari, ita eljure paterno. Vel si vis, remanet jus paternum radicale ct remotum, fundatum in processione filii a patre, sed privatum jure proximo vt expedito.

IIoc ipso autem quo filii mancipiorum possunt baptizari, sequitur quod domini perse teneantur curare ut baptizentur et Christiane educentur, quia succedunt in curam parentum; nisi cx baptismocl eorum retentione sequerentur graviora incommoda, sicut revera sequerentur si, v. g. vellent pueros bello captos baptizari et non redimi, inde enim fieret quod pueri fidelium ab infidelibus capti, etiam non permitterentur i cdimi. An autem si sequatur tantum grave incommodum temporale, tencan'ar, dubium est. *Quidam a/Jirmanl,* quia bonum spirituale infantis est praeferendum bone temporali domini, et ad id tenerentur parentes, in quorum obligationem domini succedunt. *Negant alii,* quia parvuli non sunt in extrema necessitate, idcoquc non est illis necessario succurrendum cum gravi incommodo, neque domini succedunt in jus paternum cum tam stricta obligatione.

So'vuntttr objectionesconlraprimam caniIntioftem,

Obj. 1°cuin Francisco Ilcnno. Parentes nullum habent jus impediendi quominus procuretur baptismus eorum parvulis tergo potest princeps illis invitis baptismum parvulis procurare.

*R. N. conseq.*Quia, quamvis parentesnon habeant jus impediendi baptismum suorum filiorum, habent tamen jus neauferantural) eis, quod fieri deberet si baptizarentur, et sic privarenturjure suo.

Insl. 1° Hoc jure suo abutuntur parentes, nolentes filios suos baptizari : ergo possunt illo privari.

R. 1° hoc argumento probari etiam adultos invitos posse baptizari ; nam et ipsi abutuntur jure suo , et peccant contra jus divinum nolentes baptizari. 2° *D. ant.* Abutuntur jure suo conlra legem humanam vel naturalem , *N.* conlra legem supernaturalem ct divinam, *C.* et *N. conseq.* Quia nemo potest per potestatem humanam privari jure suo, nisi eo abutatur contra legem aliquam, ad quam servandam cogi potest ab ista potestate : non potest autem infidelis per potestatem humanam cogi ad servandam legem divinam baptismi pro sc, ita nec pro filiis.

Inst. 2° Princeps csl minister Dei: ergo debet curare ut serventur Dei mandata.

R.]). ani. Princeps est minister Dei ad procurandam observantiam praeceptorum naturalium et humanorum, *C.* praeceptorum supernaturalium , *subdistinguo.* Eo modo quo Deus vult ea observari, *transcal;* alio modo, *N.* Vult autem Deus legem baptismi observari, non derogando juri naturali parentum in filios, *ul probatum csl.*

Inst. 3° Supposita sufficienti praviiratione fidei, ut supponi debet apud principes chris-

llanos, parentes tenentur ex præcepta naturali prolibus suis procurare baptismum : ergo, ubi præceptum istud violant, principis csl illorum defectui supplere.

71. *I). ani.* Supposita sufficienti Evangclii prædicalione, parentes tenentur ex præceplo naturali mediate et indirecte prolibus suis procurare baptismum, *C.*immediato et directe , *N* In tantum enim lege naturali tenentur parentes procurare suis parvulis baj>-lisrnum, posita sufficienti promulgatione fidei, in quantum lex naturalis didat esse obediendum praeceptis suorum superiorum, llocaulem modo non dicimur proprie obligari jure naturali, sicut non dicimur obiigari jure naturali ad audiendam missam, ad servandam quadragesimam , etc. El hujusmodi logis naturalis transgressio non sufficit ul princeps possit parentes repugnantes jure suo privare; alioquin posset pariter cogere adultos ad suscipiendum baptismum, quia el ipsi simili modo peccant contra legem naturalem nolentes baptizari. Imo cx eadem ratione posset princeps saecularis se immiscere omnibus spiritualibus ct supernaluralibus. Adde sic Deum instituisse legem baptismi, ul noluerit transgredientes, sive pro se, sive pro filiis ad eam cogi derogando juri naturali, *ul probatum est.*

hisl. li° Potestas defendendi innocentes jure naturæ competit omnibus : atqui infantes sunt innocentes cl maximam patiuntur injuriam ex mala voluntate parentum. Ergo.

R. 1). maj. Potestas defendendi innocentes jure naturæ competit omnibus, eo modo quo Deus instituit. C. alio modo, *N.* Deus autem non instituit legem baptismi, ul possil conferri pueris innocentibus, violato jure naturali.

Inst. 5° Si parentes vellent occidero infantes, aut docerent eos furari, blasphemare , etc. possent ab eis juste eripi, non obstante jure quod habent in illos : ergo *a fortiori* si nolint ipsosbaptizari.

R. N. conseq. Quia quæ referuntur in antecedente, sunt directe contra jus naturae et bonum commune, cujus conservatio directe spectat principem civilem : at resistentia parentum respectu baptismi suorum parvulorum , est directe cl immediate conlra jus supernalurale, cujus conservatio non spectat principem sæcularem, nisi in quantum placuit ejus auctori; nun autem ipsi placuit ul servaretur cum injuria alterius juris.

Inst. 6° S. Aug. Epist. 48, nunc 93, laudat leges ab imperatoribus latas adversus sacrificia paganorum : ergo *a fortiori* laudaret principes qui impedirent subdiloi ne proles suas dæmonio sacrificent.

R, *N. conseq.* Aliud quippe est impedire exercitium publicum idoloKttria», aliud vi ad Christianam religionem compellere. Primum potest princeps, quia inde possunt mores subditorum corrumpi el tranquillitas publica turbari ; secundum non potest, quia sic Deus non instituit legem supernaluralem baptismi, ut violato jure naturali conferretur, cl vi homines ad religionem traherentur. Quod si infideles sint suis subditis chrislianis scandalo, potest eos cx sua ditione expellere, aut eos loco separato concludere.

Insl. 7· Oportet obedire Deo magisquaro hominibus : atqui Deus praecipit omnes baptizari. Ergo.

R. *D. min.* Deus praecipit omnes baptizari, salvo jure parentum, *C.* secus, .¥.

Insl. 8° Christus, Lucæ14, dicil servo: *Compelle intrare, ul impleatur domus mea.* Ergo,

R.inde probari infideles adultos posse vi compelli ad baptismum, quod non admittitur; imo impios tl in sceleribus obstinatos ad cœlum violenter perduci, quod insulsum est. — Q. 22. de verit. a, 9. — Igitur sensus est, gentes compelli ad fidem, non per minas, tormenta elarmorum violentiam, sed per rationis vim cl persuasionis efficaciam, sic, ul personante Evangelii tuba el operante gralia, fiant ex nolentibus volentes.

Obj. 2° Plurcs religiosissimi principes vi compulerunl infideles ad baptismum. 1· Sisebulus, llispaniarum rex, teste Baronio ad annum 614, Judæos ad baptismum coegit ; ct in cone. Tolet. 4, non solum non improbatus, sed laudatus fuit can. 57; fuilque ibidem præceptum ul Judæi, *qui fidem chrislianam vi velnccessitale susceperant, tenere cogantur.*

2'Lege 3 Visigolhorum, lib. 12, lit. 2, Judæi sub poena exilii compelluntur offerre lilios suos ad baptismum.

3° Carolus Magnus, juxta Annales Francorum apud Duchesne , Saxones coegit ad baptismum, el in hoc laudatus ab Adriano I.

4° Chilpericus, teste Greg, Iuron, lib. β Hist. Franc, cap. 17, multos Judæos baptizari *jussii.*

5» Dagobertus, referente auctore vitæ S Amandi, Trajeclensis episcopi, huic dedit litteras, ut infideles Gandavcnses compelleret ad baptismum.

6° S. Franciscus Xaverius, in Epist. ad Franciscum Hcnricum, dicit : « Plus prolicis quam tu putas, infantes diligentissimc conquisitos per baptismum coelo pariendo. »

7° 1 Machab. 2, de Mathalia et sociis dicitur ; *Circumciderunt pueros in circumcisos, quotquot invenerunt infinibus Israel, el in fortitudine.*

8° Tandem. In lege naluræ poterat quilibet fidelis *offerre* infantem alienum, applicando illi remedium peccati originrlis : ergo similiter.

R. 1° hæc facta pro majori parte non tangere nostram conclusionem ; sunt enim de infidelibus adultis, nostra autem conclusio *de pueris* infidelium nondum adultis. Et quamvis licitum esset metu poenarum infideles adultos ad baptismum attrahere, non ideo licitum esset infantes a parentibus abstrahere. At neutrum unquam probavit Ecclesia. Unde

R. 2° *adsingula. Ad primum.* Factum Siscbuli improbavit ecclesia Hispana in conc. Tolet. Nam can. laud, in obj. sic decernit : *a* De Judæis præcipit S. synodus, nemini » deinceps ad credendum vim inferre. » Laudatus autem fuit Siscbutus non propter hoc facium, sed propter zelum religionis ct alia statuta adversus Judæos, scilicet, ne Christianum mancipium circumciderent , nec Christianus exerceret ritus judaicos, elc. Jure autem Judæi, poenarum metu baplizati, coguntur servare Christian® religionis ritus; quia, licet nemo invitus ct animo reluctans valide baptizetur, si tamen metu adductus, revera velit suscipere baptismum, suscipit; quæ enim fiunt ex metu, sunt simpliciter voluntaria. Et aliunde Ecclesia, quæ non judicat dc internis , præsumit quod , qui exterius baptismum suscipit, rcipsa intenderit suscipere.

Ad secundum. Lege Visigotharum sancitum est ut, qui baptizari potius quam exulare elegerant et promiserant, flagellis essent puniendi si promissioni sponte factæ non «Urent.

Ad tertium. Carolus Magnus non vi corn pulil Saxones ad baptismum , sed illos instrui el suasionibus ac adhortationibus ad baptismum perduci curavit, quern illisponte susceperunt. Unde Alcuinus, Epist. 1, dicit, a Carolurn Akgnu.hsua sollicitudine, d devotione ac bemgnatc, per veræ salutis » concilium, per optimam voluntatem, Sa» xones convertisse, » At vero post iteratas Saxonum rebelliones et a fide defectiones, ipsos coegit stare et promissis el religioni sponte suscepta?.

Ad quartum. Ipse Greg. Turon, referens factum Chilperici, ipsum improbat.

Ad quintum. S. Amandus non usus est potestate sibi a Dagoberlo tradita, sed verbum Dei apud Gandavenses praedicavit, et quos c captivitate redimebat, baptizabat, ut dicit auctor ejus vitæ, apud Surium sexto februarii. Vide etiam Acta Sanctorum ad cumdcm diem.

Ad sextum. S. Franciscus Xaverius loquitur de infantibus morti proximis, et a parentibus derelictis ; additenim : *« Alme»* mento te octo mensibus quibus *istic ver» saris, plurcs animas conservasse moribun» dis infantibus baptizandis. »*

Ad septimum. 1° Multi interpretantur de pueris Judæorum, qui metu mortis» *gentibus* incusso non ausi fuerant circumcidere suos filios: unde ibi additur, *cl obtinuerunt legem de manibus gentium,* id est, *excusso gentium jugo,* recuperaverunt observandam legis. 1u *Esto intelligendum sit dc pueris gentium, Judæi* poterant illoscircumcidcrc, nimirum captivos factos jure belli. Constat autem cx probationibus conclusionis, non licitum *fuisse* circumcidere alienigenas invitos aut eorum filios, nisi vernaculos ct emplitios.

Ad octavum. Sylvius negat ant. Tunc enim sicut nunc servandum erat jus paternum, nec puer *educandus in infidelitate* poterat tunc magis quam nunc exponi periculo apostasia?. Soto *concedit ant. ct negat conseq. quia 1°* tunc non imprimebatur character ; 2° quia *iidelis* poterat ratione natura li convincere patrem, bonum esse filium Deo commendare; 3® quia tunc homines non erant coadunati in aliquam singularem religionem per exteriorem cultum, sic, ut parentes possent *conqueri de* subtractione suorum filiorum. *Insuper admittit Soto* quod illa oblatio fieri posset per actum *i»*

teriorem nesciente patre: quod nos negavimus de sacramentis in genere. *Prima solutio magis arridet.*

Observandum hic pro complemento quod, si contingat filios infidelium invitis parentibus baptizari, debeant ab illis separari propter periculum aposlasiæ. Ita decernitur injure, cap. *Judæorum* 11, causa 28, q. 1, ex conc. Tolet. 4. Neque obstat hic jus paternum ; quia praevalet jus quod Ecclesia per baptismum acquisivil, cum cedat in utilitatem pueri ct in honorem Dei, religionis et sacramenti, quæ per apostasiam moraliter certo futuram pueri, gravi injuria allicerentur. Idem censeo si ulerque parens sil infidelis , el ex unius consensu puer sil baptizalus; quia verisimile est quod puer adultus sequelur religionem parentum.

ARTICULUS V.

De adultis baptizandis, per quasliunculas.

Petes 1°ulrum pcccatoressintbaptizandi?

2. C8. a. 4. o. *R.* Peccatores quos peccatorum præterilorum pœnitet, sunt baptizandi; quia sacramentum baptismi est inilutum ut per ipsum peccatorum sordes inundentur, juxta illud Ephes. 5 : *Mundans eam lavacroaquæ in verbo vitee.* Peccatores autem qui perseverant in voluntate peccandi , non sunt baptizandi ; quia in co statu mundari non possunt a peccato, ad quod baptismus ordinatur.

Petes 2° quæ dispositiones requiruntur in adultis ad susceptionem tum validam cum licitam baptismi?

Q. 1° Ad validam susceptionem baptismi non requiritur in adulto neque fides, neque poenitentia; sed requiritur ct sufficit intentio illum suscipiendi, quæ aliquando fuit el moraliler perseverat.

Ibid. a. 8. o. *Ratio primæ cl sccundcc partis;* quia sacramentum non perficitur per justitiam hominis dantis vel suscipientis , sed per virtutem Dei : unde S. Aug. l. 3 de Rapt. cap. 14, relatus cap. *Sicut in sacramentis,* dc Conscc. d. 4. « Non interest, » inquit, cum de sacramenti integritate cl d sanctitate tractatur, quid credat ct quali » fide sil imbutus ille qui accipit sacramcn» tum : interest quidem plurimum ad salu» lis viam, sed ad sacramenti quaestionem » nihil interest.» Idem ibid. cap. S» *qui,* cl cap. *Quamvis.* Hæc amplius patent ex dictis in tract, praecedenti, diss. 5, ari, 3, et dissert. 2 hujus tract, a. 2, ubi probavi» mus baptismum collatum et susceptum in hærcsi esse validum. Confer.

Ibid. ad. 2. Neque obstat intentionem in suscipiente requiri ad valorem sacramenti, ul dicitur in secunda parte responsionis, quæ intentio non videtur esse posse sine recta fide : non obstat, inquam, quia non habens rectam fidem circa alios articulos, potest habere sufficientem fidem circa baptismum, utilium intendat. Quod si circa hoc sacramentum etiam erret, sufficit ad perceptionem sacramenti generalis intentio qua intendit suscipere baptismum, sicut Christus instituit, et sicut Ecclesia confert, utexplicuimusdum de intentione ministri, in tract, de Sacram, in genere, diss. 5, a. 6.

Secunda pars responsionis etiam probata manet ex diss. G præcedenlis tract, a. 1, ubi abunde diximus de intentione requisita in suscipiente ad integritatem sacramenti. Require ibi.

Λ. 2° Ad licitam el fructuosam susceptionem sacramenti, ultra intentionem et rectam fidem, requiritur in adulto attritio. Hanc responsionem probatam habes diss. 3 praecedentis tract, art. 4, §2; vide. Qualis autem debet esse ista attritio, ct an ad eam requiratur necessario aliquis Dei amor, dicemus dum de sacramento pœnitentiæ.

Petes 3° ulrum peccatores accedentes ad baptismum debeant præmillere confessionem sacramcnlalem?

Ibid. a. 6. o. *R. negative.* 1° Quia confessio sacramenlalis ordinatur ad absolutionem qua non indigeni qui baptizantur, cum per baptismum omnia peccata illis remittantur, ut dicemus diss. seq. 20 Quia baptismus est janua aliorum sacramentorum , el Ecclesia non habet jurisdictionem in non baptizatum, ut possit in eum exercere judicium et ferre sententiam.

Neque obstat Tert. l. de Rapi. c. 2. 20, S. Grcg. Nazianz. Orat. 40, meminisse aliquorum qui præmitlcrenl confessionem baptismo; hæc enim confessio non erat sacramenlalis, sed quædam humiliatio ad directionem in vita spirituali.

Petes 4° ulrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera pœnalia?

Ibid. a. 5. o. — *R. negative.* 1° Quia qui baptizantur incorporantur ct commoriuntur Christo, non solum quatenus virius passionis cl mortis Christi operatur in baptismo,

nam et in aliis sacramentis operatur, sed quatenusporfcctcconfiguranlurChrislomorienli, dum, abjecto veteri homine, regeneranhirad novam vitam ct accipiunt novum es e spirituale, juxta illud Roin. 6 : *Quicumque baplizali sumus in Christo, in morte ipsius baplizali sumus ; consepulti enim sumus cum Hin per baptismum :* ita ut ipsa poena Christi fuerit satisfactoria pro peccatis baplizalorum, sicut poena unius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius membri; vel, ut dicit idem S. Th. q. scq. art. 2, sic, ut applicetur baptizatis passio Christi in remedium, ac si ipsi passi et mortui essent. In quo art. 2ctpræccdcnti, probat omnia peccata quoad culpam et totam poenam remitti per baptismum, quod est altera probatio hujus ei præc edentis responsionis.

An aulem ante baptismum imponenda sint baptizandis opera poenalia ?

R. esse imponenda, non ad satisfactionem, sedutpcrcradicalioncmviliorum,etdcbitam morum correctionem, ac religiosa pietatis exercitia, sc p~æparenl ad baptism un. El in hunc finem ordinabantur laboriosicalcchumenalus opera.

Petes 5° utrum furiosi el amentes sint baptizandi?

Ibid. *a.* 42. o. — *R.* Furiosi et amentes a nativitate sine ullo lucido intervallo sunt baptizandi, non secus ac infantes. Qui aulem habent lucida intervalla, si aliquando habuerint voluntatem baptismi, quam non retractaverint, necessitate urgente sunt baptizandi in ipsa amentia : constat cx dictis de Sacram, ingenero, diss. G, a. 1.

Petes 6° utrum qui mortepræoccupati non potuerunt baptizari, sint baptizandi mortui , aut vivi pro mortuis?

II. negative contra Cerinlhianos, Marcionilas et Cataphryges, qui, ex præpostera inlelligcnlia horum verborum Apostoli, 1 Cor. 15, *Alioquinquid [acienlqui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Utquid et baptizantur pro illis?* docuerunt aut mortuos sine baptismo esse baptizandos, aul vivo? pro ipsis.

Hunc errorem proscripsit conc. Carlbag. 3, can. 6. *Cavendum est,* inquit, ne nior*luos posse baptizari fratrum infirmitas credat.* Halio est evidens; quia ex una pario cadaver esi incapax regenerationis spiritualis, el homo mortuus extra statum vite, inen- | pax omnis sacramenti. Ex alia parte, baplismus non prodest nisi suscipienti, et defuncto sine baptismo ct extra Ecclesiam, non prosunt suffragia vivorum.

Quantum ad textum Apostoli, variæsunt interpretationes quas refert Eslius in hunc locum. Duas propono ut probabiliores, observato prius quod Apostolus in hoc cupite intendat probare rcssurrectioncm mortuorum. Dicendum itaque, quod Apostolus per rà *mortuis* intelligat corpora morti obnoxia, ita ut sensus sit. si non sit futura resurrectio, cur corpora moritura et nunquam resurrectura baptizantur? Vel *per-h baptizantur* intelligit affliguntur, quo sensu dixit Christus, Marci 10 : *Potestis... baptismo quo ego baptizor, baptizari? et* Luca* 12: *Baptismo aulem habeo baptizari.* Ita Ulsensus sit* Utquid affliguntur, pœnitenliæoperibus cruciantur, orationes fundunt, sacrificia offerunt vivi pro mortuis, si mortui non resurgant, nec istis juvantur?

Petes T° quid censendum de baptismo campanarum?

Hunc ritum ecclesiasticum reprehendunt hærelici tanquam superstitiosum, exprobrantque nobis quod res inanimatas baptismi incapaces baptizemus non secus ac homines, risuque dignum huic baptismo adhiberi omnia quæ baptizandis hominibus adhibentur, unctionem, lavacrum, nominis impositionem et palrinos.

R. 1° usum campanarum osse in Ecclesia perantiquum ; carum meminit Ordo Romanus, tit. de Sabbato Sancio, ct venoreb. Reda initiosxculi septimi, lib. 4 Hist. Ai>glorum, cap. 23. Communior opinio fert eas usurpatas fuisse, ineunte sæculo quinto, a S. Paulino, Nolano episcopo, ac propterva a Nola, urbe Campaniæ, fuisse dictas *Campanas* et *Nolas.*

2» Benedictionis campanarum non fuit auctor Joannes XIII, circa annum 070, ut volunt hetarodoxi; hoc pontifice antiquiorem probant antiqua ritualia, de quibus Martcnius , 1. 2 de Antiq. Eccles. Ritibus c. 2!, elalii. Sed etsi iste ritus esset a Joanne XIII, nihil crinccrcnv-hærelici, cum sil in Ecclesia potestas novos ritus instituendi.

3 Non baptizamus campanas qrx.si spiritualis regenerationis per gratiam capaces, sed benedicimus, ut, juxta verita Pontificalis Horn, elconc. Colon, cap. 14 apud Labb. j torn. 14, col. 540,vcce quadam sacrata

convocent ad ecclesiam, ad verbum Dei ct ad sacrificium, ct vi benedictionis procul pellantur omnes insidiæ inimici et coerceantur tonitrua, grandines, procellæet tempestates.

Ad primum, quod opponunt hæretici, reponimus, benedictionem campanarum *Aid baptismum* in lata significatione, prout idem est ac ablutio et deputatio ad usum Ecclesiæ sacrum. *Ad secundum.* Adbibetur unctio, quia consecrantur Domino ; sicut lapis quem Jacob erexilin titulum, infundens oleum desuper : lavantur et linteo exterguntur in sacri olei venerationem : imponitur nomen , ul quasi voce alicujus sancti plebs Christiana vocetur ad ecclesiam. Non ubique adhibentur patrini, nec id praescribitur in Pontificali Rom. sed ubi mos est, adhibentur ut præsint custodibus campanarum, et curent eas pulsari juxta Ecclesiæ consuetudinem, eo modo el ad eos lines ad quos sunt deputalæ.

ARTICULUS VI*

Utrum tam pueris quam adultis baptismus sit differendus ?

Q. 68. a. 3.O.—*Dico* 1' Infantes sunl quamprimum baptizandi.

Ibid.—Est communis, et sequitur ex dictis a. 1 ct 2 hujus diss. Si enim, ul illic probavimus , baptismus in re sit parvulis necessarius necessitate medii, et ipsi sint baptismi capaces, manifestum est esse quamprimum baptizandos propter mortis pericula quæ in hac teneriori ælate sunt frequentia et subitanea. Aliunde non cxpeclalurin ipsis sicut in adultis major instructio aut plenior conversio, idcoque dilatio foret stiperllua.

Parentes igitur aut ii quibus incumbit curia parvulorum , graviter peccant contra charitatem et pietatem , imo et contra praeceptum ecclesiasticum, quod ex ejus praxi colligimus, si diu absque gravi causa differant illos baptismo offerre , et in hoc négligentes tenentur ex officio pastores compellere.

Quanta vero debeat esse delatio ut sil peccatum mortale? Id videtur judicio prudentum aestimandum ex circumstantiis seu cx qualitate periculi et causæ gravitate. Censet Symus, dilationem ad 1res vel quatuor dies, secluso morali periculo morlis, non osse mortalem ; Solo el quidam alii extendunt ad sex vel septem dies. Ulterius autem differre propter susceptorum moram , non putat incere idem Sylvius, citatis pluribus synodis.

Dices. S. Th. in 4, d. 4, a. 1, q. 2 , dicit tantum quod *magis laudabile sil quod pueri quam citius poterunt, baptizentur :* quæ verba non indicant obligationem sub peccato, sed consilium duntaxat ut quid melius : ergo. Ita Serra.

R. S. Thomam hos terminos, *magis laudabile,* adhibuisse, ul responderet argumento iisdem terminis quibus constabat ; erat autem sic : *Videtur quod melius sit baptismum differri ;* non autem ut excluderet obligationem, alioquin dicendum foret juxta S. Thomam, non esse præccplum , sed consilium tantum baptizandi pueros ante trigesimum ætatis annum exemplo Christi; de ista enim dilatione proccdebalargumentum. Insuper obligationem importat et exprimit prima ejus ratio ibid, α Quia, inquit, prop» ter imbecillitatem naturæ, de facili pos» sunl mori et damnari : unde ul damnalio» nis periculum vitetur, debent baptismo » præveniri. d Audis, *debent,* quod non consilium tantum, sed obligationem importat. Et hic ex eadem ratione absolute concludit : Pueris *non est differendum baptisma.*

Dices 2° Circumcisio non conferebatur nisi octava die. Ergo similiter baptismus.

R. iV. conseq. Disparitas est, quod circumcisio ante octavam diem potuisset adferre mortem infanti : etaliunde in periculo poterat lococircumcisionisilli subveniri per remedium legis naturæ. Nunc autem non potest subveniri infanti nisi per baptismum re susceptum, nec timendum est ne parum aquæ illi noceat.

Oppones iterum Terlul. et S. Greg. Naz. quorum primus existimavit baptismum esse differendum usque ad adultam ætalem, aller ad lerlium annum : sed jam respondimus art. 2 hujus diss, has opiniones aliis Patribusdisplicuisse,etabEcclesianonfuisse probatas. Vide ibidem alia argumenta.

Dico 2U Jure divino non esi determinatum tempus, excepto morlis periculo, u lira quod si adultus differat baptismem , peccet mortaliter : tenetur tamen sub mortali peccato non dlfihrrc diu, nisi cxgrwri causa. Jure autem ecclesiastico peccat graviter, si ultra tempus ab Ecclesia institutum differat.

in 4. d. 47.q. 3.a.1.q.4. Prima pars videtur in terminis contraria «rntcnlii· plu-

num rccentiorum, sednon puto rediffcrre, •*it palebit cx dicendis.* Cætcrum illam exprcssectasseritetprobatAuclorcit. in marg. a. Ad baptismum percipiendum, inquil, non j tenetur aliquis statim postquam babel d propositum baptismi, ita quod pcccetmor» taliter nisistatim baptizetur : nec est ali- quod tempus determinatum ultra quod , » si baptismum differat, peccatum mortale » incurrat.... Sed quia quæ sunt de neccs» silatc salutis tenetur homo in via implere, » ideosi periculum mortis immineat, etiam » perse loquendo obligatur aliquis ad con« fossionem faciendam tunc, vel baptismum » suscipiendum, o

Insuper quodnam tempus assignari potest juro divino determinandum ? *Respondent:* Prima opportunitas qua quis commode potest suscipere baptismum. Sed et hoc in terminis impugnat S- Th. ib. « Præcepta affir» maliva, inquit, non obligant ad statim, » sed ad lempusdelerminatum, non quidem » ex hoc quod tunc commode impleri pos» sunt ; quia sic si non daret aliquis eleemo» synamde superfluo quandocumque pau« per offerretur, peccaret mortaliter, quod «falsum est; sed ex hoc quod tempus urgen» lem necessitatem adducit. » Præceplum autem de baptismo suscipiendo est affirmativum , nec tempus urgentem necessitatem illum statim suscipiendi adfert,sed tantum non differendi diu, *ut dicit secunda pars conclusionis.*

Respondent, esse specialem rationem de hoc præcepto affirmativo; quia baptismus est necessarius ut quis fiat membrum Ecclesiæ ct capax aliorum sacramentorum. Verum ista probant quod dicil secunda pars conclusionis, baptismum scilicet non esse diu differendum, non tamen statim sub peccato mortali suscipiendum ; ecquis enim dicat hominem qui jam tide tenet Deum, et ipsi forte charitate conjungitur, peccare mortaliter si ad breve tempus differat fleri membrum exterius Ecclesiæ, et aliis sacramentis participare? iNeque puto recentiores aliter sentire ; dicunt nim *statim moraliter* , el in eo *statim moraliter* magnam admittunt latitudinem, etiam decem mensium : quod re convenit nobiscu n, *ul patebit modo.*

Si tamen iterum urgeas, quod homo suL flcienler instructus teneaturstatim credere, ergoet statim profiteri fidem, consequenter statim suscipere baptismum, qui est sacramentum fidei.

R. hoc argumento probari , neque Ecclesiam potuisse determinare tempora baptismi, quia ncc tarndiu licet differre fidem interiorem. Dicendum itaque, non esse tam urgentem necessitatem profitendi statim fidem exterius per baptismum, quam illam corde suscipiendi, maximccum catechumenus etiam illam exterius profiteatur per opera catechumena tus.

Prob. secunda pars. Baptismus est a Deo institutus et praeceptus, ut per eum homo non solum remissionem peccatorum consequeretur, sed etiam ut aliquo signo visibili profiteatur fidem cl religionem chrislianam, fiat membrum Ecclesiæ et capax aliorum sacramentorum: atqui est contra propriam charitatein, qua tenetur homo suæ saluti consulere, tam magna bona diu respuere, et exspectare tempus in quoinccrlum eslan illa consequetur. Ergo. Unde S. Chrysosl. Hom. 1 in Act. Apcsl. circa fimen: «Nec « tempus exspectemus , inquil, nequando «fiat ut, dum cunctamur ct procrastina«mus, discedamus hinc inanes et vacui.» Et Horn. 13 in Epist. ad Heb. « Multos, « novi, inquit, qui hoc passi sunt,qui spe «baptismatis mulla peccabant: circa diem » autem mortis discesserunt vacui. » Hic etiam amarædeclamationes SS. PatrumBasilii, Greg. Nazianz. ct aliorum in eos qui baptismum diu differebant.

2.68. a. 3. o. — Expedit tamen differre ad aliquod certum tempus, propter tria: 1° ad cautelam Ecclesiæ, ne decipiatur,sacramentum ficte accedentibus conferens; 2° propter utilitatem baptizandorum, qui aliquo temporis spatio indigent ad hoc quod plene instruantur de fide, et exercitentur in his quæ perlinent ad vitam Christianam; 3o propter reverentiam sacramenti : qua de causa olim conferebatur in præcipuis solem* nilatibus Paschæ et Pentecostes.

Ibici. — *Tertia pars* est in IcrminisS.Th. cit. in fine articuli ; *ctpalct,* quia est trans* gredi legem Ecclesiæ in re gravi.

Duo autem tempora, ut jam dixi, Eccle« sia designavit baptizandis adultis, scilicet festum Paschæ rt Pentecostes, cap. *Duo tempora* 12, de Conscc. d. 4, ex S. Leone; cap. *Si quis autem i i,* ibid, ex cod. et cap. *De Catechumenis* 15, ibid, ex conc. Gerundinensi. Excipiuntur tamen ibid. cap. ‹ù nufeehvrnenû cl cap. *Si quis,* ii qui necessitato mortis, ægritudinis, persecutionis et nauiragii urgentur, qui quovis tempore poterar.î oaptizari.

S. Thomas et post ipsum Soto censent etiam exceptos fuisse, el potuisse quovis tempore baptizari, qui erant perfecte instructi et dispositi; sicut, inquit Auctor, Philippus statim baptizavit eunuchum Candacis reginæ, Petrus Cornelium et tria millia hominum. Quapropter existimat Solo hæc tempora non fuisse sic instituta, ul aliis anni temporibus a baptismo esset omnino supersedendum, sed tum ne ultra differretur, tum ut, aliquibus in hæc tempora reservatis, solemnius baptismus conferretur cum litaniis el aliis solemnibus cæremoniis. Quod si aliquando legatur prohibitum ne aliis anni temporibus fiat baptisma, id solum dirigitur, inquil, in eos qui contendebant in festis Nativitatis etEpiphaniæeamdem baptismi solemnilatem esse adhibendam quæ in Paschate ei Pentecoste.

Verum, quidquid sit de ista observatione, quamvis nunc propter paucitatem adultorum baptizandorum hæc tempora pro solemni baptismo non sint amplius in usu, non videtur tamen exii netum Ecclesiæ praeceptum, ne ultra id vel æqualc tempus differatur. Quapropter, sive vi praecepti ecclesiastici, sive vi juris divini aut naturalis, quo quisque suæ saluti providere tenetur, non videtur excusandus a gravi peccato qui sine legitima causa suum baptismum differret ultra decem menses, quod csl tempus ab Ecclesia statutum, et videtur satis longum. Eo autem gravior debet esse causa dilationis, quo major est dilatio.

Sed difficultas est, quomodo Ecclesia possit suo præcepto adsiringere infideles, qui nondum ipsi subjiciuntur ; cum juxta Apost. l Corinth. 5, de his qui foris sunl nihil ad nos?

R. id posse duplici modo, i° Indirecte. Pro quo observandum est, præceplum baptismi non esse ejusdem rationis cum aliis præccptis, v. g, pœnitentiæ eteucharisliæ; hæc enim quatenus divina, non spectant nisi fideles : unde Ecclesia, determinando illorum tempus, non potuit obligare nisi fideles:,sed præceplum divinum baptismi obligat omnes omnino homines, unde Ecclesia determinans, per elavem scientiæ quam haDet a Christo Domino, tempus obiigalionis baptismi, obligatomnes. Sicutenim potuit praescribere fidelibus tempus pœnitentiæ et eucharisliæ, quia ad illa jure divino tenentur : ita potuit præscribereomnibus tempus baptismi, quia omnes ad illum jure divino pariter tenentur.

In 4. d. 47. q. 3. a. *1.* q. *1.* — Alio modo potest Ecclesia præscribere directe tempus baptismi infidelibus, quatenus, petendo baptismum, se subjiciunt Ecclesiæ : unde, sicut Ecclesia habet potestatem illis praecipiendi varias baptismi cæremonias, ita et ejus tempus præscribere; non secus ac judex arbiter habet potestatem exercendi judicium in eos qui se illi subjecerunt, eleis præcipiendi quæ sunl ad sententiam necessaria. Verum sicut si litigantes revocent judicem arbitrum, ipse non potest illos punire, nec cogere ut pareant sententiæ quam tulit : ita ncc Ecclesia potest punire catechumenum ncc cogere ad baptismum, quia hoc ipso quo recedit a fide, desinit petere baptismum ct subjici Ecclesiæ.

Dices. Baptismus tollit peccata præterita et non futura : unde quanto magis baptismus differtur, tanto plura peccata tollit : ergo præstat diu differre.

H»c. a. 3. ad 3. — *R.* quod baptismus per gratiam quam confert, non solum tollit peccata præterita, sed etiam impedit futura ne fiant : melius est autem vel unum peccatum non committi, quam millia dimitti.

Quantum ad S. Ambrosium, S. Marlinum, Constantinum Magnum el alios viros insignes, qui leguntur diu distulisse suum baptisma, jam diximus cos non sine causa distulisse, aut in hoc non esse excusandos. De baptismo Constantini dicemus in digress, historica.

Petes quæ fuerint causæ cur olim tot differrent suum baptisma ?

R. plures fuisse. Quidam in animo habebant melius esso baptismum differe, quam a gratia per ipsum collate excidere; el ideo ad eam ælalcm differebant in qua minus effervescerent passiones, cl minor esset propensio ad peccatum. Quidam differebant, ne per baptismum arctiori vivendi genere adsiringerentur; quidam, ul sine laboriosis pœnitentiæ operibus a peccatis omnibus e' peccatorum pœnis, per baptismum in fine vitæ susceptum, abluerentur; quidam e contra, ex humilitate ct ul maturui' per diuturniora pietatis exercitia se ad illum

disponerent. Potuerunt esse aliæ particularibus propriæ : sic Constantinus dicebat se baptismum distulisse, quia optaverat baptizari in Jordane. Sed communior fait tam pro infantibus quam adultis relaxatio disciplinae, episcopis in exilium pulsis, ipsaque baptizandorum negligentia ac salutis incuria.

DIGRESSIO I HISTORICA.

DK VETERI CATECHUNENATC.

Jd art. 6 prcrcedentis dissertationis.

Catechumenus est vox græca, idem significans ac latine instructus viva voce in catechismis; quia qui aspirabant ad baptismum instruebantur elcatcchizabanlur. Ilie ritus ortum habet a Christo, qui jussit gentes doceri antequam baptizarentur. Infantes hodie quamvis non calechizcnlur, dicuntur tamen catechumeni, quia plurcs alii ritus catechumcnatus erga illos observantur, signum crucis, exorcismus, insufflatio , inunctio, nominis impositio, etc.

Varii gradus seu ordines catechumcnatus.

Tres communiter numerantur, sed non uno modo explicantur. Quidam numerant *audientes, genuflcctentcs ct competentes* seu *electos;* utrosque enim in eodem gradu collocant. Alii numerant *audientes, competentes* et *electos;* neque putant genufleclcntes constituisse specialem classem, sed eos esse qui, currente calechumenatu lapsi, si in ordine competentium essent, rejiciebantur ad audientiam ; si in ordine audientium, expellebantur ab audientia. Sic catcchumcnatus ordines disposuisse videtur S.Isidorus, lib. 8 Orig. cap.4, immediate post audientes constituens competentes, α Competens, ina quit, vocatur, qui post instructionem fidei » competit gratiam Christi ; inde a petendo *n* competens vocatur. » Idque magis consonum videtur explicationi catechumcnatus : igitur juxta hanc dispositionem,

Audientes erant qui , se offerentes ad baptismum, recipiebantur ab episcopis inter catechumenos, facto illis signo crucis in fronte ct in plurib”s aliis partibus corporis, cum manuum inquisitione, precibus, insufflationibus, degustatione salis et exorcismis: ex Sacrament. S. Greg. tit. *Ad Catechumenum ex pagano faciendum.*

Hoc ritu inaugurati, admittebantur ad audiendum ver um Dei in ea parte ecclesiæ quæ hodie na.is dicitur, ct inde dictum *auditorium* et ipsi *audientes.* Instruebantur insuper privatim, sive ab episcopis, sive a sacerdotibus, sive a diaconis, quandoque a magistris deputatis in civitatibus, qualis erat Origenes Alexandria;. Non docebantur profundiora religionis mysteria, sed ea tantum quæ communiter tidem et mores spectant. Postquam instructionem in ecclesia audierant, dimittebantur ante offertorium; quidam dicunt, cum ethnicis absque solemni edicto; quidam dicunt, cum *competentibus,* diacono cx umbone solemniter, clamante : Catec/iumenidMcedite/etindedicla missa catechumenorum usque ad offertorium exclusive.

Competentes erant qui, urgente baptismi desiderio, instanter petebant ad illum admitti ; unde *competentes* a *petendo* dicti, ut jam notavimus cx S. Isidoro. Petebant autem baptismum in terram prostrati,el dantes nomina sua. In hunc ordinem cooptati , laboriosis IUmitentiæ operibus exercitabantur, ut sepræpararent ad baptismum. Jubebantur abstinere a vino et carnibus, ex conc. Carthag. 4, can. 85; assiduis orationibus, geniculationibus, pervigiliis operam dabant cum confessione delictorum, ex Tcrlull. lib. de Bapl. c. 20. Sed jam dixi hanc confessionem non fuisse sacramenlalem, neque,ut videtur, erat specialis, sed generalis, el forte indistincta ab ipsis operibus : dicit enim ibid. Tertuil. « nobis esse » gratulandum , si non publice confilea-j0 mur iniquitates aut turpitudines nostras.»

Electi dicebantur qui, per scrutinia reperti digni, recipiebant Symbolum ct admittebantur ad baptismum. Scrutinium autem erat devita et moribus competentium, quod fiebat coram multitudine, ut si quis haberet aliquid opponendum , opponeret. Erant'septem scrutinia quæ ab hebdomada tertia Quadragesimas usque ad sabbatum Sanctum celebrabantur. Ex Ordine Rom. præcipuum habebatur feria quarta Majoris hebdomadae, quæ propterea dicebatur dies scrutinii.Conqictentes igitur qui, his scrutiniis probati, erant digni, accepto Symbolo, dicebantur *electi* ad baptismum. Symbolum autem tenebantur reddere, idest,memoriter recitare, alicubi feria quinta’Majoris hebdomad® ; in ecclesia vero Romana et Hispanica, sabbato Sancto, paulo antebao-

lismuni, in publicam fidei professionem : accipiebant etiam Orationem Dominicam, quam reddebant die Paschæ post eucharistiam. Quo ritu baplizabanturcatcchumeni, dixi superius.

Si *quæras* quanto tempore durabat catechumenatus?

R. variam in hoc fuisse Ecclesiæ disciplinam. Constat exemplo Cornelii, eunuchi Candacis reginæ , trium el quinque millium una die baptizatorum, nascente Ecclesia, slatim, præmissa fide, collatum fuisse baptismum. Deinde variorum conciliorum et pontificum sanctionibus diversa tempora fuere præscripta : a quibusdam octo menses, ab aliis sex, communius quadraginta dies; quod tempus fuit postea contractum ad octodecim dies.

DIGRESSIO II HISTORICA.

DE BAPTISMO CONSTANTINI IMVEKATOBIS.

sid ari. till. disteri. procedentis.

Quando cl ubi fuitbaptizalus Constantinus?

Duplex est circa hoc factum opinio. Prima tenet, Constantinum baplizalum fuisse Romæ a S. Sylveslro, anno 324, ætal. 50, ante mortem 14. Ita Baronius cum mullis ejus sequacibus. Altera tenet, baplizalum fuisse in suburbio Nicomedi®, sub finem vil®. Ita plerumque reccntiores, Papebrochius ad diem vigesimam primam mail ; Antonius Pagi ad annum 324; Natalis Alex. sæc. 4, dissert. 23 ; Bcnediclini Maurini in notis ad Orat. S. Ambrosii de obitu Theodosii;Tillemontius, Fleury, etc. Utriusquesententiæ momenta proponam.

Momenta baptismi Constantino collali Roinæ a S. Sylveslro.

Primum momentum petitur cx Actis S. Sylvestri, quæ sic factum narrant. Hæc autem Acta vencrandæ auctoritatis esse in Ecclesia constat : 1° quia Adrianus I, in Epist. ad Constantinum et Irencm, ea laudavit ad vindicandum cultum SS. imaginum ; 2° quia Gclasius, severissimus apocryphorum censor ea notavit, sed e contra dixit a pluribus catholicis legi; 3° quia Romano Breviario sunt inserta.

Secundum momentum eruitur cx conc. Rom. an. 324, in cujus exordio asseritur, *Constantinum baplizalum fuisse a Sylvestro, episcopo urbis Roma , cl mundatum fuisse a lepra.* *

Tertium cx Nicolao I, in Epist. ad Michaelem imperat., ubi, post laudatum quoddam S. Sylvestri decretum, dicit : *Consonat huic sententia! S. Sylvester et Magni Constantini baptizator.* Idem dicit Anastasius bibliothecarius, in Chronico. Nicephorus, lib. 7 Hist. Eccles, cap. 33 et 34, narrat Constantinum Romæ a S. Sylvcstro fuisse baplizalum, idque probat cx baptisterio Constantini quod Romæ asservatur ; el addit figmentum esse Arianorum contra communem Ecclesiæ sensum , quod Constantinus fuerit Nicomedi® baptizalus.

Quartum deducitur ct Zosimo ethnico qui, lib. 2 Hist, innuit Constantinum hortatu cl consiliis cujusdam .Egyplii ex Hispania adventantis, fuisse Romæ baplizalum.

5° *Arguunt ex congruentiis.* 1° Incredibile videtur piissimum imperatorem adeo superstitiosum fuisse, ut, propter baptismum in Jordane suscipiendum, illum in finem vit® distulerit, praiscrtim cum anno ante obitum id opportune excqui potuisset, dum Orientis episcopos Jcrosolymam ad dedicationem templi convocavit. 2° Quia si Nicomedi® baptizalus fuit morti proximus, sequitur ipsum baplizalum fuisse ab Eusebio, Nicomcdicnsi episcopo Ariano, sicque ipsum ab Ecclesia alienum obiisse.

Quid vero hæc sententia respondet argumentis sentenli® contrariæ, dicemus in hujus expositione. Unde.

Momenta baptismi Constantino collali Nicomedia: sub finem vilæ.

Primum petitur ex Eusebio Cæsaricnsi, lib. 4 dc Vita Constantini, c.fil et62, ubi narrat quomodo Constantinus, morbo correptus, ad aquas calidas Helcnopolis jussit se deferri, quo in loco manuum impositionem cum solemni precatione primum meruit accipere. Ex quo inferunt multi, tunc tantum facium fuisse catechumenum, alioquin non dixisset *primum,* siquidem catechumeni fiereni ab episcopis per manuum impositionem. IJclenopoli, ingravescente morbo, delatus est a<l suburbana Niconsediæ, ubi cum coram præsenlibus episcopis perorasset, ardensque desiderirm indicasse! nunc baptismum suscipiendi, *quod olim statuerai agere in flumine Jordanis,* exem-

pio Christi; proserpitur Eusebius : a Illi w vero f episcopi) solemni ritu divinas cæ- » rcmonias peregerunt, injunctisque ei quæ- » cumque necessaria orant, sacrorum mys- » tenorum participem cum fecerunt. Solus » igitur ex omnibus qui unquam luerunt υ imperatoribus, Constantinus in Christi » mysteriis renatus et consummatus est, » el divino donatus signaculo, exultavitspi- » ritu, »

Opponunt prioris sententiæ patroni, nullam hac in re fidem esse adhibendam Eusebio propter duo. 1° Quia Eusebius pugnantia narrat : scripsit enim, antea Constantinum omnibus viri Christiani et fidei protectoris olliciis functum fuisse, concilio Nicæno interfuisse, leges pro Christianis dedisse, ecclesias exstruxisse, hærclicos suis templis spoliasse, gentiles ad fidem invitasse, jejunio et orationibus vacasse in tabernaculo imagine crucis insignito quod habebat in castris, dominicos dies et festa martyrum celebrasse, *Sacrorum mysteriorum participem, pontificis atque hierophantae* (æditui) *munere functum in Paschae vigiliis, cum cœteris* (fidelibus) *pernoctasse;* lib. 4, c. 22. Item lib. 1, c. 32, præfixus est hic titulus : *Quomodo Constantinus, catechumenus factus, Scripturas sacras legerit.* Et tamen lib. 4, c. 62 cit. dicit, ipsum Helenopoli, in templo martyrum, sub finem vitæ, primum facium fuisse catechumenum, ut prius observatum est. 2° Quia Eusebius erat Arianus et de baptismo Constantino Romæ collato a S. Sylvcstro siluit, nc Constantium ejus filium, qui ad partes Arianorum defecerat, argueret tanquam paternæ pietatis desertorem.

Verum *reponunt* hujus sententiæ defensores *ad primum,* his evinci quidem Constantinum a cultu idolorum ad fidem Christi esse conversum, cl cum non solum animo, sed etiam externa professione esse Christianum; non tamen esse Christianum baptismi collatione; hæc enim omnia praestare potuit absque baptismo. Nam quamvis dicatur orationibus cum aliis vacasse, non difitur *in ecclesia,* forte enim in palatio, ut $æpe solebat; el *dato* diceretur *in ecclesia,* non erat prohibitum gentilibus etiam non catechumenis orare cum fidelibus in ecclesia usque ad olTerlorium. Quod autem dicat, tpsum */uissc participem mysteriorum,* non intelligit quod admissus fuerit cum aliis fidelibus ad communicationem et participationem sacramentorum, sed quod mysteriis Christi esset imbutus el fidei particeps. Dicit pontificis et hierophante munere functum fuisse, quia suo mandato et exemplo augustiorem reddidit solcmnilatem paschalem, accensis per totam civitatem in vigilia Pascha» cereorum columnis et lampadibus, atque erogatis, illucescente die, largis eleemosynis. *Ad secundum. jEsloEu*sebius Cæsaricnsis fuerit Arianus, incredibile est ipsum voluisse splendide mentiri in causa Arianos non spectante, el hujus lacii narratione, cujus erat adhuc recens memoria, et in qua putidi mendacii ab innumeris pene testibus adhuc viventibus convinci potuisset; superstites enim erant qui scirent Constantinum cl Romæ fuisse baptizalum, cl Nicomcdiæ non fuisse baplizatum. Adde Eusebium ab omni retro antiquitate in iis quæ non spectant Arianam hæresim, habitum semper fuisse et laudatum tanquam sincerum et veracem historicum. Quantum ad titulum cap. 32, reponunt titulos istos non esse Eusebii, sed ab aliquo receniiore compositos; tum quiade Eusebio loquuntur in tertia persona; tum quia non reperiunlur iidem in omnibus editionibus, el revera illum de quo est quæslio non reperio in editione Colonicnsi 1G12, sed capiti 26 Jib.1 hunc lego titulum praefixum : *Quomodo Constantinus, Christianorum mysteriis instructus, sacris litteris operam dederit;* tum quia Eusebius, in loto isto capite 32 vel 26, nullatenus dicit Constantinum factum fuisse catechumenum, scd tantum evocatis episcopis visionem crucis aperuisse, cl inde lectioni sacræ Scripturaevacasse. Altera Baronii conjectura, inquiunt, utcumque valeret, si Eusebius solum tacuisset et baptismum Constantini Romæ a S. Sylvestro collatum : at non solum id tacuit, sed etiam asseruit baplizalum fuisse Nicomcdiæ sub finem vitæ. Insuper nihil intererat Constantii quando et ubi fuerat baplizalus Constantinus, ut in ejus gratiam tam apertum mendacium fingeret Eusebius ; oral enim aliunde toti universo notum Constantinum fuisse Arianæ hærescos infensissimum hostem, consequenter paternæ pietatis el fidei desertorem esse ejus lilium Constantium.

Secundum momentum quo primum con-

firmatur ct Eusebii fidos magis vindicatur, politur exsequentibus scriptoribus, quorum nullus Eusebium mendacii arguit, sed omnes in ejus sententiam ierunt, et Constantinum morti proximum Nicomcdiæ baptizatur» fuisse diserte asseruerunt, Socrates, I. 1,c. 39; Sozomenus, 1. 2, c. 34; Theodoretus, lib. 1.Hist. Eccles, c. 32. S. Hicron. in Chronico ad annum ultimum Constantini, et alii.

Tertium momentum eruitur ex Epist. episcoporum catholicorum in conc. Ariminensi ad Constantium imp. quæ legitur apud S. Albanasium I. dc Synodis Arimini et Scleuciæ, apud Socratem, 1.2, c. 37 ; Sozomen. 1. 4, c. 18; Theodoret. 1. 2, c. 19 et S. Hilarium in fragmentis. In hac ergo Epistola episcopi catholici nullo intervallo sejungunt baptismum Constantini ab ejus obitu ; sic enim alloquuntur Constantium : « Fuit nobis persuasissimum, cum impera-» tor Constantinus, ab obitu suo dignus » omni memoria, hanc fidem omni cura el » diligentia conscriptam promulgavit, tum » demum ex quo ille baptizalus, ex homini-« bus in requiem sibi debitam translatu.-» est, aliquid novi in ca fide moliri velle. «

Respondet Baronins, textum hujus Epistola? esse adulteratum, ct loco *Constantini.* legendum esse *Constantem,* quia sic legilur in versione Latina S. Alhanasii.

At, reponunt alii, non advertiteminentis. scriptor, in textu græco S. Alhanasii legi *Constantinum,* et non *Constantem;* item *Constantinum* legi apud Socratem, Sozom. Theodoret. et in omnibus codicibus script s el editis, idcoque ex oscitantia interpretis aut typogiaphi *Constantem* pro *Constantino* in versione Latina S. Alhanasii irrepsisse. Insuper Patres Ariminenses scripsisse Constantinum et non Constantem aut Constantinum juniorem , constat ex his quæ paulo ante dixerant : « Indecens enim, inquiunt, » et nefarium aliquid cx recte et juste de-» cretis ct cx rebus Nicææcum illustrissimo » principe Constantino, patre tuo, per ac-d curalam deliberationem constitutis, alin quid immutare velle. »

Quartum momentum est auctoritas S. Ambrosii , qui in Orat, habita in funere Theodosii imperat, dicit quod Constantino *baptismatis çratia in uJlimisconstituto omnia j>cccata dimiserit,* I lis addunt S. Isidorum iu Chron. cxrocenlioribiis.Eneam Sy'-vium in Dialogis, biennio ante pontificatum editis, cardinalem Cusanum, lib. 3 Concord. Calhol. c. 2, et alios.

Ad momenta vero prioris sententiæ sic respondent hujus posterioris assertores.

Ad primum. Dicunt Acta S. Sylvestri, falenteipso Baronio, patentissimis scatere mendaciis, sicquc nullius esse ponderis argumentum ex illis deducium. Narrant siquidem hæc Acta anno 315. Romæ congregatum esse concilium septuaginta quinque episcoporum ct centum ct novem sacerdotum judæorum, exceptis duodecim missis ad Isachar pontifice ad Helenam, ut disserent coram illa ct Constantino filio de religione; Helena quippe erat adhuc gentilis, sedaJudæis pene effecta judæa, et valde commota in filium Constantinum, quod religionem Christianam amplexus esset, ad eum dedit litteras plenas blasphcmiis adversus Christum. Hæcputidissima, inquiunt, esse mendacia nemo non videt, nec negat Baronius. Quis enim credat catholicos episcopos conciliariter convenisse cum Judæis ut de fide disputarent, et alios Judaeos a suo pontifice missos, cum constet ab excidio Terosoiymæ nullum apud Judæos creatum ui>sc pontificem, el pontificis nomen esse exstinctum ? Item , quis credat Helenam tam acriter infensam in filium, ad eumque Ii.ieras iratas ct blasphemas dedisse, cum •le hoc altum sil apud veteres silentium? Aliud mendacium est, quod S. Sylvester jejunium sabbati abrogaverit, ul referunt c a, cum certum sit illud ab ejus successoribus fuisse religiose servatum. Item mendacium est quod, ut referlur in Actis, S. Sylvester instituerit primam diem hebdomadæ vocari *dominicam,* cum jam ita vocaretur tempore Apostolorum, Apocal. i. Et ut ad subjectam materiam accedamus, 'alsissimum est quod asserunt hæc Acta, S. Sylvcstrum latitasse in monte Soraclc ut Constantini persecutionem fugeret, cum certum sit Constantinum ante plures annos ad religionem Christianam conversum,eam ubique et omnibus modis fovisse ac protexisse. Parilcrfalsumest,ut ferunt Acta, Constantinum parasse sibi balneum ex sanguine puerorum, ulcurarctura lepra : scd ab ca baptismo fuisse sanatum. Praeterquam enim quod nullus veterum tanti miraculi meminerit, cum Julianus Apostata Christianis exprobraret baplfcmnm non mundare a lepra,

ergo *a fortiori* neca peccatis; S. Cyrillus Alex. I. 7 contra Jul. huic exprobrationi et argumento respondens, non dicit Constantinum misse baptismo a lepra mundatum, quod dubio procul non omisisset si res ita se haberet; sed respondet Christum, qui tot miracula in corporis hominum edidit, potuisse etiam aquis vim mundandi a lepra conferre, sed gratiam quæ in baptismo datur, potentiorem effecisse, ct ad alios usus, scilicet ad medendum morbis animæ, esse nobis datam. Nulla ergo, inferunt, Udes Actis quæ his ct pluribus aliis mendaciis sunt infarta, nullius ponderis argumentum ex illis deductum.

Quod Adrianos I hæc Acta laudaverit, nihil juvat, inquiunt; illa enim laudavit, quia ob antiquitatem aliquid conferre pot rant ad asserendum cultum imaginum; neque dicunt omnia in eis contenta esse falsa. Gelasius illa nulla censura notavit, vel quii nihil fidei contrarium continent, vel quia Gclasii tempore non erant, sicut nunc sunt, adulterata cl falsitalibusscatentia. Quantum ad Breviarium Romanum, respondent ipsum hac in parte posse emendari, sicut in pluribus aliis jam fuit emendaium.

Ad secundum. Respondent hoc concil. Rom. an. 324 esse fictilium, aut intolerabiliter depravatum mullis argumentis probari. Inter alia, 1° quia in prologo Photinus dicitur ibi condemnatus, cum tamen constet hærcsim Photini longe postea emersisse, ncc ante conc. Sirmiense fuisse damnatam. 2°DiciturS. Helenam, Constantini matrem, Ii ic concilio cum filio interfuisse ct subscripsisse; quod est ridiculum et a moribus Ecclesiæ alienum. Omitto hæc aperte pugnare cum Act.S.Sylv., quibus innititur præcipue ista sententia. 3° Quia plures hujus concilii canones sunt prorsus inept, disciplinæ ecclesiastic®, imo cl communi sensui repugnantes : v. g. can. 3 sancitum csl, quod non condemnabitur *subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi, sicut scriptum cs', in septem testimoniis, filios ct uxores habentes ct omnino Christum prædicanles.* Imprimis nullibi id *scriptum est.* Insuper ad quos referantur hæc verba, *filios ct uxores habentes,* non liquet; siadsubdiaconum, acolytum,etc. ergo non solum possunt subdiaconus el minores clerici, sed etiam debe t Ijal crt uxores cl filios; si ad lestes, ergo nomo polesl esse testis idoneus contra clericum, nisi habeat uxorem cl filios; utrumque autem est absurdum. Can. to dicitur : *Nullus episcoporum virginem sacratam maritali consortio expelieril benedicere, nisi probaverit septuaginta duorum annorum esse constitutam.* Quis aulem unquam audivit virgines maritali consortio consecrari, necante septuagesimum secundum annum posse benedici, aut nuptas posse consecrari ?Can. 13 sancitur : *Nemo, nisi velamen coeleste acceperit primum conjugii per manus sacerdotis, ad clericatus honorem accedat.* Quasi vero necesse sit prius nubere quam fieri clericum!

Ad tertium. Reponunt Nicolaum I adulteratis Actis S. Syh ostri circa baptismum Constantini fuisse deceptum. Idem dicunt dc Anastasio bibliothccario, de Nicephoro et quibusdam aliis; majoremque fidem adhibendam esse antiquis scriptoribus, Eusebio, Socrati, Sozomeno, Evagrio, Theodoreto, Patribus Arimincns., SS. Ilieron., Ambrosio, Isidoro, etc. quam quibusdam reccnlioribus : neque ex baptisterio Romano, quod dicitur Constantini, solidum posse erui argumentum; potuit enim ita nominari, non quia in eo baplizatus fuit Constantinus, sed quia ejus munificentia in aliorum usum fuit exstructum.

Ad quartum. Dicunt narrationem Zosimi ethnici, a scriptoribus ecclesiasticis, Sozomeno et Evagrio, convinci falsitalis, et in odium ebristianæ religionis esse confictam. Vide Sozomenum, l. 1, c. 5. Adde quod Zosimus non dicat Constantinum fuisseRom® baptizalujn, sed tantum quod, consiliis ct hortatu istius Ægyptii, *principium impietatis hoc dedit, ut divinationem suspectam haberet.*

Ad quintum, cx congruentiis. Ad primam, negant superstitiosum esse velle exemplo Christi baptizari in Jordanis aquis, quas suo contactu specialiter sanclilicaverat ipse Salvator, sed o contra id esso pium et a pluribus tunc religiose frequentatum. Nec refert quod id opportune potuerit prius Constantinus; non enim quærilur quid potuerit, sed quid fecerit. Ad secumdam congruentiam duo reponunt. Primum: quamvis SS. Ilieron. et Isid. dicant haplizalum luisse ab Ariano, id tamen non constat; id namque silet Eusebius, et Ge-'asius Cyzicenus apud Pholium, in Bi-

blioth. cod. 88, contrarium asserit, referens *Constantinum baptismate linctum ab orthodoxo sacerdote, non, ul quidam prodierunt, ab hmreheo aliauo.* 2° *Esto* baplizatus fuerit ab Eusebio Nicomediensi, non sequitur ideo eum facium fuisse Avianum aut peccasse, quia Eusebius Nicomedicnsis sese adhuc tunc simulabat catholicum el concilio Nicæno subscripserat, ncc nisi post obitum Constantini palam apparuit liærelicus.

Observandum, Anselmum, Havclburgensem episcopum, ut utramque sententiam conciliaret, dixisse Constantinum baptizalum luisse Romæa S. Sylvestre, el rebaptizalum Nicomedi® ab Arianis. Verum hæc conciliatio ul figmentum communiter rejicitur : 1^quia nullo antiquorum testimonio fulcitur; 2° quia falsum est tunc temporis Arianos baptizatos a catholicis rebaplizasse, sed tum demum tempore Wandalic® persecutionis, a Wandalis ct Hunnis Arianis id lentatum fuisse; 3° quia non est credibile Constantinum, qui Donastis'as rebaptizantes compresserat, sese rebaptizari passum fuisse; 4° paritor inverisimile csl Euscbium Nicomcd. qui tunc adhuc se catholicum simulabat, baplismuih in ecclesia collatum, lanquam nullum iterare ausum fuisse.

DISSERTATIO IV.

DE EFFECTIBUS BAPTISMI,

D.Th.Q.69.

ARTICULUS I.

Varii effectus baptismi recensentur.

Prætcr hærclicos qui vel necessitatem vel utilitatem baptismi negaverunt, quorum non semel meminimus in superioribus, Lutherani et Calvinislæ contendunt per baptismum peccata non velle tolli, sed tegi Lanium et non imputari : quem errorem confutavimus in tract, do Gral. diss. 7, a. 1. Alios vero baptismi effectus comminiscuntur, quos non agnoscit Ecclesia:!0 quod baplizatus non possit damnari, etsi velit, nisi nolit credere; 2° quod baptismus liberet ab obedientia legis tum divin® cum human®, el ab omnibus votis; 3' quod sola memoria baptismi justificet a peccatis quæ fiunt post ejus susceptionem. Hos errores sigillalim damnat 'ouc. Trid. sess. j 7,can.6,7,8, 9ctlO, el late impugnat Bcllarm. lib. 1 de Bapt. cap. 14, 15, 16, 17 et 18. Sed quia ipsa sua vanitate ct absurditate corruunt, iis refutandis non haereo, et juxta doctrinam catholicam,

2· 69. a. 4. ct6. o.-'· *Dico* 1° Principalis effectus baptismi tam in adultis quam in parvulis est gratia sanctificans cum virtutibus infusis.

Patel cx diss. 3 de Sacramentis in communi ari. 1 et 2, ubi multis probavimus sacramenta novæ legis causare gratiam *cx opere operato* etiam phjsice. Require ibi. Panca tantum specialia dcbaptismo addam.

Ibid, a. 4.— 1 Gor. 6. A*bluli estis, sanclificali estis, justificati estis.* Tit. 3: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis el renovationis Spiritus sancti.* Marci ull. *Qui crediderit cl baplizatus fuerit, salvus erit.* Salus autem non habetur nisi per gratiam : Rom. G : *Gratia Dei vita ælerna.* Insuper per baptismum incorporamur Chrislo tanquam membra ejus, ul dicit S. Aug. l. 1 de Bapt. parvul. c. 26. A capite autem Christo in omnia ejus membra graliæ el virtutis plenitudo derivatur, juxta illud Joan. 1 : *De plenitudine ejus omnes accepimus.*

Ibid. o. 6. — El quamvis ista et ea quæ dixi lococit. dc Sacramentis in genere, probent tam pro parvulis quam pro adultis, fuerunt tamen quidam antiqui, qui posuerunt quod pueris in baptismo non dantur gratia ct virtutes, sed imprimitur in cis character Christi, cujus virtute, cum ad perfectam ætatem pervenerint, consequuntur gratiam et virtutes.

Ibid.—Sed hoc palet esse falsum dupliciter : 1' quidem, quia pueri sicut el adulti in baptismo efficiuntur membra Christi : unde ncccssccst quod a capite recipiant influxum graliæ et virlutis; 2° quia alias pueri decedentes post baptislnum, non pervenirent ad vitam æternam. El ita non profecisset eis ad salutem baptizatos fuisse.

Ibid. — Causa aulem erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum ct actum. Et sic videntes pueros inhabiles ad aclus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere. Sed ista impotentia operandi non accidit cx defectu habituum, sed cx impedimento corporali : sicut enim dormientes, quamvis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum.

Nec obstat quodS. Aug. Epist. 23, dical parvulos *esse* fideles per sacramentum fidei; quamvis enim ibi non nominet habitum fidei, quia apud philosophos habitus non solum dicit qualitatem immanentem, sed etiam quamdam facilitatem prr actus frequentatos acquisitam, non tamen cum negat, quinimoipsum asserit lib. 3 de Peccat. Merit, cap. 2, ubi dicit per baptismum *trajici in parvulos fidem, quam voluntate propria nondum habere potuerunt.*

Ibid. a. 8· ad o. — Iste autem ciTcctus æqualis est in omnibus parvulis, quia omnes sunt æqualiter dispositi ; in adultis vero est inæqualis, juxta inaequalitatem dispositionum. Vide de Sacram. in genere, diss. 3, a. 4.

Ibid. a. 4. o. — *Dico* 2° Per baptismum remittuntur omnia peccata tam originale quam actualia. Sequitur ex praecedenti ; gratia cnim est incompossibilis cum peccato saltem mortali, ut probavimus de Grat, dissert. 7, art. 3.

Ib. in a. «. c.—Insuper constat cx S. Scriptura. Ezcch. 36 : *Effundam super vos aquam mundam, cl mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Aci. 2 : *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Cap. 22 : *Exsurge, cl baptizare, ct ablue peccata tua.*

Ex conciliis. Concil. Carthag. 4, cap. *i* , episcopus jubetur profiteri ante consecrationem in baptismo *omnia peccata, tam originale quam quæ voluntarie admissa sunt, dimitti.* Concil. Florent, in decreto Unionis : *Hujus sacramenti* (baptismi) *effectus, est remissio omnis culpæ originalis cl actualis.* Trident, sess. 5, can. 5 : α Si quis per Jesu » Christi Domini nostri gratiam quæ in bap» tismate confertur, reatum peccati origina» lis remitti negat, aut etiam asserit non tolli » lotum quod veram cl propriam rationem » peccati habet, sed illud dicit tantum radi » aut non imputari : anathema sit. In rena» tis cnim nihil odit Deus, quia nihil est υ damnationis iis qui vere conscpulti sunt υ cum Christo per baptismum in mortem... » ila ut nihil prorsus eos ab ingressu coeli rc» morctur.D

S'it autêm remittipeccalâ*, ntdeleantur, tollantur ct auferantur, ct non solum radantur aut tegantur, abunde probavimus diss. 7 de Gral. a. 1.

Patres pro utraque conclusione omittimus, quia passim sunt obvii, el citatos habes laudata diss. 3 de Sacram, in genere, a. 1 et 2.

Ibid. o. — Ratio theologica. Apost. Ilom. 6, dicit: *Quicumque baptizati sumus* in *Christo, in morte ipsius baptizati sumus; consepulti cnim sumus cum illo perbuplismumin mortem, ul quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ila ti nos in novitate vilæ ambulemus.* Et postea concludit : *Ita cl vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro.* Ergo per baptismum homo moritur vetustati peccati, et incipit vivere novitati gratiæ. *Subsume.* Atqui omne peccatum ad pristinam vetustatem pertinet : ergo omne peccatum per baptismum tollitur.

Q. 69. a. 2. et 3. o. — *Dico* 3° Per baptismum remittitur omnis pœna pro peccatis luenda coram Deo; non tamen tolluntur præsentis vitæ poenalitates.

Prob. prima pars 1° ex conciliis. Cone. Flor, decreto cit. sic definit : « Hujus sacraa menti (baptismi) effectus est remissio » omnis culpæ originalis et actualis, omnis jd quoque pœnæ quæ pro ipsa culpa debe» tur : propterca baptizatis nulla propecca» tis prælcritis injungenda est satisfactio; » sed morientes antequam culpam aliquam n committant, statim ad regnum cœlorum « et Dei visionem perveniunt. » Trid. cit. definit nihil prorsus baptizatos ab ingressu coeli remorari. El sess. 6, cap. 14, dicitquod in poenitentia, pœna *non lota semper, ul* in *baptismo fit, dimittitur ilis.*

Prob. 2° *ex Patribus.* S. Clcment. 1.2 Conslit. c. 41 : S. Basil. Exhortât, ad Bapl. S. Ambros. I. de Elia, c. ult. S. Chrysost. Hom. 1 ad Baptizandos; S. Greg. Naz. Orat. 40 ; S. Aug. in Enchirid. ad Laurent, c. 64, cl lib. 2 de Peccat. Merit, c. 28.

Prob. 3° cx perpetuo Ecclesiæ usu, quæ nullam baptizatis injungit satisfactionem.

ibid. a. 2. o. — *Ratio a priori,* est voluntas Christi : sic autem voluisse Christum constat cx dictis, etexsequentibus momentis. 1° Ex institutione Christi, per baptismum homo incorporatur Christo ct fit membrum ejus, sicquc passioni el morti ejus communicat sicut ejusdem corporis membrum, secundum illud Rom. 6 : Si *mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Chn lo.* Unde omni baptizato, ul Christi membro, communicatur passio

Christi ad remedium, ac si ipse passus ct mortuus esset : atqui passio Christi est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum tergo ille qui baptizatur, liberatura reatu lotius pœnæsibi debibe pro peccatis, ac si ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus suis peccatis. Confer disseri, præced. a. 5, petit. 4.

2° Conveniens erat ut efficacia passionis Christi plene communicaretur per aliquod sacramentum; id autem maxime decebat fieri per baptismum; tum quia est primum sacramentum, prima autem gratia principis solet esse plena ct perfecta ; tum quia est regeneratio, in regeneratione autem nihil in genito remanet de corrupto; tum quia est incorporatio Christo, in eodem autem corpore unum membrum satisfacit per satisfactionem quam exhibet aliud membrum, ut dictum est.

Ibid. a. 2. ad 3. › Dixi, *omnis pœna coram Deo luenda;* quia in pœnis quæ judicio humano inferuntur non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quoad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quoad homines quilæsi ct scandalizati sunt propter peccatum alicujus. El ideo, licet homicida per baptismum libcrelur a reatu pœnæ quoad Deum, rcmancl tamen obligatus adhuc quoad homines, quos justum est ædificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa. Pie tamen princeps talibus posset pœnam indulgerc.

Ibid. a. 3. o. — *Secunda pars non indiget,* quippequæ infelici nostra experientia constat. Subjicimur namque fami, sili, morbis, morti, concupiscentia?, etc. Non quod baptismus non habeat vim has pœnalitales auferendi, ejus enim virtute auferentur a justis in resurrectione, *quando mortale hoc induet immortalitatem,* 1 Cor. 15; verum eas nunc non aufert, ct hoc rationaliter propter tria : 1°quidem, quia per baptismum homo incorporatur Christo et Iit membrum ejus, ut dictum est; cl ideo conveniens fuit ut id agatur in membro incorporato quod est actum in capite : Christus autem quamvis fuerit plenus gratia, habuit tamen corpus passibile, quod post passionem ct mortem est ad vitam gloriosam rcsusci talum: unde cl Christianus, quamvis gratiam consequatur in baptismo quantum ad animam, habet tamen corpus passibile, in quo Christo possit compati; sed tamen resuscitabitur ad impassibilem vitam : unde illud Apost. Rom. 8 : *Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit el mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritui* ejus in vobis.* 2° Hoc est conveniens propter spirituale exercitium, ut videlicet contra concupiscentiam cl alias passibili Lates pugnans homo, vicloriæ coronam acciperet. 3* Hoc fuit conveniens nc homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem praesentis vitæ, cl non propter gloriam vitæ ælcrnæ.

Porro isti defectus, quamvis sint naturales , ct reperirenlur in statu naturæ puræ, dicuntur tamen in hoc statu naturæ lapsæ , pœnalitales; quia cum vi doni integritatis non essent in statu innocentiæ, peccato Adæ effectum est ut, hoc dono amisso, iis subjiceremur : ct ideo diclæ pœnalitales, quasi pœna peccati. Confer dc Gratia, dissert. 2, art. 1, § 1, ct art. 2.

Q. f>9. e. 5. et 7. o. —*Dico* 4° Quidam alii baptismi effectus convenienter assignantur: *1°incorporatio,* quia, ut dictum csl, per baptismum incorporamur Christo tanquam ejus membra; 2' *illuminatio,* quæ est per fidem, cujus baptismus est sacramentum el professio;3° *fœcundalio,* quatenus ratione gratiæsacramcnlalisper baptismum collalæ, fœcundamurad bona opera exercenda : juvat autem specialiter hæc graliii ad recipiendam doctrinam fidei, ad justitiam acceptam retinendam, cl ad operandum juxta illam. Confer diss. 3 dc Sacram, in genere, a. 5; 4° *apertio regni coelestis ;* quia aperire januam regni coelestis, nihil est aliud quam amovere obstaculum quo quis impeditur regnum cœlestc introire : hoc autem obstaculum est culpa cl reatus pœnæ, quod tollitur per baptismum, ul dictum e>l.

Dices 1° Regnum cœlorum per passionem Christi est apertum. 2° Qui baptizati mortui sunt ante passionem ct mortem Christi, non sunt tunc ingressi regnum cre lorum. 3° Circumcisio tollebat similiter omnem culpam cl pœnam, et tamen non aperiebat regnumcœlorum. Ergo.

Ibid, ad *l.* — *II. ad primum.* Passio Christi aperuit regnum cœlorum sufficienter omnibus, scu respectu totius n'dturæ; huic autem particulari aperit, qua ndo ajtplicalur meritum passionis per baptismum, per quem ejus peccatum tollitur, .quod erat illi impedimentum personale. *Ad «en r*

dum. Baptizati morientes ante passionem Christi, non sunt slalim ingressi regnum coelorum per accidens, quia tunc baptismus nondum uabebat suam perfectam significationem, quæ est mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi prætcritæ : hunc tamen introitum exspectabant vi baptismi tanquam instrumenti passionis Christi. *Ad tertium.* Disparitas est, quod circumcisio tollebat tantum impedimentum cx parte persona», remanente impedimento cx parte lotius naluræ, quod cum Christus abstulerit, remanet tantum impedimentum ex parte person®, quod baptismo aufertur.

Dico 5° AI1er effectus baptismi est character animæ indelebiliter impressus : de quo sat dixi in tract, de Sacr. in genere, diss. 4, a. 1. Illuc recurre.

ARTICULUS Π.

Utrum baptismus fide susceptus, recedente fictione reviviscat't

Duplex hic distinguenda est fictio : una voluntatis, quando quis simulat se habere voluntatem suscipiendi baptismum, quam tamen non habet; ctde illa hic non agitur, quia talis fictio irritat sacramentum : quod autem nunquam cxtilil, reviviscere non potest. Altera est dispositionis, quando quis simulat aut credit se habere dispositionem sullicientcm ad sacramentum el ejus cffcctum,ct tamen non habet; ulsi accedalcum intentione quidem suscipiendi sacramentum, sed vel sine fide, vel sinepœnitentia, vel cum affectu ad peccatum: el dicitur sic positive indispositus : aut si accedat cum attritione naturali, quam invincibiliter putat esse supernaturalem ; ct sic dicitur negative indispositus. Ulcrque recipit sacramentum baptismi et characterem, sed non gratiam el remissionem peccatorum ; quia gralia csl incompossibilis cum affectu ad peccatum, et homo non disponitur ad gratiam recipiendam nisi per actum supernaturalem. Quæstio est itaque utrum baptismus ficte hac dispositionis fictione, sive positiva sive negativa, susceptus, recedente fictione reviviscat, sic, ut gratiam producat ct peccata remittat?

Q. 69. n. 40 o. et ad 2. ct 3.—*Dico.* Baptismus ficto susceptus, recedente fictione sic reviviscit, ul gratiam producat,el peccala tam originale quam actualia, quæ ipsum præccsserunt aut comitata sunt, remittat quoad reatum culpæct totius pœnæ,non tamen illa quæ post ipsum commissa sunl. Est communis cum Auctore.

Prob. prima pars. 1° ex S. Aug. l. 3 de Bapt. c. 13, ubi loquens de baptismo in hæresi vel schismate suscepto, dici! : « Si » autem quamvis apud hæreticos vel schis- » maticos idem sit baptismus Christi, non » tamen ibi operatur remissionem pccato- « rum, propter eamdem discordiæ fœdita- » tem et dissenlionis iniquitatem; tunc in- » cipit valero idem baptismus ad dimittenda » peccata, cum ad Ecclesiæ pacem venerint » non utjam vere dimissa non retineantur, » neque ul ille baptismus quasi alienus aul » alius improbetur, ut alter tradatur; sed » ut idem ipse, qui propter discordiam foris » operabatur mortem, propter pacem intus » operetur salutem. » El lib. 1,c. 12, loquens dc baptismo in Ecclesia catholica licte suscepto, dicit : « Sicut in illo qui lictus ac- » cesserat, fit ul non denuo baptizetur,sed » ipsa pia correctione et veraci confessione » purgetur, quod non posset sine baptismo, » ut quod ante datum est tunc valere inci- » piat cum illa fictio veraci confessione rc- » cesserit. »

Quamvis ergo præcipua controversia inter S. Aug. et Donatislas fuerit de validitate baptismi in hæresi vel schismate suscepti, occasionalitcr tamen nostram conclusionem clarissime asseruit, arguendo ad hominem, quasi dixisset : Si baptismus apud vos cum indebita dispositione susceptus, valeat ct non iteretur, quia sublata fictione exerit suum effectum : ergo nec in hæresi vel schismate receptus debet repeti, quia deposita hæresi vel abjecto schismate pariter excliit suum effectum.

Neque dici potest quod S. Aug. intelligat peccatum originale, sublata fictione, remitti virtute solius pœnitcnliæ; alioquin falso dixisset, quod *tunc incipiat valere* baptismus.

Non etiam obstat quod dicit Vasques, nullum hujus suæ opinionis argumentum proferre, sive ex S. Scriptura, sive ex traditione , sive ex definitionibus Ecclesiæ, sive a ratione. Id enim non putavit necessarium S. D. quia, ut dictum est, non oral inter ipsum et Donatislas controversia dc ista re» viviscenlia, quam ipsi Donatistæ admittebam : hanc ergo sententiam protulit tanquam certam cl communiter receptam suo

tempore. Unde auctor sermonis de Passione, apud S. Cypr. dc. his qui licte baptismum susceperunt, dicit ; « Ubi redierint ad cor, » constat ablutionis donum , cl redit effec- d tus munerum, nec alias quæri aut repeti u necessc est salutiferum sacramentum. » El S. Greg. lib. 9, Epist. 61, nunc 67, dicit « ab antiqua Pati um institutione manasse, o ut qui apud hæresim in Trinitatis nomine » baptizantur,cum ad sanctam Ecclesiam u redeunt, aulonclione chrismatis, aut im- *u* positione manuum , aut sola fidei profes- » sioncad sinum matris Ecclesiæ revocen- u lur... quia sanctum baptisma quod sunl d apud hæreticos consecuti, tunc in eis vires d emundationis recipit, cum vel illi perim- » positionem manus Spiritum sanctum ac- j) ceperint, vel isti propter professionem ve- » dæ fidei sanctæ el universalis Ecclesiæ vis- io ceribus fuerint uniti. »

ibid. o.— *Proh.* 2° *ratione.* Cum aliquid generatur,simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens,quo remoto forma rei general® producit suum effectum: sic cum corpus grave generatur, movetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto slalim incipit moveri deorsum : atqui baptismus est quædam spiritualis generatio, ct quando aliquis baptizatur, accipit characterem quasi formam, et consequitur effectum, qui est gralia remittens omnia peccata, nisi impediatur per fictionem : ergo oportet quod, ea remota, baptismus slalim consequatur suum offectum.

Sed observandum est cum Sylvio et Cajclano, hanc Auctoris rationem esse intclligendam per accommodationem simililudinariam : ul sicul in naturalibus simul cum forma dantur effectus formam consequentes, qui si impedianlurremoto impedimento consequuntur; ita in baptismo imprimitur character quasi forma, ct cum eo nata csl sequi ex ordinatione divina gralia, quæ si impediatur, conveniens est ordinationi divina» ut amoto impedimento sequatur, sive inierim Deus utatur charactere tanquam instrumento ad illam causandam, sive conferatur ralionc sacramenti prius suscepti.

Prob. 3° *altera ratione.* Qui post baptismum ficte susceptum perfecte conteritur, aut accedit ad sacramentum pœnitcnliæ supernaturaliterattritus, justificatur: id nemo negat : consequenter regeneratur in Christo, emundatur a peccato originali ct ab omnibus peccatis actualibus ante baptismum et in ejus susceptione commissis : atqui id non obtinet vi pœnitentiæ, sed baptismi : ergo recedente fictione baptismus reviviscit. *Prob, min. multipliciter,* 1° ex illo Joan. 3 : *Nisi quis renatus fuerit ez aquact Spiritu sancio,* etc. Si enim id totum oblineret vi pœnitcnliæ, non esset renatus ex aqua cl Spiritu sancto, sed ex aqua tantum. *Neque dici polesl* ipsum renasci ex Spiritu sancto per gratiam sacramenti pœnitcnliæ; hæc enim gralia non est rcgencraliva, sed rcsosciliva tantum. Ergo. 2° Cone. Trid. sess. 6, c. 4, docet quod *Translatio ab co slalu, in quo homo nascitur filius primi Ada, in slalum graliæ... sine lavacro regenerationis aul ejus volo fieri non potest, sicut scriplum est, Nisi quis,* etc. Atqui in eo qui vere sed licte baplizatus est, non potest repoli baptismus, nec habet locum votum suscipiendi baptismum, qui semel datus non potest amplius suscipi : ergo illa translatio fit virtute baptismi prius suscepti, sicque reviviscit. 3° Peccatum originale el actualia peccata ante baptismum aut in ejus susceptione commissa, non sunt materia sacramenti pœnitentiæ; tum ex Trid. sess. 14, cap. 1 et 2, ubi docet sacramentum pœnitcnliæ esse institutum pro tollendis peccatis post baptismum commissis; tum quia non cadunt sub clavibusct jurisdictione Ecclesiæ; sicul enim Ecclesia non habet jurisdictionem in hominem non baplizatum, ilanecin peccataquæ commisit ante baptismum : ergo ista peccala non remittuntur per sacramentum pœnilcntiæ, sed per sacramentum baptismi reviviscentis. 4« Ex praxi Ecclesiæ, quæ nullam imponit satisfactionem pro peccato originali cl pro peccatis actualibus commissis ante baptismum aul in ejus susceptione, quamvis noverit baptismum fuisse ficte susceptum : ergo supponit totam pœnam esse remissam, non vi sacramenti pœnitentiœ, quod non habet istam virtutem : ergo virtute baptismi reviviscentis.

Confirmatur. Cum sacramentum baptismi sil inilcrabile, non satis esset provisum humanæ fragilitati si, ficto susceptus, recedente fictione effectum non haberet.

Prob. secunda pars conclusionis. Nullum sacramentum est institutum ad tollenda poccata futura, sed tantum praesentia et praeterita: sunl enim mcdicinæ sarmtivæ præ-

cedentium peccatorum et præscrvativæ futurorum. Ergo. *Conf.* Peccata post baptismum commissa subjiciuntur clavibus ct jurisdictioni Ecclesiæ : ergo sunt materia pœnilcntiæ el non baptismi.

Solvuntur objectiones»

Obj. 1° *contra primam pariem conci.* Opus mortuum, id est, sine charitate factum, non reviviscit : atqui baptismus ficte susceptus est opus mortuum. Ergo.

2.69. *a.* 40. ad 4.— *R. D. min.* Baptismus fide susceptus, ut est opus hominis, est opus mortuum. *C.* et ex hac parte non reviscit : utestopus Dei, esi opus mortuum, *N.* et cx hac parte reviviscit.

Obj. 2° Sacramenta secundum nos causant physice gratiam · atqui baptismus, dum amovetur fictio, "non potest physice causare graliam, quia tunc non existit. Ergo.

R. duplicem solutionem huic argumento nos dedisse diss. 3 de Sacr. in genere, art. 2 : primam, baptismum virtute remanere in suo effectu, scilicet charactere; alteram sententiam Thomislicam de causalitate physica sacramentorum, esse intelligendam, quando concurrunt omnes conditiones requisite ad causalitatem physicam, quarum prima est rcalis existentia causæ. Vide ibi.

Obj. 3° Baptismus non reviviscit, nec operatur, nisi prius amoveatur fictio : atqui per amotionem fictionis omnia peccata lam præcedentia quam subsequenda tolluntur: ergo nihil restat tollendum per baptismum. *Prob. min.* Amotio fictionis fit per infusionem gratiæ : atqui gratia nullum compatitur peccatum. Ergo.

R. D. maj. Baptismus non producit suum effectum, nisi prius priorilalc naturæ amoveatur fictio, C. prioritate temporis, *N.* Eodem igitur instanti rcaliquo tollitur fictio et peccata baptismum subsequenda per infusionem gratiæ, simul tolluntur et praecedentia per eamdem gratiam quæ est ab utroque sacramento. Quatenus est a sacramento pœnitcntiæ, concurrit directe ct per se ad amotionem fictionis ct peccatorum subsequentium; sed indirecte tantum ct tanquam removens prohibens ad remissionem peccatorum præcedcnlium baptismum, ideoque prius natura in genere causæ materialis el dispositive. Sicque baptismus cl pernitentia simul tempore concurrunt ad iislilicationem hujus peccatoris : baptismus per se et directe respectu peccatorum praecedentium ; poenitentia per accidens ct indirictc tanquam removens prohibens respectu eorumdem ; sed respectu fictionis et subsequentium, perse et directe, quia hæc sunt ejus malcria, non præcedentia.

Insl. Peccata baptismum præccdentiasunt etiam materia pœnitcntiæ. Ergo. *Prob. ant.* Sunt peccata hominis subditi Ecclesiæ : ergo ct ipsa sunt Ecclesiæ subdita. consequenter materia pœnitcntiæ.

R. N. ant. Ad prob. N. conscq. Non enim ex eo quod quis per baptismum liat subditus Ecclesiæ, sequitur quod peccata quæ prius commisit subdantur Ecclesiæ, *ul palet ex lerlia probatione conclusionis,* præsertimex praxi Ecclesiæ, quæ illa non agnoscit sui fori, cum iis nullam imponat satisfactionem. Ncc refert quod peccatum commissum in uno loco, quandoque puniatur in altero, cujus jurisdictioni reus est subditus; id enim iit vel ex implicita seu interpretative voluntate domini loci in quo delicium fuit commissum, vel ex dispositione juris humani; similem autem a Deo pro sacramentis institutam dispositionem vel voluntatem non agnoscit Ecclesia.

Obj. 3° Fictio tollitur per poenitentiam et non per baptitmum, ut docet D. Th. el *patet,* quia per sc directe opponitur dispositioni quæ requiritur ut reviviscat sacramentum : atqui fictio est peccatum concomitans baptismum. Ergo.

R. D. min. Fictio volita et inchoata est peccatum concomitans baptismum, *C.* et hæc remittitur per baptismum; fictio consummata, *N.* Hæc enim est posterior baptismo ; tum quia non intelligitur profanatio sacramenti consummata, nisi supponatur sacramentum ; tum quia consummatur fictio in eo instanti in quo deberet infundi gratia ct impeditur, alioquin baptismus non esset ficte susceptus ; eo autem instanti non est amplius baptismus, quia non causât gratiam, nisi quando completus ct perfcctusdesinit; desinit autem, ut alia successiva, per instans exlrinsecum seu per primum sui non esse, in quo verum csl dicere : Nunc non est, ct immediate ante erat.

Insl. Fide suscipiens baptismum, tenetur confiteri fictionem non solum consummatam, sed etiam inchoatam el currentem cum susceptione baptismi : ergo hæc etiam tollitur per sacramentum pœnitcntiæ. *Prob.*

ant. Tenetur confiteri se suscepisse ficte sacramentum : atqui ille non suscipit ficte sacramentum cujus fictio posterior est sacramento suscepto. Ergo.

R. N. ant. Ad prob. D. min. Ille non suscipit ficte sacramentum , cujus fictio posterior est sacramento, si illa fictio posterior non sit obex gratiæ sacramenti, *C.* secus, *N.* In hoc enim silum est peccatum fictionis, quod ponat obicem gratiæ confcrendæ per sacramentum ; alioquin non esset sacramentum licte susceptum : non autem potest ponere obicem gratiæ, nisi in eo instanti quo sacramentum illam conferret si non esset obex ; ct illud instans, ut diximus, est exlrinsecum sacramento.

Subsumes. Atqui non potest confiteri fictionem consummatam, nisi simul confiteatur peccata præcedentia et concomitantia. Ergo. *Prob. subsumplum.* Qui tenetur confiteri peccatum, tenetur ct ejus gravitatem aperire : atqui fictio fit gravior ex peccatis praecedentibus; quo enim plura sunt et graviora peccata cum quibus accedit ad baptismum , eo major est irreverentia sacramenti et gravius fictionis peccatum. Ergo.

R. do *D. subsumplum.* Non potest confiteri fictionem consummatam , nisi simul confiteatur peccata præcedentia, ul appareat gravitas fictionis præcise, *transeat;* ul per sacramenlalcin absolutionem remittantur, *N.* Non sunt enim ejus materia; ctsic nihil contra nos. *Sed* 2° *N. subsumplum. Ad prob. N. maj.* in casu præsenti, in quo concurrunt duo sacramenta; quia cum gravitas illa proveniat cx peccatis præcedentibus quæ non perlinent ad sacramentum pœnitcntiæ, ct remittantur simul per baptismum reviviscentem, non csl ncccssc quod illa confiteatur, sed sufficit quod confiteatur simpliciter fictionem formalem , dicendo se suscepisse sacramentum baptismi in peccato mortali.

Petes 1° quæ dispositio requiratur ut sacramentum ficte susceptum reviviscat?

R. Si fictio fuit tamen negativa, puta, quia suscipiens putabat invincibiliter se csseattrilum supernaluraliter, cum non esset; sufficit si habeat attritionem supernaluralem, quia per illam tollitur fictio ct obex gratiæ. Intcllige tamen, modo post baptismum non peccaverit mortaliter, alioquin licendum erit de illo sicut de ficto positive. Igitur si fictio fuit positiva . puta, si accèsserilsine fide aut cum affectu ad peccatum mortale, aut scienter sine attritione sufficienti ; requiritur contritio perlecta, vel attritio supernaluralis cum sacramento pcenilentiæ. Cum enim iste obex seu ista licliosit in se peccatum mortale sacrilegii, non potest aliter tolli quam per perfectam contritionem, vel attritionem cum sacramento

*Petes*2? utrum sacramentum reviviscens conferat gratiam secundum mensuram dispositionis quam habebat subjectum quando recepit licte sacramentum, an secundum mensuram dispositionis quam habet dum tollitur fictio?

R. quosdam existimare quod gralium conferat primo modo, ideoque minimam; putant enim in collatione baptismi jam applicata esse merita Christi ad certum effectum: ita Joan, a S. Th. clConink. Alii tamen communius tenent graliam conferri secundo modo; quia actus fictionem tollens, licet non sit dispositio ad baptismum qui transiit, est tamen dispositio ad ejus effectum. Et licet quando suscipitur baptismus sine fictione, Deus acceptet illum secundum dispositionem quæ tunc habetur, videtur tamen quod, quando conditio subjecti pugnat cum effectu baptismi, illum acceptet secundum cam dispositionem quam habebit quando tollet fictionem. Sicque, juxta hanc sententiam, fieri poteslquod majorem graliam consequatur qui ficte accedit quam qui non ficte, non quod illi prosit sua fictio, sed major dispositio, quando tollitur fictio.

Petes 3° utrum alia sacramenta ficte suscepta , recedente fictione etiam reviviscant?

R. inler varias theologorum opiniones, probabilius videri sacramenta confirmationis ct ordinis ficte suscepta , recedente fictione reviviscere; tum quia imprimunt characterem sicut baptismus, in coque remanent virlualiter, ul, ablata fictione suum effectum producant ; tum quia cum ratione characteris indelebilis sint inilerabilia , qui illa fietesusciperenl manerent perpetuo privati illorum effectu seu gratiis sacramentalibus quibus indigent ad eorum munia obeunda : unde non essetsatis provisum humanæ fragilitati si non reviviscerent.

Idem plures non improbabiliter existimant de extrema unctione el matrimonio; quia extrema unctio in eodem morbo iterari non potest, et tamen ejus effectu maxime indiget homo, ut sc præparetad hujus vite

exitum; matrimonium vero, quia non potest iterari vivente conjuge, et hominem instituit in co statu in quo maxime indiget gratia hujus sacramenti.

De eucharistia negat S. Th. in 4, d. 4, q. 3, a. 2, in fine ; tum quia non imprimit characterem, etpotesliterari toties quoties; tum quia alias sequeretur quod qui toto vilæ tempore innumeras communiones indignas fecisset, fieret in fine vitæ sanctissimus si vere pœniteret, quod est absurdum.

De poenitentia videtur affirmare Auclor in 4, d. 17, q. 3, a. 4,q.1 o. Atjuxta plures ejus interpretes, hanc sententiam tacite saltem retractavit in sua Summa. Dc quo uberius dum de sacramento pœnilenliæ.

DISSERTATIO V.

DE CIRCUMCISIONE ET CEREMONIIS BAPTISMI.

D. Th. QQ. 70 et 71.

ARTICULUS I.

DE CIBCÜMCISIOKB.

In quem finem fuerit instituta.

Hic q. 70. a. 4. o.—Circumcisionem fuisse figuram baptismi constat: tum quia, sicut in baptismo fit professio fidei ct homo coetui fidelium aggregatur, sic in circumsisionc fiebat professio fidei in Qirislum venturum, et mo populo Dei aggregabatur ; tum quia, sicut in circumcisione abscindebatur pellicula camis, sic in baptismo spoliamur vitiis et peccatis.

Ibid.a. 3. ad 1. et 1. 2. q. 402. a. 5. adi. — Quantum ad ritus circumcisionis : convenienter fuit instituta in membro generationis , 1° quia erat signum fidei in Christum ex semine David nasciturum ; 2» quia cral in remedium peccati originalis, ut mox dicam , quod per actum generationis traducitur ; 3° quia ordinabatur ad diminulioncm carnalis concupiscenti», quæ præcipuc in illo membro viget; 4« ul sugillarentur sacra Veneris ct Priapi in quibus hæc corporis pars honorabatur.

Ibid, ad 2. — Ritus cultri lapidei non erat de necessitate sacramenti ; quia in ejus institutione nullum instrumentum determinatu!. Justinus, in Dialogo cum Triphone, dicit primam circumcisionem factam fuisse cultello ferreo, et ita etiam a Judæis suo tempore fleri, quod ct desuo tempora testatur S. Th.

Leguntur quidem quædam circumcisiones factæ cultello lapideo, ut circumcisio filii Moysis a Sephora, Exod.4; eisecunda circumcisio Josue a Deo mandata, Jos.5: *Fac libi culleos lapideos, el circumcide secundo filios Israel.* Sed inde non sequitur quod sic fuerit præceptum in ejus institutione, quodque semper sic facium foetil, aut debuerit fieri : quinimo si consuevissent Judæi circumcidere cultris lapideis, non luisset nccesse præcipere Josue ut tales adhiberet. Pro illa ergo dunlaxal secunda circumcisione ita præceptumest, idquein figuram Chrisli, qui in S. Scripturae dicilur *Pelea.* Sephora aulem sic egit propter festinationem el trepidationem Deo mortem minante Moysi marito suo.

Ibid, ad 3. — Dies octavus eratdc necessitate præcepli ; constat ex ejus institutione. Præveniri non poterat ob mortis periculum, quia per eam accelerata fuisset mors infantis, cl aliunde poterat illi succurri per remedium legis natura. Poteral tamen differri si immineret periculum mortis, quam non licebat periclitanti accelerare, ex quo patet quod non erat de necessitate sacramenti.

Suppono circumcisionem propter varios fines fuisse institutam, 1» sicul jam dictum est, ulesset figura baptismi cl circumcisionis spiritualis; 2° ul essel signum rememorativum fidei Abrahæ el foederis Dei cum illo, el simul protestatio fidei in Christum, ex semine Abrahæ nasciturum ; 3° ul per illam populus Dei consignaretur, ejusque cultui deputaretur ; 4" ul esset signum visibile distinctivum Judæorum a cælcris nationibus, et quasi frenum cos cohibens a commixtione cum illis. Sed quæstio est utrum præler istos fines fuerit cliam instituta in remedium peccati originalis?*Negant* Bellann. Vasques, l'Henninicr, Natal. Alex. HonoratusTournely ct quidam alii. Contra quos

Ibid. a. 4. o.—*Dico.* Circumcisio fuilinslituta in remedium peccati originalis.

Est ita communis, ul Auctor cil. conceptis terminis dicat: *Ab omnibus comuatniler ponilur, quod in circumcisione peccatum originale remittebatur. Idque* probat ex S. Aug. Verum hanc sententiam non denegant S. Augustino adversarii, sed volunt ipsum illius parentem esse, et in hoc a præcedenlibus Patribus recessisse,

Prob. conclusio 1° ex S. Scriptura, Gen. 17, ubi refertur institutio circomcisionis ; sic legitur versu 12et 14 : *Infans ocio dierum circumcidetur* in *vobis, omne masculinum in generationibus vestris... Masculus cujus prarpulii caro circumcisa non fueril, delebitur anima illa de populo suo, quia jactum meum irritum fecit.* Sicut ergo ex Jllo Joan. 3 : *Nisi quis renatus fueril ex aqua et Spiritu sancto, non polesl introire in regnum calorum*, colligimus baptismum esse institutum in remedium peccati originalis, ita ex illo, *Masculus,* etc. recte colligitur circumcisionem fuisse institutam in remissionem peccati originalis; *masculus* enim ibi indefinite ponilur, sicque debet intelligi de omnibus etiam infantibus, sicut -*ôNisiquisrenatus*, etc. Idque indicant verba pracedentia : *Infans octo dierum circumcidetur ;* et ita expresse habent septuaginta interpretes : *Masculus cujus præputii caro circumcisa non fueril octavo die:* ita ul sensus legis circumcisionis sit : Quicumque non fuerit circumcisus, peribit; quia reus est transgressionis Adæ, et in eo non fuit observatum pactum circumcisionis institut» ad illius trangressionis remissionem.

Hinc S. Aug. arguens cont. Pelag. 1.2 de Nupt. cl Concup. cap. 11, dicit: α Sed u ipse jam dicat, quare interiret anima ejus » dc genere suo, si circumcisus die non cs- set octavo? qui ipse peccasset, quid offen- » dissel Deum, ut de aliena in se negligentia » tam severa sententia puniretur, si nullum » essetoriginalc peccatum ? Dc circumciden- » dis enim Deus sic mandavit infantibus : d *Masculus* , etc.... Ex quo enim instituta «est circumcisio in populo Dei, quod erat p tunc signaculum justiliæ fidei, ita ad si- v gnificalionem purgationis valebat ct in d parvulis originalisque veterisque peccati, » sicut et baptismus ex illo valere cœpil ad d invocationem hominis, ex quo est inslitu- » tus.» L. 3 contra Jul. c. 18 : « Cur ipse o Isaac, nisi baptismatis Christi signo circacnmcisus fuisset, periisset anima ejus de «populo suo? » Iterum infra : α Quid mc- » ruerat ut anima ejus de populo suo peri- » rei, nisi circumcisio subveniret? » Unde Epist. ad Dardanum 57, nunc 187. cap. !f : « Circumcisio antiquis sanctis pro bap- » lismo fuisse creditur. » Et lib. contra Liti. Pelii, c. 72 : « Certe antiquus popud Ius Dei circumcisione.o pro baplismo ha- » bebat, *n*

Multa reponunt adversari i, ut auctoritatis S. Scriptura el interpretationis S. Aug. vim elidant.

Dicunt 1* legem hanc circumcisionis, *Masculus,* etc. spectare tantum adultos et non parvulos; tum quia neque in Hebraico textu; neque in nostra Vulgata legitur *octavo die;* tum quia spectat illos dunlaxat qui pactum circumcisionis irritum faciunt, quod facere non possunt infantes.

Sed contra. Quamvis neque in Ilebræo neque in Vulgata legatur *octavo die,* attamen, ut dixi, sic debet inlclligi; tum ex versu præccdenli ; tum quia *masculus* indefinite ponilur; tum quia legitur in versionc septuaginta interpretum : vera enim est ista versio, neque quidquam in ea reprehendi potest, dicit ipse Bellann. de Verbo Dei lib. 2, c. 6, nisi *vitia quæ in eam postea irrepserunt negligentia vel malitia aut etiam ignoranlia aliorum;quod* dici non potest dc prasenti textu, cum sic uniformiter legatur in omnibus exemplaribus Grecis : quapropter dicendum illos has particulas apposuisse ad clariorem inlelligentiam textus Hebraici, et quia antiqua Synagoga sic intelligebat. Ita etiam legitur in Polyglottis Anglis , in Pentateucho Samaritano, quem quidam dicunt fuisse scriptum tempore Esdre,alii ante Christum natum. Quantum autem ad hæc verba, *quia pactum meum irritum fecit,* sensus est : quia pactum meum in eo non fuit observatum.

Dicunt 2° hæc verba, *delebitur anima illa de populo suo,* non designare mortem ælcrnam, sed vel mortem temporalem, quam minatus csl Deus Moysi ob ncgligenliam circumcidendi filium suum, vel exclusionem a cœtu Judæorum et populo Dei , alterutrum enim importat ista phrasis pluries repetita inS. Scripturis, Exod. 12 et 31, Levit. 7, ct Num. 19.

Sed contra. Imprimis certum est his verbis non significari morte temporal plectendum esse eum qui non fueril circumcisus ; nemo enim unquam ob circumcisionem omissam fuit capite damnatus. Exemplum Moysis non est ad rem; non enim agitur in textu quem versarnus de illo qui negligil suos circumcidere, sed dc illo qui non circumciditur. Aliunde specialiter culpandus erat Moyses negligendo circumri-

rien? suum filium ; tum quia erat constitutus princeps gentis, tum quia proxime dimicaturus contra idololalras, patiebatur in filio fomentum ct semen idololatriae, scilicet peccatum originale. Denique factum unius non constituit legem generalem, maxime cum constet de usu contrario.

Itaque intelligenda est illa phrasis de exclusione a populo Dei vel mortem sternam, vel per separationem ad Ecclesia visibili. Primum videtur dicendum, quia juxta phrasim Hebraicam in pluribus locis, Genes. 25 ct 46,1 Machab. 4 et alibi, *apponi ad populum suum,* significat hæreditatem sanctorum : ergo ista contraria, *deleri de populo suo,* significat hujus hærcditalis privationem. *Sedeslo* intelligatur separatio ab Ecclesia visibili, perinde est; quisquis enim ab Ecclesia sanctorum ejicitur, a regno coelorum excluditur.

Dicunl 3° S. Aug. in hanc descendisse sententiam, parlim quia legebat cum versione Graeca in textu *octavo die,* quæ tamen verba non leguntur in Hebræo, nec in Vulgata; partim quia intelligebat *pactum* de pacto cum Adamo de non comedendo fructu vetito, cum tamen communiter intelligatur et debeat intelligi juxta textum de pacto circumcisionis cum Abraham ; partim quia disputans contra Pelagianos, colligebat undequaque argumenta quibus probaret peccatum originale, quod commode demonstrabat ex remedio contra ipsum instituto, cujus tamen remedii non meminerunt Patres ipso S. Aug. antiquiores ; α Quaprop- » ter, inquit Honor. Tourncly, ab ejus sen- » tentia, salva quæipsi debelur reverentia, » recederc nobis fas est. »

Contra primum jam respondi, independenter a textu Græco, -◊ *octavo die* subintelligi in Hchræo et in Vulgata; item, veram esse versionemGræcam, neque aliquid Hebræo vel Vulgatæ contrarium continere, sed ulriusque clariorem explicationem. Contra secundum, utramque intclligentiam adhibuit S. Aug. lib. 16de Civit, c. 27. Contra tertium, argumenta qugjcolligitS.Aug. contnTPclag. optima sunt et a sequentibus Patribus ac theologis probata, nec præcedenlibus contraria , *ul patebil cx mox dicendis.\hu\e*

Prob. 2° ex iis qui S. Aug. praecesserunt. In Thalmud, Tract. *Sanhedrim* , juxta interpretationem Josephi de Voisin, 1. de Lege Divina , c. 6, legitur : « Quæritur » quando infans particeps esso possit futuri » sæculi ? Rabbi Machman, filius Isaac, » respondet, slalim ac circumcisus esi. »

S.Bas., Horn. 13, comparans circumcisionem baptismo, dicit : « Circumcisionem Ju- » dæus minime differt ob comminationem; n quoniam *omnis anima quæ die octava non o circumcidetur, e populo suo exterminabis* » *lur:* at tu circumcisionem non manu fac- » tam quæ per baptismum in depositione » carnis perficilur, differre quæris : ipsum » audisli Dominum : *Arnen dico vobis, nisi* » *quis renatus fuerit* » Ibi S. Basilius circumcisionem circumcisioni, comminationem comminationi comparat : quod csl ergo octavo die non circumcidi, hoc est in Christo non baptizari ; et quod est perire dc populo, hoc est non intrare in regnum coelorum. Ita arguebat S. Aug. 1. 2 conlra Jul. c. 6, ex hoc testimonio quod citaverat sub nomineS. Chrysos!.

S. Ambros. lib. 2 de Abraham, cap. 11, dicit: « Egregieaulem infanliæ in primis » vagitibus circumcidi mares lex jubet » eliam vernaculos ; quia sicut ab infantia » peccatum, ita ab infantia circumcisio. » Nullum tempus vacuum debet esse lutc- » læ, quia nullum est culpæ vacuum... Nec » senex ergo proselylus, nec infans verna- » culus excipitur,.quia omnis ætas peccato » obnoxia, et ideo omnis ætas sacramento «idonea.»

Isychius Jerosol. qui floruit circa finem quarti sæculi, 1. 3 in Levit, σ Incircumci- » sum de populo suo perire ostendit, quia aante circumcisionem , abominabilem ha- » bet carnem et immundam : mundatur au- » tern per circumcisionem, quæ imaginem » geril resurrectionis mortuorum. »

Non ergo novam opinionem invexit S. Aug. sed a Patribus haustam tradidit, ct tanquam suo tempore communiter receptam. *Certe,* inquit lib. 2 contra Lilt. Pelii, c. 72, *antiquus populus Dei circumcisionem pro baptismo habebat.* El Episl. 57 ad Dardanum, nunc 187, c. 11 : *Circumcisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse* cre› *pitur.*

Prob. 3° ex Patribus S. Aug. posterioribus. Sanctus Prosper, lib de Praedictionibus, 1 p. c. 14, dicit inst.lutam circumcisionem, *utper integritatem Deus id repararet quod fuerat vitiatum.*

S. Greg. lib. 4 Moral, c. 3 : « Quod apud p nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud » veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro » majoribus virtus sacrificii, vel pro his qui » cx stirpe Abrahæ prodierant mysterium » circumcisionis. « Referuntur in jure dc Conscc. d. 4, can. 5.

S. Bernardus, Serm. 1 de Cœna Dom. K Quæ est ergo gralia, unde per baptismum d investimur? utique purgatio delictorum : » hujus quidem graliæ sacramentum prius » erat circumcisio, ut originalis rubiginem » culpæ quæ manaverata parentibus primis, » cultellus eraderet. » Lege insuper Epist. 77 ad llug. ct Serm. 4 de Circumcisione.

Innoc. III, cap. *Majores,* Extra, dc Bapt. lib. 3, tit. 4 : «Baptismasuccessitcircumci- » sioni... Sicut sine distinctione qualibet » Mosaica lex clamabat : *Anima cujus præ- » putiicaro circumcisa non fuerit, peribit » dc populo suo:* ita nunc indistincte into- » nat vox evangelica : *Nisi quis renatus fuc- » ril,* etc. » Postea ponit discrimen inter cir- cumcisionem ct baptismum, quod « etsi ori- » ginalis culpa remittebatur per circumci- » sionis mysterium, et damnationis pericu- υ lum vitabatur, non tamen perveniebatur » ad regnum coelorum, quod usque ad mor- *o* tem ChrisU fuit observatum. »

His jungendi sunt vencrab. Bcda , lib. 1 in Luc. c. 8;Magist. Sent, lilf 4, d. 1 ; Hugo Vici. lib. 1, p. 2, c. 3 ; S. Th. hic ct alibi; S.Bonav. Alensis, Scolus, Durandus clalii innumeri.

Hos quidem pro majori parte sibi opponit Tourncly, sed ad solum S. Aug. respondet eo modo quem refutavimus supra, ad alios vero obmutescit.

Prob. Arationibus theologicis. Omni tempore, tam in lege naturæ quam in lege scripta, fuit pro parvulis remedium conlra peccatum originale, institutum in aliquo signo visibili prolestativo fidei in Christum venturum : ita docelipseTournely, q. 2 dcSacram. in genere, a. 3. Istud autem signum, secundum I). Th. q. 60, a. 5 , ad 3, debuit esse magis determinatum post Incarnationem revolatam Abrahæ el in lege scripta, quam in lege naturæad expressiorem significationem graliæ Christi, per quam humanum genus sanctificatur;atqui nullum aliud est assignable quam circumcisio, aut assignent. Ergo.

Verum, quod lorlc miraberis, hoc ipsum, cogente veritate, agnoscit Tourncly, non satis sibi constans. Laudato enim art. 3, postquam prima conclusione posuit ct probavit ex Patribus, extilisse pro parvulis in lege naturæ aliquod adversus peccatum originale remedium, dicil : « Atqne hoc ipsum legis » naturæ conlra originalem noxam reme- » dium perseveraviteliam in IcgeMoysis, ac o locum habuit tum in infantibus, qui ante » oclavum a nativilate diem circumcidi non » poterant, turn in mulieribus quæ a lege » circumcisionis erant immunes : pro illis » enim non aliud fuitremedium, quam quod « tempore legis naluræ usurpabatur. » Hæc verba, ut arbitror, non indigent glossa; aperte enim indicant pro parvulis octo dierum qui poterant circumcidi, non perseverasse remedium legis naturæ, sed illi subrogatam fuisse circumcisionem.

Confirmatur. Juxta SS. Patres et omnes theologos, annuente Tournely, q. cit. ari. 3, circumcisio erat sacramentum anliquæ legis : alqni de ratione sacramenti est quod sit signum praclicum graliæ et perfeclæ sanctitatis : hoc quidem negat theologus Paris. Sed nos probavimus de Sacram, in genere, diss. 1, a. 2. Ergo.

Quomodo vero circumcisio conferret gratiam, dixi diss. 3 dcSacram. in genere, a. 6, eam scilicet conferre parvulis *cx opere operato,* non active, sed passive, hoc esi, circumcisionem non habere in se vim efficiendi gratiam, sicut habent sacramenta novæ legis, sed Deum ad ejus positionem ex fide Mediatoris gratiam conferre. Vide diligenter loco cil.

Insuper adverte, circumcisionem posse considerari dupliciter : 1° nude, ul erat signum carni impressum, quo Judæi sensibiliter a gentibus distinguebantur ; 2° ut erat sacramentum fidei ct regenerationis, seu ut erat professio fidei in Christum venturum ; sic enim Deus illam instituerat, ut quicumque recta intentione illam adhiberet, profiteretur per illam , fidem Christi venturi. Primo modo considerata, nihil conferebat ad gratiam cl ad remissionem peccati, quamvis de illa ul tali gloriarentur Judæi, quos ideo redarguit Apostolus. Secundo autem modo considerata, conferebat, sicut dixi, passivo ct moralilcr, non praecise ratione sui, sed ratione fidei hoc signo significatæ el applicata?. Ad hæc duo si bene attenderis, facile solves argumenta ex Apostolo el Patribus deprompta.

Solvuntur objectiones·

Obj. 1° Cum Tournely. Gen. 17, v. 10 el 11, ad hoc unum ilistituta legitur circumcisio, ul esset signum fœdcris inter Deum cl Abraham ejusque peel eros ; *Hoc est pactum meum,* inquit Deus, *quod ohservalntis inter me et vos cl semen (num post le · Ciieumcidclur ex vobis omne masculinum, cl circumcidetis carnem præpulii vestri, ul sil signum fœdcris inter me el vos :* nihil de re·medio peccati. Ergo.

II. N. ani. Versu enim 14, legitur lex generalis, quod qui non circumcidetur, delebitur dc populo Dei. Vide primam probationem. Insuper Deus non init fœdus cum impiis. Si ergo circumcisio sit signum foederis Dei cum posteris Abrahæ, necesse est ut hi habeant fidem, gratiam, sanctitatem : illam autem parvuli non habebant in praeputio, sicut Abraham adultus habuerat; nascebantur enim fîlii iræ : ergo illam habebant per circumcisionem, ul erat protestaliva fidei quam habuerat Abraham.

Obj. 2·· cum eodem. Apost. Rom. 4, v. 11, dicit Abraham *accepisse signum circumcisionis signaculum jusliliæ fidei, quæ est hi præputio.* Super quem locum S. Aug. l. 4 confia Donal, c. 24, docet circumcisionem fuisse in Abraham signaculum justiliæ præcedentis; in Isaac vero et iis qui parvuli circumcidebantur, fuisse signaculum jusliliæ sequentis, quando scilicet ad adultam aetatem pervenerint. Insuper mulla alia in eamdcm rem profert Apostolus.

R. equidem Abraham accepisse justitiam fidei in præputio, quia ex tide justificatus erat antequam instituerelur circumcisio, ut esset pater omnium credentium, sive circumcisorum, sive incircumcisorum : at Isaac et alii posteri Abrahæ, justitiam fidei acceperunt In circumcisione. Cum autem S. Aug. dicit, in Isaac fuisse signum justiliæ seculuræ, non inlclligil dc remissione peccatorum cl justitia habituali, sed dc actuali. Sicut emm in Abraham operatio virtutum præcesserat circumcisionem , sic in Isaac et parvulis circumcisis secutura erat, si in dono jusliliæ, quod acceperant persevareni.

Quantum ad alia quæ profert Apostolus, iis tantum vult ostendere justitiam non haberi, sive per legem, sive per circumcisionem nude el carnalilcr consideratam , sed per fidem Christi, cujus circumcisio erat sacramentum et professio ; sicque circumcisionem sine illa fido nihil prodesse ad justitiam, cum illa vero prodesse : sicu»,quamvis ibidem dicat Apostolus opera legis sine tide non justificare, id tamen non denegat operibus fidei conjunctis : similiter de circumcisione. Item, sicut dicimus nihil valere baptismum ul csl nuda ablutio corporis, multum autem valere ut sacramentum : ita dixit Apost. circumcisionem carnalem, seu ul est abscissio carnis, nihil valere,licet multum valeat ul est sacramentum cl professio fidei. Et ita loquebatur Apostolus, ut fidem commendaret cl compesceret superbiam Judæorum, qui propter circumcisionem gloriabantur et gentes contemnebant.

Insl. 1| Apost. ibid. cap. 3, dicit : *Quid ergo amplius Judæo esi, aul quee utilitas circumcisionis? mullum per omnem modum, quia credita sunt illis eloquia Dei.* Ergo ibi sistit privilegium circumcisionis, quod Judæis sint conccssæ lex et propheliæ, justitia autem habeatur ex fide sive in circumcisione sive in præputio.

R. i" ut ante, sensum Apostoli esse, legem et circumcisionem carnalem prout spectant ad vetus testamentum, abqucfidc Christi el circumcisione cordis, nihil aliud conferre ad justitiam quam notitiam mandatorum quæ peccata arguunt, non tollunt. 2· Juxta plurcs, per *eloquia Dei,* oracula et promissa Dei inlelliguntur, inter quæ reponitur illud, quod per circumcisionem ex fide deleatur peccatum in homine, ut ipse non deleatur de populo Dei. 3° Juxta Estium, ista responsio Apostoli non spectat secundum membrum suæ interrogationis , hoc scilicet, *Aut quæ utilitas circumcisinnis?i\Ji* enim responset capi te sequenti; sed primum, hoc scilicet, *Quid ergo amplius Judæo est?*

Insl. 2. Idem Apost. Galat. 5, dicit : *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præpulium.* Ergo.

R. Apostolum ibi redarguere quesdam, qui volebant legem tunc «adhuc vigore et necassariam osse ad salutem ; sensus ergo illius est: Nunc in Christo, id est, in religione Christiana , nihil valet ad justitiam consequendam, sive circumcisio, sive præpulium, sive sis circumcisussivcnon, sed fidos non oliosn · e i quæ per charitatem operatur.

Obj. iheum eodem ex Patribus S, Augustino anterioribus. Justinus, in Dialogo cum Tripb'W· ⁸ *Circumcisionem,* inquit, *in signum, uon in justitiam accepit.* S. Irenæus, 1.4 conlra Hæreses,c. 30 : *Circumsisionem non quasi consummalriccm jusliliæ sed in signo eam dedit Deus,* Terlull. I. adversus Judæos, c. 2 : *Si circumcisio purgat hominem, Deus Adam incircumcisum non faceret; cur eum non circumcidit vel postcaquam deliquit, si purgat circumcisio ?* El cap. 3, de Abraham : *Acceperat circumcisionem, sed quæ esset in signum temporis illius, non* in *salutis praroga Uvam.* Idem S. Chrysost. Horn. 27 in Genes. S. Ambros. Epist. 72; S. Greg. Niss. deTrinil. adv. Judæos. S. Cyp. coni. Jud. cap. 8;S. Ilieron. in cap. 3 Galat. ctalii. Ergo.

R. 1° laudatos Patres loqui de circumcisione eo sensu quo superius dixi loculum fuisse Apostolum, seu eo sensu quo Galat. 4, vocat instituta veleris legis, *infirma et egena elementa,* quatenus scilicet circumcisio ex sect nude considerata ul sigi|lalio carnis, a Christo cl ejus fide separata, nihil confert ad salutem, licet conferat utcslsacram. et professio fidei regenerationisque symbolum ; vel quatenus non habet vim causandi active gratiam , sicut habent sacramenta novae legis, quamvis conferat passive, hoc est, a Deo conferatur ad ejus positionem cx fide Linquam ad signum divinae promissionis.

R. 2° Quidquid senserint laudati Patres, magis standum est in hac parte S. Augustino et sequentibus Patribus, qui, occasione hæresis Pelagianæ, rem attentius expenderunt , quam praecedentibus, qui, nulla tali pulsati quaestione, obiter rem leligciunl. Ita ipse S. Aug. l, de Prædesl. c. 14. respondit iis qui ejus sententiam de prædeslinatione ut novam traducebant.

Obj, 4- cum eodem a ratione. 1° Lex circumcisionis fœminas non obligabat, nec masculos ante octavum diem ; cx quo sequitur pro ipsis fuisse peccati originalis remedium a circumcisione distinctum , sicque meliorem fuisse fœminarum conditionem , quæ ncc octavum diem cxspcctaredcbcbant, ncc doloii circumcisionis subjiciebantur. 2° Judæi fier quadraginta annos in deserto non fuerunt circumcisi : ergo aliud erat pro peccato originale remedium. 3°Neque Philo, neque Joseph, neque rabbini uspiam mentionem faciunt virtutis illius spiritualis, quam nonnulli doctorcs catholici circumcisioni affingunt. Ergo.

R. ad primum. In hisquæ pendent cxsola voluntate divina, tota ratio facti esi voluntas facientis. — Q. 70 a. 2. ad 4. — Congruum tamen erat ul pro masculis et non pro fœminis instiueretur circumcisio, i· quia full instituta ul signum fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurum Christi sibi repromissi; 2° quia peccatum originale contra quod specialiter circumcisioordinabalur, a patre Irahitur et non a matre ; solus enim paler, juxla S. Doclorem , csl cau-sa activa generationis, aut saltem juxla alios causa principalis. Nec sequitur inde meliorem fuisse conditionem feminarum ; quia in provectiori aetate subjiciuntur doloribus partus ct variis aliis calamitatibus. Item congruum eratul masculus non slatim ab ortu circumcideretur , sed exspectaretur octavus dies , ne operatio dolorosa in eo statu illi mortem adferret.

Ibid. a. *h,* ad 3. — *Ad secundum,* triplex adhiberi solet responsio. Prima, quod ex voluntate Dei sive expressiva sive interpretaliva fuerit cum Israelitis in deserto dispensatum , ut sine circumcisione per remedium legis naluræ possent salvari, eo quod cssenl in continuo motu, nescientes quando castra movenda essent aut conlra hostes prælian-dum. Secunda, quod revera fuerint culpabiles, qui se vel suos circumcidere neglexerunt. Ita S, Aug. q. 6 super Josue. Tertia est, quod nulli incircumcisi mortui sint in deserto, quia, ul dicitur Ps. 104, *Non erat in tribubus eorum infirmus;* sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerant circumcisi in Ægyplo. Secunda solutio magis arridet Estio et pluribus aliis.

Ad *tertium.* Inter probationes protulimus ex Josepho de Voisin, testimonium Thalinud ; alia plurium rabbinorum apud eumdem leguntur. Sed et argumentum negativum ex silentio rabbinorum, si ita esset, non prævaleret probationibus nostris.

ARTICULUS II.

De caeremoniis baptismi.

De cæremoniis sacramentorum in genera dixi art. pcnultimo praecedentis tractatus; ibique probavi, 1° varias earum utilitates; 2° eas continere mysticam significationem ; 3J Ecclesiam habere potestatem eas insli luendi; 4° ministros teneri illas observaro.

Ail. autem ultimo ejusdem tract, demonstravimus sacramentalia, qualia sunt cæremoniæ sacramentorum, non producere effectum spiritualem *c.r opere operato,* sed *er opere operantis* ct per modum impetrationis. Ilis hic suppositis,

Quærimus specialiter de caeremoniis baptismi, dc quibus jam multa dixi in decursu hujus præsentis tract. De una vel triplici immersione scu effusione disserui diss. *ɛ,* art. 3, § 2; de ritibus olim observatis in Irina immersione, ibid. 3, petit. 7; de susceptoribus scu palrinis, diss. 2, a. 2; de loco baptismi, ibid. art. 1 , petit. 4; de tempore, diss. præccd. a. G, post, secundam conci, dc retibus veteris calechumenalus, in digress. 1, hist, ad diss. 3. Hæc omnia require locis cit. ; cæteras perstringo breviter, quia leguntur in omnibus ritualibus.

1° Supposita aquæ consecratione, afferuntur aut adducuntur baptizandi ad fores ecclesiæ, ct ab ejus introitu arcentur, quia /ion sunt digni ut domum Dei ingrediantur antequam diaboli jugum excusserint ct sc Christi imperio subjecerint.

2° Baptizando nomon imponitur, ut olim in circumcisione, ut agnoscat sc militiæ Christi adscribi ; debet autem esse nomen alicujus sancti, ut habeat exemplar virtutum quod imitetur, patronum el advocatum quem colat ct invocet. Præferenda sunl nomina sanctorum novi Testamenti veteribus, non in horum contemptum, sed in cxccrationem haereticorum qui affectant nomina sanctorum veteris Testamenti, sive quia sanctos non honorant, sive quia Ecclesiam Romanam veteri Synagoga? postponunt.

3° Adhibentur exorcismi cum precibus et tribus insufflationibus, ad expellendum dæmonem ejusque vires frangendas , ne impediat baptismi susceptionem et ejus effectum. Insufflationibus significatur non solum expulsio dæmonis contempti, sed etiam illapsus Spiritus sancti.

4° Baptizandus obsignatur signo crucis in pluribus corporis partibus, ul crucem non erubescat ct in ea fiduciam ponat, et significetur omnes sensus aperiri el roborari , ut Deum cx ipiat ejusque præcepta inlelligere ct servare valeat.

5° Sal ori apponitur, ul significetur quod victima Christi non debeat peccatorum vermibus putrefieri.

6° Nares el aures saliva liniuntur sub hu verbis : *Ephphcta, quod est, Adaperire,* cl statim baptizandus mittitur ad baptismum, ul, sicut ca'cns evangelicqs, oculis luto illitis, Siloes aquis lumen recuperavit, sic intelligamus eam vim esse ablutionis baptismatis, ut menti ad cœleslcs veritates percipiendas lumen adferat, ut dicit Catechin mus Rom.

Hic q. 71. a, 2. o. — Juxta Auctorem, sal in ore, narium el aurium linitio saliva, significat receptionem doctrinae fidei quantum ad aures, approbationem quantum ad nares, et confessionem quantum ad os.

His peractis, defertur aut deducitur baptizandus ad fontem baplismalem, cl 1° sacerdos 1er ipsum interrogat : *Abrenuntias satana et omnibus operibus ejus ct pompis ejus?* Cui ille, vel palrinus ejus nomine, respondet ad singulas interrogationes, *Abrenuntio.* Pollicetur ergo baptizandus se diabolum cl mundum deserere, seque omni tempore utrumque tanquam hostem aversaturum. Ad hæc attendant Christiani.

Hic q. 66. a. 40. ad 2. — 2° Baptizandus ungitur oleo sacro, dicto catechumenorum, in pectore et scapulis quasi athleta : in pectore, ad recte credendum el sancte cogitandum; in scapulis, ad Christi jugum fortiter portandum, cl bona opera exercenda.

3° Interrogatur a sacerdote, *Credis in J)cum?* Cui ille respondet : *Credo,* ut fidem suam solemniler profiteatur, juxta illud Christi, Marci ult. *Qui crediderit cl baplizalus fuerit,* etc.

4° Petit sacerdos a baptizando, num baptizari velit, quo annuente, vel ejus nomine patrino, baptizatur ; quia, sicut homo voluntarie serpenti obediendo damnatus est, ita Deus neminem vult suæ adscribi militiæ nisi volentem , ul divinam legem sponte servans vitam consequatur aeternam.

Ibid. — Baptismo absoluto , 1° sacerdos verticem baplizati chrismate inungit, ul intelligatse jam Chrislo capiti tanquam membrum conjunctum esso, el ea re Christianum a Christo, Christum vero a chrismato appellari.

2° Olim admittebatur baplizatus ad osculum pacis, in signum unionis el fraternitatis. — Ibid, nd 3. — Item in signum gloriosas resurrectionis cl innocentiae accepta? induebatur vcsloalba,quam deferebat us»

que ad octavam Paschæ; ct inde dicta csl *dominica in albis* ab albedinc vestis, quæ hac die deponebatur. Item porrigebatur lac el mei gustandum in signum novæ infantia? : unde in eadem *dominica in albis* cantatur in introitu missæ illud cx Epist. S. Petri : *Quasi modo geniti infantes lac concupiscite.* 3o Nunc ctiain datur baptizato cereus accensus, ut intelligal fidem charitate inflammatam, quam in haptismo accepit , studio bonorum operum esse alendam el augendam , inquil Catech. Rom.

Has caeremonias pro majori parte carpunt el damnant Lulhcrani et Calviniste, sed immerito ; habent enim, ul dictum est, suas significationes et offectus, reverentiam conciliant sacramento , erudiunt imperitos, cl mentes ad coelestia erigunt. Insuper sunl antiquissimae.

Exorcismorum meminit S Justinus, in Dialogo cum Triphone; Terlnll. fle Præscripl. c. 41 ; S. Cyp. Episl. 2; S. Cyrillus, Catechesi 1 ; S. Ambros. lib. 1 dc Sacram. cap. 3 :

Exsufflationum, S. Ambros. lib. De iis qui initiantur, cap. *i* ; S. Au-. lib. dc Peccato Orig. cap. 40, et lib. contra Jul. c. 5 :

Salis degustandi, Origenes, Horn. 6 super Ezech. conc. Carlhag. 3, can. 5 ; S. Isidoros, 1. 2 Oflic. c.20; S. August, lib. 1. Conf. cap. 11 :

Linitionis narium el aurium, S. Ambros. lib. 1 de Sacram, cap. 1, et De iis qui initiantur c. 1, el Ordo Rom.

Inunctionis olei in pectore et scapulis, deinde unctionis chrismatis in vertice, S. Clemens, lib. 3 Recognitionum; S. Chrysosl. Horn. 6 in cap. 2 Epist. ad Coloss. S. Cyrillus, Catechesi 2; S. Ambros. lib. 1 de Sacram. cap. 2, et lib. 2, cap.

INDEX

Discertationum, Articulorum, Paragraphorum, Petitionum, Consectariorora, Digressionum, etc., quæ in hoc tomo VIII continentur.

TRACTATUS DE CÆTERÏS VIRTUTIBUS JUSTITIÆ ANNEXIS, ET VITIIS OPPOSITIS. DISSERTATIO I. De pietate, observantia et dolia. d
Ari. I. De pietate. Ib.
Art. II. Utrum occasione religionis sint præterinittenda pietatis officia? 2
Art. III. De observantia. 3
Ait IV. De dulia. Ib.
DISSERTATIO II. De obedientia et inobedienlia. 4
Art. I. Quid sit obedientia ? Ib.
Art. II. Utrum in omnibus sit obediendnm. G
Petes utrum moniales, etiam illæ quæ non voverunt explicite clausuram et in quarum monasteriis nunquam fuit servata , possint a suis superioribus compelli ad illam, eæque peccent mortaliter si obedire recusent. 8
Art. III. Utrum lilii et filiæ familias ita sint liberi in statu eligendo , ut nullatenus quantum ab hoc pendeant a voluntate parentum ? Ib.
An. IV. De inobedientia4 dü
Art. V. Summation referuntur peccata filiorum in parentes et subditorum in majores. 41
Contra amorem parentibus debitum. 42
Contra reverentiam parentibus debitam. Ib.
Contra obedientiam parentibus debitam. Ib
Contra subventionem parentibus debitam. d3
Circa sanguine junctos. Ib.
Circa superiores et majores. 44
Art. VI. De obligationibus et peccatis pareil tum erga filios et superiorum erga inferiores. Ib
Ü I. De parentibus. Ib.
Contra amorem debitum filiis. Ib.
Contra educationem corporalem. Ib.
Contra educationem spiritualem. 45
Petes quid filiis illegitimis debeant parentes? Ib.
$ II. De superioribus. 46
DISSERTATIO III. De gratitudine, vindicatione, affabilitate , liberalitate , epiikia , dono pietatis et præceptis justitiæ. 48
Art. 1. De gratitudine. II».
Art. II. De ingratitudine. 49
Art. II\. De vindicatione. 20
Art. IV. Utrum vindicta sit exercenda in eos qui non peccaverunt voluntarie? 21
Art. V. De affabilitate, adulatione et litigio- 231
Art. VI. De liberalitate. 24
Art. VII. De avaritia. 25
Art. VIII. De prodigalitate. 26
Art. IX. De epiikia seu æquitate. 27
Art. X. De dono pietatis. Ib.
Art. XI. De præceplis justitiæ, quæ sunt praecepta Decalogi. 29
TRACTATUS DE FORTITUDINE ETTIRTUTIBUS EI ANNEXIS. DISSERTATIO I. De fortitudine et vitiis oppositis. 30
Art. I. De ipsa virtute fortitudinis. Ib.
Art. II. De martyrio. . . 32
Petes 4° utrum sint martyres qui occiduntur in bello justo? 35
Petes 2» utrum licitum sit se offerre martyrio ? 36
Consectaria de conditionibus requisitis ad verum et salutare martyrium. Ib.
Art. III. De vitiis oppositis fortitudini, nempe de timiditate, inlimidilalc et audacia. 3S
DISSERTATIO II. De partibus fortitudinis. 39
Art. I. Quot sint partes fortitudinis? ib.
Art. II. De magnanimitate. 40
Art. III. De vitiis oppositis magnanimitati. 43
§ I. De praesumptione. Ib.
ü II. De ambitione. 44
§ III. De inani gloria. 45
§ IV. De pusillanimitate. 46
Art. IV. De magnificentia et vitiis oppoeitis. 47
Art. V. De patientia. 48
Art. VI. De perseverantia et vitiis oppositis. 50
Art. VIT. De dono et præceptis fortitudinis. 51
TRACTATUS DE TEMPERANTIA ET VIRTUTIBUS ILLI ANNEXIS. DISSERTATIO I. De temperantia , vitiis ipsi oppositis et ejus partibus in genere. 52
Aut. I. Qtiiil sit temperantia, quodnam ejus objectum , quæ regula? Ib.
Art. II. De vitiis oppositis temperanti». 55
Art. III. De partibus temperanti» in genere. 55
Art. IV. De verecundia et honestate. 57
DISSERTATIO IL De abstinentia, jejunio et gula. Ib.
Art. 1. De abstinentia. Ib.
Art. II. Do jejunio. Utrum et cujus vututis sit actus? 58
Solvuntur objectiones. 59

Art. III. Utrum et quo jure prsceptum sit jejunium ? 64
Solvuntur objectiones. 62
Aητ. IV. Utrum convenienter determinata sini tempora jejunii ecclesiastici? 64
Quæritur utrum, prffitcr assignata jejunia, sint vel fuerint alia jure communi praecepta pro tota Ecclesia ? 66
Hinc oritur dubium utrum religiosi, quibus sola regulari observantia non obligante ad culpam indicta est abstinentia carnium, ut sunt Dominicani, possint absque peccato comedere carnes die Natalis Domini, si in feriam sextam inciderit? Ib.
Aητ. V. De una vel multiplici refectione in die jejunii. 67
$ I. Utrum requiratur ad jejunium quod homo semel tantum in die comedat? Ib.
§ II. Ultrum quis toties peccat contra legem jejunii quoties comedit ultra unam refec-(ionem ? 67
Solvuntur objectiones, 6S
Petes 4° quomodo jejunare debeat qui mane vel culpabiliter vel inculpabiliter* sumpsit
Petes 2° utrum qui aliquid leve pluries come dii in die jejunii, peccet mortaliter? 7U
Petes 3° quæ quantitas censeatur notabilis el ad peccatum mortale sufficiens? Ib.
Petes 4° utrum qui lautius prandet ut facilius sustineat laborem jejunii, satisfaciant praecepto? Ib.
S III. Utrum liceat dividere refectionem in die jejunii? Ib
§ IV. De comula' seu collatione. 74
Petes 4° quantus excessus requiritur in collatione ad peccatum mortale ? 73
Petes 2° utrum liceat sumere collationem meridie, prandio in vesperum dilato? Ib.
Petes 3° utrum iu vigilia Nativitatis possit sumi largior collatio? Ib.
§ V. Utrum juxta S. Thomam potus solvat jejunium ? 74
Solvuntur objectiones. 76
Petes 1° utrum liceat sumere leve quid cnbi. ne polus noceat? 89
Petes 2° utrum ad sedandam sitim liceat man ducare poma, pyraçerasa et similia. Ib
Aητ. VI. De hora solvendi jejunii. Ib.
Petes quæ censeatur anticipatio notabilis ? 80
Aητ. VII, De abstinentia a carnibus , ovis et lacticiniis. 81
Solvuntur objectiones. 8.
Aητ. VHI.Variæ difficultates circa præcedentem materiam breviter resolvuntur. 87
Art. IX. Utrum violaturis jejunium liieal ministrare cibos prohibitos aul comam ? 88
Consectaria.
Aητ. X. Utrum omnes ad jejunia ecclesiastica teneantur ? 90
Petes 4° utrum religiosi professi qui nondum vigesimum primum annum complevere. teneantur ad jejunia ecclesiastica? 36
Petes 2'» utrum Religiosi exempli teneantur ad jejunia mandato episcopi indicta ? Ib.
Petes 3* utrum peregrini teneantur jejunio «mi territorii vel loci in quo eunt? Ib.
Art. XI. De causis excusantibus a jejunio. 94
Consectaria. ib.
Petes 4» quoad iter, quantum el quale requiratur cl sufficiat .ul eximendum a jeju uio? 97
Petes 2> utrum agricolæ , fabrilcnarii el similes teneantur jejunare et» die quo hæc opera intermittunt, puta , die festo incidente in quadragesima? Ib.
Petes 3° quid agendum cum illis picnitenlibih qui neque inlirmi , neque laborantes,ennlessario urgenti obligationem jejunandi, simpliciter respondent : Non possunt jejunare , ct nihil aliud ? 98
Specialiter notanda circa præccdentes causas excusantes ajejunio. Ib.
Art. XII. De gula. 99
Digressio historica. A qno instituta sint jejunia ecclesiastica? ad dissertationem pne<<-denlem. 4u2
ξ]. A qno institutum sil jejunium antep.uchal< quod quadragcsiniale dicimus, el quot dierum? Ib.
Solvuntur objectiones contra primam conclusionem. 493
Solvuntur objectiones contra secundani conclusionem. 404
§ II. A quo instituta sint jejunia quatuor temporum ? 498
DISSERTATIO III. De sobrietate et ebrietate. 419
Art. I. De sobrietate. *Ib.*
Art. II. De ebrietate. Quid sit ebrietas, et quale peccatum ? Ib.
Solvuntur objectiones. 442
Appendix varias petitiones continens. 413
Ail. III. Utrum liceat se vel alium inebriare causa mortis vitandæ ant sanitatis recuperandae? 414
Petes quid censendum sit de amico qui ex urbanitate et amicitia urget amicum ad potum , unde tandem inebriatur? 417
Art. IV. Utrum ebrietas sit gravissimum peccatorum? Ib.
Art. V. Utrum ebrietas excuset a peccato mala qmc ex ea fiunt? 448
Digressio historic u De ebrietate Noe et I.olh. Ad dissertationem praecedentem. 429
DISSERTATIO IV. De castitate , pudicitia et ct virginitate. 422
Art. I. De castitate et pudicitia. Ib.
Art. II. De virginitate. In qno consistat, cl utrum sit licita? 423
Solvuntur objectiones. 424
Art. III. Utrum virginitas sil virlus specialis? 426
Solvuntur objectiones. Ib.
Art. IV. Utrum virginitas sit excellentior matrimonio? 428
Art. V. Quibus modis ambiatur virginitas, el utrum amissa possit recuperari? 429
Petes utrum violata aut polluta in sonum, ebrietate, amentia, aut per vim, amitliat virginitatem moralem ? 43t
DISSERTATIO V. De luxuria. Ik

INDEX

Art. I. Utrum luxuria «it cx genere sno peccatum moilde? 431.
Ad. Il- I Iruiir in peccato luxuriæ detur levitas materi®? 432
\rt. HI. I Irum luxuria sit peccatum capitale, ct quæ ejus filiæ? 435
DISSERTATIO VI. Dc speciebus luxuriæ. 436
Art. I. Quot ct qnœ sint species luxuriæ? lb.
Art. II. De fornicatione. 437
Appendix I. Vari® quæslioncs resolvuntur circa fornicationem. 440
Aopendix II. De concubinatu et meretricio. 444
Art. HI. De stupro. 444
Solvuntur objectiones contra ultimam conclusionem. 447
Art. IV. De raptu. 449
§ I. De raptu, ut est species luxuriæ. lb.
letes quomodo se gerere debeat mulier ai oppressa, ut non peccet coram Deo? 450
§ 11. Dc raptu, ut est impedimentum matrimonii. Ib.
Confutatur opimo Honorati Totirnely circa raptum quem vocat seductionis. 454
Art. V. De adulterio. 455
Petes 4o utrum si compare cedat juri suo, aul etiam vir fiat leno uxoris suæ, remaneat adulterium? 456
Petes 2o utrum in foro conscientiæ liceat marito aut oatri occidere uxorem aut filiam et adulterum in actuali adulterio deprehensos? Ib.
Art. VI. De incestu. 457
Petes utrum actus sodomitici inter consanguineos aut consanguineas vel allines, induant malitiam incestus? 459
Art. VH. Utrum ex sacramento pœnitentiæ oriatur cognatio spiritualis, sic, ut confessarius peccans cum sua pœnitente, committat incestum, aulsaltem hoc titulo addat circumstantiam explicandam in confessione? 460
Ail. VIII. De sacrilegio carnali. 463
Quantum ad personam sacram. Ib.
Quantum ad locum sacrum. 464
Vari® petitiones. 465
Quantum ad res sacras. 466
Art. IX. De peccato contra naturam. Ib.
Art. X. De bestialitale et sodomia. 468
Art. XI. De pollutione. 169
Pestes 4‹› utrum non possit aliquo medicamento semen corrumpi aut transmutari in sanguinem aut alium humorem, et sic transmutatmn expelli? 471
Petes 2'› qua ratione pollutio el actus sodomilici in fœminissinl peccata mortalia contra naturam? Ib.
Art. XII. De pollutione voluntaria indirecte in causa; utrum et quando sit uccca-tum? 472
Art. XHI. De pollutione nocturna : utrum rt quando sit peccatum?
petes quid sit censendum de pollutione inchoata in somno ct continuata in vigilia? 477
Art. XIV, Utrum liceat gaudere secundum rationem d pollutione nocturna mei·· naturali ct involuntaria, aut eliam eam desiderare affectu siηψIici? 477
Solvuntur objectiones. 479
Art. XV. Dc delectatione morosa in materia venerea. 48(1
§ I. Utrum delectatio nioioM in materia venerea sit semper peccatum mortale? Ib.
§ II. Utrum sit peccatum et quantum, si quis post plenam adverlenliam ralionis, non reprimat mollis concupiscenti®, sed negative se hal eat, neque consentiendo neqtie dissentiendo? 485
§ III. Utrum delectatio morosa contrahat omnes malitias objecti circa quod versatur? 4S5
§ IV. Resolvuntur plures difficultates circa eamdem materiam. 491
Art. XVI. De impudicitia (actus, osculi, amplexus, aspectus, turpiloquii, etc. 492
Consectaria praecedentis doctrinæ. 494
Specialia circa aspectus. 495
Circa turpiloquia. 496
Art. XVII. De impudicitia inter conjuges. 497
digressio historica. De raptu filiarum Silo per Benjamilas. Ad arlicul. 4 dissertationis præcedentis. 498
DISSEBTATIO VII. De partibus potentialibus temperantiæ et vitiis oppositis. 499
Art. I. De continentia et incontinentia. lb.
Art. II. De mansuetudine et ira. 290
Art. III. De clementia et crudelitate. 202
Art. IV. De modestia el ejus speciebus. 203
§ I. De humilitate. 204
§ II. De superbia. 205
§ III. De studiosilate et curiositate. 2o7
§ IV. De modestia exteriorum motuum. 209
§ V. De modestia exterioris apparatus, Ib.
ξ VI. De ornatu mulierum. 210
TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN COMMUNI. 213
DECRETUM conc. Florent, el Trid. Ib.
DISSERTATIO I. Dc qnidditale saernmenti. 214
Art. I. Utrum sacramentum sit in genere signi? Ib.
Solvuntur objectiones. 215
Ait. II. Quale signum sil sacramentum? 21S
Signum ad placitum. Ib.
Signum practicum. Ib.
Signum sacrum ex parte rei significantis. Ib.
Signum '-aerum ex parte rei significat®. Ib.
Signum stabile et permanens. 220
Consectaria præcedentis doctrinæ. Ib.
Art. Ill Utrum sacramentum sil its sensibilis? ,
Art. IV. Utrum sacramenta constent lebus el verbis, el quomodo res et verba in ɪ'I·- se habeant? Ib.
§ I. Utrum iu sacramentis verbi rebus convenienter adjungantur Ih.
II. I (nun sacrament ɪ·»v.ᴛ •egis const' t rebus lamp) mi niileria. et v·ᴛ|»ĩ- tanqo.iu forma, el ut panibus essentialibus? 223
Solvuntur objeciumes. 224
Observanda pro piaxi circa simultatem materio: el form® in sacramentis. 226

§ III. Utrum verba sacramentorum sint promissnria el concionaloria, an consecratoria? 226
Art. V. Utrum reset veroa in sacramentis novæ legis sint et debuerint esse a Christo determinata, iisque proinde sit necesse uti? 231)
Solvuntur objectiones. Ib.
Consectaria. 232
Art. VI. De mutatione formæ et materiæ in sacramentis. 232
§ I. An et quæ mutatio formæ vel materiæ tollat veritatem sacramenti? 233
Observanda pro praxi circa varios modos quibus contingit mutatio sive substantialis sive accidentalis in forma sacramentali. 234
§ II. Quale sit peccatum mutare materiam vel formam sacramenti? 235
Appendix I. De repetitione materiæ seu formæ sacramentalis. 236
Appendix II. De forma conditional!. 237
DISSERTATIO II. De necessitate et existentia sacramentorum. 238
Art. I. Utrum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam ? Ib.
Art. II. Utrum etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta? 339
Solvuntur objectiones. 260
Art. III. Utrum post peccatum ante Christum debuerint esse sacramenta? 242
Solvuntur objectiones. 243
Art. IV Utrum post Christum debuerint esse sacramenta ? 245
DISSERTATIO IIλ De principali effectu sacramentorum* qui est gratia. Ib.
Art. I. Utrum sacramenta novæ legis gratiam causent, ***cx opero operato?*** Ib.
Probationes ex S. Scriptura. 247
Ex conciliis. Ib.
Ex Patribus.' 248
Ratione theologica. Ib.
Ab inconvenientibus.
Solvuntur objectiones. Ib.
Art. II. Utrum sacramenta novæ legis gratiam causent moraliter tantum, an etiam physice? 2iio
Solvuntur objectiones. 255
Consectarium. 260
Art. III. Quam gratiam causent sacramenta novæ legis an primam vel secundam? 261
Solvuntur objectiones contra secundam partem secundas conclusionis. 262
Art. IV. Utrum sacramenta æqualem causent gratiam; et quæ dispositio requiratur ex paile suscipientis ad ejus consecutionem ? 264
ξ I. Prima difficultas resolvitur. Ib.
S II. Secunda ifficultas resolvitur. Ib.
Solvuntur objectiones. 266
A'I. V. 1't'um gratia sacramentalis addat aliquid sui a gratiam communiter di. tam? 267
Pr ies an -i i· acramentidis possit conferri extra sacra t ta7 270
Art. \ l. t n m ramenta v· teris legis gratiam i aii'-r. m? 271
DISSERTATIO IV. De altero cfTeclu sacramentorum , qui est character. 273
Art. I. Utrum et quæ sacramenta nmæ legw characterem conferant ? Ib.
Solvuntur objectiones hæreticorum. 275
AU. II. Quid sit character? 2/G
Art. III. Vmiæ quæstiunculæ circa characterem breviter resolvuntur. 279
DISSERTATIO V. De causa sacramentorum. 280
Art. 1. Utrum omnia novæ legis sacramenta sint immediate instituta a Christo? Ib.
Petes 1° utrum conclusio nostra sit de fide? 282
Petes 2° utrum Christus potestatem excellentia potuerit puro homini coinmiiiiiiinie ? 283
Art. II. Quis sit sacramentorum minister? Ib.
Art. 111. Utrum per malos ministros sacramenta valide conferri possint? 286
Solvuntur objectiones ab auctoritate· 288
Solvuntur objectiones a ratione. 292
Art. IV. Utrum mali ministrantes sacramenta peccent? 293
Consccratoria. 296
Art. V. Utrum minister, mortalis peccati sibi conscius, teneatur confiteri antequam sacramenta conficiat aut ministret. 297
Art. VI. Utrum liceat sa< ramenta petere et recipere a malis ministris? 299
Art. Vil. De intentione ministri. 301
§ I. Dogma catholicum de intentione ministri contra hærelicos asseritur. 3t)2
Solvuntur objectiones hœreticorum. 303
§ II. Quæ intentio requiratur et sufficiat tn ministro ad perfectionem sacramenti? 306
Solvuntur objectiones contra primam conclusionem. 318
Objectiones ex praxi et definitionibus Ecclesiæ. Ib.
Objectiones ex SS, Augustino et Thom. veteribusque scholasticis. 323
Objectiones a ratione. 330
S III. De qualitate intentionis internæ requisitæ ad integritatem sacramenti. 335
Quædam quæstiunculæ resolvuntur. 338
tnr.nKssio historica. De controversia inter S. Stephanum et S. Cyprianum circa baptisma hœreticorum. 339
Sectio I. Utrum S. Cypiianus et ejus colleg® existimaverint controversiam de baptismo ad fidem perlinere, eamque ut talem definiverit Stephaniis ? 340
Sectio II Uiruni S. Stephaniis papa de facto excommunicaverit S. Cyprianum, Firmilianiim et alios Rebaptizantes? 343
Sectio 111 Utrum S. Cyprianus et Firmilianits errorem deposuerint? 345
Sectio IV. Utrum S. Cyprianus, Firrnilianus et iis consentientes excusari possint ab omni culpa? 340
Sectio V. Utrum S. Stephanos drcn-lo suo contra Rebaptizantes, in errori .n oppositum lapsus sit, approh.nduomnium promiscue hæreticorum bap a? 347
Sectio VI. An sint alii Patres qui Ri baptizantium sententiæ adhæseï uni ? .>50
De sancto Dionysio Alexandrino, 1

De sanrlo Baqlio, 351
De saucio Alhanasio. Ib.
De sancio Optato MilevilanO. 353
De sancto Cyrill·» Jerosnlymitano. 354
Sectio VILo QiiOdnam concilium plenarium totius orbis intellexerit S. Augustinus, in quo toties dicit definitam et terminatam fuisse controversiam de baptismo hæreticorum Ib.
DISSERTATIO VI. De subjecto sacramentorum. 358
Art. I. An et quæ intentio in suscipiente sacramentum requiratur ad ejus integritatem? Ib
Solvuntur objectiones contra primam conclu sionem. 360
Art. II. Utrum liceat ministrare sacramenta peccaturi ea petenti? 363
DISSERTATIO VII. De numero, ordine el cæremoniis sacramentorum , necnon de sacramenlalibus. 366
Ari I. De numero sacramentorum. Ib.
Solvuntur objectiones. 367
Ait II. De comparatione sacramentorum ad invicem. 376
Art. III. De cæremoniis sacramentorum. 371
Ait. IV. De sacramentalibus. 373
TRACTATUS DE BAPTISMO. Summa doctrinas catholica? de baptismo. 374
Decretum concilii Florentini. Ib.
Canones concilii Tridentiui de baptismo. 375
DISSERTATIO 1. De sacramento baptismi secundum se. 376
Art. 1. Quid sit baptismus? Ib
Art. II. De tempore institutionis et obligationis baptismi. '/ jj| 37/j
I. Quandonam institutus fuerit baptismus? Ib
Solvuntur objectiones. 379
§ 11. Quandonam baptismuscœpit obligare? 3s l
Solvuntur objectiones. 382
Art. III. De materia baptismi. 384
§ I. Utrum aqua sil materia remota baptismi ? lb
Solvuntur objectiones contra primam conclu sionem. 387
§ II. De materia proxima baptismi. 3S9
§ III. Variæ qnæstiimculœ circa utramque baptismi materiam breviter resolvuntur' 393
Art. IV. De forma baptismi. 395
§ I. Quæ sil forma legitima baptismi' 396
II. Quæ verba sint essentialia in forma baptismi·' 397
III. An Apostoli aliquando ex divina dis pensatione baptizaverint in solo numine
Momenta sententiæ affirmantis. Ib.
Momenta sententiæ negativæ. 403
8 IV. Leviores quædam difficultates circa fonnain baptismi breviter expedientur. 405
Ari. V. Utrum baptismus possit iterari ? 100
Casus dubii 40s l
Art. ΥΓ. Utrum convenienter assignentur tria baptismata, scilicet fluminis, flaminis et sanguinis ? 009
§ I. Utrum baptismus flaminis suppleat vices baptismi aquæ, quantum ad gratiæ collationem ? 410
Solvuntur objectiones. 41£
§ II. Utrum baptismus sanguinis seu martyrium suppleat vices baptismi aquæ , et quomodo7 413
Solvuntur objectiones. 415
DISSERTATIO IL De ministro baptismi. 417
Art. I. Quis sit minister solemnitahs in baptismo? Ib.
Art. II. Quis sit minister necessitas in baptismo? 419
Solvuntur objectiones. 421
Art. III. Leviores quædam difficultates circa ministrum baptismi succincte resolvuntur. 423
Art. IV. De susceptoribus baptizandorum , seu palrinis , per varias quaestiunculas. 425
DISSERTATIO III. De suscipientibus baptismum. 427
Art. I. Utrum baptismus sit omnibus necessarius ad salutem ? Ib. .
Solvuntur objectiones. 430
Variis petitionibus satisfit. 432
Art. II. Utrum pueri sint baptizandi' 433
Solvuntur objectiones. 435
Art. 111. Utrum pueri in uteris maternis positi sint baptizandi? 436
Art. IV Utrum pueri Judæorum vel aliorum infidelium sint invitis parent bus baptizandi ? 439
Solvuntur objectiones contra primam conclusionem. 442
Art. V. De adultis baptizandis, per quæs-(iunculas. 445
Art. VI. Utram tam pueris quam adultis baptismus sil differendus? 447
Digressio prima historica. De veteri catechiimenalu. 450
Varii gradus seu ordines catechumeualus Ib.
Digressio secürdv. historica. De baptismo Constantini imperatoris. 451
Momenta baptismi Constantino collali Romæ a sancto Svhestro. Ib.
Momenta baptismi Constantino collali Nicomcdiæ sub finem vitæ. Ib.
DISSERTATIO IV. De effectibus baptismi.455
Art. 1. Varii effectus baptismi recensentur. Ib.
Art II. Utrum baptismus ficte susceptus recedente fictione reviviscat? 458
Solvuntur objectiones. 460
Quibusdam petitionibus satisfit. 461
DISSERTATIO V. De circumcisione et caeremoniis baptismi. 462
Art. 1. De circumcisione. In quem finem Inerit instituta? Ib·
Solvuntur objectiones. *WQ*
Ari. IL De cæremoniis baptismi. *^67*

EXPLICIT INDEX TCMI OCTAVI.

. .p Jeb So. dc Tvp. · NoanTt, 8. r.· -η ,tu r .